30 – 6 – ?

120

163

R. 3990

# SIMONIS MAIOLI
## ASTEN. EPISCOPI VVLTVRARIEN.
# DE IRREGVLARITATIBVS, ET ALIIS CANONICIS IMPEDIMENTIS,

*Quibus Eccleſiaſticos ordines ſuſcipere, & ſuſceptos admini. ſtrare quiſque prohibetur, Libri quinque*

Collecti

Ex ſacris litteris.
Ex ſummorum Pontificum, &
Ex ſacrorum Conciliorum, præſertim Tridentini Decretis.
Ex ſanctorum Patrum ſcriptis.
Ex Theologis Summiſtis.
Ex hiſtorijs Eccleſiaſticis.
Ex Canonum interpretibus.

*Et obiter*

*Ex Legibus ciuilibus, & earum Profeſſoribus,*
*Atque alijs varij argumenti profanis Auctoribus,*
*Vt Catalogus, quem infra reperies, indicabit.*

Omnibus Eccleſiaſticis perſonis Sæcularibus, ac Regularibus, quacumque dignitate ſungentibus optima Canonum

*Praxis.*

SECVNDA EDITIO LONGE MAGIS LOCVPLETATA ET AVCTA QVAM PRIOR.



BIBLIOTECA PUBLICA

*CVM PRIVILEGIO ET LICENTIA SVPERIORVM.*

ROMÆ, In ædibus Populi Romani. M. D. LXXXV.

# SANCTISSIMO D. N. PAPAE D. GREGORIO XIII.

*Simon Maiolus Epiſcopus Vulturarien.* S.

FATEOR, Beatiſſime Pater, nullum magis inanem conatum eſſe, quàm eorum, qui ſcribendi aſſumunt prouinciam ea de re, quæ fuerit iam à pluribus pertractata Scriptoribus, quibus æquari difficile ſit, ſuperare vero impoſſibile. Eamque ob cauſam non dubito aliquibus viſum iri, totum hunc laborem meum circa irregularitates incaſſum deſudare, de quibus plurimi circiter triginta doctiſſimi vberrime, & abſolutiſſime tradiderunt; quorum ſcripta multis ab hinc ſæculis omnium conſenſu ſummam auctoritatem ita conſecuta eſſe videntur, vt nulli laudem, aut fidem aſſequi, vlla ſpesupereſſe putari poſſit. Veruntamen quia didici temporum viciſſitudines, rerum quoque viciſſitudines trahere, non ſum perterritus, quin opus ipſum hoc abſoluerim. Priſci etenim illi, etſi ſapientiſſime ſuorum temporum iura proſecuti ſunt, futura tamen prænoſcere minime potuerunt: poſterioribus etenim Concilijs, & Pontificum decretis plurima eorum, quæ vel ambigua, vel ſubobſcura illi reliquerant, aut penitus prætermiſerant, explicata & promulgata ſunt. Quamobrem, ne quod ex ipſis ſupplendum erat, deeſſet, neceſſarium eſſe exiſtimaui, vt collectis omnium Scriptorum etiam ſparſim fuſis irregularitatibus, provt ſua cuiuſque ferebant tempora, ordine conſcriberem, & quid poſterioribus ſæculis vſu, vel lege ſubſecutum eſſet, ſubijcerem: & quod corrigi compuliſſet temporum neceſſitas, etiam adijcerem, ne quis lector incautus, illorum veterum auctoritate falleretur: fallerentur vero quamplurimi, ſi poſteriorum, præſertim Concilij Tridentini Decreta ob oculos non haberent: in quo & de dimiſſorijs ipſis, deque ordinibus tam conferendis, quàm ſu-

ſcipiendis, & exequendis perplura ſtatuta ſunt: Ordinarijs etiam quædam conceſſa, quædam ſublata; in criminibus, & ipſorum diſpenſationibus nonnulla immutata; multa quoque conſtituta circa regulares perſonas maſculos, ac feminas, multa de clericis, de Epiſcopis, ac de ipſis Cardinalibus; adeo vt neceſſe fuerit ad obſtruendam erroris viam, ſingulis veterum ſententijs ipſius Concilij locos depromptos ſubijcere: quod ita præſtiti, vt vtrunque ius quiſque lector ſine labore dignoſcat. Præterea, quoniam ijſdem irregularitatum tractatoribus vnus ſcribendi ſcopus fuit de ſola vera irregularitate, reliquis canonicis impedimentis penitus prætermiſſis: Ego operæpretium quoque eſſe putaui, omnia fere (quoad fieri poteſt cum innumera ſint) huic operi congruenti ordine adijcere; quæcumque enim potui, tam ex ſacris litteris, quàm Pontificum, & Conciliorum decretis, Sãctorumque patrum ſcriptis in vnum collegi; non quia putem omnia vel obſeruata, vel obſeruanda hoc ſæculo, ſed vt plenior cognitio haberetur, quid quæque tempora ſtatuiſſent, & vbi ratio expoſtulare videretur imitari poſſent; præſertim in beneficiorum concurſibus, atque alijs electionibus, vt collatis perſonarum moribus ille videatur eſſe præſtantior, cui minor numerus obſit impedimentorũ; præter id quod quiſque ſe ipſum tanquam in ſpeculo ſpeculari poſſit, quàm multum parumue in virtute profecerit, ſi nouerit quot impedimẽta canonica patiatur. Cum itaque hos quinque librorum fructus collegerim ex eo agro, quem mihi tua munificentia dediſti colendum, æquiſſimum eſt eos ad te deferri, tanquam à colono ad Dominum, vt talenta, quæ mihi exercenda mandaueras, aliquo lucro aucta redderentur. Sic dignetur S. V. ſerui munus, qualecumque id ſit, grato animo ſuſcipere. Bene valeat B. V. ad annos plurimos; addatque Dominus ad firmiſſimũ animi ſui robur, etiam in vniuerſo orbe conuertendo ſummam efficaciam: Romæ, Cal. Sept. M. D. LXXV.

PIO

# PIO LECTORI S.

*NON deſunt, benigne lector, qui quod nos hoc opere moliti ſumus, iam antea & acutius, & doctius pertractarint; nam qui de irregularitate ex profeſſo tradiderunt, triginta ferme eſse comperies; præter eos, qui ſparſim, obiterque de ea, vt occaſio expoſtulabat, aliquid enuntiarunt: ſed ſi animaduerteris nemo omnium vniuerſa irregularitatum genera ſtuduit penitus explicare: alij etenim ſolam homicidij, alij ſolam eam quæ ex cenſuris proficiſcitur accurate tractarunt, reliquas omnes vel penitus prætermittentes, vel ſummis labijs vix attingentes: & præterea, (quoad vetuſtiores ſpectat) pleraque ab illis conſcripta ſucceſſiuis temporibus contrario vſu, vel lege immutata ſunt. Cum enim temporum neceſſitas non tulerit ſemper eadem iuris remedia, coacti ſunt Pontifices, & patres in concilijs nonnulla in contrariũ, plurima diuerſo iure conſtituere; adeo quod illorum veterũ Scriptorũ labor, noſtro ſæculo abunde prodeſse minime poſſet; Recentiores quoque, qui de eadem re fuſiſſime tradiderunt, ita veram irregularitatem ſummumque eius apicem ſolummodo proſecuti ſunt, vt reliqua canonica impedimenta neglexerint, non animaduertentes nihilominus regulare eſse poſse, quam id quod obſtante canonico impedimento fieret: cum præterea nemo iſtorum fuerit Concilio Tridentino recentior, in quo de omnibus Eccleſiaſticis dignitatibus, deque ordinibus tam ſuſcipiendis quàm exercendis, adeo multa ſancita ſunt, vt & veterum, & recentiorum omnia volumina propemodum inutilia videri poſſint, niſi ad ipſius Concilij normam reformentur. Qua ratione vt illorum, & huius poſtremæ ſynodi ſimul ratio haberi poſset, ego omni ope enixus ſum, vt omnium, qui de hac re vel ex profeſſo, vel obiter tradiderunt ſententiæ, in hoc vnum quinque librorũ volumen ſumma breuitate redigerentur, tam ſub irregularitatis nomine, quàm etiam canonicorum impedimentorum; vt qua parte corrigendæ, aut reformandæ eſſent, ex poſteriorum Pontificum conſtitutionibus, vel Conciliorum decretis ſimul collatis corrigi poſsent: præſertim ex ipſa Tridentina ſynodo, ex qua ducentum circiter locos ſubiecimus ipſis ſcriptorum ſententijs reformandis: ſed & Pontificum decreta in hunc vſque diem Beatiſſimi Gregorij XIII. ita ſubdidimus, vt vnuſquiſque certo ſibi polliceri poſſit, nullum in errorem ex vterum ſcriptis poſſe impingere: cum & veteris, & nouiſſimi iuris ſanctiones vno loco coniunctas inuenerit. Quæres tota vt lectori commodiori*

*vſui eſſet, in optimum ordinem opus ipſum diſtinximus quinque libris. Primus enim continet irregularitates ex hominis ortu, ac ſingulorum membrorum defectu, & quolibet perſonarum ſtatu. Secundus hominum ſtudia, ac profeſſiones; qua occaſione de medicis agendo, neceſſarium fuit quaſcunque ægritudines eodem libro ſubnectere. Tertio libro quotquot in iure infames pronuntiantur, omnes annumerauimus, quod nemo alius vnquam præſtitit; eodem quoque ſcripſimus de iniuſtis beneficiorum poſſeſſoribus, ſuſpectis, ſuſpenſis, excommunicatis, degradatis; nec non de his qui vel loci, vel temporis aut ritus ratione adminiſtrare prohibentur. Quarto libro proſequuti ſumus omnes defectus, qui ad ipſum ordinem Eccleſiaſticum pertinent, dum vel perperam confertur, vel perperam ſuſcipitur. Quintus liber continet omnia crimina quæ à clero deijciunt, & Eccleſiaſticæ perſonæ nomen extinguunt. Illud vero ſtudioſius enixi ſumus, vt auctores ſententiarum numquam reticeremus, ſed vniuſcuiuſque (vt decuit) meminimus; quorum dicta etiam ex ipſis hiſtorijs confirmauimus, vt non ſolum rebus geſtis liber ornaretur; verum etiam vt ipſæ ſententiæ maiorem auctoritatem conſequerentur: Propterea profanos auctores aliquot non negligendos citauimus, non vt inde aliquid canonicum decerpi poſſe putemus; ſed vt contingentia narraremus, vt vel exemplo profanorum & ad correctiores mores, & ad ſacros canones obſeruandos longe magis accenderemur. Nihil noui dixiſſe nos aperte profitemur, nihil enim dictum quod non dictum ſit prius; attamen comperies, lector ſtudioſe, integros titulos quàm plurimos, & quæſtiones, caſuſque non paucos a Doctoribus penitus intactos; nam vel nobis facto contigerunt, vel meditando excogitauimus, & pro noſtri exigui ingenij facultate ratiocinando diffiniuimus. Supereſt vt laborem iſtum æqui bonique conſulas: in quo ſi quid te offenderit, oramus, vt rectè reprehendas: Gratum enim nobis eſt ſtudioſorum iudicia ſicut recta ſunt, ita quoque in nos libera ſint; namque confidimus eadem ſtudioſorum iudicia vt libera, ita quoque recta futura eſſe, ne quid perperam reprehendant. Bene vale.*

AVCTO-

# AVCTORVM NOMINA EX QVIBVS ALIQVID EXCERPSIMVS.

*Abbas Panormitanus.*
*Abbas Trithemius.*
*Alanus.*
*Ælianus hiſt.*
*Albericus de Roſate*
*Albertus Brun. Aſten.*
*Albertus magnus.*
*Albertus Galeotti.*
*Alciatus:*
*Alexander I. Papa.*
*Alexander III. Papa*
*Alexamder IIII. Papa*
*AlexandeVI. Papa*
*Alexander de Hales.*
*Alexander de Imola.*
*Alexander de Neuo.*
*Aluarus Pelagius.*
*S. Ambroſius.*
*Anacletus Papa*
*Anaſtaſius II. Papa*
*Andreas Eborens. hiſtoricus.*
*Angelica Summa.*
*Angelus de Peruſio.*
*Annales hiſpanicæ.*
*Antonius Butrius.*
*Antherus Papa.*
*Antonius Auguſtinus.*
*S. Antoninus Florentinus.*
*Antonius Fonſeca.*
*Archidiaconus Bononien.*
*Ariſtoteles.*
*Armilla Summa.*
*Arianus hiſtoricus.*
*Aſtenſis Theologus.*
*S. Athanaſius.*
*S. Auguſtinus.*
*Authentica Iuſtiniani.*
*Auicenna.*

*B*

*Baldus Senior.*
*Baptiſta Fulgoſus hiſtoricus.*
*Barbatia.*
*Bartholomæus Brixien.*
*Batholomæus Caranza.*
*Bartholomæus Spina.*
*Bartolus.*
*S. Baſilius magnus.*
*Bazianus Gloſſator.*
*Beda.*
*Benedictus XI. Papa.*
*S. Bernardus Abbas Clareual.*
*Bernardus Iuriſta.*
*Bertachinus.*
*Biblia.*
*Boatinus.*
*Boetius.*
*S. Bonauentura.*
*Bonifacius I. Papa.*
*Bonifacius II. Papa.*
*Bonifacius VIII. Papa.*
*Bonifacius Rotæ Rom. auditor.*
*Borgaſius Epiſcopus.*
*Breuiarium Rom.*
*Budeus.*
*Burcardus.*

✠ 4 *Caccia-*

# AVCTORVM NOMINA.

## C

Caccialupus.
Cæſar Coſta Archiepiſcopus Capuan.
Caliſtratus I. c.
Caliſtus Papa.
Canones Apoſtolorum.
Capreolus.
Catechiſmus Pij V.
Catecheſis Neapol.
Carerius Iuriſta.
Card. Alexandrinus.
Card. Caietanus.
Card. Florentinus.
Card. Iacobatius.
Caſſiodorus. Tripart. hiſt.
Cato ſenior.
Cælius Rodoginus.
Cæleſtinus I. Papa.
Cicero.
Cinus.
Clemens Alexandrinus.
Clemens I. Papa.
Clemens IIII. Papa.
Clemens V. Papa.
Clemens VII. Papa.
Clemens Alexandr.
Codex Iuſtiniani.
Concil. Agathen.
Concil. Antiſiodoren.
Concil. Ancyran.
Concil. Arelaten. 1.
Conc. Arelaten. 2.
Concil. Aurelian. 3.
Concil. Aurelian. 4.
Concil. Beneuentan.
Concil. Bracaren. 2.
Concil. Bracaren. 3.
Concil. Calcedon.
Concil. Cambilonen.
Concil. Carthagin. 1.
Concil. Carthag. 2.
Concil. Carthag. 3.
Concil. Carthag. 4.
Concil. Carthag. 5.
Concil. Colonienſe.
Concil. Conſtantienſe.
Concil. Conſtantinopolitan. 6.
Concil. apud Compendium.
Concil. Elibertanum.
Concil. Florentinum.
Concil. Gangren.
Concil. Hiſpalen.
Concil. Hiſpalen. 2.
Concil. Illerden.
Concilium Illyricum.
Concil. Laodicen.
Concil. Lateran. ſub Innoc. III.
Concil. Lateran. ſub Iul. II.
Concil. Lateran. ſub Leon. X.
Concil. Lugdunen. ſub Greg. X.
Concil. Maguntin.
Concil. Matiſconen.
Concil. Mediolanen.
Concil. Mileuitan.
Concil. Nanneten.
Concil. Neocæſarien.
Concil. Nicænum.
Concil. Remenſe.
Concil. Roman.
Concil. Toletan. 1.
Concil. Toletan. 4.
Concil. Toletan. 7.
Concil. Toletan. 9.
Conc. Tolentan. 11.
Concil. Tolentan. 12.
Concil. Tarraconen.
Concil. Turonen.
Concil. Turon. 2.
Concil. Tridentin.
Concil. viēnen.
Cornelius Papa.
Corſettus Iuriſta.
S. Cyprianus.
S. Cyrillus.

## D

Decius Iuriſta.
Deciſiones Rotæ Rom.
Deciſion. Capiccij.
Deciſion Guidon. Papæ.
Deciſion Grammatici.
Deciſion. Matthæi Afflict.
Deciſion Toloſan.
Decretales Greg. IX.
Decretum Gratiani.
Democritus.
Diaz Epiſcopus Calaguritan.
S. Dionyſius Areopagita.
Dominicus canoniſta.
Dynus.

## E

Ecchius.
Egeſippus hiſt.
Egidius Bellamera.
Eneas Siluius.
Ephræm diaconus.
Epiphanius.
Eſopus.
Euagrius hiſt.
Eugenius Papa.
Euſebius Papa.
Euſebius pamphili.
Extrauagantes ſummorum Pontific.

## F

Fabianus I. Papa.
Federicus de Senis.
Felix I. Papa.
Felinus.
Feudorum conſuetudines.
Florianus Iuriſta.
Follerius Iuriſta.
Franciſcus Aluarez.
Franciſcus Pegña.
Franciſcus Aretinus.
Franciſcus Polancus.
Franciſcus Turzanus Aſten.

## G

Gabriel Biel.
Galenus.
Gaſpar Calderinus.
Gelaſius Papa.
Gellius.
Geminianus Iuriſta.
Gloſsæ iuris tam ciuilis, quàm canonici.
Goffredus.
Gomeſius.
Gratianus.
S. Gregorius magnus Papa.
S. Gregorius Nazianzenus.
S. Gregorius Turonenſis.
Gregorius XIII. Papa.
Grillandus.
Gulielmus Duranti.
Gulielm. de Laud.
Gulielmus Naſo.
Gulielmus Neubrigenſis.
Gulielmus Pariſienſis.
Gulielmus Raymundi gloſſator.

## H

Herodoens hiſt.
S. Hieronymus.
Hieronymus Gabuccinus phyſicus.
Hippocrates.
Hiſtoria de S. Ludouico Rege.
Hiſtoria de initijs, & antiquitatibus Regnorum.
Hiſtoria ordinis Fratrum Minorum.
Hiſtoria Euſebij Cæſarienſis.
Homerus.
Honorius III. Papa.
Honuphrius hiſtoricus.
Hormiſda Papa.
Horatius.
Hoſtienſis Iuriſta.
Hugolinus Iuriſta.

# AVCTORVM NOMINA.

Hugutio Iuriſta.
Hugo de ſancto Victore.

I

Iacobus Aluarotus.
Iacobinus de S. Georgio.
Iaſon.
Innocentius 1. Papa.
Innocentius 3. Papa.
Innocentius 4. Papa.
Innocentius 8. Papa.
Inſtitutiones iuris ciuilis.
Ioannes Andreæ.
Ioannes de Anania.
Ioannes Belethus.
Ioannes Calderinus.
Ioannes Caſſianus.
Ioannes Climacus.
S. Ioannes Chryſoſtomus.
Ioannes de Deo.
Ioannes Diaconus.
Ioannes Euiratus.
Ioannes Faber.
Ioannes Epiphanij diſcipulus.
Ioannes de Fantuccijs.
Ioannes de Fauentia.
Ioannes Geneſius.
Ioannes Gloſsator.
Ioannes de Imola.
Ioannes de Lignano.
Ioannes de Montemerlo.
Ioannes Neuizzanus.
Ioannes de Turrecremata Card.
Ioannes 3. Papa.
Ioannes 22. Papæ.
Ioannetus, hiſtoricus.
Ioannes Patriarcha Hieroſolymitanus.
Iouius hiſtoricus.
Iſidorus.
Iudiciale Inquiſitorum.
Iulianus Iuriſconſultus.
Iulius 2. Papa.
Iulius 3. Papa.
Iuo Carnotenſis.

L

Lancillotus Iuriſta.
Lapus.
Lactantius Firmianus.
Laurentius Canonum interpres.
Laurentius Surius.
Leo 1. Papa.
Leo 4. Papa.
Leontius Epiſcopus Neap. Cypr.
Lippomanus Epiſcopus.
Liuius hiſtoricus.
Lucas de Penna.
Luitprandus hiſtor.

M

Macrobius.
Manipulus curatorum.
Marcellus Francolinus.
Marcus Antonius Nata.
Marcus Varro.
Marianus Socinus ſenior.
Martinus Bracaren. Epiſcopus.
Martinus Polonus.
Margarita Martini ordin. Prædicat.
Martinus 1. pp.
Martinus 5. pp.
Marſilius Criminaliſta.
Marſilius Ficinus.
Marulus, hiſtoricus.
Matteſilanus.
Monachi Palæſtinæ.
Muſonius.

N

Nauclerus hiſtor.
Nauarrus.
Neapolitana conſtitutiones.



Nicephorus hiſtor.
Nicolaus de Auximo auctor ſupplementi.
Nicolaus de Lyra.
Nicolaus Dionyſij de Peruſio canoniſta.
Nicolaus de Ploue.
Nicolaus Sanderus.
Nicolaus Papa.

O

Olaus magnus Archiepiſc.
Oldradus.
Origenes.
Oſius Epiſcopus Vuarmien. & Card.
Otho Phriſingenſis hiſtor.

P

Paleottus Card.
Palladius Cappadox.
Palladius Epiſcopus Helenopolitan.
Pandectarum libri.
Paris de Puteo.
Paulus Apoſtolus.
Paulus Caſtrenſis.
Paulus 2. pp.
Paulus 4. pp.
Paulus de Eleazar.
Paulus Manutius Aldi filius.
Pelagius pp.
Pelagius de planctu Eccleſ.
Perottus Grammat.
Petrus Apoſtolus.
Petrus Damiani Card.
Petrus de Ancarano.
Petrus Meſſia Hiſpalen.
Petrus de Palude.
Petrus de Vbaldis Iuriſta.
Philippus Bergomas hiſtor.
Philippus Corneus iuriſta.
Philippus Francus iuriſta.
Philo hebræus.
Pileus Iuriſta.
Pinitus Epiſcopus.
Piſanella Summa.
Pithagoras.
Pius 2. pp.
Pius 4. pp.
Pius 5. pp.
Platina hiſt.
Plato.
Plinius ſenior.
Plinius iunior.
Plutarchus.
Pontificale Roman.
Pontius S. Cypriani diſcipulus hiſt.
Poſſidonius Calamen. Epiſcopus hiſt.
Porphyrius.
Præpoſitus Alexandrinus.
Procopius.

Q

Quintilianus.

R

Raphael Volaterranus.
Raymundus ord. prædic. compilator decretalium Gregorij Noni.
Rationale diuinorum officiorum.
Rauiſius textor.
Rebuffus Iuriſta.
Regulæ Cancell. Rom.
Rhegino hiſtor.
Ricardus 4. ſent.
Ripa Iuriſta.
Rocchus Curtius.
Rodonenſis, qui & gloſſator Raymundi.
Romanus Iuriſta.
Roſella Summa.
Ruffinus hiſt.

S

Sabellicus hiſt.

## AVCTORVM NOMINA.


*Sabinus Epiſcopus Epiphanij ſucceſſor.*
*Sacerdotale Roman.*
*Salicetus Iuriſta.*
*Scotus.*
*Sebaſtianus Vantius.*
*Seneca.*
*Seuerus Sulpicius.*
*Sextus decretalium.*
*Signorolus de homodeis.*
*Siluerius Papa.*
*Silueſtrin. Summa.*
*Symeon Metaphraſtes.*
*Symmachus Papa.*
*Synodus ſeptima generalis.*
*Siricius Papa.*
*Sirenus poeta.*
*Socrates hiſtor.*
*Sophronius ſophiſta.*
*Sother Papa.*
*Sozimus Papa.*
*Sozomenes hiſtor.*
*Spartianus.*
*Speculator, qui & Gulielmus Duranti.*
*Speculum Summorum Pontificum.*
*Stafilæus.*
*Stephanus Aufrerius.*
*Stephanus I. Papa.*
*Stephanus Troches canoniſta.*
*Stobæus.*
*Suetonius.*
*Suidas.*
*Summa Confeſſorum Ioannis Theutonici.*
*Supplementum Piſanell.*

**T**

*Tabien. Summa.*
*Tancredus.*
*Tertullianus.*
*Teſtamentum vetus, & nouum.*
*Theodorus Epiſcopus Cantuarien.*
*Theodoretus hiſtoricus.*
*Tiraquellus.*
*S. Thomas Aquinas.*

**V**

*Valerius Maximus.*
*Valerius probus.*
*Vegetius.*
*Veruecinus Iuriſta.*
*S. Victor Epiſcopus Vitenſis, hiſt.*
*Vilalob Hiſpanus.*
*Vincentius canoniſta.*
*Vmbertus Locatus Epiſcopus auctor Iudicial. inquiſit.*
*Vrbanus Papa.*
*Vrſpergenſis hiſtor.*
*Vulpianus Iuris conſultus.*

**Z**

*Zabarella Card.*
*Zacharias Papa.*
*Zenzelinus Iuriſta.*
*Zonaras hiſtor.*
*Zozimus Papa, alias Sozimus.*


INDEX

# INDEX CAPITVLORVM TOTIVS OPERIS.

### LIB. I.


IRregularitatis definitio, deriuatio, & quibus verbis in iure inducatur. cap. 1. pag. 1
Regulæ quædam generales ad irregularitatem pertinentes. cap. 2. pag. 4
Irregularitas vnde originem traxit, & de Irregularitatibus ab ipſa proſapia. cap. 3. pag. 8
De illegitimorum irregularitate. c. 4. p. 9
De illegitimis, qui tamquam legitimi habentur. cap. 5. pag. 14
De legitimis, qui pro illegitimis habentur. cap. 6. pag. 18
De illegitimis iam promotis, an adminiſtrare poſſint. cap. 7. pag. 22
De legitimatis ſimpliciter, an ordines ſuſcipere permittantur. cap. 8. pag. 23
De legitimatis cum clauſula, etiam ad ordines, & beneficia. cap. 9. pag. 25
De illegitimis ad Religionis ingreſſum admittendis. cap. 10. pag. 28
De infantibus expoſitis, & de ſuppoſitis. cap. 11. pag. 29
De ijs, qui in ſacris poſiti filios habent, aut procreant. cap. 12. pag. 31
De monſtris. cap. 13. pag. 35

*De diminutis qualibet corporis parte.*

De manibus. cap. 14. pag. 37
De caſtratis, & alijs genitalium defectibus. cap. 15. pag. 42
De lienis, ſeu ſplenis defectu. c. 16. p. 45
De ventre præpingui, aut præturgido. cap. 17. pag. 45
De claudicantibus. cap. 18. pag. 46
De gibboſis. cap. 19. pag. 48
De oculorum defectibus. cap. 20. p. 49
De turpitudine ipſius faciei. cap. 21. p. 53
De naſi defectibus. cap. 22. pag. 54
De labiorum defectibus. cap. 23. pag. 55
De dentium defectibus. cap. 24. pag. 55
De auris, & auriculæ defectibus. cap. 25. pag. 56
De linguæ defectibus. cap. 26. pag. 58

*De defectibus ob ſexum.*

De hermaphroditis. cap. 27. pag. 60
De ſexus muliebris irregularitatibus. cap. 28. pag. 63
De monialium irregularitatibus. cap. 29. pag. 68
De Aetatis irregularitate. cap. 30. pag. 83
De neophytorum irregularitate. c. 31. p. 91
De illiteraturæ defectu. cap. 32. pag. 95
De bigamiæ irregularitate. cap. 33. p. 99
De vxoratorũ irregularitate. c. 34. p. 104
De ſeruorum irregularitate. c. 35. p. 111
De libertorum irregularitate. c. 36. p. 116


### LIB. II.


De monachorum impedimentis canonicis. cap. 1. pag. 119
De Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & Patriarcharum proprijs irregularitatibus. cap. 2. pag. 130
De Cardinalium proprijs irregularitatibus. cap. 3. pag. 135
De irregularitatibus opponendis eligendo in Papam. cap. 4. pag. 141
De curiæ obnoxijs, & eorum irregularitate. cap. 5. pag. 149


De iudicio

*De Apoſtolicis irregularitatibus.*

Irreprehenſibilis ſit Epiſcopus, & quilibet clericus. cap. 2. pag. 376
De irregularitate contra ſobrietatem. cap. 3. pag. 378
De irregularitate contra prudentiã. c. 4. pag. 380
De irregularitate contra ornatum. cap. 5. pag. 382
De ea irregularitate, quæ eſt contraria pudicitiæ. cap. 6. pag. 383
De irregularitate hoſpitalitati contraria. cap. 7. pag. 385
De ea irregularitate, quæ doctrinæ contraria eſt. cap. 8. pag. 386
De irregularitate litigioſi. cap. 9. pag. 387
De irregularitate cupidi. cap. 10. p. 388
De irregularitate eius, qui domui ſuæ nõ eſt bene præpoſitus. cap. 11. pag. 390
De irregularitatibus ex criminibus in genere. cap. 12. pag. 391
De ſcandalo, & eius irregularitate. c. 13. pag. 393
De ſeditioſis. cap. 14. pag. 393
Epiſcopus, vel prælatus conſentiens ſubditorum delictis. cap. 15. pag. 393
De inuidis. cap. 16. pag. 394
De vltoribus propriæ iniuriæ. c. 17. p. 394
De duellantibus. cap. 18. pag. 396
De proditore, ſeu traditore, vel coniuratis, aut Rebellibus. cap. 19. pag. 397
De delatoribus, & Percunctatoribus. cap. 20. pag. 399
De adulatore, & paraſito. c. 21. p. 401
De eo qui adulatores admittit, eisque delectatur. cap. 22. pag. 402
De ſcurra. cap. 23. pag. 403
De clericis confugientibus ad forum ſæculare. cap. 24. pag. 404
De acceptantibus beneficia de manu laici. cap. 25. pag. 406
De inobedientibus ſedi Apoſtolicæ & incorrigibilibus. cap. 26. pag. 407
De relapſis. cap. 27. pag. 409
De furibus, & latronibus. cap. 28. p. 410
De vſurarijs. cap. 29. pag. 412
De ſacrilegis. cap. 30. pag. 413
De ſortilegis, magis, maleficis, incantatoribus, diuinatoribus, & Mathematicis. cap. 31. pag. 413
De blaſphemis. cap. 32. pag. 415
De periuris. cap. 33. pag. 416
De apoſtatis à fide. cap. 34. pag. 417
De falſarijs. cap. 35. pag. 420
De falſo teſtimonio. cap. 36. pag. 421
De fornicatoribus, & concubinarijs. cap. 37. pag. 422
De adulteris. cap. 38. pag. 425
De inceſtuoſis. cap. 39. pag. 427
De ſtupro. cap. 40. pag. 428
De lænonibus. cap. 41. pag. 428
De raptoribus mulierum. cap. 42. p. 430
De ſodomitis. cap. 43. pag. 431
De muliebria paſſis. cap. 44. pag. 432
De ſimoniacis. cap. 45. pag. 433
De hæreticis, & ſchiſmaticis. c. 46. p. 436
De leſæ maieſtatis Reis. cap. 47. p. 438
De homicidio. cap. 48. pag. 440
§ 1. Dans cauſam mortis. pag. 448
§ 2. Mandans, Conſulens, inſtigans, animans, perſuadens, inſtruens, adhortans ad homicidium. pag. 449
§ 3. Homicidiũ ex culpa, aut caſu. p. 454
§ 4. Opem præſtans homicidio. pag. 462
§ 5. Homicidium ex omiſſione. pag. 465
§ 6. Ratum habens, & acceptans homicidium. pag. 473
De bello iuſto, vel iniuſto. cap. 49. pag. 477
De mutilationibus. cap. 50. pag. 480
Quibus modis tollitur irregularitas. cap. 51. pag. 483
De impedimentis non canonicis. cap. 52. pag. 494





# DE IRREGVLARITATIBVS ET ALIIS CANONICIS IMPEDIMENTIS

## LIBER PRIMVS.

### CAPVT PRIMVM.

1 *Irregularitates omnes cõgerere impoſſibile eſt.*
*Irregularitatis diffinitio.*
2 *Irregularitas vnde dicatur.*
3 *Metallorũ alia caldaria, alia coronaria, alia regularia.*
4 *Dies regulares ſolis, vel lunæ.*
5 *Irregularitas quibus verbis à iure inducatur.*

SI In deligẽdo genere vitę, ex Gregorij * magni cõſilio, vires ſuas vnuſqſq; metiretur; aut qđ ſibi conueniat prudẽter, ac pie pẽſaret, nõ eſſet tã numeroſus clericorum cœtus; nec tã facile Eccleſiaſtica diſciplina diſſolueret; ſed qa plurimi ſua voluptate capti, ipsũ quoq; ſacerdotium, cõtemplatione eius, quę in illo eſt vtilitatis, commodi, aut honoris, toto animo adipiſci ſtudẽt; ĩde fit, vt Dei miniſterium negligatur, & ij ſępe numero ad diuina ingerantur obſequia, quos cõſtitutiones ſacræ, & ſanctorum patrũ canones repellẽdos eſſe ſtatuerunt. Vnde mirãdum non eſt, ſi eiuſmodi homines, poſtquã optatum honorem conſecuti ſunt, ad * canonũ normã vitam ſuam nõ inſtituant. Sicut etenim ad incognitũ ſacerdotij onus, abſq; cõſilio irrepſerunt, * Chryſoſto. de ſacerdotio lib. 3. per ignorationem eorũ impedimẽtorũ, quæ obſunt ſacris ordinib. ſuſcipiẽdis, ita quæ ſuſceptis adminiſtrãdis obſiſtũt minime norũt, atq; ob eam cauſam aliquãdo etiam ipſa ſacrificia nil repugnãte cõſciẽtia, aduerſus decreta patrũ pernicioſe ab eis celebrãtur; quę ſi ab initio didiciſſent, haud temere (niſi ſalute prorſus cõtẽpta) ad ſacerdotium proſilijſſẽt, priuſquam Dei intimam vocationẽ pręguſtaſſent, & Põtificum (ſi ea opus eſſet) diſpẽſationẽ exoraſſent: Quapropter hęc ego cum animo voluerem, & in re tã graui pro me cõſilium caperem, domeſticis ſtudijs antequam ſacrorũ ordinum functiones mihi demãdatæ eſſent, ſcrutatus ſum quotquot impedimẽtorum genera ordinibus Eccleſiaſticis aduerſarẽtur, ſeu quot irregularitates hominem ſacerdotio, aut quouis Dei miniſterio ĩdignũ redderent: At parum mihi viſum eſt illa oĩa diuturna lectione peruoluiſſe, niſi etiam, tum ad meã, tum ad aliorum vtilitatem meo labore in publicum ederentur; vt vno loco omnes fere irregularitates, à quouis earum ſtudioſo facile com-

periri poſſent.: eamq; rē præſtare enixus ſum collectis locis propemodū ex oīb. eorum,qui de ea re ſcripſerunt, voluminib. ſeruato diligēter ordine, quo ſingulę aptis,& opportunis titulis deſcriberent̃, vt in ipſo operis ꝓ curſu manifeſtius res
1 tota apparebit: Et licet oēs, q̃ contingere poſſent oīno cōgerere irregularitates impoſſibile putarint viri doctiſſimi, vt Aluar. Pelag. de plãctu Eccl. lib. 1. art. 48. Et retulit Nauar. ar. c. fi. 15. q. 1. attamē, quatenus hoī licet ex aliorū ſcriptis referre, ſi nō oēs penitus, ſaltim pleraſq;, aut fere oēs gñaliter hoc volumine cōplectemur.

Vt autem de eis agere aggrediamur, ante omnia ſciēda eſt ipſa irregularitatis diffinitio: Ea ſic diffinitur in Spe. tit. de diſpenſat. §. Iuxta. in princi. Irregularitas eſt nota, ſeu impedimētum canonicum ex facto, vel defectu proueniēs, quo quis ꝓhibetur ad Eccleſiaſticos ordines ꝓmoueri,& in eiſdem miniſtrare; eādē tradunt Ioã. Andr. & Archid. in c. 1. de re iu. li. 6. Alio modo diffinit Lap. in Clemen. ſi furioſus, de homici. eſſe impedimentum canonicum proueniēs in clerico ex violatione cēſuræ Eccleſiaſticæ, vel ex alia notabili inobediētia: Aliã adfert Marian. Socin. in c. ſentētiam, col. 2. Ne cler. vel mon. ex ſentētia doctorum in c. ad audiētiam, de hom. ſ. quod irregularitas ſit ius impeditiuum ꝓmotionis, vel executionis ordinis, iure diuino, & canonico inductū, pp aliquē defectū, in obediētiam factū, vel negligētiam; ſed quia harum oīum diffinitionū verba rem totam explicare non videntur; Iccirco oīb. his vti poſſumus, ſi nō diffinitionum loco, ſaltem demonſtrationū: quãdoquidē difficile eſt irregularitatis veram diffinitionem adferre, quę mutabilis eſt,& nūquam eadem perpetuo maneat, ſed pro tpe variatur: nam plures irregularitates veterum canonū ſunt immùtatę, quędã ſublatę, quędam ſuperadditę: ꝓpterea ſicut reliquę iuris diffinitiones periculoſę ſunt, ob eandem cauſam, ita hęc pręcipuè. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur.

Dicta autem eſt irregularitas ab eo, qđ Eccleſiaſticas regulas, ſeu canones nō ſequatur: vnde iure merito q̃ſquis nō eſt,
2 qualem eum eſſe canones volunt; vel id nō agit, quod agi, vel omitti canones iubent circa ordines ſuſcipiēdos, vel ſuſceptos adminiſtrandos, irregularis eſt. Spe. d. §. Iuxta. ĩ princ. ſicut enim inciuile eſt, quod à iure ciuili deuiū eſt l. inciuile. ff. de legi. ita Irregulare eſt, quod minime canonicū; quo verbo licet priſci patres aliquãdo obiter vſi ſint, vt S. Augu. ad fratres ĩ eremo, Ser. 7. vt in ſeptima Synodo generali, ca. 14. habetur diſt. 69. c. quoniam: tamē poſtea Iuriſtæ, vt plurima alia vocabula, ita hoc quoq; ad praxim, & iuris terminos trãſtulerunt; Et meo quidem iudicio nō inepte, aut inerudite; Nam quemadmodum metallorum quędam ſunt caldaria, quæ malleis tãtum frangi poſſunt, quædam corona-
3 ria, quæ tenuãtur in laminas, quædam Regularia, quæ nō ſolum malleis facile obſequũtur, & in omnem partem ductilia ſunt, igne quoq; excoq̃, & vitijs purgari poſſunt, vt ſcripſit Plin. li. 34. c. 8. ad fi. & Perottus in commētarijs latinę linguæ, epigrammate ſecūdo; ita ſane ad homines trãſlatione ducta, ij regulares sũt, qui omnem piam diſciplinam ductiles fuerint, quique igne omnibus vitiis purgati ſunt: cōtra vero irregulares dicemꝰ eós; q̃ minime ductiles ſint honeſtis p̄ceptis,& qui verſati nō ſunt in Eccleſiaſtica diſciplina,& quibus tam corporis, quàm animi vitia nō ſunt expurgata: Si
4 mile loquēdi genus, Regulare, ſ. & Irregulare ſcripſerũt ij, qui temporum com-

puta-



putationes ad inueniēdas ſingulorum menſium Calēdas, & ſingularum lunarum initia docuerũt; nam alios Regulares numeros, vel dies dicũt tam ſolares, quàm lunares, quòd inuariabiles, atque immutabiles ſint,& ab ijs ceteræ normę Calendarum Solis, vel Lunæ deriuare ſoleant. Gul. Duran. in tract. de comput. Eccleſiaſt. tit. de anno ſolar. rub. de ſeptimana, verſ. Videndum eſt autem primo, & tit. de anno lunari, rub. de Regularib. Lunaribus; vnde iure eos irregulares dicemus, qui integro animo,& corpore non ſint, qui ſibi bene non conſtent in pietatis perſeuerantia, & qui aliorum norma eſſe non poſſint.

Quib. autem verbis canones vſi ſint ad irregularitatem demonſtrandã, nullam certam formam inuenimus, non. n. vno ſolo verborum genere canones prohibuerunt, aut iuſſerunt; ſed pro opportunitate rei,& negotij aliis, atq; aliis verbis vtendum fuit; quorum interpretatio ad ipſam irregularitatem trahi debet: Nam præter id, quod aliquando expreſſim de irregularitate dixerunt, ſæpius idem ſenſerunt, quando canonicum impedimentum ſtatuerunt, ne quis ad miniſterium Dei admitteretur: quocunque etenim modo inductum appareat impedimentum, ne quis poſſit promoueri, dicitur irregularitas: Spec. ĩ d. § iuxta. ver. gñaliter. Et quia varijs loquendi modis irregularitas à iure inducit̃, ideo hoc p exempla infraſcripta demonſtrabimus.

Nam in ca. præcipimus, diſt. 34. dicitur: non audeas promoueri;

In c. curandum, ead. diſt. dicitur: non aſpiret ad ordines.

In c. clericus 3. diſt. 46. dicitur: non promoueatur.

In c. qm̃, diſt. 48. dicitur: ceſſabit à clero,& à ſtatu ſui cleri præcipitabitur.

In c. Teugualdum, 11. q. 3. dicitur ſacerdotij officio alienus.

In diſt. 81. in princ. dicitur: prohibentur ordinari.

In c. ſi laici, diſt. 34. dicitur: ad miniſterium eccleſiaſticum non adducatur.

In diſt. 42. in princ. ver. ſi enim vidua, dicitur: prohibendi à ſacerdotio.

In c. ſi quis Epiſcopus, cum gl. diſ. 83. dicitur: ſuſpendatur, vel deponatur.

In c. Epiſcopum, diſt. 45. dicitur: officio ſuo deijci.

In c. Tanta, diſtin. 86. dicitur: maledictione ferire.

In c. quoniam, diſt. 47. dicitur: deijcitur à clero.

In c. clericus. 1. & 2. diſt. 46. dicitur: ab officio degradetur.

In c. qm̃, diſ. 47. dr̃: alienus à regula.

In c. conſequens, diſt. 88. dicitur: à clericalibus officijs cogantur abſtinere.

In c. Epiſcopus, aut ſacerdos, diſt. ead. dicitur: deijciatur.

In c. Epiſcopi, 21. q. 4. dicitur: cōmunione priuetur.

In c. ſi cuius vxorem, diſt. 34. dicitur: non poteſt ſuſcepto miniſterio perfrui.

Ibid. dicitur: ad miniſterium Eccleſiaſticum admitti non poteſt.

In c. de laicis, diſt. 34. dicitur: impedimentum præſtat, quo minus pertingat ſacros ordines.

Sed & in pluribus legum, & canonū locis reperitur verbum animaduerſio, ꝓ pœna alicuius capitalis criminis, quibus locis verbū illud ſignificat degradationem clerici,& traditionem curiæ ſæculari,& conſequenter irregularitatem, vt dicit Hoſt. in c. in quibuſdam, de pœn. in 6. refert Fely. in c. in nonnullis, de Iudęis, per illum tex. & per gl. in l. imperium. ff. de iuriſd. om. iud. tex. & Doct. in c. vt inquiſitionis, de hęret. in 6.

Hęc & alia ſimilia dicendi genera fre
quentiſſima apud ſacros canones repe-
riuntur, ita quod quæcunque commu-
nioni Eccleſiæ, vel cleri obſiſtunt, ſemp
irregularitatis, vel canonici impediméti
notam inducunt, vt de ſingulis ipſo ope-
re, & fuſius, & opportunius dicemus.

*Regulæ quædam generales ad irregulari tatem pertinentes.*

## CAP. II.

1 *Irregularitas ob corporis defectus nõ impedit ea officia quæ ſine illo defectu exerceri poſſunt.*
2 *Irregularitatem allegans debet adducere caſum legis.*
3 *Irregularis nemo iudicandus eſt in dubio.*
4 *Scandalum ſolum inducit irregularitatem.*
5 *Argumentum ab edilitio edicto ad irregularitatem bene trahitur affirmatiue, ſed nõ negatiue.*
6 *Irregularitatis cauſa ceſſante irregularitas ceſſat.*
7 *Clericari prohibitus, non eſt prohibitus monachari.*
8 *Irregularitas irregularitati accumulari põt.*
9 *Irregularitas Iudicio ſanguinis non tollitur baptiſmo.*
10 *Irregularitas, quæ venit ab occulta animi intentione eſt permittenda conſcientiæ Rei.*
11 *Ordinem ſuperiorem accipiẽs dicitur adminiſtrare, & exequi inferiorem.*
12 *Irregularis non eſt legitimus accuſator, nec teſtis contra clericum conſtitutum in ſuperiore ordine; ſecus contra conſtitutum in inferiore.*
*Irregularitas alia parua, alia magna, alia maxima.*

CVm igitur ex ipſis canonũ ver-
bis irregularitates proficiſcan-
tur, euidenter illud cõſequitur, 1
nullam eſſe irregularitatem, aut canoni-
cum impedimentum, niſi quatenus iure
exprimatur; at nihilominus multæ regu
læ in ipſis varijs ſcriptorũ libris cõperiũ
tur, per quas & Iudex alienam diſcutere
conſcientiã circa impedimenta canoni-
ca poteſt, & vnuſquiſq; pro bono ſuæ
conſcientiæ perueſtigare debet, inſpectis
ijs generalibus regulis, quas ſubijcere
operæpretiũ eſt, immo maxime neceſſa-
rium.

Prima regula: oĩs magna deformitas
corporis per ſe ſufficit ad reddendum
hoĩem irregularem, ſine promoueri poſ
ſit. Abb. in c. 2. de cler. ægrot. quod pro-
cedit etiam ſi nullam habeat membro-
rum mutilationem, vt ibi per eum.

Secunda: quiſquis ægrotus, vel debili
tatus eſt adeo, vt exercere commode offi
cium ſuum non poſſit, abſtinere cogitur,
& dari ei debet coadiutor iuxta formã
c. 2. & 3. de cler. ægrot. vbi Abb. & Albe.
in verb. vitiatus, in fi.

Tertia: oĩs ægritudo, vel deformitas,
vt irregularitatem inducat, reſidet arbi-
trio Epi, tanquam boni viri. Archid. 55.
diſt. in princ. Abb. in c. 2. de cleri. ægrot.
Inno. in c. ſignificauit, de corp. vitiat. Ta-
bien. in verb. corpore, vbi dicit, quoad
Religioſos arbitrium eſſe penes eorum
ſuperiores.

Quarta: oĩs corporeus defectus, quan
tumuis paruus, vel occultus ſi faciat ſa-
cramenti adminiſtrationẽ, minus tutam
inducit irregularitatẽ; idem ſi gignat ſcã
dalũ, aut ſi periculum ſcãdali imminen-
tis. Tabien. in verb. corpore, verſ. vtrum
auulſio, citat c. 1. & vlt. de corp. vitiat.

Quinta: oĩs mutilatio, aut debilitatio
ſuperueniens, per quam miſſę ſacrificiũ
exerceri non poſſit, ab eo, qui iam ꝓmo
tus eſt, nõ impedit quin reliqua munera
ſacerdotalia exerceri poſſint, vt puta præ
dicatio verbi Dei, confeſſionum auſcul-
tatio, & ſimilia. c. preſbyterum, de cleric.
ægrot. quod verum eſt, ſi ſine culpa con
tigerit ea debilitatio, ſeu defectus, alioq;
ſi culpa adfuerit, non poterit etiam hæc




exercere. Tabien. in verb. corpore.

Sexta: Irregularitates quælibet, & ea-
rum pœnæ à iure poſitiuo ortum habẽt.
Archid. in c. Apoſtolica, diſt. 56. in prin.
Inn. in c. niſi cum pridẽ. de renun. Propte
rea irregularitas nulla alia eſt, niſi quate
nus eſt iure expreſſa. Archi. in c. excõica-
2 tos, 11. q. 3. Fel. in c. ad audientiã, in fi. de
hom. & text. clarus in c. is qui, de ſent. ex-
cõ. in 6. ideo dicebat ibi Nicolaus Dio-
nyſ. de Peruſ. quòd qui dicit aliquẽ eſſe
irregularẽ debet adducere caſum legis.

Septima: ex his videretur, quòd nun
quam in dubio quis ſit iudicandus irre-
gularis. Spec. in tit. de diſpẽ. §. iuxta, verſ.
generaliter autem. tex. in c. ſignificaſti. 2.
de homi. Abb. plene tradit in c. ad audiẽ
tiam. de homic. Quod verum eſt, quo ad
hoc, vt Iudex, el ſuperior non poſſit pro-
hibere, & interdicere ſuſceptionem, vel
adminiſtrationẽ ordinum, ſed quo ad eũ
qui vel promoueri, vel promotus exerce
3 re vult, in dubio irregularem ſe pręſume
re debet, vt ad cautelam diſpenſari ſe pe-
tat, gl. in c. ſi quis. diſt. 51. arg. c. excõicato-
rum. 23. q. 5. cum gl. ad idem gl. & Hug.
in c. ſi quis per ebrietatẽ. de conſe. diſ. 2.
Videmus etenim ſæpe, quòd lex ipſa pręſ
ſumit irregularitatem in obſcuris. c. A-
fros. 98. diſtinc. ſic itaq; quo ad ipſum
Reum magis pium eſt, vt in dubio ſe pu
tet irregularẽ, d. c. ſignificaſti. At iudex in
iudiciali foro in dubio prohibere ei non
debet ordinis ſuſceptionem, vel admini
ſtrationem, niſi conſtet in iure de irregu-
laritate. Tabi. in ver. irregularitas. nu. 3.
Hoſt. in d. cap. ad audientiam. Armill. in
verb. irregularitates. nu. 8. & 9. Vnde ma
net concluſio, quòd in foro contentioſo,
quoad pœnas iuris in dubio non iudica-
tur irregularitas, at ſecus in foro conſciẽ
tiæ. Abb. in d. c. ad audientiã. Silu. in ver.
homic. 3. q. 1. in prin. plura Silu. in verb.
dubium. q. 4. In foro enim conſcientiæ
præſumitur delictum, vt late Dec. in c. in
præſentia, notab. 12. in fi. de probat.

Octaua: ſolum ſcãdalum, quod pro-
uenit, vel prouenire veriſimiliter poſſet,
ex alicuius ordinatione, vel adminiſtra-
4 tione inducit irregularitatem: Hoſt. in c.
cum de tua. de corp. vitiat. vbi Abb. hoc
refert; quod verum eſt nõ ſolum in vitiis
animi, ſed & in quocunque corporis de-
fectu minimo; & propterea argumenta
ab ędilitio edicto ad irregularitatem nõ
bene ducũtur negatiue, qñquidem mul-
ti corporis defectus ædilitiam actionem
non admittunt, qui tñ inducunt irregu-
5 laritatem, vt in ſcandalo, quod conſidera
ri non poteſt illo edicto: Affirmatiue ve-
ro putarim ſemper rite argumentum
duci, vt ſi illi edicto ſit locus, conſequen
ter & irregularitati.

Nona: irregularitatis cauſa ceſsãte, ceſ
ſat irregularitas. c. ſtatuimꝰ. & c. Neophy
tus, diſ. 61. Bern. in c. cũ inter canonicos.
& ibid. Io. And. de elect. eſt etiam apoſtil
la Io. And. in c. ſuper eo. in glo. magna. de
6 elect. & eſt gl. in c. poſt tranſlationem, in
verb. ceſſante. de renuntia. exemplo ſunt
Io. Damaſcenus, & Leo Papa I. quib. ab-
ſciſſæ manus fuerunt, miraculo poſtea
reſtitutæ, unde ceſſauit impedimentum
illorum.

Decima: irregularitas quandoq; con-
ſideratur nõ ratione ordinum, ſed ſolũ
ratione prælaturę, c. 1. de fil. preſb. de pœ.
c. in quibuſdam. de qua re frequentius
in ipſo opere agendum erit.

Vndecima: irregularitas præcipue re-
ſpicit prohibitionẽ clericandi, non autẽ
ingreſſum religionis; prohibitus etenim
clericari, non cenſetur prohibitus fieri
monachus, ſeu regularis. Abb. in c. in ꝗ-
7 buſdã. col. 1. de pœn. Verum tñ hic pro-
hibitus clericari admiſſus ad religionẽ,

non poterit ibi fungi prælatura. Abb. ibi.
col. 2. in princ. per illum text.

Duodecima: irregularitas ad irregula
ritatem accumulari pōt; at non ppea is,
8 qui irregularis eſt ex defectu corporis,
ſi celebret nouam irregularitatem incur
rit, ſed peccat grauiſſime. Innoc. in c. ſi ce
lebret, de cler. excō. min. Alberic. in verb.
crimen, circa fi. Silu. in verb. concubina-
rius. q. 4. circa fi. & eſt irregularitas diffi-
cilior diſpenſatu, & de Epāli fieret Papa-
lis, gl. in c. latores, de cler. excom. Et q̄ di
cit Arch. in c. apoſtolicæ, diſt. 56. quòd ir
regularis ex crimine; ſi adminiſtret incur
rit nouam irregularitatem, intelligi pōt
de notorio, & capitali, vel nō capitali no
torio, vt infra tit. de fornic.

Decimatertia: irregularitas qn̄q; for-
tior eſt ſine peccato, quàm cū peccato:
Exemplū eſt in eo, qui exercuit iudicium
ſanguinis, anteq̃ baptizaretur; nam illa
irregularitas nō tollitur baptiſmo; ea tn̄
tollitur, quæ ſurrexerat ex voluntario, &
vero homicidio. glo. in c. ſi quis viduam.
diſt. 50. idem in eo, qui duas habuit con
cubinas, nam nō eſt irregularis, aut bi-
gamus; at qui duas habuit vxores irregu
laris eſt, vt ſuo loco dicemus.

9 Decimaquarta: quæcunq; crimina eij
ciunt ꝓmotos, aut inducunt clericis de-
poſitionē, eadem quoq; inducūt irregula
ritatē, ne ꝓmoueri poſſint: immo multo
fortius. Spec. in Aureo ſuo Repert. lib. I.
titu. hæ ſunt irregularitates, quæ impe-
diunt promouendum, in princ. Idem in
Spec. in tit. de diſp. §. iuxta. col. 5. verſicu.
item omnes caſus, qui impediunt.

Decimaquinta: quicquid aliqua rōne
reddit indiſpoſitum hoīem ad ordinis
facr̄m, dr̄ irregularitas, colligitur ex S.
Thom. 4. diſt. 27. art. 4. nec probo diſtin
ctionem. Archi. in c. 1. diſt. 57. qui ſcribit
aliud eſſe irregularitatē, aliud canonicū
impedimētū: videtur. n. mihi verbalis di
ſtinctio; nā qui ꝓmoueri nō pōt canoni-
co obſtante impedimento, quid aliud q̃
irregularis eſt, cum egeat diſpenſatione?
& ideo melius dixit Spec. in tit. de diſp.
§. iuxta. verſ. generaliter. dicens qualecū-
que impedimentū ad aliquē ꝓmouendū
ſine diſpenſatione irregularitatem eſſe.

Decimaſexta: Quiſquis poſt peractā
pœnitentiam non habet ſui ordinis exe-
cutionē, hic vere irregularis eſt, de renūt.
c. niſi cum pridem. §. 1. Spe. in d. §. iuxta.
verſ. ſunt quoque irregulares.

Decimaſeptima: plures irregularitates
incurrit clericus, q̃ laicus, & lōge facilius,
quàm laici. Silu. in verb. homic. 3. ver. 6.

10 Decimaoctaua: qn̄cunque irregulari-
tas pendet ab occulta animi intentione,
debet Iudex permittere eam conſciētiæ
ipſius Rei. c. ex tenore. de temp. ord. exē-
plo eſt is, qui occulte occidit aliquē vitā
propriam defendendo; nam quia motus
animi cognoſci non pōt à Iudice, an fue
rit ad vlciſcendū, an ad iuſtā defenſionē,
æquum eſt, vt ipſius conſcientiæ hæreat
iudex. c. ſignificaſti. 2. de homic. ideo ea
conſcientia ſolo iuramēto ꝓbabitur. Qd̄
verum eſt, ſi ad nullius prçiudicium ver-
gat ipſa declaratio de irregularitate; alio
qui ſi tractetur de prçiuditio tertij, for-
ſan de obtinēdo beneficio per cōcurſum
non eſt remittenda cauſa conſcientiæ ip-
ſius, nec ipſius iuramento eſt ſtandū, ſed
aliter illud probandum eſt, not. Zenz. in
Clem. 1. de homic. expreſſim refert Ste-
pha. Troches, vir Iure canonico peritiſ-
ſimus, ibi poſt gl. in verb. mortem.

Decimanona: quiſquis proprio facto
aliū reddit irregularem, ipſe quoq; irre-
gularis efficitur, vt puta qui aliū caſtrat,
alij oculum eruit, manum abſcindit, aut
quouis alio modo mutilat. Silu. in verb.
homic. 3. q. 3. verſ. Tertium, ad fin. Ratio
eſt, quia cum ille mutilatus effectus ſit ir-
regularis; eadem cenſura plecti debet, q
irregularitatis cauſam prçbuit; quod pri
mus oīum ſcripſit Gul. de Laud. in ſuo
ſacramentali. refert Silu. loco prædicto.

Vigeſima: qn̄que Doct. negant eum
irregularem eſſe, qui eget diſpenſatione
ad ordines ſuſcipiendos: quæ quia facile
obtineri pōt, negant eſſe irregularem, i.
nō eſſe diſpenſatu difficilem; cum tamē
irregularis ſit, exemplo eſt gl. in Clem. 1.
de homic. in ver. infans, cum alia glo. in
c. fi. de cle. pug. in duel. nam maior ſeptē-
nio etiam doli non capax, ſi occidat fit q-
dem irregularis, ſed perfacile diſpenſa-
tur, & ideo multi dicunt eum non irre-
gularem, cum tamen vere ſit; ſed ob id
negant eum eſſe, quia diſpenſatio nō ne-
gabitur illi: Idem hodie dici pōt in eo, q̄
occidit per ſummam neceſſitatē defen-
dendæ vitæ; nam etſi non ſit irregularis,
ita vt diſpenſari non debeat, tamen quia
cauſæ cognitio requiritur, & decretum
Papæ vel eius delegati, vt ſuper habilita-
tione fiat declaratio, Concil. Trid. ſeſſio.
14. c. 7. de Reform. ſequitur, vt interim
inter irregulares annumeretur, cum ta-
men vere irregularis non ſit, d. Clem. 1.
& ideo quotieſcunque eſt opus declara-
toria Epiſcopi, vel Papæ, ſemper interim
dum pendet declaratio, inter irregula-
res quiſque ponitur, etiam ſi non eſſe ir-
regularis poſtea declaretur; nam eo inte-
rim habet quodammodo ſuas vires liga
tas, & manus velatas, & per declarationē
ſuperioris aufertur vinculum, & velamē.

Vigeſimaprima: quiſquis ſuſceptū
ordinem exercere prohibetur, nullo mo
do poteſt ad altiorem aſcendere; quia in
ſuperiore ſuſcipiendo, eſt neceſſaria or-
dinis ſuſcepti adminiſtratio in habitu &
paratu proprio; ita quòd ille, qui aſcēdit
11 ad diaconatum, ipſa ſuſceptione diaco-
natus dicitur adminiſtrare ſubdiacona-
tum, idem in diacono ſuſcipiente ſacer-
dotium; propterea ſuſpenſus, vel interdi-
ctus ne ſubdiaconatum adminiſtret, ſu-
ſcipiēdo diaconatum videtur ita violare
interdictum, ac ſi in ſubdiaconatu altari
miniſtraret, vnde fieret vere irregularis,
vt opportunis locis dicturi ſumus.

Vigeſimaſecunda: irregularis prohi
betur accuſare, quia non eſt legitimus
accuſator alicuius clerici, qui ſit conſti-
12 tutus in ordine ſuperiore, quàm accu-
ſator, gl. aperte 2. q. 7. in princi. in verb.
vero, in med. & in c. beati. §. vlt. & ideo
etiam non poterit eſſe teſtis, ob maiorē
rationem: ſed irregularis poterit eſſe ac-
cuſator, vel teſtis contra conſtitutum in
pari, vel minori ordine, vt ibi habetur,
vide c. conſanguineorum. 3. quçſ. 4. vide
Abb. in c. cum P. de accuſat. & indit. in-
quiſit. in verb. laicus.

Vigeſimatertia: irregularitas quçdā
eſt parua, & ea eſt omne peccatum mor-
tale, per quod quiſque prohibetur diui-
nis immiſceri: & hæc ſola pçnitentia tol
litur, ita docet Goffred. quem refert Hu
gol. in apparatu ſuper cap. ſi celebret. de
cleric. excommun. vel interd. Altera eſt
magna irregularitas, & ea non tolliť niſi
diſpenſatione Epiſcopali, vel Papali, &
ipſa proprie eſt irregularitas, vt de ea ap
parebit in toto iſto opere, & hæc diſtin-
ctio legitur aperte apud Hugol. dicto lo
co; qui apud me extat non impreſſus,
q̄ īſcribitur, Diſtinctiones Domini Hu-
golini: poteſt addi & tertia, quæ maxi-
ma eſt, & quæ nunquam diſpenſatur, ut
in cæco, vel monſtruoſo, aut bigamo,
vel voluntario homicida, vel ſuſcipien-
te, aut adminiſtrante ſuſceptum ordi-
nem in contemptum clauium, cum ſi-
milibus.

*Irregularitas vnde originem traxit, & de irregularitate ab ipſa proſapia.*

## CAP. III.

1 *Irregularitas quo iure inducta.*
*Irregularitates ex varijs cauſis naſcuntur.*

FVerunt autem irregularitates aliæ à iure diuino inductę, Leuit. c. 21. Deutero. c. 23. & 1. Paralipo. c. 28. de conſec. diſt. 1. c. 1. Aliæ Apoſtolicæ ſunt. 1. ad Tim. c. 3. & ad Tit. c. 1. Aliæ à Pontificib. & ſacris Concilijs, quarũ ferme infinita ſunt capita, vt ſuis locis dicemus. Sunt vero varia irregularitatum genera: nam quædam ſunt ex ipſa proſapia, quędam ex ipſo conceptu hominis, quædam ex ipſo corpore, quædã ex ſexu; quædam ex ipſo hominis ſtatu, quædam ex ſtudijs, & artib. quædam ex varijs homini accidentibus, quædam ex ipſa ordinis collatione, quædam ex ipſa ordinis ſuſceptione, quædam ex ipſius ordinis executione, quædam ex cenſuris, quædam ex criminib. & per ſingulos tractatus quædã ob formam, quædam ob locum, quædã ob tempus, quædam ob ritum: quas ſigillatim congruenti ordine diſpoſitas, diſtinctim, & fuſius infraſcriptis libris proſequemur; nunc autem ipſum opus aggrediendo primum ab ipſa proſapia hominis exordiar.

De proſapia, genereq; hominis vnde irregularitas promanare conſueuit, plurib. locis in ipſo opere agemus: Verum hoc loco id quaſi ſummis labijs attingemus: licet enim S. Antherus Papa in Epiſtola ſua ad Epiſcopos Beticos dicat in Epiſcoporum negotio proſapiam non eſſe conſiderandam: tamen ſæpe obeſſe ſolet homini, qua ex proſapia fuerit ortus.

Nam omnes natu illegitimi ſunt irregulares, vti de eis agemus hoc libro 1. c. 4. ſiue nati ſint à laicis, ſiue ab ijs qui vel ſubdiaconi, diaconi, vel preſbyteri fuerunt, vti dicemus, hoc libro, c. 35.

Filij etiam monachorũ, præſertim illegitimi irregulares ſunt, infra. c. 35.

Filij etiam legitimi preſbyterorũ in paternis beneficijs, ſeu eccleſiis non admittuntur hoc libro. c. 6.

Filij omnes expoſiti, ſeu ſuppoſiti nõ facile promouentur, niſi cauſa cognita hoc lib. c. 11.

Ideo filij ignotorum parentum inter irregulares connumerantur, libro 4. c. 3. num. 2.

Filij quoque ſeruorũ irregulares ſunt hoc lib. 1. c. 35.

Filij eorum, qui occiderunt propriũ epiſcopum, li. 2. c. 3. nec filij tantum, ſed & nepotes, lib. 5. c. 47. num. 2.

Filij, & nepotes eorum, qui offenderunt Cardinales, lib. 2. c. 3. & lib. 5. c. 47. num. 2.

Filij offendentium officiales ſancti officij, lib. 5. c. 46. nu. 7.

Filij hæreticorum, quin etiam ipſi nepotes, lib. 5 c. 46. num. 5.

Filij & deſcendentes à Reo læſæ Maieſtatis, li. 3. c. 1. nu. 4. & 14. & li. 5. c. 47.

Filij etiam eorum, qui ratam habuerunt offenſionem Epiſcoporum, aut Cardinalium, aut ratum habuerant læſionẽ maieſtatis, lib. 5. c. 48. nu. 2. 3.

Filij & hæredes eorum, qui obligati ſunt ratiocinijs & alijs litibus inextricabilibus, lib. 2. c. 11.

Filij & hæredes vſurarij, lib. 5. c. 29.

Filij eius qui patiebatur morbũ Comitialem, lib. 2. c. 16.

Filij etiam nõ debent promoueri ad ordines proprio patre etiam legitimo, libro 4. c. 6.



Sanctimoniales quoque ipſæ patiuntur canonica impedimenta ob proſapiã: nam non poſſunt eſſe prælatæ filiæ vel nepotes eorum, qui occiderunt propriũ Epiſcopum, aut Cardinalem, aut aliter erant Rei læſæ maieſtatis, hoc lib. c. 29. num. 12.

Sanctimonialis quoq; filia clerici conſtituti in ſacris prælata eſſe non poteſt, eodem num. 12.

Sanctimonialis quoque filia ſcænici prælata eſſe non poteſt. eodem nu. 12.

Et de huiuſmodi irregularibus ex ꝓſapia fuſius in ipſo operis procurſu agemus: nunc agamus de ipſo conceptu, ortuue hominis.

*De illegitimorum irregularitate.*

## CAP. IIII.

1 *Decima generatio quid ſignificet:*
2 *Mandatum de prouidendo alicui de beneficio, intelligitur dummodo ſit legitimus.*
3 *Illegitimi fuere viri inſignes multi.*
4 *Illegitimi aliquando naſcuntur ex ijs, qui inter ſe contraxerunt matrimonium.*
5 *Matrimonium dirimitur profeſſione religionis ante conſummationem.*
6 *Petrus Corbarius AntiPapa inuita vxore ingreſſus eſt religionem.*
*Pimanus & Melania conſenſu mutuo religionem ſunt ingreſſi.*
7 *Vxor ſi patiatur decennio virum viuere in Religione, præſumitur conſenſiſſe.*
8 *Matrimoniũ non dirimitur, etiam ſi maritus ſuſcipiat ordines ſacros, ante conſummationem.*
9 *Vxor poteſt cogere virum ſubdiaconum, ad cõſummationem matrimonij.*
10 *Vxoris renitentia non impedit, quin character ſacri ordinis viro imprimatur.*
11 *Vxore mortua, an maritus poſſit ſine diſpenſatione adminiſtrare ordines, quos ſuſcepit illa viuente.*
12 *Græcorum filij ſuſcepti in ſacerdotio, ſunt habiles ad ordines, & beneficia, ſed non ſi ſint ſuſcepti in Epiſcopatu.*
13 *Latinus ex diſpẽſatione Papæ poſſet vxore vti & ordine ſubdiaconatus.*
14 *Illegitimus quandoq; tempore fit legitimus.*
15 *Clericus in minorib. beneficiatus ducendo in vxorem concubinam ſuam, legitimat prolẽ ante ſuſceptam.*
16 *Illegitimi nati ex concubina, vt legitimi fiãt ex ſubſequenti matrimonio, tempora conceptionis, & matrimonij debent eſſe habilia.*
17 *Illegitimus ordinatus ante ſubſequens matrimonium non purgat irregularitatem ordinis male ſuſcepti ex matrimonio.*
18 *Matrimonium aufert illegitimitatem, ſed nõ irregularitatem ex illegitimitate cõtractũ.*
19 *Matrimonium etiam nullum legitimat prolẽ quando cauſa nullitatis defecerit.*
20 *Matrimonium inter conſanguineos ipſo iure non legitimat prolem ſuſceptam, niſi in diſpenſatione exprimatur.*
21 *Papa poteſt efficere quòd ſua prouiſio habeat plenum effectum, etiam quo ad præterita.*
22 *Subdiaconi vxorati filij, vt legitimentur requiritur expreſſio in diſpenſatione.*
*Papa an diſpenſare poſſit ſuper voto caſtitatis monacohrum, dubitatur a nonnullis.*

QVisquis extra matrimoniũ na
ſcitur, ſiue ſpuri⁹, ſiue nothus,
aut quouis noĩe nuncupetur,
promoueri non poteſt, Deut. c. 23. Non
ingredietur (inquit) Manzer, (hoc eſt de
ſcorto natus) in Eccleſiam dñi vſque in
decimam generationem: quem ingreſ-
1 ſum in Eccleſiam, non alio ſenſu capi o-
portet, quàm ne Eccleſiaſticis officiis de-
fungatur; quæ interpretatio comproba-
tur c. per venerabilem, in fi. qui fil. ſint le
git. Sicut illa quoque verba, in decimam
generationem, ad hunc ſenſum trahi de-
bent, ſ. vt perpetuo excluſus cenſeatur, vt
decimus numerus pro perpetuo accipia
tur. Scribit Anto. Fonſecca Luſitanus in
additione ad Caietanum ſuper d. c. 23.
Et tametſi eo c. ſoli Manzeres ſcorto na
ti excludi videantur, vt in textu habetur,
velut ibi Caietan. ſcribit, ex adultera: Tñ
idem eſt in quocunque illegitimo: pro-
batur c. niſi cum pridem. §. perſonæ. de
renun-

remuntiat.vbi gl.& probant omnes Sum
miſtæ.in verb.illegitimus.

Sunt autem huius prohibitionis plu-
rimæ rationes:plerumq; etenim illegiti-
mi vitijs pleni sũt, vt ſingula enarrat Ra
uis.textor in Epit. Cardin. Paleot.lib.de
Noth.ac Spur.Io.And.in addit.ad Spec.
tit.qui fil.ſint legiti. deinde ignominioſi
ſunt,quaſi ex turpitudine nati, vnde de-
honeſtãdus non eſt honor clericalis:prę-
terea nullo diſcrimine haberetur matri-
monij ſacr̃m,à fornicatione;quas ratio-
nes affert Fõſecca loco præfato. Alia quo
que eſt ratio ĩ deteſtationẽ paterni ſcele-
ris:arg.de hæret.c.vergẽtis:putatur quo-
que incontinens futurus,& paterni ſcele
ris imitator,cum ſit natus ex incontinen
tia. Iure igitur merito à ſanctiſſimo ordi
nis ſacramento excludendi ſunt ij extra
matrimonium nati. d.c. per venerabilẽ.
& de ſeru.non ordi.c.conſuluit. Qua ra-
tione fit,vt ſicut non promouerij, ita neq
eligi debeant.c.innotuit.& c.cũ in cũctis.
de elect.Quinimmo ſi Papa mandet no
minatim prouideri alicui de beneficio,
2 interpretatio fit,dummodo ſit legitimus
Bald.in l.neq; nata es.C.de prob.Paleot.
de Noth.& Spur.c.57.nu.5.Poteſt tamẽ
illegitimus poſtulari expectata Papæ di-
ſpenſatione.d.c.per venerabilem.& gl.in
c.Cœnomanenſem,diſ.56. Quamobrẽ
3 inſignes viri quamplurimi ob egregias
virtutes,aut ob familiæ auctoritatẽ pro-
moti ſunt:nam inter ſummos Põtifices
fuerunt Ioannes X. & Clemens VII. at
Cardinales fuerunt Laurẽtius Cibo pri-
mus Card.Hippolytus Medices,Franci-
ſcus Borgia Valentinus, Petrus Ferricus
Hiſpanus Archiepiſc.Tirazzon.Gabriel
Rangonius Eṗs Albæ Regalis; At inter
Eṗos Hẽricus Eṗs Leodien.imperij prin
ceps:Ioãnes Matthęus Gibertus Eṗs Ve
ronenſis; per plures affert Paleot. ſed ꝙ
ſpectat ad Chriſtophorũ primũ, Leonẽ
Quintum, Ioannẽ Decimum octauum,
& Bonifacium Septimum,quos doctiſſi
mus ille putat illegitimos,potius(pace tã
ti viri dixerim) obſcuro loco nati dici
debent,quã illegitimi: nam horum om-
nium originem obſcuram eſſe ſcripſerũt
Platin.Onuphr.Ioannet.atque alij.

Inter illegitimos conſtat aliqñ annũ-
4 merari eos, qui ex ijs naſcũtur, qui legi-
timo coniugio fuerant coniuncti;exem-
plo eſt, ſi duo contraxerint per verba de
præſenti,eorumq. alter ante matrimonij
conſummationem religionem ingredia-
tur,& ꝓfiteatur, ſi poſtea cõmiſceantur,
ꝓles,quæ naſcitur illegitima eſt:ſed hæc
quæſtio multis caſib. diſtingui debet:nã
ante conſummationem vterq; põt ingre
di religionẽ altero inuito, & reluctante,
quo caſu per profeſſionis emiſſionẽ,diri
5 mitur oĩno matrimonium.c.2.de cõuer.
coniu.Concil.Trid.ſeſſ.24.canon.6.me-
rito hoc caſu, qui naſcitur, extra matri-
moniũ naſcitur,ideo illegitimus eſt.At ſi
poſt cõſummationem matrimonij,alter
ad religionẽ tranſire velit,altero cõtradi-
cente,vel ignorante,non eſt ſolutum ma
trimonium,nec vſus tori; ideo quicquid
inde naſcitur,eſt legitimum:nã ille,ꝗ eſt
profeſſus religionẽ cogitur redire ad cõ-
iugẽ,& vti copula,cui præiudicare nõ po
tuit c.quidam.& c.placet.de conuerſi.cõ
iug.S.Thom.4.diſ.37.art.1.In quo caſu
fuit Petrus Corbarius Antipapa contra
Ioannem XXII. nam vxore inuita reli
gionẽ eſt ingreſſus: refert Onuphr.& alij
oẽs, præſertim auctor ille Ioannes Gene
ſius,qui Ægidij Cardinalis vitam elegãti
ſermone conſcripſit;ſed & ſi mulier viro
ad religionem tranſeunti conſentiat,hoc
non ſufficit quin pęnitere poſſit,ſi nõ va
leat continere: nam adhuc virum poteſt
repetere,& vti matrimoniali copula;vn-
de



de quod inde naſcitur,eſt legitimum.ꝓ-
batur c.1.de conuerſ.coniug.& eſt ratio,
quia in iſtis conuerſionib. cõiugatorum
validandis, decretum Epiſcopi requirit̃,
qui non admittet hanc ſeparationem,ni
ſi vel ipſa quoq; ſubeat religionem, ſi ſit
iuuenis,vel ſuſpecta,vel niſi ſaltim emit-
tat votum continentiæ,ſi nõ ſit ſuſpecta;
c.cum ſis.& c.ſignificauit. cum gl.de cõ-
uerſ.coniug.probat Tiraq. de præſcri.in
gl.decem annos,verſ.22.& videtur glo.
in c.agathoſa. 27.q.2. & tex.in c.ſi vir &
vxor.ead.q.2.

Exemplum in facto olim contigit S.
Melanię,& Pimano coniugib.copulatis,
qui cõi conſenſu ad monachiſmum trã-
ſierunt,vt ſcribit Pallad. Cappad. in vita
S.Melaniæ iunioris.c.49.

Sed & hoc noſtro ſæculo Bonifacius
Placidus, & vxor Cæſarea Clara ciues
Diœc. Aſculan.tametſi ſupra annos 30.
coniugali toro conuixiſſent, die eodem
poſt communem, maturamque delibe-
rationem monachiſmum ſubierunt,ille
quidem Diui Dominici ordini ſe dedẽs,
hæc Diui Franciſci:quorum vterque ad-
huc,non dicam laudabili, ſed admiran-
da potius vita inſigniſſimus eſt.

Deficiente igitur hoc Epiſcopi decre-
to, nudus conſenſus coniugis non ſuffi-
cit;& ideo proles naſcetur legitima, ſiue
ipſa exigat debitum, ſiue ipſe qui profeſ-
ſus eſt, ſi autem per decennium mulier
7 paſſa ſit virum in religione degere, per
id tempus naſcitur præſumptio, quòd
Epiſcopi conſenſus,& decretum interue
nerit,& oĩa ſint ſolenniter acta, Tiraque.
ibidem:ideo poſt hoc decennium quic-
quid naſcitur ex eis,præſumitur illegiti-
mum:Quando igitur cum conſenſu con
iugis,accedit quoque decretũ Epi: quia
tãta fit tori ſeparatio; vt vlterius eis non
liceat impune copulari,proles quę naſci-
tur,eſt illegitima,gl.in c.miniſtri.diſ.81.
Abb.in c.litteras.de fil.preſb.arg.c.ſeria-
tim.diſt.32.& d.c.agathoſa:nam cũ con
cubitus illicitus ſit, ſequitur ex illicita
copula naſci non legitimum partũ.Ant.
Florent.3.tit.29.c.4.de ijs, vide Alberic.
in verb.illegitimi; quo loco ex ſententia
Inno.Bern.& Goff. putat oẽs iſtos egere
diſpenſatione,vt promoueri poſſint: ꝗa
Eccleſia non agnoſcit hos partus quoad
ordines; & ſic inter irregulares adnume
rantur:at quo ad ciuilia munera,& hære
ditariam ſucceſſionem facile admitto il
lorum ſententiã, qui putant partus p̃miſ
ſos naſci legitimos,vt ſenſerat Archid.d.
c.miniſtri. Abb.in d.c.litteras. pro quib.
facit illa ratio, ꝙ interdictum ne vir, &
vxor vtantur copula, non impedit quin
proles naſcatur legitima ab ijs parentib.
inobedientib.vt ibi Abb.notat.

Sunt autem hæc oĩa vera eo caſu,quo
alteruter tranſit ad religionem: at diuer-
ſum ius eſt,cum vir ſubit ordines ſacros
extra religionem; nam ſi matrimonium
per verba de præſenti contractum ſit,
& ante conſummationem vir fiat ſub-
diaconus, ſiue conſentiente, ſiue diſ-
ſentiente vxore, matrimonium non di-
rimitur, contra id quod diximus de
religionis ingreſſu: Et ideo cum illæ-
ſum maneat matrimonium, vxor coge-
5 re poteſt virum ſuum ſubdiaconum ad
conſummationem matrimonij, expreſ-
ſus caſus in extrauagan. Ioannis vigeſi-
mi ſecundi, quæ incipit,Antiquæ.de vo-
to. Abb. in cap. 2. de conuerſio. coniu-
gat. circa princip.gloſſ. in cap.1.de vo-
to, lib. ſexto. Vnde partus qui poſtea
naſcitur ab hac copula, quia lege pro-
batus eſt, legitimus dicitur, & ad ordi-
nes promoueri poteſt, contra id quod
diximus de religionis ingreſſu; idem
erit etiam poſt conſummationem ma-
trimonij

monij, ſi vir fiat ſubdiaconus vxore, aut
conſentiente, aut renitente non interpo-
ſita Epiſcopi auctoritate: manet enim il-
læſum matrimonium, & hic ſubdiaco-
nus omnino tenetur perſeuerare in red-
dendo debito vxori . c. 1. de conuerſio.
coniugat. S. Thom. 4. diſtin. 37. q. 1. art.
2. Ideo naſcitur proles legitima, ſiue ip-
ſe ſubdiaconus exigat debitũ, ſiue vxor:
nam ipſe peccat grauiter exigẽdo; at nõ
præiudicat proli, quæ eſt legitima; vt ex-
preſſim tradit Raym. in tit. de fil. preſby.
verſic. pone quòd aliquis. debet etenim
interuenire decretum Epiſcopi, vt con-
ualidetur iſta ſeparatio, d. c. ſignificauit.
d. c. ſi vir & vxor. & ipſa debet cogi voue-
re continentiam. cap. ſi quis coniugatus.
27. q. 2. & cap. coniugatus. de conuerſio.
coniugat. quo caſu, ſi hæc fiant, tanta eſt
tori ſeparatio, vt ſi poſtea copulentur,
proles ab Eccleſia nõ agnoſcatur quoad
ordines; vt diximus ſupra in eo, qui in-
greſſus eſt religionem cum auctoritate
Epiſcopi, gl. d. c. miniſtri. Abb. in d. cap.
litteras. ſed agnoſcetur ſi voluerit iſta ꝓ-
les ingredi religionem, ſicut narratur de
Vrbico Aruerniorum Epiſcopo, cuius
vxor, cum promiſſam in ſęculo continẽ-
tiam ſeruare nõ valeret, tanta temerita-
te, & importunitate ipſius Epiſcopi do-
mum, etiam noctu adijt, vt eum ad con-
ſuetos tori complexus attraxerit, indeq;
nata filia eſt, quę ad religionis profeſſio-
nem admiſſa eſt, vt ſcribit Greg. Turon.
hiſt. lib. 1. c. 39.

Eſt autem hoc loco illud adnotandũ,
quòd vxoris renitentia non poteſt impe
10 dire, q̃n ſacer ille ordinis character in vi
ro imprimatur actu, & habitu: fit enim
vere ſubdiaconus, & irregularis efficitur
quo ad hoc, quòd executionem non ha-
bet eius ordinis, nec ad altiores aſcende-
re, nec ad beneficia admitti põt. d. extra-
uag. Antiquæ; nec quidẽ vxore mortua;
ſemper enim egebit diſpenſatione, vt ab
hac irregularitate liberetur, ꝑꝑ illã vxo-
11 ris renitentiã, at ſi ab initio ante cõſum-
mationem vxor conſenſiſſet, etiam ſine
auctoritate Epiſcopi, viuente ea execu-
tionem quidem ſuſcepti ordinis non ha
bet: at ea mortua ſine vlla diſpenſatione
ſuſceptum ordinem adminiſtrare põt.
Abb. in c. placet. de conuerſ. coniug. apo-
ſtilla magna ad Abbatem. in c. coniuga-
tus. de conuer. coniug. videtur ſentire S.
Thom. d. diſt. 37. q. 1. art. 3.

Ex iis illud conſequens eſt; quòd Grę
corum Epiſcoporum filij ex vxore du-
cta ante epiſcopatum obtẽtum, ſuſcepti
12 poſt adeptum Epiſcopatum, ſunt inhabi
les ad ſuſcipiendos ordines, quia nec ip
ſi Græci adepto Epiſcopatu, poſſunt vti
vxore ante ducta; vt expreſſim decretum
fuit in ſexta Synodo Conſtantinop. can.
12. At Græcorum Sacerdotum filij, etiã
poſt ſacros ordines ſuſcepti ex vxore an-
te ducta, legitimi ſunt, & apti ad Eccle-
ſiaſtica omnia miniſteria, quia vxori ad-
huc eos cohabitare Eccleſia tolerat. S.
Thom. d. diſt. 37. q. 1. art. 2. & ead. Con-
ſtantinopol. Synodo. d. c. 12. ideo hi filii
Græcorum ritu, diſpenſatione non obtẽ
ta promoueri poſſunt. cap. cum olim. de
13 cler. coniu. Idem quoq; erit in omni cle
rico latino, quem Papa diſpenſarit, vt in
ſubdiaconatu vti vxore iã ducta poſſit;
hoc enim eſt in facultate Papæ, ſcribit
Archid. in c. cum in præterito, diſtin. 84.
intelligendo, vt declarat Abbas in d. ca.
cum olim. de cler. coniug.

E contra aliquando contingit eum,
qui ipſa natiuitate fuit illegitimus, ſuc-
ceſſu temporis fieri legitimum; exem-
plo eſt, ſi quis naſcatur ante matrimo-
nium contractum, illegitimus eſt: at
ſi inter parentes poſtea matrimonium
contra-



contrahatur, vere legitimus fit, perinde,
ac ij, qui poſt matrimonium naſcuntur.
l. fi. C. de natu. lib. Archid. diſt. 35. q. 7. in
princ. & diſt. 56. in c. Oſius: ideo promo
ueri ad omnes ordines, & dignitates poſ
ſunt, diſpenſatione nõ petita, niſi ad Epi
ſcopatũ: in quo obtinendo, egent diſpen
ſatione: Abb. in c. ad extirpandas, de fil.
presb. & licet gl. in c. innotuit, de elect.
videatur ſentire, quòd ꝓmoueri etiam
poſſunt ad Epiſcopatum, tñ id non eſt
tutũ in conſcientia, vt ſentit Silu. in ver.
Illegitimus. q. 3. Cautius igitur agent, ſi
diſpenſari petant. Vt autem ſubſequens
matrimonium reddat prolem antenatã
legitimam, neceſſe eſt, vt tempore conce-
ptionis inter ipſos parentes poſſet conſi
ſtere matrimonium; alioquin ſi impedi-
mentum ſuberat, quia alter forſan coniu
gatus erat, ſi auferatur tale impedimen-
tum & ipſi contrahant, ille partus conce
ptus durante impedimento, non põt fie-
ri legitimus, qui fil. ſint legit. c. tanta, vbi
Doc. & in auth. quib. mo. natu. effic. legit.
circa princ. Sil. d. q. 3. Et licet aliqui dixe-
rint inſpiciẽdum tp̃s natiuitatis, per tex.
in c. cum in cunctis, ibi ſit natus, de elect.
vt ſentit Hug. 35. q. 7. in princ. & ibi Ar
chi. tamen cõmunius concludunt Doct.
in tempore conceptionis, vnde ſi vir cõ-
iugatus pręgnantem reddiderit mulierẽ
ſolutam, quæ peperit eo tempore, quo
hic coniugatus ſolutus eſt ab vxore mor
tua, & poſtea ſimul cõtrahant, ille partus
non poteſt eſſe legitimus virtute huius
matrimonij, niſi mulier ipſa tempore
conceptionis forſan neſciuiſſet hunc vi-
rum eo tp̃e fuiſſe cõiugatum, ita ſcribit
Bern. in d. c. tanta Hoſt. & glo. 1 & Zab.
q. 11. in nouiſſ. alias ſi ſciuiſſet, nullo mo
do eſſet legitimus tex. in d. c. tanta.

Quod autem diximus ſubſequẽs ma
trimoniũ reddere legitimum eum; qui
natus fuerat illegitimus, ꝓcedit in eo, q̃
cõcipitur, & naſcitur ante matrimoniũ:
at ſi concipiatur ante, ſed naſcatur cõtra-
cto matrimonio, habet perinde vere in-
15 genuus, ac natus, & conceptus in matri-
monio. Hoſt. d. c. tanta, Zab. d. q. 11.

Ad hęc de illo opportune tractari cõ
tingit, qui exiſtens clericus in minorib.
beneficiatus, de concubina filios genue-
rit, eamq; poſtea in vxorem ducat, certe
proles illa fit legitima. Io. And. in reg. ſine
culpa li. 6. Zab. in d. c. tãta. q. 4. in nouiſſ.
ſcriptis: idẽ quoq; erit ſi monachus an-
no profeſſionis pendente ex concubina
filium ſuſceperit, quam poſtea in vxorẽ
duxerit, eſt legitimus filius, Philip. Frãc.
in d. c. tanta. q. 3.

Hinc illud conſequitur, quòd ſi extre
ma tp̃a conceptionis, & cotnracti matri
monij fuerint habilia, etiã ſi medio tp̃e
adfuerint impedimenta, quæ ceſſarunt;
16 nihilominus proles erit legitima; exem-
plo eſt ſi vir, & mulier tp̃e conceptionis
erant ſoluti, poſtea vel vterq;, vel eorum
alter tranſit ad nuptias alienas; defun-
ctis ipſorum coniugibus, ſi inter ſe ve-
lint contrahere, proles quæ cõcepta erat
primo tp̃e, quo ſoluti erant, fit legitima,
non obſtantib. nuptijs alienis interpoſi-
tis. Abb. in d. c. tanta, Not. ſ̃m Io. Andr.
in d. reg. ſine culpa, in mercur. Alberi. in
verb. Illegitime, verſ. quid ſi nato. Abb.
in cap. ad extirpandas, de fil. preſbyte.
ſufficit enim vt extrema conceptionis,
& matrimonij tempora habilia ſint, vt
ibi per eum: ex quibus concluditur, om
nes prædictos rite promoueri poſſe,
tamquam legitimos: In qua re illud
eſt notatu dignum, quòd ſi is, qui ex
fornicatione natus eſt, ante matrimo-
nium ſubſequens, promoueatur ad or-
dines: ſubſecuto matrimonio fit qui-
dem legitimus, ſed illa indebita or-
dinum

dinum ſuſceptio non conualidatur, nec
habet ordinis executionem, nec aſcēde-
re ad altiores pōt ſine diſpenſatione.ſcri
pſit Vinc.in c.innotuit,de elec.quem re-
fert,ac probat Archi. in c.Oſius,diſ.56.
quod eſt memoria dignū,ſ.quod matri-
monium aufert illegitimitatem, ſed non
aufert irregularitatem ex illegitimitate
contractam in ſuſceptione ordinum.

Huc ſpectat, quòd ſi ab initio matri-
monium non tenuit, vel ex imperfectio-
ne conſenſus, vel ex defectu formę impo
ſitæ ex Conc.Trid.ſeſſ.14.c.1.de Refor.
& interim filius naſcatur, poſtea matri-
monium conualidetur, vel ex pleno con
ſenſu, vel ex integra obſeruatione formę,
filius ille redditur legitimus,qui fuerat il
legitimus; item exemplo eſt ſi furioſus
contraxerit,& genuerit, & ceſſante furo-
re perſeueret in cōſenſu, legitimatur par-
tus.Zab.in d.c.tanta.q.9. in nouiſſ. ſcri-
ptis: idem erit ſi infidelis, & Chriſtianus
contraxerint matrimonium, quod cum
ſit nullū,ob diſparitatem religionis, par-
tus eſt illegitim⁹: ſi poſtea accedat baptiſ
mus in coniuge infideli,cōualidatur ma-
trimoniū, & partus redditur legitimus
ex ſententia Gaſp. Calde. & Zab.in d.c.
tanta.q 8.licet Abb.ibi,poſt Io.And.con
trarium ſentiant: quorum nimis rigoro-
ſa eſt opinio, ideo viderentur iſti omnes
poſſe promoueri ad ordines ſacros: nam
ex decreto Innocentij ad Ruffum,& Eu-
ſebium (quod præfatus Abbas,& Ioānes
And. nō viderūt) vere filij legitimi putā
tur.c.deinde,diſ.26.& 28.q.1.c.nūquid.

Ad idem dubitationis genus ſpectat
ſi duo ab initio ſcienter contraxerunt in
20 gradu conſanguinitatis, vel affinitatis,
cum nullum ſit matrimonium, proles
eſt penitus illegitima; etiam ſi Papæ di-
ſpenſatio cōualidet poſtea matrimoniū,
non aliter ei filij erunt legitimi, quàm ſi
Papa in diſpenſatione hoc de eis legiti-
mandis exprimat. Philip.in d.c.tanta.q.
5.& ibid.Zab.q.10.in nouiſſ.& ideo ino
leuit ſtilus litterarum Rom.Curiæ cum
clauſula, quòd ꝓles ſuſcepta declaretur
legitima, pōt enim Papa efficere vt ſua
prouiſio inducat plenum effectum,etiam
21 quoad præterita.Clem.1.de immun.Ec
cleſ.& habeat vim in reuocanda conſti-
tutione præterita,& effectus inde ſequu-
tos; adeo quòd excōicatus vigore alicu-
ius conſtitutionis illa poſtea reuocata ſic
volente Papa non indigebit abſolutione:
quod eſt notandum ad hoc, quod Papa
auferre pōt impedimenta, quæ erant tē-
pore conceptionis; quod confirmat Silu.
in ver.abſolutio.3.ver.ſecūdū vtrū Papa.

Hęc eadem procedunt ſi ſubdiaconus
contraxiſſet matrimoniū, & filios genuiſ
ſet,poſtea à Papa diſpenſatus ſit ſuper eo
matrimonio,filij debent expreſſim legi-
timari, vt cenſeri poſſint legitimi; Idem
22 ī Monacho, vel Monacha ꝓfeſſis matri
monium contrahentib.& procreantib.ſi
diſpēſentur à Papa ad dictum matrimo-
nium,filij nati ante diſpenſationē, vt ſint
legitimi debet expreſſim declarari: Hoc
tamē in profeſſis vix vnquam poteſt cō-
tingere; quia non ſolum Papa diſpenſare
non vult,ſed dubitatur an poſſit, de quo
vide Tabien.in verb.diſpenſatio.num.7.
Silu.in verb.votum.4.q.5. c.cum ad, de
ſtat.mon. & ex ijs conſtat hos filios non
23 eſſe ordinandos niſi diſpenſatos, & legi
timos declaratos.

*De illegitimis, qui tamquā legitimi habētur.*

## CAP. V.

1 *Ex matrimonio putatiuo proles eſt legitima.*
2 *Ex matrimonio putatiuo ex dubio iuris proles an ſit legitima.*
3 *Opinionem ſequens ſui doctoris, vel confeſſoris an ex-*



*an excuſetur à peccato.*
4 *Dotalibus inſtrumentis omiſſis proles eſt legitima iure canonico, non ciuili.*
5 *Interdictum Eccleſia non impedit, quin proles naſcatur legitima.*
6 *Excommunicati gignunt prolem legitimam.*
7 *Litis pēdentia nō obeſt proli; quin ſit legitima.*
8 *A Maritis duobus viuis eadē mulier ab vtroque ſuſcipit prolem legitimam.*
9 *Matrimonium per verba de futuro, an per copulam dicatur validari.*
*Matrimonium per verba de futuro hodierno iure non habet locum.*
10 *Ex matrimonio ſimulato natus, non debet promoueri, ſi ſciat ſimulationem.*
*Matrimonia præſumpta omnino ceſſant hodie & ob id ceſſat diſpoſitio c.Is qui, de ſponſ.*
11 *Ex matrimonio ſimulato natus, in foro contentioſo habetur pro legitimo.*
*Seruorum filij ſunt legitimi, etiam quoad ordines.*

OPinio quoque legitimos facit
eos, qui ex vero matrimonio
nati non ſunt; nam ſi palam
inter cōſanguineos, vel affines
ignorantes contrahatur matrimoniū, nō
tenet, ſed eorum opinio prolem gignit
legitimam, dum durat bona fides; ita qđ
ſi alter coniugum ſcierit, alter ignorarit
impedimentum, proles adhuc naſcitur
legitima; ſenſerat Rai. quē ad hoc refert
Ant.Flor.3.tit.29.c.4.in princ.tex. in ca.
cum inter.c.ex tenore,& c.referente, qui
fil.ſint legit.cum gl. ideo promoueri po-
terunt, Archiepiſ.Flor.ibid. in his enim
reb.præfertur opinio veritati: Abb.in d.
1 c.ex tenore,circa fin.Quinimmo oēs nati
de putatiuo matrimonio ſunt legitimi,
quo ad ordines. Abb.in d.c.ex tenore cir
ca fi.per illum tex.iuncta gl.

Sunt autem ita demum vera hæc oīa,
ſi parentes publice matrimonium con-
traxiſſent, alioquin ſi clam, quia præſu-
mitur fraus, proles eſt illegitima: Abb.in
d.c.ex tenore,in fin.tex.in c.cum inhibi-
tio,de cland.deſpon.gl.in d.c.referente:
huiuſmodi enim ignorantia non excuſa-
ret: Ant.Flor.d.tit.29.c.4.præſertim ho-
die, cum ex Cōc. Trid. publicari debēt
nuptiæ: Vnde ſi clam fierent, nulla prætē
di ignorātia poſſet: ſeſſ.24.c.1.de Refor.
Hæc etiam non ſolum vera ſunt in igno-
rantia facti, ſed & in ignorātia iuris: quæ
ſi adfuerit in coniugib. vel eorum altero,
& ꝓbabilis ſit, vt in muliere, ruſtico, mi-
lite, idiota, partus erunt legitimi.l.qui in
prouincia. ff.de rit.nup.per quam legem
ita concludit Abb. in d.c.referente, in
fi.& in c.perlatum,verſ.nota ſingulariter,
& ī c.ex tenore, vltimis verbis: expreſſius
in c.per venerabilem, col. vlt. verſ.in glo.
ibi dubitari, qui fil.ſint legit.

Propterea, ſi ſcholaris canoniſtæ, vel
Theologi alicuius auditor, dubitās ex
dubio iuris, an ei liceret Tulliam vxorē
ducere, eam duxerit credens potius ſui
2 doctoris opinioni, quàm aliorum, & ca-
ſus ſit obſcurus, proles erit legitima, licet
in veritate poſtea probetur verior cōtra-
ria opinio: & eſt ratio huius rei, quia ſe-
quens opinionem ſui doctoris obſcuro
in caſu excuſatur etiam à peccato. Silu.
in verb. opinio. Abb.in c.Capellanus, de
fer.ſeruata diſtinctione, quam ponit S.
Thom.quodl.3.art.10.ſ.in ijs, quæ non
pertinent ad fidem, vel bonos mores; idē
in ſequen. opinionem ſui confeſſoris ꝓ-
bi,& eruditi. Iſtis enim caſibus huic pro
li non erit neganda promotio ad ordi-
nes, aut ſaltim facile concedenda diſpen
ſatio, quia in matrimonijs contrahēdis
poſſunt emergere multa dubia iuris, vt
probat Silu.in verb.Matrimonium.6.q.
3.vnde excuſaretur credentes bono viro.

Illud autem nulla vnquā ratione ex-
cuſabo, ſi alter coniugum ignorantiam
3 iuris, vel facti velit prætendere, quando
non obſeruauerint formam ſubſtantialē
matrimonij, præſcriptam a Conc.Trid.
d.ſeſſ.24.nam excuſari nō poſſunt, quin
& nul-

&nullum ſit matrimonium, & ipſi pu-
niendi, & proles illegitima; ſunt enim
in culpa in ignoratione rei tam frequẽta
tæ,& notæ: Horũ igitur filios poſt. Cõcil.
præfatum nõ admittam ad ordines niſi
præuia Pontificis diſpenſatione.

Eſt etiam hoc loco illud adnotandũ,
quòd etſi Iure ciuili, filij, qui naſcuntur
4 ante dotalia inſtrumenta, ſint illegitimi;
Tamen iure canonico legitimi ſunt, quia
ſine dote tenet matrimonium: Ideoque
cum in ſuſcipiendis ordinibus ſacris in-
ſpiciẽdum ſit ius canonicum, merito iſti
promoueri debent, Alberic. in verb. Ille-
gitime, circa fi. Archid. 30. q. 9. in princ.
ſufficit. n. illa opinio publica matrimonij
contracti, tametſi ſcriptura non conſtet.

Eadem opinio facit etiam legitimam
eam prolem, quæ cõtra interdictum Ec-
cleſiæ naſcitur, nam ſi tori ſeparatio fiat
5 etiam de conſenſu coniugum, & Epiſco-
po approbante; tamen ſi rurſum commi
ſceãtur, proles naſcitur legitima: quinim
mo & ſi Epiſcopus eis interdixerit ſub
excõicationis pœna ipſo facto incurren-
da, ne copulentur, & ipſi contraueniẽtes
prolem edant, eſt legitima. Abb. in c. litte
ras, de fil. presb. c. 1. & 2. de matrim. cõtr.
contra interdic. Eccleſ. Idque non ſolum
6 verum eſt in prohibitione vſus matrimo
nij iam contracti, ſed etiam in prohibi-
tione matrimonij contrahendi d. c. 1. &
2. Eſt autem ratio, quia nati ab excõicatis
nõ ex hoc ſunt illegitimi, ĩmo & quoad
ordines, & reliqua omnia habẽtur inter
legitimos, vt diſputauit Barthol. Brix.
in ſuis quæſtionibus. q. 55. incip. Quidã
in faciem Eccleſiæ: quem refert, ac pro-
bat Alberic. in verb. Illegitime; quia ad-
huc extat matrimonium, tradidit idem
Zab. in c. cum inter. q. 2. qui fil. ſint legit.
in nouiſſ. ſcriptis, citat Brix. q. 63. quia
forſan ordo ſui voluminis diuerſus erat
à volumine Alberici.

Quinimmo & ſi parentes per contu-
maciam excõicati fuerint, pendente lite
ſuper matrimonio, & per ſententiam ſe-
paretur, ea contumacia parentum nõ po
terit præiudicare filijs, vt patiantur defe
ctum illegitimitatis, vnde habebũtur in-
7 ter legitimos, vt concludit Zab. in d. c. cũ
inter. 3. oppoſit. in nouiſſ. ſcriptis: litis. n.
pendentia ſuper matrimonio non impe
dit, quin filij ſint legitimi. Abb. in d. ca.
cum inter, per illum text. etiam ſi poſtea
declaretur nullum matrimonium, vt ibi
per eum: videntur enim perſeuerare in
quaſi poſſeſſione matrimonij, ſicut & in
alijs omnibus cauſis. c. 2. vt lit. pend. idẽ
quoq; erit, ac multo magis ſi interpoſita
fuerit appellatio; cum perinde ſit, ac ſi
nõ fuiſſet iudicatũ c. venientes, de iureiu.
& in hoc caſu ſcripſit Aegid. & poſt eũ
Zab. in d. c. cũ inter. q. 1. ĩ nouiſ. ſcriptis.

Hinc illud ſequitur mirabile, vt filij na
ti ab eadẽ muliere duob. viris ſimul viuẽ
8 tib. poſſint oẽs ſimul eſſe legitimi: finge
verum matrimonium per ignorantiã iu
dicis, aut falſas probationes reſciſſum; &
ob id vxorem alij nupſiſſe, poſtea in litẽ
reduci primum matrimonium ꝑꝑ veras
ꝓbationes forſan nuper repertas: certe
liberi tã primi matrimonij quàm ſecun-
di erunt legitimi, & promoueri poterunt
ex pręmiſſis: Rurſum finge virum abeſ-
ſe diu, & nũtiũ allatum eſſe vxori, ipſum
mortuum eſſe, & propterea ipſam trãſiſ-
ſe ad ſecũdas nuptias ꝑmiſſu Iudicis; pri
mo viro redeunte debet ei reſtitui vxor,
& tamen vtriuſq; coniugij proles eſt legi
tima, & promoueri ſine diſpẽſatione po-
teſt: quia vnius ex coniugibus ignorãtia
probabilis excuſat filios ab illegitimita-
te; & quod ex duob. viris conuenientib.
vna vxor poſſit vtramq; prolem legiti-
mam ſuſcipere tradit Zab. in d. c. per ue-





nerabilem. §. videbatur, oppoſit. 4. & q.
vlt. in nouiſſ. ſcriptis.

Ad hæc cõcinne eſt illud, quod ſi duo
9 contraxerunt per verba de futuro ſecu-
ta copula tranſit in matrimoniũ, & pro-
les q̃ naſcitur, iure canonico in foro iudi
ciali hr̃ legitima, quaſi ex matrimonio
nata. c. is qui. de ſpõſ. ita quòd, ſi poſt co-
pulam alter eorum alij nubat per verba
de p̃ſenti, nil actum putatur. d. c. is qui. &
ꝓles ſi naſceretur, haberet̃ ꝓ illegitima:
quæ ſimpliciter inſpecto iure veteri ꝓce
dunt in foro iudiciali, at in foro conſciẽ
tiæ hoc non ita procedit, ꝗa copula ſola
ſine intentione matrimonij non efficit,
vt verba de futuro efficiãt matrimoniũ;
ideoq; ſecundum matrimoniũ de p̃ſenti
in foro conſcientiæ præualet primo de
futuro, cũ copula carente intentione cõ-
ſummandi, vt colligitur ex S. Thom. in
quodlib. 5. ar. 15. Vnde cũ ex primis &
ſecundis nuptijs filij ſint nati, ſequitur ꝙ
etiam ſecundi matrimonij filij in rei ve
ritate ſunt legitimi, ergo vtriuſq; matri-
monij ꝓles eſt legitima, ſed diuerſis mo
dis; nã filij matrimonij primi ſunt legiti-
mi ĩ foro iudiciali ex p̃ſumptione iuris,
per d. c. is qui, etiã ſi in copula nõ affuiſ-
ſet intentio cõſummandi matrimoniũ:
& filij ſecundi matrimonij facti per ver-
ba de p̃ſenti in foro cõſcientiæ ſunt legi
timi, qñ copula primi matrimonij non
fuit cũ intentione conſummandi; & ſic
vtraq; ꝓles eſt diuerſis reſpectib. legiti-
ma, ſ. illi in foro iudiciali, iſti in foro con
ſcientiæ: & ſic primi permittuntur ꝓmo
ueri ſic iure illis fauente, iſti promouebũ
tur ex certificata cõſcientia. Sed bene ve-
rum eſt, quòd ſi in iudicio fuiſſet declara
tũ primum matrimonium tenere, & ſe-
cundũ eſſe inualidum, poſſet iudex repel
lere filios iſtius ſecundi matrimonij, ne
ordinari poſſint: ſed ſi nemo eos repel-
lat, ipſi certificati, & tuti in conſcientia
ordinari poſſent, & ſic non ipſo iure re-
pelluntur, ſed per ſolã exceptionẽ, forſan
ob ſcandalũ populi: Sed ſi primũ matri-
moniũ ꝑ verba de futuro, in conſumma
tione habuit intentionẽ conſentiẽdi, tũc
filij primi mr̃imonij fuiſsẽt ĩ vtroq; foro
legitimi, & ordinari legitime poſſent; &
filij ſecũdi in vtroq; foro eſsẽt illegitimi,
& nunq̃ ordinari poſſent, niſi diſpenſati.

Quæ res procedit iure veteri, at iure
hodierno ex Concil. Trid. notandũ eſt,
ꝙ tex. in d. c. is qui. videt̃ non ſolum cor
rectus, ſed inutilis, nã hodie ceſſant oĩno
matrimonia p̃ſumpta ex d. Conc. Trid.
qm̃ certa, & exp̃ſſa forma cõtrahi debẽt,
ſeſſ. 24. c. 1. ideo cõſequens eſt, vt oẽs tra-
ctatus, & diſputationes excitatæ ꝑ Doct.
occaſione d. c. is qui. ĩ futurũ ceſſare de-
beant: nã poſt d. Cõc. impoſſibile eſt po-
nere verba de futuro cũ copula induce-
re matrimoniũ: vnde cũ ſola verba de p̃-
ſenti, & alia de ꝗb. in d. c. 1. inducant ve
rum matrimoniũ, cõcludendũ eſt quòd
à die d. Cõc. ſemꝑ natus ex iſto matrimo
nio ſecũdo per verba de p̃ſenti cõtracto,
eſt in vtroq; foro legitimus, & natus ex
primo ꝑ verba de futuro cum copula in
vtroq; foro eſt illegitimus, ex prædictis;
vno caſu poſſet ſuffragari adhuc hodie
d. c. is qui, ſ. quòd ſi cõtraxiſſent ꝑ verba
de futuro ſecuta copula, & ſi nõ eſſet ve
rum matrimoniũ, poſſet tñ eccleſia eos
cogere ad cõtrahendũ in forma eccleſiæ
poſt impoſitã pœnitentiã. c. ex literis. de
ſponſa. & c. à nobis. de deſpon. impub.

Et ex pręmiſſis dico, quòd ſi matrimo
nium ſit ſimulatũ, filius in foro cõſciẽtiæ
ſi eſt certus de ſimulatione cõtractus, for
ſan per relationẽ ipſorũ parentum, de-
bet quaſi irregularis, & illegitimus abſti
nere, ſicut dicemus aliàs de filio ex adul
terio nato, quia cum conſenſus intimus

non interuenerit,matrimoniũ peccat in
eſſentia.c.tua nos.de ſponſ.S.Th.4.diſt.
27.q.1.ar.2. ideo nõ fuit excuſatio igno
rationis iuris,vel facti in parentib.ſed ꝑ-
uerſitas; quæ eũ legitimare non põt: tñ
ſuam iſte filius ſequi debet conſcientiã,
10 inſpecta intrinſeca credulitate;nã ſi non
credit atteſtationi parentum, põt ꝓmo-
ueri,vt dicemus infra in illegitimo pro-
moto: In foro tñ cõtentioſo hic habetur
pro legitimo.d.c.tua.& arg.gl.in c.vt cle
rici.de regul. Qui caſus ſimulationis ꝓ-
cedit qñ vtriq; parentes ſimulauerunt;
ſed ſi vnus tm̃ ſimulauerit, nõ eſt tale du
bium;quia bona fides illius,qui conſen-
ſit ſufficit, vt hic habeatur pro legitimo
& quod promoueri poſſit: quia licet in
veritate, & in foro pœnitentiali non ſit
matrimonium;tñ(vt dixi ſupra) in foro
iudiciali habetur tanquam verum ma-
11 trimonium. d.c.tua nos. & non tenetur
credere vni ipſorum circa ſimulationẽ;
& erit idem ius ſicut,qñ vnus ignorauit
impedimentum,vt diximus in princ.hu
ius c.quæ res, quòd ſ.talis filius putet ſe
legitimum,multo magis vera eſt ſi ille,
qui ſimulauit poſtea ad conſiliũ vel præ
ceptum confeſſoris continuauerit in co-
habitando tali coniugi; nam & ſi tali ex
præcepto & obedientia non poſſit illud
matrimonium ſtabiliri, quia ipſe nõ in-
tendebat conſentire in eã,ſi nõ eſſet obli
gatus,vt plene tradit Silu.in verb. matri
moniũ.4.q.10. ex ſnĩa Alex.de Neu. tñ
vniꝰ bona fides ſufficit ad fauorẽ filij, vt
promoueri,& promotus exercere poſſit.

Eadẽ quoq; opinio facit vt ij, qui ille-
gitimi ſunt,quo ad ciuilia munera, tamẽ
quo ad ordines ſint legitimi,exẽplo ſunt
filij ſeruorum, qui ordinari quaſi legiti-
mi ſine diſpẽſatione poſſunt, ſi ex ſeruo-
rum coniugio naſcantur.c.1.de coniug.
ſeru.quod etiam verum eſt, ſi coniuges
diuerſi ſtatus,& conditionis ſint;vt puta
pater liber,& mater ſerua; nã inter hos
ſcientes tenet matrimoniũ c.2.de cõiug.
ſeru. ꝑpea ſiue ſcientes, ſiue ignorantes
contraxerint, ſemper proles eſt legitima
cum onere ſeruilium obſequiorum, vt
concludit Zab. in d.c.ex tenore. qui fil.
ſint legit.in nouiſſ.ſcriptis; etiã ſi nata ſit
lite pendente, ſup diſſolutione huius ma
trimonij,etiam ſententia lata,dum tamẽ
per appellationem fuerit reſciſſa.arg.eo-
rum,quę hoc capite ſuperius dicebamꝰ.
verſic.Quinimmo.ex ſententia eiuſdem
Zab.in c.cum inter.eo.tit.ſed ſi poſt litẽ
motam à viro contra vxorem ad reſciſ-
ſionem matrimonij,eo prætextu, quòd
ab initio ignorauit vxorẽ ancillã fuiſſe,
ſponte commiſceantur, partus primus,
& poſterior ſit legitimus; & lis ipſo fa-
cto dirimitur,& perpetuum manet ma-
trimoniũ.c.2.& gl.de coniug.ſeru.limi-
tando hoc,niſi cõmiſceãtur ad manda-
tum Iudicis,vt ſentit Hoſt.Goff.Innocẽ.
quos refert Zab. in d.c. 2. nam eo ca-
ſu licet per illud ſolum nõ confirmetur
matrimonium, tamen ipſa proles inte-
rim naſcitur legitima ex præmiſſis.

Hæc longe magis vera ſunt in caſu
cõuerſo,qñ ſeruus eſt vir,& libera vxor,
vt tradit glo. Abb. & Zab. in d.c.ex te-
nore,& videtur caſus in c.vlt.de ſeru.nõ
ord.nam ſi qui naſcuntur ex vtroque pa
rente ſeruo,ſunt ad ordines admittendi.
d.c.1.de coniug.ſeru. quanto magis alte
ro libero,præſertim matre, durãte quaſi
poſſeſſione matrimonij?

## *De legitimis qui pro illegitimis habentur quo ad ordines ſuſcipiendos.*

## CAP. VI.

*1 Legitimi quandoque habentur pro illegitimis.*
*2 Sacerdotes, Diaconi, & Subdiaconi poſſunt habere filios legitimos ex vxore prædefuncta.*
*3 Sacerdotum filij multi inſignes viri fuere.*
*4 Presbyterorũ filij, vt promoueri non poſſint, ſufficit etiam ſi putatiui ſint, non veri.*
*Pater, & filius, an vno monaſterio viuere poſſint.*
*5 Pater, & filius poſſunt ſibi ſuccedere in beneficijs temporaneis, non perpetuis.*
*6 Pater & filius prohibentur ſibi inuicem ſuccedere in beneficijs, etiã ſi in minoribus ordinibus ſint conſtituti.*
*7 Monachus non poteſt ſuccedere in adminiſtratione beneficij ſui patris.*
*8 Pater & filius non ſuccedunt inuicem in beneficijs ad inuicem vnitis.*
*9 Græcorum filij an patri ſuccedãt in beneficio.*
*10 Pater & filius non ſuccedunt inuicem immediate, ſecus mediate.*
*11 Sergius pater, & filius eius Papæ fuerunt.*
*12 Patri filius ſuccedit interpoſito fratre.*
*13 Frater fratri non parat hæreditatem.*
*14 Nepotes ex filio ſuccedunt beneficio auito.*
*Gregorius magnus fuit pronepos Felicis Papæ IIII.*
*15 Nepotes ex filijs illegitimis ſuccedunt auo in beneficijs.*
*16 Legitimis natis ab illegitimis nil obſtat.*
*17 Decima generatio quid ſignificet.*



COntingit vero aliquando pro il-
legitimis haberi eos, qui legiti-
mi nati ſunt, & propterea Eccle
ſia quoad quoſdam ordines, & in qui-
buſdam Eccleſijs eos non agnoſcit;ſicut
1 ſunt filij legitimi preſbyterorum, vel
eorum,qui ſacro in ordine ſunt conſtitu
ti; nam hic non loquimur de ipſorum
filijs illegitimis; quia idem iuris eſt, ꝙ
& de alijs;& odioſius excludũtur,quàm
reliqui, & magna difficultate diſpenſan
tur,aut legitimantur, & cum maiori for
mula verborum, vt tradit Abb. in c.per
venerabilem.col.4.qui fil.ſint legit.

Preſbyteri igitur, Diaconi, & Subdia
ni legitimos filios habere poſſunt ex ma
trimonio ante ordines ſacros ſuſceptos,
ſiue defuncta ſit vxor,ſiue de mutuo cõ-
2 ſenſu ab Epiſcopo approbato,caſtitatis,
vel religionis votum emiſerit; ideo hi fi-
lij ante ſuſcepti ordinari non prohiben-
tur.gl.diſ.56.in ſumma.multi.n.eiuſmo
di promoti ſunt ad excelſos honores Ec
cleſiaſticos: nam Eṗorum filij fuerunt
Gelaſius I. Siluerius I. & Theodorus I.
3 hi etenim Papę fuerunt.c.Oſius,diſt.56.
At Agapitus I. Felix III. Papæ fuerunt
quoq; preſbyterorum filij; Deuſdedit
Papa primus ſubdiaconi filius fuit;In ꝗ-
bus pontificib.plurimũ errauerant Iuo,
& Gratianus adſcribentes tex.d.c.Oſius.
Damaſo Papæ ad Hieronymum:cum ta
men oẽs Pontifices ibi noĩati fuerint &
Damaſo & Hieronymo longe poſterio-
res; errarunt quoq; dum alium patrem
alij Pontifici adſcripſiſſent: errarũt autẽ
deterius, ꝗ prædictos Pontifices putarũt
illegitimos,cum fuerint legitimi,vt ſenſe
runt Archidiac.& Domin.in d.c.Oſius.
quod mihi videt̃ verius,& veroſimilius,
nuſquam enim apud Hiſtòricos conſtat
eos fuiſſe illegitimos.

Vt igitur inter preſbyterorum filios
quis dicat̃,nõ refert an vere ab eis natus
ſit,an ſuppoſitus fuerit;quia cum pro fi-
4 lijs eorum habiti ſint,promoueri nõ poſ
ſunt in paternis Eccleſijs;si etenim pater
aliqua in Eccleſia prælatus,Vicarius, vel
Rector fuerit,eius filius illi ſuccedere nõ
põt;nec per obitum, nec per reſignatio
nem,nec per aliam quamlibet vacationẽ
c.ad abolendã. c.ad extirpandã,& c.qm̃.
de fil.preſb.ſed ſi in Eccleſia vna plures
dignitates ſint,nil prohibet patrem obti
nere vnã,filium alteram, dummodo ſibi
non ſuccedant:Ideo pater eſſe Eṗs,filius
vero eadem in Eccleſia canonicus eſſe
poteſt.c.conſtitutus. de fil.preſb.idem in
diuerſis canonicatib. nã ſi pater ſit præ-
poſitus,filius in Archidiaconatu conſti-
tui põt; vel ſi pater ſit præpoſitus, filius
poteſt Eṗs ibidẽ eſſe, ut tradit Hoſt. quẽ

refert,ac probat Abb. in c.ad hæc.de fil.
preſb.Pater autē, & filius legitimus vno
eodē monaſterio profiteri,& viuere præ-
uia diſpenſatione nō prohibentur, vt cō-
tigit in monaſterio Abbatis Apolo in
Thebaide. vt refert prat.ſpirit.c.184. ſi
fuerit illegitimus filius, ex generalitate
verborū Cōcil.Trid.ſeſſ.25.c.15.de ref.

Sed & Xenophon Senator cū duo-
bus filijs Hieroſolymis monachatum
ſubijt, Niceph.lib.14.c.52. Abbas quo-
que Mutius cum filio monachatum ſu-
bijſſe traditur, Caſſian. coll.lib.4.c.27.
qui addit illud fuiſſe contra conſuetudi-
nem omnium cœnobiorum; vnde id
diſpenſatione factum videtur: at ſecus
forſan eſſet,vt ſcilicet non diſpenſaretur,
ſed ſi dignitates duæ ſint, quæ adinuicē
repræſententur, exemplo ſit Epiſcopus,
& eius Vicarius,perſonatus, & eius vica
ria, cum ſimilib. filius neutrum pōt im-
petrare;nā ſiue pater perſonatum poſſē-
derit, filius nec illū perſonatum pōt im-
petrare,nec eius vicariam.Goff.quem re-
fert Alber.in verb.illegitime. Archiepiſ.
Flor.3.tit.29.c.4.tex.in c.Michael,de fil.
preſb.& ibi Abb. quo loco idem dicit eſ
ſe econuerſo, ſi filius fuerit Rector,pater
non poterit eſſe vicarius;ex quo conſeq̃-
tur,quòd ſi pater fuerit Eṗs,eodem eṗa-
tu filius non erit perpetuus vicarius, nec
quidem mortuo patre,& tn̄ ibi præpoſi-
tus,vel canonicus eſſe pōt.Idem erit ècō-
tra,ſi filius fuerit Eṗs, eo loco pater ṗpe-
tuus vicarius eſſe non permittitur, ſicut
ſi vel pater, vel filius perpetuus vicarius
extiterit, alter illum eṗatum adipiſci nō
pōt:ſemper enim iſta vera ſunt, quòd ſi-
cut filius patri in beneficio ſuccedere ꝓ-
hibetur,ita pater filio, Hoſt.in c.ex tranſ
miſſā.de fil.preſb. Archi.in c.apoſtolica,
eo.ti.quod bene diximus in vicarijs per-
petuis, alioqui in temporali, ſ.non ad
vitam,ſed ad tps,& filius,& pater inuicē
poſſunt ſuccedere.cap.conſtitutus.de fil.
preſb.Qua ratione ſi pater ſit Archiepi-
ſcopus, filius poterit eſſe ipſius Epiſco-
pus ſuffraganeus,& comprouincialis;vel
ècontra, ſed nō poterit eſſe ſuffraganeus
perpetuus in adminiſtratione archiepi-
ſcopatus, quia eo modo referret perſo-
nam patris;quod iure prohibetur.

6 Hæc autem omnia vera ſunt non ſo-
lum in filijs exiſtentium in ſacris, ſed ēt
eorum,qui in minorib.ordinib.ſunt cō-
ſtituti: Nam filius Acolyti,Exorciſtæ,Le-
ctoris,Hoſtiarij, vel clerici legitimus eſt,
ſiue in ipſo ordine ſit natus, ſiue ante.c.
1.& 2.de cleric.coniug.ſcripſit Io.An.in
regula ſine culpa,lib. 6. quem approbat
Abb.in cap.per venerabilem,col.penul.
verſic. in glo.verſicu. adulterinis, tradit
Zab. in c.tanta.q.4.qui fil.ſint legit.& ſu
pra diximus: Si igitur hic Acolytus, vel
clericus beneficium dimittat ob matri-
monium cōtractum, vel quamlibet aliā
cauſam, filius eius in eo inſtitui nō pōt,
ob eandem rationem,cum iura non di-
ſtinguant minores ordines à maioribus,
7 quo ad ſucceſſionē beneficiorum: hinc
illud notatu dignum eſt, quòd ſi mona-
chus beneficiū obtinuerit, filius eius in
illo ſuccedere ei non poterit: vnde ille ca
ſus deciditur,quòd ſi vel pr̄, vel filius be
neficium poſſederit,quod vniatur,& in-
corporetur poſtea alicui monachorū cō-
gregationi, & alteruter ipſorū fiat mona
chus,nō poterit fieri rector, aut admini-
ſtrator in illo beneficio ſic vnito, eadem
ratione ſucceſſionis, ſ.ſi immediate mo-
nachus ſuccederet:nā ſi aliæ mediæ per-
ſonæ interfuiſſent in regimine eius bn̄fi-
cij,nō diceretur patri ſuccedere, ſed ſuo
anteceſſori, & eo caſu non eſt prohibita
ſucceſſio,vt in filijs,& beneficijs preſby-
terorum,vt paulo inferius dicemus.





Hinc quoq; abſoluitur alia quæſtio,
quòd ſi pater, & filius habeant ſingulas
eccleſias, quæ poſtea inuicem vniantur;
certe vnus eorum erit titularis, alter Vi-
carius dum viuunt:ſed altero decedente
8 is,qui ſuperſtes eſt, non poteſt integrum
beneficium vnitum obtinere ſine diſpen
ſatione;quia ſic inuicem viderentur ſuc-
cedere;& ita Clemens Papa diſpenſauit,
vt ſcripſit Vincen Hoſt.& Abb.in d.c.ex
tranſmiſſā,in fi.de fil.preſby.& ſic oībus
præmiſſis caſib.opus eſt diſpenſatione à
Papa obtinenda, qui perraro diſpenſat.
c.ex tua.de fil.preſb.gl.di. 56.in ſumma.

Plurib.tamen modis pręmiſſā omnia
limitari,& declarari poſſunt: Primo q̄-
dem in filijs græcorum preſbyterorum
hæc non procedent, quia cum toleratū
ſit ab Eccleſia illos vxore vti in ſacerdo-
tio,ideo nulla turpitudo cenſetur, ſi pa-
tri filius in beneficio ſuccedat, & ita ſen-
ſit Archiep.Flor.tit.29.c.4.in fin.Sed cū
veneratione tanti viri, hoc verum eſſet ſi
9 ratio iſtius prohibitionis eſſet turpitu-
do;at quia eſt odium ſucceſſionis,vt cō-
ſtat in c.ad extirpandas,de fil.preſby. ſe-
quitur vt eadem ratio ſucceſſionis ſit in
græco, atque in latino: & conſequenter
eodem iure cenſeri debeant: Sed bene
verum eſt, quòd tales græcorum ſacer-
dotū filij, etiam in ſacerdotio ſuſcepti,
licet patri non ſuccedant,ad latinam Ec
cleſiam admittuntur, cùm ſint legitimi
c.cum olim. de cleric.coniuga.vbi Abb.
Poſita etiam pro uera ſententia Archie-
piſ.Flor.illa nō procederet quando gręcus
cus uxorem duxiſſet poſt ſuſceptum or-
dinem ſacrum; nā etſi græcorum matri-
monium cōtractum poſt ordines teneat,
Tabien.in uerb.Hæreticus.nu.45. uerſi.
ex quib.patet.Tamen talis ꝓles eſt odio-
ſa,ſicut filij latinorum, & refricat eandē
turpitudinem, ut ad ſenſum patet:Mul-
toque magis hæc uera erūt in monacho
græco,ſi contrahat,quia cum ob uotum
non teneat contractus; proles erit illegi-
tima:Tabien.d.uerſ.ex quib.patet:& pa
tri nullo modo poterit ſuccedere in be-
neficio,ſiue ob turpitudinem,ſiue ob ſuc
ceſſionem.

Declaratur ſecundo, quòd filius non
ſuccedat patri,procedit immediate;at ſi
10 tertia pſona interceſſerit; quia filius illi
tertio ſuccedere uidetur nō patri,admit
11 ti pōt:olim etenim Sergius III. pater,&
Ioannes XI.eiuſdē filius, ambo interpo-
ſitis medijs Pontifices extiterunt, ſi Pla-
tinæ credimus in Ioanne XI.

Eſt autem hoc loco animaduertēdū,
quòd media perſona facit locum huic
ſucceſſioni, etiā ſi non poſſederit benefi-
cium de iure,ſed de facto tm̄, titulo ali-
quatenus colorato:nam & ſi illo iure pri
uetur,uel declaretur nullū ius habere,tn̄
filius,qui immediate patri non potuerat
ſuccedere,poterit ſuccedere uirtute iſtiꝰ
mediæ pſonę de facto poſſidentis.arg.ff.
de inoff.teſta.l.poſthumus. §.ſi q̄s ex ijs.
ubi Alber. hoc notat & idē Alb.in uerb.
illegitime.uer.de filijs.Abb.in d.c.ad ex-
tirpādas. unde illud cōſequitur, ꝙ duos,
uel plures filios habens, ſi unus ipſorum
diſpenſetur ad obtinēdum beneficium
12 patris,iſq; cedat, uel decedat,alter fra-
ter admitti ad idē beneficium pōt, quia
non patri,ſed fratri uidetur ſuccedere.
Archiep.Flor.d.ti.29.c.4.in fi.Abb.in d.
c.ad extirpādas.& in ſucceſſione bn̄ficij
fratris ceſſat illa ratio ꝓhibitionis, q̃ eſt
13 in patre:qa nunq̃ frater putatur tm̄ affi
ci erga fratrē,ut ſtudeat illi parare hære
ditatē:gl.& Archi.in c.apoſtolica,8.q.1.
Ideo Steph.II.& Paulus I. fratres in pōti
ficatu ſibi īuicē ſucceſſerūt Plat.in Paul.
1.& alij recentiores.Sic S.Leādro fratri
Eṗo Hiſpalenſi ſucceſſit B. Iſidorus.

Tertia declaratio, hæc locum habent in filijs, vt ſuccedere nō poſſint, at nepo
14 tes ex filijs auo ſuccedere in beneficio nō prohibentur; quia de ijs lex expreſſiſſet ſi voluiſſet, vnde ex oīum ſentētia deſcendentes vlterioris gradus omnes admittuntur ad ſucceſſionem eiuſdem beneficij aui, vel cuiuſcūq; ſuperioris aſcēdentis, quia cum hæc pœna odioſa ſit, reſtringenda eſt, de pœn. diſt. 1. c. pœnæ. Alberi. in d. verb. illegitime. Summ. cōſ. tit. de fil. preſb. c. 8. cum trib. ſeq. quod patet in Gregorio magno, cui proauus fuit Felix. PP. IIII. vt ſcribit ipſe Greg. hom. 38. ex 40. & Ioannet. in vita ipſius Felicis: idem ſcripſit Io. Papa IX. in vita Gregorij eiuſdem in principio.

Vnde illud quoque cōſequitur, quòd nepotes legitimi ex illegitimis filijs ſacer
15 dotum poſſunt in beneficijs auorū ſuccedere; vt expreſſim tradit gl. in d. c. apoſtolica, & ibi Archi. & Ant. Florent. d. tit. 29. c. 4. in fi. gl. in c. 1. diſ. 56. cui rei adſtipulatur, quòd Chriſtus Dn̄s noſter, & ſacerdos ſummus carnē de Dauid duxit interpoſitis mulieribus impudicis. c. dn̄s diſ. 56. & ibid. Arch. & ſcribit S. Hieron. ſup. Matth. c. 1. Notandum (inquit) in genealogia Saluatoris, nullā aſſumi ſanctarum mulierum; ſed eas quas ſcriptura reprehendit; & poſt pauca, vnde & in conſequētib. Ruth Moabitis ponitur, & Berſabe vxor Vriæ, & quæ ſequuntur: ideoq; hinc notandum eſt nunquam legitimā prolem pati impedimētum canonicum ad ordines ſuſcipiendos, licet parentes il
16 legitimi ſint; contra quam ſentētiam videtur tex. Deuteron. c. 23. in hæc verba; Non ingredietur de ſcorto natus in Eccleſiam Dei, vſque ad decimā generationem: tn̄ ille tex. illis verbis decimam generationem, intelligitur, i. perpetuo dum
17 viuit: vt intelligit eo loco Anto. Fonſec. in addditio. ad Caietan. deinde ille text. etiam poteſt intelligi vt iacet, vſq; ad decimam generationem; ſi legitimi ex illegitimis nati ſequantur vitia auorum, & proauorum. ita ſoluit Zab. in d. c. per venerabilem. vltimis verbis qui fil. ſint leg. in nouiſſ. ſcriptis: Quæ ſufficere mihi videntur quo ad illegitimorum tractatum abſoluendū, circa ordines ſuſcipiendos; nunc ſupereſt, vt diſcutiamus quid iuris ſit, ſi illegitimi iam promoti ſint.

*De illegitimis iam promotis an adminiſtrare poſſint,*

## CAP. VII.

1 *Illegitimus promotus cum putaret ſe eſſe legitimum, abſtinere debet.*
2 *Illegitimo dans ordines priuatur ordinãdi poteſtate.*
3 *Illegitimum ſe eſſe dubitans, non tenetur abſtinere.*
4 *Illegitimum ſe eſſe dubitãs ex dubio iuris, an teneatur abſtinere.*
*Legitimus partus an eſſe poſſit poſt menſes decem vel duodecim.*

Illegitimum promotum eſſe pluribꝰ modis contingere poteſt; ſed præcipue ignorantia ordinantis, & ordinati; quo caſu vterque excuſatur, at ipſe promotus cum primum ſciuerit abſtinere, & di-
1 ſpenſationem petere debet, quę illi negari non poteſt. c. niſi. §. perſonæ, & ibi glo. & Abb. de renunt. Alberic. in verb. illegitime, circa princ. dicens oēs ita ſentire: Idem Abb. in c. 1. de fil. preſb. per c. 1. de ord. ab Epiſc. idem Archiep. Flor. 3. titu. 29. c. 4. circa prin. Quòd ſi ſic promotus ab initio ſciuerit, ſicut peccauit mortaliter, & factus eſt etiam alia ratione magis irregularis, ita excuſari nō debet ſi ſuſceptum ordinem exerceat non obtenta diſpen-

ſpen-



ſpenſatione, arg. c. fi. de temp. ord. Alber. in verb. illegitime. Silu. in ver. irregulari-
2 tas. q. 20. Archiep. d. c. 4. Quinimo ipſe ordinator ſciens hunc eſſe illegitimū, priuatur ordinandi auctoritate. c. cum Vintonienſis, de elect. ipſe autem illegitimus ſciens promotus, iā magis ex hoc factus eſt irregularis, at exercendo ante diſpēſationem obtētam, licet peccet grauiſſime, non ppea incurrit nouam irregularitatē: Archid. in d. c. apoſtolica, diſt. 56.

Aliquando tn̄ nec ignorantia, nec vera ſcientia interuenit in promotione, aut poſt, ſed ſola dubitatio, forſan ob matris
3 atteſtationē: quo caſu nec promotus, nec promouendus tenetur credere, ſe eſſe illegitimum. C. de teſtam. l. neq; ꝓfeſſio. & not. de pœn. & remiſſ. c. officij. vnde promoueri poſſe videtur, & promotus exercere: Tn̄ tutius eſt in promouendo, vt pp animæ periculum abſtineat ab ordine ſuſcipiendo. de prob. c. per tuas. & de præſumpt. c. afferte. Abb. ſcribit in c. 1. de fil. preſb. pro qua re eſt caſus clarus in c. accedens. de purg. canon. In eo autē qui iam promotus eſt, inſpicienda eſt ꝓpria conſcientia; nam ſi intimo conſcientiæ motu pendeat ad credulitatem aſſertionis maternæ præſumens ſe eſſe illegitimum, abſtinere debet, & ad cautelā diſpenſationem obtinere: ſi vero internus conſcientiæ motus nō pendeat ad credulitatē, quinimmo credit ſe eſſe legitimū, nec abſtinere tenetur, nec diſpenſationē petere. Abb. in d. c. 1. de fil. preſbyt. & ita ſentiunt omnes Summiſtæ in verb. adulterium, in ea queſtione, an filius ad dictū matris teneatur dimittere hæreditatem.

Qn̄ vero eſt iuris cōtrouerſia, an quis ſit legitimus, cautius eſt, vt abſtineat à ſuſcipiendis ordinib. & à ſuſceptis exercēdis, donec cauſa decidatur; alioqui expo
4 nēs ſe euidenti periculo proprię conſciētiæ, peccat, & qui ordinat, & qui ordinatur, ſi dubitatio probabilis ſit: alioqui ſi ſit in quaſi poſſeſſione legitimitatis, poteſt & ꝓmoueri, & promotus exercere, vt diximus fuſius ſupra, c. 5.

Ad hoc caput aptiſſime cōuenit queſtio, an qui naſcitur poſt mortem patris ſui peracto anno, aut decimo menſe, debeat dubitare de ſuo ſtatu, quaſi non ſit legitime natus; verum qa iſta queſtio Iure ciuili deciſa eſt, vt in auth. de reſtitu. & ea quæ pep. in vndecimo mēſe æquus eſt vt ſe putet eſſe legitimū, & quòd illi nulla exceptio obijci poſſit; ne præſumatur peccatum, aut delictū matris; præſertim quia mulier quandoq; ad quartum decimum, & vltra menſem ventrē, & fœtum differt, vt d. auth. & ſcribit S. Bern. in vita S. Malachiæ Epiſcopi, habetur apud Lippom. vit. SS. Tom. 1. ſub num. 27.

*De legitimatis ſimpliciter, an ordines ſuſcipere permittantur.*

## CAP. VIII.

1 *Legitimatus ex hoc ſolo non eſt habilis ad ordines.*
2 *Imperator non poteſt legitimare filium ſacerdotis, nec quidem ad temporalia.*
3 *Illegitimi admitti poſſunt deficientib. alijs.*
4 *Legitimatus hoc ipſo eſt habilis ad minores.*
5 *Clericorum appellatio complectitur etiam eos, qui ſunt in ſacris.*
6 *Verbum quoad omnia, non includit ſacros ordines.*
7 *Diſpenſatus ad vnum ordinem, non obtinebit ſuperiorem.*
8 *Diſpenſatio Epiſcopi cum illegitimo, non prodeſt niſi quoad minores, & ſimplicia beneficia.*
9 *Legitimatus iuxta mores vnius ciuitatis, eſt in omnibus locis legitimatus.*
10 *Beneficium ſimplex dicitur cura carens.*
11 *Canonicatus omnes hodie annexum habet ordinem ſacrum.*
12 *Illegitimorum omne genus per Papam diſpenſari poteſt, etiam ad Papatum.*

PVrgantur aũt nataliũ defectus
plurib. modis, ſed præcipue
principis auctoritate; vnde re
ƈte dubitare poſſumus, an cũ
primum legitimatio ſecuta eſt, poſſit
legitimatus promoueri? Et ſane ex hoc
1 ipſo, quod quis eſt legitimatus, non ideo
ſtatim eſt habilis ad ordines, vt docet
Abb. in c. ad hæc, in prin. de fil. p̃ſb. ideo
ſi quis ab Imperatore legitimatus ſit, nõ
ſufficit, vt ad ordines admittatur. Hug.
35. q. 7. ibi. Arch. in prin. & idem Archi.
poſt Hug. in c. lege. diſt. 10. col. 1. verſic.
in ead. gl. ibi in ſpiritualib. quod etiã ve-
rum erit, ſi in priuilegio expreſſerit, quo-
ad ſpiritualia: quia cum ſit ponere falcẽ
in alienam meſſem, nẽpe cum id ad Ec-
cleſiam ſpectet, nullius effectus eſt illa
clauſula, in ijs quæ pertinent ad Eccleſiã;
2 ſicut nec filiũ ſacerdotis Imperator põt
legitimare, nec ad temporalia quidem,
vt conſuluit Signorol. in conſ. 127. Iccir
co Eccleſiæ auctoritas requirenda eſt, q̃
deficientibus legitimis idoneis poteſt il-
3 legitimos probos, ac eruditos admitte-
re; præſertim ſi occulti ſint, gloſſ. in c. pri
ſcis. diſt. 55. text. in c. litteras. de fil. pre-
ſby. ſicut & ipſe Imperator, quo ad ſecu
li honores deficientibus idoneis illegiti-
mos admittere conſueuit. ff. de decurio.
l. ſpurius. & l. generaliter. §. ſpurios. Albe.
in verb. illegitime. in princ. Quinimmo
non ſolum diſpenſare huiuſmodi illegi-
timos idoneos, ac probos Papa poteſt,
ſed etiam debet, ſcripſit S. Hieronym. in
c. Dominus noſter, diſtin. 56. vbi etiam
gloſſ.

Qui igitur à Papa ſimpliciter legiti-
matur, eſt quidẽ reſtitutus ad honores,
& ad minores etiam ordines promoue-
4 ri poteſt, ſed ad ſacros aſcendere non va
let, ſine noua diſpenſatione, etiam ſi in
priuilegio dictum ſit, quòd clericari poſ
ſit: nam licet clericorum appellatio com
plectatur etiam eos, qui in ſacris ſunt,
Abb. in Rub. de vit. & hon. cleri. tamen
per hæc verba, clericari poſſit, ad ſacros
5 quis promoueri non permittitur, opti-
ma gl. in c. litteras, de fil preſb. quam ꝓ-
bat Abb. in c. ſi quiſquam. ver. in gl. 1. de
cohab. cle. & mul. & ita cõmuniter Doc.
concludunt; vt ibi Abb. atteſtatur. verſic.
Quæro an ex diſpenſatione: de qua re
multa per Ioan. And. in additio. ad Spe.
titu. de fil. preſbyte. vbi latiſſime de hac
materia.

Quòd autem ad ſacros promoueri
non poſſit hic legitimatus ſimpliciter à
Papa, eſt adeo verum, quòd & ſi in priui
6 legio eſſent illa verba, quoad oĩa, tamen
adhuc ſoli minores ordines intelligeren
tur, non autem maiores, quia verbũ, quo
ad oĩa, intelligitur quo ad ſucceſſionem,
ac alios honores, & famam ex ſententia
Hoſt. quẽ probat Silu. in verb. legitimus.
q. 7. verſi. Tertium legitimatus. Archiep.
Flor. 3. tit. 29. c. 4. verſ. ſecundo modo.
Aſtenſ. lib. 8. vt refert Silu. d. ver. Tertiũ,
niſi ex alia verborum prægnantia colli-
geretur mens Papę, quod etiam voluerit
eum ad ſacros poſſe promoueri; exẽplo
eſt ſi quis legitimari ſe petit iam conſtitu
tus in minorib. ordinib. certe vt aliquid
operetur priuilegium, & non reddat elu
ſorium, intelligi debet vt etiam ſacros or
dines ſuſcipere poſſit. Abb. in d. c. ſi quiſ-
quam. aliàs ſp reſtringitur ad ſolos mino
res. Tabien. in verb. ordo. 4 & in verb. cle
ricus. 1. §. 3.

Hinc illud ſequit, quòd in legitima-
tione facta, cum diſpenſatione, quod ad
7 certum ordinẽ promoueri poſſit, nõ in-
cluditur ordo ſuperior illo, ſed ſoli infe-
riores. Abb. ĩ d. c. litteras. col. 2. poſt med.
de fil. preſb. Aliqui. n. ordines cõgrue cõ
cedi, & diſpenſari poſſunt, & quidam nõ
poſ-



poſſunt, diſt. 44. c. lector. & 9. q. 1. c. ab ex-
cõicatis. Alber. in verb. diſpẽſatur, col. 4.
quæ ſentẽtia etiam fuit Anton. de Butr.
quem refert, ac probat Silu. in d. verb. le-
gitimus. q. 7. verſ. ſecundum.

Et propterea, quia Ep̃alis poteſtas nõ
8 ſe extendit, quantum Papalis, ſi Epiſco-
pus legitimarit quemquam ad ordines,
& beneficium, ea legitimatio non ꝓdeſt
niſi ad minores ordines, & ad ſola ſim-
plicia beneficia. Archi. diſt. 56. c. preſby-
terorum. Paleot. de Noth. ac ſpu. c. 57.
n. 6. gl. & tex. in c. fi. de fil. preſb. proderit
ẽt ad hoc, quòd legitimatus ab vno Ep̃o
poterit obtinre beneficia in diœceſi alte
rius Ep̃i. Silu. in d. q. 7. in prin. Nã legiti-
matus in vna ciuitate ſeruato illius mo-
re, licet ille mos legitimandi in alijs ciui
9 tatib. non ſufficeret ad legitimationẽ; tñ
inſpecto more loci, à quo emanat, habet
pro rite legitimato vbicumq; locorum.
Abb. in c. cum olim. 1. Not. per illũ text.
de cler. cõiug. ſimplex autẽ beneficiũ in-
10 telligitur, dummodo ſit & ſine cura, &
ſine dignitate, nec ſit perſonatus; nã ad ea
beneficia Ep̃s diſpenſare non põt cum le
gitimato. gl. in d. c. fi. & ibi Doct. Paleot.
d. c. 57. nu. 6. cum tñ ad oĩa ſimplicia be
neficia Ep̃s legitimare, & diſpenſare poſ-
ſit. Tab. in verb. beneficium. 2. nu. 14.

Propterea ad canonicatum in cathe-
drali olim quidẽ Ep̃s poterat illegitimũ
diſpenſare, qñ ſtatutum Eccleſiæ iuratũ
non aderat de illegitimis non admitten-
dis. Archi. & Gem. in d. c. fi. Tabien. in d.
11 verb. beneficium 2. nu. 14. & 15. At ho-
die, quia oẽs canonicatus cathedralium
annexum ordinẽ habẽt ſaltẽ ſubdiacona
tus, qui primus eſt ex ſacris, Conc. Trid.
ſeſſ. 24. c. 12. de Reform. conſequens eſt
vt Ep̃s ad canonicatum in cathedrali di-
ſpenſare non poſſit, cum ad ſacrum legi
timare, & habilitare quemquã nõ poſſit;

Per Papam vero nullum tam fœdum ge
12 nus eſt illegitimorũ, quod ad oĩa diſpẽ-
ſari & legitimari non poſſit: nam adulte
rini per eum diſpẽſari poſſunt, & ad Epi
ſcopatum, & ad Pontificatum. Abb. in c.
per venerabilem. col. 2. verſ. nota ibi, ſed
adulterinis, qui fil. ſint legit. Ang. conſ. 9.
Oldra. conſi. 215. Et cum dicimus legiti
mare, intelligimus, & diſpenſare, q̃a oĩs
legitimatio diſpẽſatio eſt. Abb. in d. c. per
venerabilẽ, col. 3. verſ. nota ibi diſpẽſare.

*De legitimatis cum clauſula, etiam ad ordi nes, & beneficia, &c.*

## CAP. IX.

1 *Legitimatus ad omnes ordines, non tamen eſt aptus ad parochialem.*
2 *Parochialis non venit ſub verbo beneficij præbendati.*
3 *Beneficium, ad quod proceditur per electionẽ, non comprehenditur in diſpenſatione legitimati.*
4 *Legitimatio ad ordines. non prodeſt ad dignitates.*
5 *Ioannes Andreæ ad omnia fuit legitimatus, ſed non ad Epiſcopatum.*
6 *Legitimatio ad dignitates non prodeſt, vt in Cathedrali obtineatur canonicatus.*
7 *Verbum, quæcunque dignitates non includit Epiſcopatum, & maiores.*
8 *Legitimatus ad quæcunque in Eccleſia Bononienſi, non poteſt obtinere ipſam Eccleſiam Bonon.*
*Henricus Epiſcopus Leodien. illegitimus.*
*Gabriel Rangonius illegitimus Card.*
*Matthæus Gibertus illegitimus Epiſcopus.*
9 *Legitimatus ad beneficia, non habebit paterna.*
10 *Græcorum filij legitimati, non ſuccedunt parentibus in beneficio.*
11 *Græcorum, & Latinorum filij legitimati pari iure cenſentur.*
12 *Canonici filius,* Epiſcopus *fieri non poteſt.*
*Legitimantur facilius filij eorum, qui beneficijs carebant, quàm qui obtinuerunt.*

Quæ

QVæ anteriore capite diximus,
ad eos ſpectant, qui ſimplici-
ter legitimati ſunt, vel etiã cle
ricari permiſſi; nũc ordo ſuccedit, vt de
ijs agamus, qui ita legitimati ſunt, vt etiã
ad ordines, & beneficia quæcumq; pro-
moueri poſſint: quorũ priuilegia varijs
verborum clauſulis extenduntur, ideo
ordinatim de ſingulis opportune dice-
mus. Primo etenim ſi quis ſit legitima-
tus cum facultate, quòd oẽs ordines cõ-
ſequi poſſit, nõ ppea parochialem Eccle-
1 ſiam, ſine alia diſpenſatione obtinere po
teſt, ſi nõ ſit expreſſum. Spec. in tit. de di-
ſpenſ. §. iuxta. verſic. contrahitur autem.
Abb. in c. litteras. col. 2. ad fi. de fil. preſb.
Quinimmo habilitatus ad dignitates,
non ppea per hoc verbum, dignitates, fit
interpretatio quòd ſit habilitatus ad be-
neficia. ſcripſerat Inn. in c. dilectus. 3. de
præben. quem refert, ac probat Fel. in c.
veniens. col. 1. de accuſ. ſed & ſi dictum
fuerit ad beneficium præbendatum, vel
aliud; non tñ intelligitur de curato. Abb.
2 in c. fi. de pręb. verſi. quid autem ſi man-
datur, per tex. in c. pro illorum. de præb.
Præterea habilitatus ad ordines & Eccle
ſiaſticum beneficium, intelligitur quidẽ
habilitatus etiam ad beneficium duratũ,
non tñ ad Rectoriam, vel perſonatum,
ad quam per electionẽ procedi conſue-
uit. c. vlt. de præb. Archiep. Flo. 3. tit. 29.
3 c. 4. ante fin. idem tradit Silu. in verb. le-
gitimus. q. 7. verſi. Primũ, idem in verb.
illegitimus. q. 5.

Hinc illud conſequitur, quòd quiſqs
habilitatus eſt ad ordines, nõ per hoc eſt
4 habilitatus ad dignitates Eccleſiaſticas,
vel ſi eſt habilitatus ad ordines, & digni-
tates Eccleſiaſticas quaſcunq;: non tamẽ
per hoc eſt habilitatus ad Epiſcopatum.
c. cum dilectus. de conceſſ. præb. gl. in c.
2. de pręb. in 6. Old. q. 14. col. 2. Abb. in
c. cũ Vintonienſis. de elec. num. 8. quod
contigit olim in perſona Ioãnis Andreę,
qui cum legitimatus fuiſſet ad oẽs digni-
5 tates à Papa Ioanne XXII. non tñ ab eo
impetrare potuit, vt ad Epatũ legitima-
retur, vt ipſemet de ſe ſcribit in addi. ad
Spe. in tit. de fil. preſb. quinimmo legiti-
matus vt etiam dignitates tenere poſſit,
non intelligitur vt Eccleſiam Cathedra-
6 lem. c. quamuis. 1. de præb. lib. 6. & c. cui,
eod. tit. & ita eſſe ſtylum cancellariæ atte
ſtatur Rot. deciſ. 45. & in deciſ. 407. in
antiq. Sed & ſi ad Epatum quis ſit habi-
litatus, nõ per hoc eſt habilitatus ad Ar-
chiepiſcopatum, Fel. in d. c. veniens, poſt
Innoc. de accuſ. refert, ac probat Tabien.
in verb. beneficium. 2. nu. 20. in fin. idem
Tabien. in verb. diſpenſatio. nu. 13. verſi.
21. Generalia. n. verba in iſtis dignitatib.
7 non ſufficiunt: nam per illa verba, digni-
tates quaſcumq;, non cenſetur Papa vo-
luiſſe exprimere Epatum, & altiores gra-
dus. Gof. & Hoſt. quos refert Silu. ĩ verb.
legitimus. q. 7. verſ. Quartum. Eſt. n. hoc
Epalis, & ſuperiorum dignitatum priui-
legium, vt ſumma cum difficultate illegi
timi ad eas admittantur, & non niſi per
Papam id expreſſe diſpẽſantem, quia in
Epiſcopatu, Cardinalatu, & Pontificatu
verba generalia ſufficere nõ poſſunt, niſi
cum clauſula ex certa ſcientia, Paleot. de
Noth. & Spur. c. 57. n. 6. & 7. Quinimmo
& ſi quis habilitatus fuerit ad obtinẽdũ
8 quodcumq; beneficium in Eccleſia Bo-
nonienſi, poterit quidem in cathedrali
obtinere, Rot. deciſ. 407. in antiq. Tñ ad
ipſam Bononien. Eccleſiam habilitatus
non cenſetur, tex. in d. c. vlt. de præb.

Plurimi tñ illegitimi expreſſa Papę di
ſpenſatione ad plurimas dignitates, ob
egregias virtutes euecti ſunt; referũt An-
nales Henricum promotũ fuiſſe ad Epi-
ſcopatum Leodiẽſem, q & imperij prin-
cipatus



cipatus exiſtit: ſed & Matthæus Giber-
tus ad Epatum Veron. Et Gabriel. Ran-
gon. ad Eccleſiam Albæ Regalis, & alij
plures promoti ſunt, quos annotauimus
ſupra c. 4. Sed & ſi qñque tam gratioſa
ſit pontificis diſpenſatio forſan ob egre-
giam virtutem, vt illegitimus ad Epiſco-
patum, & alias ſuperiores dignitates di-
ſpenſetur, tñ ea diſpenſatio numquam
põt efficere, vt ſic diſpenſatus ſuccedat
9 patri, i. vt paternæ Eccleſiæ præficiatur, ni
ſi & hoc expreſſim dicatur: nam ſicut le-
gitime natus hac expreſſa diſpenſatione
eget, ita ac multo magis hic illegitimus,
ſentit Tabien. in verb. Beneficiũ. 2. nu. 13.

Propterea cum ſuperiorib. capitib. de
græcis tractantes dixerimus, quòd corũ
filij legitimi ſuccedere poſſunt in benefi
cijs parentum, ex ſentẽtia Archiep. Flor.
3. tit. 29. c. 4. declarandum illud eſt non
procedere in filijs gręcorũ legitimatis;
10 nam & ſi ad oĩa beneficia fuerint habi-
litati, tamen ad paterna habilitari nõ vi-
dentur; quia & ſi græcis vxore vti tolerã-
tia permiſerit, non tamen licet fornica-
ri; ideoq; in fornicatione par conditio
eſt græcorum, ac latinorum, vt & legiti-
11 matio expreſſa requiratur, & quòd filius
legitimatus diſpenſetur, vt ſuccedat pr̃i.

Quæ oĩa conuertuntur, vt nec pater
græcus ſuccedat filio legitimato, vel mi-
niſtret in Eccleſia ipſius filij legitimati,
vt aperte concludit in latino etiam legiti
mo. Abb. in c. Michael. Quid è conuerſo.
de fil. preſby. Silu. in verb. Illegitimus. q.
2. eſt. n. tale miniſterium Deo odioſum,
arg. c. cum decorẽ. de fil. preſby. vnde fir-
ma manet hęc concluſio, quòd græcorũ,
& latinorum legitimati filij eodem iure
cenſentur circa obtinenda beneficia pa-
terna. Quinimmo nõ ſolum à ſucceſſio-
ne arcentur, ſed nec in ipſis Eccleſijs, vbi
patres præfuerunt, vel beneficiũ obtinue
runt, hi vllo modo miniſtrare poſſunt,
nec vllo noĩe inſcribi, etiam ad diuerſos
titulos, vel miniſteria, vt aperte ſonãt ver
ba Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 15. de Reform.
Nõ licet (inqt) filijs clericorum, qui non
ex legitimo nati ſunt matrimonio, in Ec
cleſijs, vbi eorum patres beneficium ali-
quod Eccleſiaſticum habent, aut habue-
runt, quodcumq; etiam diſſimile benefi
ciũ obtinere, nec in dictis Eccleſijs quo-
quomodo miniſtrare, nec penſiones ſup
fructib. beneficiorum, quæ parẽtes eorũ
obtinent, vel aliàs obtinuerũt, habere: ex
quib. verbis nobis ĩſinuatur, quòd iſtiuſ-
modi legitimati non poſſunt ſuccedere,
nec miniſtrare, etiam ſi perſona media
interuenerit, ad differẽtiam legitimorũ:
quia eodem modo refricatur memoria
turpitudinis, ſiue perſona media interue-
niat, ſiue nõ, & hoc probatur ex illis ver-
bis Conc. alias habuerunt.

Quæ etiam conuerſo modo intelligi
poſſent, vt nec pater ĩ ea Eccleſia ad vllũ
quãtumlibet diuerſum titulum, aſcribi,
vel miniſtrare permittatur, in qua filius
legitimatus obtinet beneficium, vel mi-
niſtrat. arg. c. conſtitutus, de fil. preſb. Ta
bien. in verb. beneficium. 2. nu. 13. in fin.
nam ſic refricatur turpitudinis memo-
ria, ſi pater ea ĩ Eccleſia velit miniſtrare,
in qua iam filius miniſtrat, ſicut in caſu
conuerſo, vt aperte cõcludit Hoſt. in c. ex
tranſmiſſa. de fil. preſb. quem probat Ar
chid. in c. apoſtolica. 8. q. 1. & licet Abb.
in d. c. ex trãſmiſſa. videatur ſequi Vinc.
& Tanc. qui dicebant patrem non ſic p-
hiberi ſuccedere filio, ut filius patri: tñ
idem Abb. ibi fatetur, Clementẽ Papam
diſpenſaſſe, quòd cum Eccleſia patris, &
Eccleſia filij diuerſæ unitæ fuiſſent, pre-
mortuo filio, pater diſpenſatione media
uniuerſas illas ſic unitas Eccleſias obti-
nere poſſet: unde bene colligitur, q̃ ma-
gna

gna ſit turpitudo, quòd filius legitima-
tus ad altare miniſtret patri, vel pater fi-
lio, forſan ordines conferendo, vel ſuſci-
piendo, de quo aliàs inferiorib. libris di-
cturi ſumus magis opportune.

Redeũdo ad mareriam inſtitutam in
hoc capite, illud eſt memoria non indi-
gnum, quòd legitimatus ad oẽs ordines,
12 etiã Epãtum, nõ poterit promoueri Epi-
ſcopus, ſi ſit filius canonici, etiam nõ exi
ſtentis in ſacris: nam ſi narratum fuiſſet,
eum eſſe filium canonici, difficilius ob-
tinuiſſet: quia maior requiritur diſpenſa
tio. c. cum de tua. vbi gl. & Abb. de corp.
vitiat. quod procederet forſan in Epãtu,
etiam diuerſo ab Eccleſia, in qua pater
fuit canonicus, quia in eadem Eccleſia
nihil eſſet dubitabile; quinimmo nec ẽt
diſpenſari vnquam debuiſſet plurib. ra-
tionib. prima quia nulla adminiſtratio
permittitur iſtis legitimatis in Eccleſia,
vbi patres adminiſtrarũt, ex Conc. Trid.
d. c. 15. & per tex. in d. c. cum decorem.
videret enim inſurgere irriſio, quòd im-
pudico patri filius in dignitate præſit;
vel ſpurio filio pr̃ canonicus deſeruiat in
altari, vbi quotidie vnigenitus Dei filius
offertur: Nam per hęc Eccleſia Dei diffa
maretur, arg. de obli. ad ration. c. 1. dein-
de pp huius turpitudinis memoriam po
pulus à frequentatione Eccleſiæ retrahe
retur, arg. de cohab. cler. & mul. c. veſtra.
inſuper ipſe pr̃ læderetur in conſcientia
pp peccati olim commiſſi memoriam,
quæ refricaretur ſibi in miniſterio filij,
ſiue publice ſiue occulte fuerit filius, ar.
c. mulier. 15. q. 1. & ideo quia non eſt ve-
riſimile Papam cõtra tot rationes diſpẽ-
ſaſſe, veriſimilius eſt, quòd caſus d. c. cũ
de tua. intelligatur in filio canonici alte-
rius Eccleſiæ, quàm illius ad quam filius
legitimatus promoueri voluit, & quam-
quam eo loco de filio canonici loquat,
tñ idem mihi quoque videtur in oĩ filio
cuiuſlibet beneficiati legitimato, qa par
turpitudo videtur per eaſdẽ rõnes, quas
refert Abb. in d. c. cum decorem. & ſic
concluditur quòd lõge difficilior eſt di-
ſpenſatio ad ordines ſuſcipiendos in le-
gitimatis filijs, q nati ſunt ab ijs, qui be-
neficia obtinebant, quàm antequam ob-
tinerent, d. c. cum de tua. & ſic poteſt etiã
declarari ille tex. d. c. cum de tua. ex quo
tex. patenter apparet, quid ſit iudicandũ
de legitimatis filijs Cardinalium, & Epi
ſcoporum, vel aliarum egregiarum pſo-
narum, quorum cõditio maior eſt filijs
canonicorum, & magis odioſa.

*De illegitimis ad Religionis ingreſſum admittendis.*

## CAP. X.

1 *Irregularitas tollitur religionis ingreſſu.*
2 *Religio habilitat illegitimum, quoad ſacros ordines.*
3 *Religioſus illegitimus non poteſt obtinere prælaturam, ſed commendam, & penſiones.*
4 *Religioſus illegitimus eſt capax Iuris patronatus.*
5 *Monialis illegitima profeſſa non poteſt eſſe Abbatiſſa.*

HAe illegitimorum irregularitates, quas hactenus proſecuti ſumus, adeo magnifaciẽdæ
ſunt, quòd nec per religionis
1 ingreſſum abſolute auferũtur: nã & ſi oĩs
irregularitatis macula tollat religionis
ingreſſu. gl. & Abb. in c. 2. de apoſtat. &
dicemus qñ tractabimus modos tollen-
dæ irregularitatis lib. vlt. tñ religionis ꝓ-
feſſio non videtur poſſe efficere, vt illegi
timus poſſit ad ſacros ꝓmoueri, ex ſen-
tentia Archiep. Flor. 3. tit. 29. c. 4. nam ſi
fratres Prædicatores hoc hñt ex priuile
gio ab Alex. Papa III. & Ioanne XXII. vt
illegitimos profitẽtes poſſint diſpenſare
ad ſacros ordines, cõſequens eſt, vt id eis
ipſo iure non cõpetat: quod tradit idem
Archiepi. in trac. de excõ. & cenſ. c. 99. ſ.
diſpenſatur. Verum ñ cõis eſt omnium
ſentẽtia, quòd Religionis profeſſio legi-
2 timat, quo ad ſacros ordines. gl. in c. fin.
de fil. preſb & ibi Abb. Archid. in c. 1. p
illum tex. diſt. 56. Tabien. in verb. ordo.
4. Silu. in verb. Illegitimus; ſed per hoc
3 profeſſi non dñr legitimati, & habilitati
ad obtinẽdas prælaturas, Archiep. Flor.
d. c. 4. verſ. Tertius modus, clarus tex. in
c. 1. de fil. preſb. vbi Abb. nam nec ad cu
ram aĩarum, nec ad prælaturam in eodẽ,
vel quocumq; monaſterio, nec in Abba
tia, nec alia ſęculari eccleſia admitti poſ-
ſunt. c. legi. 16. q. 1. vt tradit Abb. in d. c.
1. & Tabien. in verb. diſpẽſatio. verſ. 21.
Paleot. lib. de Noth. ac ſpur. c. 57. nu. 4.
ideoq; nec Abbas fiet, nec Prior, nec vi-
carius Epĩ ſine diſpenſatione Papæ: vel al
terius ad id poteſtatem habentis. Abb.
d. c. 1. & gl. d. c. fin. Quinimmo nec eligi
poterit Fel. in c. meminimus. de accuſat.
nu. 6. Paleot. loco præfato: ſed & ſi à Pa-
pa fuerit diſpenſatus ad Rectoriam, tñ
non poterit admitti ad eã Rectoriã, vel
perſonatũ, ad quã per electionẽ procedi
conſueuit, de præben. c. vlt. Goff & Rai:
quos citat & ſequitur Silu. in verb. legiti
mus. q. 7. verſ. Primum. & in verb. Illegiti
mus. q. 5. Papa. n. non cenſetur voluiſſe
præiudicare electorib. vt idem Fely. quẽ
ꝓbat Tabien. ĩ verb. beneficiũ 2. nu. 20.
ſcribit tñ Symeon Metaphraſt. in vita S.
Theodoræ, ſub 11. die Septemb. Puerũ
de fornicatione natum virtutib. adeo cla
ruiſſe in monaſterio, vt in multorũ mo-
nachorũ Abbatem poſtea fuerit electus;
ita ille in calce vitæ prædictæ.

Hæc vera ſunt in titulum, vel com-
mendam perpetuam, vel in vſum iuriſ-
dictionis prælatiuæ; at in nuda admini-
ſtratione hoſpitalium, vel in obtinendis
penſionib. illegitimus religionem profeſ
ſus admitti poteſt ſine vlla diſpenſatio-
4 ne, ex ſententia Gomeſij, quem referr, &
probat Paleot. de Noth. & ſpur. c. 58. E-
rit quoq; capax iuris præſentandi ex pa-
tronatu. Roch. Cur. tract. de iu. pat. verſ.
competens. q. 2. Paleot. d. c. 58. nu. 8. vn-
de illa notatu digna conſequitur conclu
ſio, quòd quis ſit prælaturæ incapax, &
tamen ſit capax præſentandi prælatos:
Hinc illud quoque conſequitur, vt illegi
5 tima Monialis profeſſa Abbatiſſa fieri
non poſſit, vel Prioriſſa ſine diſpenſatio-
ne eius, ad quem iure ſpectat; ſed de hoc
opportunius dicemus, cum de Monia-
lium impedimentis agendum erit.

*De infantibus expoſitis, & ſuppoſitis.*

## CAP. XI.

1 *Expoſitus infans legitimus promoueri poteſt.*
2 *Expoſiti ſuſpicandi ſunt illegitimi.*
3 *Rebaptizati ignorantes ſunt irregulares.*
*Cyrus Rex fuit expoſitus.*
*Romulus, ac Remus fuerunt expoſiti.*
*Lamiſsio cum ſeptem fratrib. fuit expoſitus.*
*Henricus II Imperator fuit expoſitus.*
*Moyſes fuit expoſitus.*
*Hippolytus Card. fuit expoſitus.*
4 *Arſaces Rex Parthorum ignotis fuit parentibus, & patria.*
*Aemilianus Imperator ignotis parentibus & patria.*
*Melchiſedech ignorantur parentes.*
*Chriſtophorus I. Papa ignotis parentibus.*
*Bonifacius VII Papa ignotis parentibus.*
*Ioannes XVIII. Papa ignotis parentibus.*
*Suppoſiti filij an ſint irregulares?*

EXpoſitorum genus tã obſcurũ
eſt, vt cũ nec origo, nec parẽtes
ſciant, iure dubitari cõtingit,
an in-

an inter illegitimos legitimoſve deputē-
tur. Plures etenim etiam legitimi exponi
poſſunt ob parentū egeſtatem, atq; igna-
uiam; vel etiam ob inuidiam; ſed id non
tam ſæpe cõtingit, q̃ in illegitimis, qui ob
turpitudinem à parentib. vitãdam expo-
nuntur, ideoq; iure merito inter illegiti-
mos connumerandi ſunt, qñ parentes
ignorantur; cum ſeſe non prodant ad ꝑ-
lem, vt legitimam agnoſcendam: quòd
ſi parentes agnoſcuntur, nil oberit, quòd
expoſiti fuerint, nam ꝓmoueri poterunt
ſicut ceteri legitimi, q̃a in iure nihil ad-
uerſatur illis c. 1. de infant. expoſ. At qñ
nil conſtat de legitimis parentib. æquius
1 eſt eos pro illegitimis haberi, non ſolum
quo ad ſęculares honores, ſed & quo ad
eccleſiaſticos ordines; quia veroſimilius
eſt eos extra matrimonium naſci, qui ſic
à genitorib. contemnuntur; immo ſuſpi-
2 candum eſt ab infamib. genitos eſſe, qui
ſi infames non erant, hoc ipſo infames
effecti ſunt, quod proprium partū mor-
tis periculo expoſuerunt. c. vlt. 87. diſ. qđ
vel ipſo ſenſu probatur.

Propterea ſicut oẽs incognitos ab or-
dinib. excludẽdos probabimus infra op
portuniore loco, ita ſane ac multo ma-
3 gis iſtos; poſſunt enim eſſe rebaptizati,
vnde ex hoc ſolo & ſi ignorantes id pa-
tiantur, ad clerum admitti iure non poſ
ſunt c. qui bis. vbi Hug. & Archi. de cõſe.
diſt. 4. Nam ſola dubitatio, ne quis ſit re-
baptizatus, efficit eum irregularem. c. A-
fros. diſt. 98. & tametſi Ioã. de Anan. in
d. c. 1. de infant. expoſ. dicat iſtos quorū
origo ignoratur haberi inter legitimos,
& ad ordines promoueri poſſe; tñ id in-
telligo non ipſo iure, nec prætermiſſa di-
ſpenſatione; quia nimis magno periculo
ſubijceretur collatio ordinū; verum quia
huiuſmodi expoſiti infantes aluntur ple
rumq; ſumma cū pietate, ac diſciplina,
facile diſpenſandi ſunt. c. cum deputati,
de iud. vnde Pet. de Anch. in d. c. 1. noluit
affirmare ipſos promoueri poſſe, ſed du
bitando loquitur, ſicut Barbat. & Felyn.
in d. c. cum deputati, ad fi. & licet Paleot.
in lib. de Spur. c. 63. num. 3. & 7. ſentiat
cum Io. de Anan. tñ hæc eadem interpre
tatione ſaluatur, ſ. quod facile diſpenſa-
tionem obtineri debere putet, quia non
video qũo melioris conditionis ſit expo-
ſitus, q̃ nõ expoſitus, & incognitus, q̃ co-
gnitus quoad ordines ſuſcipiẽdos. Hoc
bene verum eſt, ꝙ iſti expoſiti ex capite
ſeruitutis repelli non poſſunt, quia eo ip-
ſo quòd expoſiti ſunt, oĩno fiunt liberi,
etiam ſi erant ſerui. C. de epiſc. aud. l. ne-
mini. Et ideo quia vel in cœnobijs, &
clauſtris plerumq; religioſe educantur,
perfacile admittuntur. gl. & Abb. in d. c.
cū deputati. col. 1. verſ. quęro: quo loco
dicit expoſitos de quib. ibi agitur ob reli
gionem promoueri potuiſſe: quæ ſenten
tia magis tuta eſt, & rationi cõgrua, ſi pe-
nitus parentes ignorantur; quòd ſi ſcian-
tur legitimi parentes, tunc contraria opi
nio ſubſiſtet, quia percelebres viri expoſi
ti ſæpenumero extiterũt: Nam (vt apud
Herodotum) Cyrus expoſitus eſt, ſicut
Remus quoq; ac Romulus, qui Regno
perfuncti ſunt iure belli: & horum om-
nium parentes agniti ſunt; ſed & in Ger-
mania Lamiſſio quidam à matre mere-
trice cum ſeptem alijs fratrib. eodẽ pa-
tre editis, ob turpitudinem ſceleris in la-
cum cõiectus eſt, vnus ipſe tñ Lamiſſio
ſuperſtes fuit: quem cum Agamundus
Hunnorum, & Longobardorum Rex in
venatione comperiſſet, tam pie, ac diſci-
plinate educauit, vt tãdem ipſo mortuo
à Longobardis in Regem ſuffectus fue-
rit tpe Benedicti Papæ I. vt Annales refe
runt de initijs Regnorum, fol. 72. & Per.
Hiſp. ſilua. var. lect. part. 2, c. 32. & ante
hos



hos oẽs tradidit Martinus Polonus. Hẽ-
ricus quoq; ſecundus Germanorum Im
perator in ſilua Corrado Imperatore iu
bente morti expoſitus eſt & tñ Corrado
poſtea inſcio educatus eidem & gener, &
ſucceſſor imperij fuit, vt ijſdẽ Annalib.
continetur: quæ locum habuerunt in ſe-
cularib. dignitatib. at quo ad eccleſiaſti-
cos ordines quid põt audiri celebrius ip
ſo Moyſe? qui expoſitus tandem ſummo
ſacerdotio tam digne perfunctus eſt,
Exod. c. 2. Noſtro hoc ſęculo Hippolytus
Card. Iuliani de Medicis filius per adul
terium ab Vrbinate muliere ſuſceptus, à
matre ad publicum expoſitorum locum
eſt delatus, tota nocte ibi dimiſſus, tandẽ
à Iuliano agnitus, educatuſque tã exacta
diſciplina, vt Leoni. X. Iuliani fratri gra-
tiſſimæ indolis ſpecimen præſeferret; tã-
dem à Clemente VII. in Cardinalium
cœtum ob egregiam virtutẽ conſcriptus
annum agens 24. Hæc de expoſitis.

Cõtingit vero aliqñ parentes ignora-
ri eorum, qui expoſiti nõ fuerunt, qui &
Regno, & imperio ſunt potiti: Nam Ar-
4 ſaces Rex Parthorū primus illorum Re
gnum inſtituit, & Romanis terrori fuit,
vnde ſucceſſores Arſacides dicti: huius
tñ tam obſcura origo eſt, vt nec genus,
nec patria ſciri vnquam potuerit. Æmi-
lianus quoq; Imperator ignotis parẽtib.
& patria Romæ imperauit: ſed hi iure
belli, non ratione. At in re eccleſiaſtica p̃-
cipuus eſt oĩum Melchiſedech, cuius ge
nus ſcriptura non ediſſerit, is ſacerdotio
tã ſãcte eſt functus, vt ſacrificij typus ab
eo præcipue ducatur, Gen. c. 14. Inter Põ
tifices quoq; à Plat. & Paleot. ponuntur
Chriſtophorus I. Bonifacius VII. Ioann.
XVIII. quòd illorum genus ignoretur.
Idcirco ij quoq; quorum origo ignorat̃,
& ſi expoſiti non ſint, promoueri facile
non debent, ijſdem rationib. quib. & ex-
poſiti: tñ longo tpe ſi eorum virtus ſpe-
ctata eſſe poſſit, virtutum merito diſpen-
ſati promoueri facile poſſunt; ſed de ijs
opportunius agemus cum de incognitis
promouendis tractandum erit.

Suppoſitis vero filijs, ſi legitimi ſint,
nihil obeſt, quin ordinari poſſint, q̃m id
nulla lege cautum eſt: Si enim pater pu-
tatiuus illum ſupponi paſſus eſt, quaſi
adoptaſſe videtur: Si aũt ſola mater puta
tiua eum ſuppoſuerit, vt hæreditatẽ vel
fideicommiſſum conſequeretur, non po
teſt hoc obeſſe filio huiuſmodi, ſi alioq;
ſit legitimus: quæ vera ſunt quoad ordi-
nes: at ſecus eſt quoad ſæculares dignita-
tes filiationis iure obtinendas; cõſequi. n.
eas non poterit, cum filius verus nõ ſit,
ſed putatiuus: quamquam ad huiuſmo-
di dignitates conſequendas fraus pluri-
mum ſoleat ſuffragari, vt contigit Federi
co Vbaldino ſuppoſito, cui Vrbinatum
Ducatus commiſſus eſt, reiecto & occi-
ſo legitimo Ducis Guidonis filio. Fulg.
lib. 9. cap. 16.

Filij autẽ putatiui ſacerdotum in Ec-
cleſijs & beneficijs patrum putatiuorū
deſeruire prohibentur, etiam ſi legitimi
ſint: quia par ratio eſt affectionis, & ſcan
dali, ſicut in veris filijs, de quib. egimus
ſupra cap. 6. num. 4.

### *De ijs, qui in ſacris poſiti filios habent, aut procreant.*

## CAP. XII.

1 *Sacerdotes pluribus modis filios legitimos habent.*
2 *Sacerdos habens filios legitimos, non poteſt eſſe Epiſcopus.*
3 *Pater nimium præſumitur dilapidare bona Eccleſiæ pro filijs.*
4 *Eſſei putabant eſſe feliciſſimos eos, qui ſine filijs vixiſſent.*
5 *Epiſcopi præſumuntur cæci affectione nepotũ.*

Leges

*Leges ciuiles ſunt nullæ contra clericos, fallit*
*vt hic.*
1 *Petronilla fuit filia Petri Apoſtoli.*
*Philippus Apoſtolus quatuor filias habuit.*
*Clemens IIII. Papa quatuor filias habuit.*
6 *Concubina duplici ſenſu accipitur.*
7 *Concubina etiam vxoris loco habita, an obſit*
*marito ne promoueatur.*
8 *Concubina fornicaria clerici prolem gignens,*
*impedit clericum, ne aſcendere poſſit ad or-*
*dines ſuperiores.*
9 *Græcorum filij ſuſcepti in ſacro ordine legiti-*
*mi, non obſunt patri, quin poſſit fieri ſacer-*
*dos.*
*Baſilius magnus ſacerdotem habuit patrem.*
*Græcos vxoratos Epiphanius græcus nolebat*
*promouere ad ordines ſacros.*
10 *Maritus, qui dimiſſa vxore fit ſubdiaconus, ſi*
*ab vxore repetitus gignat filios, non poteſt*
*ad ordines ſuperiores aſcendere.*
11 *Græcorum Epiſcopi non poſſunt vti vxore.*
12 *Subdiaconis tam græcis, quàm latinis nunquã*
*licuit vxorem ducere.*
13 *Pater non poteſt diſpenſare filios ſuos illegiti-*
*mos ad ordines.*
*Filiusfam. poteſt inuito patre clericari, &*
*monachari.*

SVccedit ex ordine vt pertra-
ctemus, qñ proles etiam legi
tima obeſt patri, ne promo-
ueatur ad ordines eccleſiaſti
cos: Nam quòd proles illegitima obſit;
nihil eſt difficile dictu, pp incontinentiã,
vt dicemus in tractatu de concubinario,
& fornicatore; at hoc loco agendum eſt
de filiis legitimis ante ordines ſacros ſu-
ſceptis; aut etiam poſt ipſos ordines qũo
patrem impediant, quominus promoue
ri ad ordines poſſit, ideoq; de iis duob.
caſib. ſigillatim vno hoc capite pertra-
ctabimus: Plurib. enim modis ſacerdo-
tes prolem legitimam habere poſſunt,
1 tradit Rip. in c. inter cæteras, col. 1. de
reſcri. Paleot. lib. de Noth. ac ſpur. c. 10.
num. 7. duo ij præcipui ſunt, ſi ex matri-
monio filios genuerint, poſtea vxore vel
defuncta, vel votum caſtitatis emittente,
ad clericale miniſterium tranſierint; nã
hoc caſu põt quidem hic genitor ꝓmo-
ueri ad oẽs ordines ſacros, ſed non põt
2 fieri Eps̃ ſine diſpenſatione. tradit Abb.
in c. ſane. de conuer. coniu. & in c. 1. de te
ſta. verſ. ſed oppono: quo loco dicit nec
ad aliam quamlibet prelaturam ꝓmoue
ri poſſe; pro quo eſt tex. & gl. in c. Catinẽ-
ſis. diſt. 61. & c. de Siracuſanæ. diſt. 28. ea
autem eſt ratio, quia præſumũtur patres
nimium affici erga filios, & ideo immi-
net periculum dilapidationis bonorum
3 Eccleſiaſticorũ, vt ſcribit Speculum ſum
morum Pontificum. tit. de continent. ſa-
cerd. c. 81. Propterea glorioſius eſt ſacer
doti filios numquam ſuſcepiſſe: Philoſ.
etenim in Apologetico Eſſeos (inquit) q̃
ob religionẽ caſtimoniæ ſtudebant, vxo-
res ducere recuſaſſe, ꝙ qui conſenuiſset
ſine liberis feliciſſimus haberetur; refert
Euſeb. Pamph. de præpar. Euãg. li. 8. c. 4.
Quinimmo ipſi etiam gentiliũ ſacerdo-
tes Deo dicati in tm̃ oĩa abijcere ſolebãt,
vt cognatos, liberos, ac propinquos nun
quam viderent ex eo tpe, quo cœpiſsent
diuino cultui deſeruire, vt ſcripſit S. Hie-
ron. & refert Speculum Summorum Põ
tif. d. cap. 81.

Iure igitur merito non ſunt facile ad-
mittendi ad prælaturas ij, qui cum filios
genuerint nimio erga ipſos affectu falli
poſsunt; ideo diſpenſatio requiritur cũ
cautione, de qua, per gl. in d. c. Catinẽſis.
Quæ vera ſunt nõ ſolum in eo, qui filios
habet ſuperſtites, ſed etiam in eo, qui ex
filiis præmortuis nepotes, vel inferiores
deſcendentes habet; nam eadem ratio af
fectionis perdurat in illis: cæci enim pu-
tantur Epĩ circa nepotes. glo. in c. perue-
nit. 1. q. 4. citat c. dilectiſſimi. 8. q. 2. & in
terminis eſt tex. iuris ciuilis in auth. quo-
mo. opor. Epiſco. §. 1. & licet iura ciuilia
loquentia de clericis ſint nullius momẽ-
ti præſertim tituli, C. de ſacroſ. Eccleſ. &
de



de epiſc. & cler. vt tradit Abb. in c. Eccle-
ſia S. Mariæ. de conſtitut. & comprobat
Dec. in c. in præſentia. col. 20. de ꝓb. Tñ
canones qñque dignantur leges imitari.
c. 1. de oper. nou. nunc. & cum lex eſt ra-
tionabilis, poteſt obſeruari in clericis.
Dec. in d. c. Eccleſia, col. 12.

In nepotib. autem ex fratre diuerſum
ius erit, non enim præſumitur tantus af-
fectus. Abb. in d. c. 1. de teſtamẽ. verſ. ſed
oppono: Papa autem cum iſtis habenti-
bus filios, vel nepotes facile diſpẽſare cõ-
ſueuit, ſi ipſius patris, & filiorum ꝓbitas
eos dignos faciat. Abb. in d. verſ. ſed op-
pono: Propterea Petro Apoſtolo nõ ob-
fuit Petronillam filiam habuiſſe; nec Phi
lippo quatuor filias virgines ꝓphetãtes:
Act. Apoſt. c. 21. Nec tãdem obfuit Cle-
menti IIII. Pontifici Maximo quatuor fi
lias de matrimonio ſuſcepiſſe; & noſtro
hoc ſæculo Cardinales multi, atque Epĩ
fuerunt, quib. & cõiugatos fuiſſe, & Deo
poſtea ſe dedidiſſe vtrumque cũ ſumma
laude ſucceſſit.

Quæ diſpenſatio non aliter facile cõ-
ceditur, quàm ſi ij filij ab vxore legitima
ſuſcepti ſint, ſecus ſi ex cõcubina, quam
6 vxoris loco habuiſſent: eſt aũt opportunę
ſciendum concubinæ vſum duplici ſen-
ſu accipi poſſe, videlicet aut vxorum lo-
co, & ex ijs naſcitur proles legitima: quia
manent quidem ancillæ, & nihil imperij
habent in diſpenſatione domus ꝓpter
imparitatem cum marito: ſed in vinculo
matrimonij ſunt veræ vxores, vt tradit
S. Thom. 4. ſentent. diſt. 33. q. 1. artic. 2.
& in hoc differunt à veris vxorib. quibus
competit plenum, & abſolutum impe-
rium in diſpenſatione familiæ; & ſecun-
dum hæc intelligitur Concil. Tolet. quo
continetur vnumquemque Chriſtianũ
vxorem, vel concubinam habere oporte
re, diſt. 34. c. ſi qui. & ſecũdum hæc quo-
que intelligitur Iſidorus. c. Chriſtiano.
diſt. eadem. Chriſtiano (inquit) licitum
eſt habere, aut vxorem, aut ſi vxor deeſt,
concubinam; nam concubinam gloſſ. ibi
intelligit interueniente conſenſu matri-
moniali, ſolis prætermiſſis ſolemnitatib.
nuptialib. aut dote. Alterum autem con
cubinarum genus, quod ad exercendam
laſciuiam ſubinducitur, & nefarium eſt,
& irregularem facit, vt ſuo loco de forni
catoribus dicemus, & de eo hoc loco nil
agimus.

Qui igitur filios ſuſceperit ex licito
concubinarum genere, ꝓpter aliquam
noĩs obſcuritatem, & notam non eſt cõ-
parandus ei, qui ex vera vxore ſuſcepit:
promoueri enim non debet vltra diaco-
natum, tex. in c. paternitatis, diſt. 34. in-
telligendo illum text. in concubina loco
vxoris, ideſt in ea, quæ ducta eſt non pu-
blice ſm vnum intellectum glo. ibi; licet
communiter per Doct. ille tex. intelliga-
tur in concubina fornicaria, ſ. quod q̃ſ-
quis prolẽ ſuſceperit ex concubina poſt
vxorem defunctam, quaſi incontinens
habendus eſt, & ideo vltra diaconatum
promoueri non poteſt, vt tradit Abb. in
c. ſane, de conuerſ. coniug. qui ſenſus mi
hi quoque plurimum placet, quia ſi con
cubina ſuperinducta loco vxoris in illo
tex. habita fuiſſet, non potuiſſet ille ꝓmo
ueri, nec ad ſubdiaconatum quidem; q̃a
bigamus extitiſſet; quæ bigamia nõ con-
trahitur ex vxore, & fornicaria, ideo eo
textu diaconatus illi conceditur.

Supradicta autem procedunt in pro-
le ſuſcepta ante ordines; at ſi quis in or-
dine ſacro conſtitutus filios ſuſceperit, ſi
quidem à fornicaria muliere, non aſcen
8 det ad ſuperiores ordines; quinimmo
forſan etiam deponẽdus, ſi notorius fue
rit: at ſi ab vxore filios ſuſceperit, ut Græ-
ci ſacerdotes ſolent; ea mortua nil prohi

bet eum promoueri poſſe; qm̃ eccleſiæ
9 tolerantia Græcis preſbyteris vxor per-
mittitur. S. Thom. 4. diſtin. 36. & 37. filij
etenim illorum vt legitimi ſunt, ita nil
turpitudinis adferunt Græcis parentib.
quin promoueri poſſint vſq; ad ſacerdo-
tium. Nam Baſilius magnus, & alij plu-
res fratres non obfuerunt patri, quin ille
ſacerdos eſſet, & ſacerdotio digne, & ſan
cte perfungeretur, vt ſcribit Gregor. Na-
ziãzenus in Monod. quamquam hoc ip-
ſis etiam Græcis qñque diſplicuit; nam
reperi ſãctum Epiphanium abieciſſe ab
altaris miniſterio diaconum, eo quod ea
nocte vxori cõmiſcuiſſet, & ex eo die vxo
ratos vlterius ad diaconatum ꝓmouere
noluit, ob idem periculum, vt ſcribit Sy
meõ Metaphraſtes ex Ioanne Epiphanij
diſcipulo, qui fuerat Gregorio magno ve
tuſtior in vita eiuſdẽ Epiphanij die xv.
Maij. Qui Epiphanius forte meminerat
quòd Clemens I. in Epiſt. 2. ad Iacob. fra
trem Dñi ſcribens, mandauerat ne quis
p̃ſbyter, vel diaconus vxori auderet com
miſceri, vel commixtus ne ad altare acce
deret, cuiuſuis miniſterij gratia, vt habe
tur c. miniſtri. diſt. 81. Græcis etenim ẽt
cælibatus probabatur. Pinitus enim eps
de eo ſcripſit, vt eſt apud Euſeb. hiſt. lib.
4. cap. 22.

Sed ſi contingat clericum latinũ vxo-
ratum eſſe: & p̃termiſſo vxoris cõſenſu,
vel Epi approbatione, tranſierit ad ordi-
nes ſacros, quia ab vxore repeti põt, & co
habitare cogitur, ſi prolem genuerit, ad
ordines ſuperiores aſcẽdere nõ permitti
10 tur, nec in ſuſceptis adminiſtrare ex Cõ-
cil. Tolet. 1. c. 1. ĩ hæc verba. De preſbyte-
ris, & diaconis ſi poſt ordinationẽ filios
genuerint, ad altiorẽ gradũ nõ aſcendãt;
quo loco licet diaconos uideat̃ exclude-
re; tñ hodie idẽ fuerit in ſubdiaconatu,
cũ & ipſe ſacer ſit, & pari pœna puniat̃;
nã ab oĩ officio, & miniſterio ceſſare cogi
tur. c. multorum, 27. q. 2. Quod etiã aper
tis verbis iuſſit Gregor. in Epiſ. ad Petrũ,
agens de Subdiacono: cuius epiſtolæ te-
nor hr̃ apud Ioannem Diaconum in vi-
ta S. Greg. lib. 2. c. 52. & ante eum etiam
Leo Papa, epiſtola 82. c. 4. & epiſtola 90.
c. 3. & ante hos oẽs etiam in ſubdiacono
decreuit Concilium Elibertanum, c. 33.

Illud vero eſt adnotandũ, quòd licet
vxorib. vti tolerati ſint Græci, tñ illa tole-
rantia ſolis diaconis, & ſacerdotib. con-
11 ceſſa videur, non aũt Epis; conſtat ex 6.
Synodo. Conſtantinopol. can. 12. in hæc
verba: Iubet oĩno antiſtites poſtq̃ ſunt or
dinati à proprijs vxorib. ſecedere, & ibi.
can. 13. diſtinguit ſacerdotes ab Epis, quo
12 ad hoc; vxorẽ vero ducere poſt adeptũ
ſubdiaconatum, numquam eis licuit, ẽt
ab apoſtolorum tpe. glo. 32 c. ſi quis eo-
rum. Archiepiſc. Flo. 3. tit. 29. cap. 4. vlti-
mis verbis.

Aliud præterea canonicum Impedi-
mentũ naſcitur ex prole, de quo oppor-
tune hoc loco agẽdũ eſt: nam pater Eps,
qui illegitimos diſpẽſare iure põt, vel ex
propria, vel ex delegata auctoritate, pro-
prios filios legitimare diſpenſareve non
13 põt ad ordines, aut beneficia: ad hæredi-
tariam. n. ſucceſſionem, in qua nõ tanta
fœditas excogitari cõſueuit, eũ diſpenſa-
re ſuos filios poſſe non eſt abſurdum pu-
tare. c. per venerabilem. circa med. q. fil.
ſint legit. & ibi Abb. col. 4. verſ. item nota
ſingulariter. Ioan. de Anan. conſ. 27. Ar-
chid. 17. q. 4. §. ẽt: quib. locis licet loquan
tur de principe; tñ idẽ iuris videri põt ẽt
in Epo: At quo ad ordines, & beneficia,
in quib. non de propriis paternis bonis
agitur, ſed de miniſterio Dei, & Eccleſię,
in qua re eſt cauendũ ne nimius affectus
parẽtes fallat, æquius videtur patrẽ non
poſſe diſpẽſare filios ſuos; & ſi poſſit non
con-



cõuenire, vt id agat ipſe; quia quadã au-
ctoritate vtit̃ in re ſua; qua ei vti nõ licet
d. §. etiam. vbi gl. & Archid. Præterea ꝓ-
babimus infra, cũ de ordinatorib. agen
dum erit, patrem ad ordines ꝓmouere
non debere filiũ proprium, ẽt legitimũ;
ideo multo minus poterit de illegitimo
legitimum facere; & hoc magis piũ eſt,
& eccleſiæ congruum: qñquidem oĩs le-
gitimatio diſpenſatio eſt. Abb. in d. c. per
venerabilem. per illum tex. col. 3. verſ. no
ta ibi diſpenſare: vnde ſi legitimaret filiũ
quodãmodo ſemetipſum diſpenſare vi-
deretur, cum filium legitimando diſpen
ſaret: nemo enim etiã Eps ſeipſum à ſuis
obligationibus diſpenſare põt. Abb. in c.
magnæ, de voto. Silu. in ver. votũ. 4. verſi.
vndecimum: nec poſſet ſibimet indulgẽ-
tiam dare. Tabien. in verb. indulgẽtia, q.
antep. ex S. Thom.

Filijs vero legitimis proprijs clerica-
ri, vel monachari volẽtibus pater obſtare
non valet; nam inuito patre filiusfamil.
clericari, vel monachari põt. C. de epiſc.
& cler. l. Deo nobis. §. hoc etiam. quæ lex
cum ſit rationabilis debet etiam in foro
canonico obſeruari, arg. c. 1. de no. oper.
nunciat.

### *De Monſtris.*

## CAP. XIII.

1 *Monſtruoſitas inducit irregularitatem.*
*Monſtra ſunt deformiſſima, & non ſunt ponẽda inter liberos.*
2 *Capita duo habens monſtrum eſt.*
3 *Monſtrum non eſt, qui habet ſenos digitos.*
4 *Membris abundare non eſt odioſum.*
5 *Monſtrum non eſt; qui proceriore eſt corpore.*
*Oreſtis corpus longum ad duodecim pedes.*
6 *Gigantes prima ætate extiterunt.*
*Goliath ſex cubitorum fuit.*
*Caput hominis vidit Auguſtinus Vtica infinitæ magnitudinis.*
*Gigantes poſt diluuium arte dæmonum factos putat S Thom.*
*Saul rex ſeptem pedum fuit.*
7 *Scandalum per ſe inducit irregularitatem.*
*Perſi eligunt in Regem eum, cui naſus ſit valde aduncus.*
*Cyro naſus valde fuit aduncus.*
8 *Pigmæi inter nos non eſſent promouendi.*
9 *Corpore breui quiſquis eſt intemperans eſt.*
*Therſites, & puſillus, & deformiſſimus.*
*Zacchæus fuit puſillus, ſed probus.*
*Gregorius Turonen. Epiſcopus puſillus fuit, & ſanctus.*
*Ioãnes Maria de Caſtello Bonon puſillus, & doctus.*
10 *Pigmæos eſſe non eſt fabuloſum.*
11 *Irregularitas aliquando vno loco officit, alio non.*

Qvemadmodum omnis defor-
mitas magna, etiam ſi ſit ſine
monſtruoſitate ſufficit ad im-
1 pediendum, ne quis promoueri poſſit.
Abb. in c. 2. de cleric. ægrot. ita ſane, ac
multo magis id dicendum eſt in omni
monſtro; nam monſtra ſemper ſunt de-
formiſſima, & inter liberos non compu-
tantur, nec filiorum fortunã ſortiũtur in
bonorum hæreditariorum ſucceſſione,
nec in p̃ria poteſtate. l. nõ ſunt. ff. de ſtat.
hom. Ideoq; cũ legitimus partus dici nõ
poſſint, certe pluſquã ipſi illegitimi reij-
ciendi ſunt; nã & plerumq; inſpicientib.
horrori habentur; quare excludi debẽt,
argum. c. qui in aliquo. diſt. 51.
2 Propterea ſi quis partus duorũ capi-
tum ſit, non eſt ad ullum, uel minimum
ordinem promouẽdus; quia monſtrum
eſt. c. qm̃. de offic. ord. text. gl. & Doct. in
d. l. non ſunt: ſed hæc propemodum du-
bitatione non indigent, quinimmo mon
ſtruoſum eſt de huiuſmodi monſtris du-
bitare, gl. ĩ c. ſi teſtes. §. hermaphroditus,
4. q. 2. qñ autẽ contingit mõſtra eſſe ſine
vlla mẽbrorũ mutilatione, nihilominus
ſi nimia mẽbrorũ imparitas ſit, idẽ iuris
erit, ut excludantur, quia deformitatẽ in-
ducunt plurimam. Abb. in d. c. 2. de cler.

 ægrot.

ægrot.cuiuſmodi his temporibus Eugu-
binus puer duodecẽnis circumlatus eſt,
cuius manus, pedes, ac venter, pro portio
ne corporis videbantur; at tam grande
illi caput erat, vt cuiuſcumque proceriſſi
mi gigantis videri poſſet: oculi tñ, naſus,
os, aures, ac mentum pro proportione
pueri extabant; vnde tanta imparitas ad
monſtrum pertinere, & ideo nec promo
ueri poſſe putandum eſt: idem in reliqꝫ
nimijs imparitatibus.

3 Inter monſtra tñ non eſt habendus il
le, cui ſint ſex digiti in pedib. vel manib.
nam digiti membra non ſunt, ideo nul-
lum videtur eſſe membrum monſtruo-
ſum ex hac digitorum copia: abundare
4 etenim ĩ corporis articulis fauorabilius
eſt, quàm penuriam pati, argum. à cõtra-
rio, in c. qui in aliquo. diſt. 51. ibi, mẽbro-
rum minus, &c. Propterea intra legiti-
mam prolem adnumerantur ij, quibus
ſeni ſunt digiti. d.l. non ſunt liberi. ff. de
ſtat.hom. vbi gl. & Doct. ideo rite ꝓmo-
ueri poſſent, ſi commoda ſacramento-
rum attrectatio eſſet; quod Epi arbitrio
reſidebit, ſicut reſidẽt aliæ deformitates.
Abb. in c. 1. de corpor. vitiat.

5 Monſtrum tamen non eſt dicendum,
ſi quis procerior ſit corpore; nihil enim
eſt naturæ contrarium, aut diuerſum, ſi
præ ceteris naturæ fœcunditate quis in
altum adoleuerit; Marcus etenim Varro
hebdomadum libro, ſummam (ait) ado
leſcendi humani corporis lõgitudinem
eſſe ſeptem pedes: quod verum eſſe af-
firmat Aulus Gellius lib. 3. c. 10. qui & ſi
refellat Herodotum, vtpote fabulatorẽ,
quod diceret Oreſtis corpus duodecim
pedes, & quadrantem longum fuiſſe; Tñ
ſi Homero credimus, vti ſane in hac re
debemus, ſic docente S. Auguſ. de Ciuit.
Dei lib. 15. cap. 9. vaſtiora, prolixioraq;
fuerũt corpora hominum antiquorum,
6 inter quos proculdubio Gigantes extite-
runt, vt ipſæ ſacræ atteſtantur litteræ Ge
neſ. c. 6. & Num. c. 13. & Pſal. 32. Quin-
immo Goliat ad ſex cubitorum altitu-
dinem propagatum cõſtat 1. Reg. c. 17.
quæ ſex cubita ad pedes duodecim aſcẽ
dere ipſe idẽ Aul. Gell. eodẽ loco ꝓbat;
cui rei adſtipulatur S. Aug. de ciuit. Dei,
lib. 15. c. 9. affirmans ſeſe hoĩs molarem
dẽtẽ vidiſſe Vticæ, qui ſi in nr̃orũ dentiũ
modulos minutatim conſcinderetur, cẽ-
tum nobis videretur facere potuiſſe: Sed
& libro eodem c. 23. rurſum de Giganti
bus egregie meminit.

Tãta vero poſſet hoĩs longitudo eſſe,
vt inter monſtra habẽdus eſſet, ob defor
mitatẽ, & ineptã longitudinẽ; quod ꝓba
tur. Nume. c. 13. his verbis, Populus quẽ
aſpeximus proceræ ſtaturę eſt, ibi vidim᷒
monſtra quędã filiorum Enoch, de gene
re Giganteo, quib. cõparati quaſi locuſtę
videbamur, hæc ibi; qđ præcipue verum
eſt poſt diluuiũ, quo tp̃e quicumq; gigã-
tes extiterũt ex ſnĩa S. Tho. producti ſũt
ſemine humano operante dęmone ſub
certa cõſtellatione, & arte incuborũ, vt a-
perte ſcribit Tabien. in verb. gigantes; vñ
apparet, nullo modo tales in clero eſſe re
cipiẽdos. Hæc aũt ſeueritas non ꝓcedit
in hoĩe ꝓcero vſq; ad ſeptẽ pedes, cuiuſ-
modi Saul fuiſſe ſcribit 1. Reg. c. 9. nam
ꝓceritas humanæ naturæ priuilegiũ eſt,
ut Plato in Tim. Ideo ſi in hac humana
ꝓceritate, inepta, ridiculaq; propagatio
exiſteret, quæ uulgarẽ induceret ad mira
tionem, impedimento eſſet ne promoue
retur: præſertim ſi ſcandalum adferret
illa perſonæ ridicula conditio: ſcanda-
7 lum etenim etiã in ea re, quæ ſui natura
non impedit ordinum executionẽ, ſuffi-
cit ad inducendum impedimentum, ne
quis promoueri poſſit. Ray. in titu. de
paren. qui fil. occid. in fi. & in tit. de ſcan-





dalo per totum: ſunt vero varij populo-
rum affectus, nã alij alios hoĩes magnifa
ciunt, quos alij vt ridiculos habẽt, cuiuſ
modi de Perſis ſcribit Plutarch. Apoph-
teg. 1. ipſi enim in Regem eum lubẽtius
deligebant, cui naſus plurimum adũcus
eſſet, vt de Cyro refertur, ita natura po-
puli conſiderabitur in iſtis valde longis.

Ad eandem quoq; rem ſpectat de il-
lis tractare, qui uſq; adeo breui ſunt cor-
pore, vt propemodũ monſtra eſſe videã-
tur; nã licet characteris ordinis capaces
ſint, tñ ſi apud vulgus magnam admira-
tionem inducant, vt pygmęi, nõ debent
8 facile ad ordines admitti pp ſcandalum,
& vulgarem admirationem. Quinimmo
huiuſmodi valde puſilli plerũq; nimiũ
ſunt ſomnolẽti, & cibi intemperantes, vt
ſcripſit M. Varro teſte Aul. Gell. lib. 4. c.
19. his verbis. Pueros impuberes cõper-
tum eſt ſi nimio cibo, ſomnoq; vterẽtur,
hebetiores fieri; aduertimuſq; hinc eli-
ci tarditatem, corporaq; eorum fieri im-
procera, minuſq; adoleſcere ex medico-
rum, & Philoſophorum ſnĩa: quod etiã
ſcripſit Clem. Alex. in pædag. lib. 2. c. 1.
in fi. cũ igitur ob ingluuiem & inertiam
ſacris minus apti eſſe videãtur; ſunt etiã
plerumq; deformiſſimi, ſicut de Therſi-
9 te apud Poetas qui quaſi monſtrum ha-
bitus eſt hoc carmine:

*Si caput ipſe oculis ſpectes eſſe Hectora credas:*
*Si ſtantem videas, Aſtianacta putes;*

Quæ oĩa intelligenda ſunt in ijs, quo-
rum nimia breuitas contemptui eſt, ri-
ſui, atq; admirationi; alioqui ſi aliquis
puſillus fuerit, vt Zacchęus, admitti poſ
ſet; & qualis fuit Gregorius in Gallia Tu
ron. Eps̃ ſanctitate, virtuteq; illuſtris; quẽ
cum Romam veniſſet, oẽs fere ob puſillã
ſtaturam paruipendebant; quin & ipſe
ſummus Pontif. Gregorius I. miratus eſt
qũo vir tam breui corpore in Epm̃ pro-
motus fuiſſet, cui ille reſpondit vrbane:
ipſe Deus fecit nos, & non ipſi nos, vt ſcri
bit Io. Belethus. c. 122. Sed fertur poſteà
Gregorio magno p̃dicto illum venerabi
lẽ fuiſſe: eiq; dies feſtus ab eccleſia p̃ſcri
ptus 15. Kal. Decemb. Sed & ſub Bonifa-
cio VIII. Ioãnes Maria de Caſtello Bono
nien. manſionarius iure canonico peritiſ
ſimus, tam breui ſtatura fuiſſe perhibet,
vt cũ ſtans verba faceret coram Papa ge-
nuflexus eſſe putabatur; & ab Epo Por-
tuenſi de Aquaſparta, qui Pontifici aſta-
bat ioci gr̃a alter Zacchæus nuncupatus
eſt, vt refert Io. And. q̃ rei ipſi ĩterfuerat,
in ꝓœmio Sexti, in gl. in verb. à multis.

10 Ne quis aũt putet pygmęos fruſtra à
nobis hoc loco adductos, ſciendum eſt
eos extare vt apud Plin. & fidelius apud
Aug. de ciuit. Dei, lib. 16. quos dicit eſſe
cubitales: Hi igitur oẽs tam qui proce-
riores ſunt, q̃ qui breuiores, pn̄t intra cõ-
formes populos admitti ad ordines; ceſ-
ſat enim impedimenti cauſa, ſicut lepro-
ſi inter leproſos admittuntur: nam irre-
gularitas qñque hoĩem vno loco afficit,
non alio, tex. & glo. in Clem. 1. de pœn. ex
11 quib. aperte liquet, ſi quis membris nõ
omnino humanis naſcatur, eum penitus
ab eccleſiæ ordinib. reijciendum, quia
monſtruoſus ſit.

### *De diminutis qualibet corporis parte, Et primum de manibus.*

## CAP. XIIII.

1 *Mutilatus, vel mancus quis ſit.*
2 *Mutilatus iam promotus exequi non poteſt.*
3 *Mutilatio an impediat omnes actus, qui ſine membro mutilato poſſent agi.*
4 *Corporales defectus patientes exequendo non incurrunt nouam irregularitatem.*
*Leo I. ſibi manum abſcidit, & poſtea reſtituit.*
*Ioãni Damaſceno manus abſciſſa, poſtea reſtituta.*
5 *Membro caret, qui habet inutile.*
6 *Monialis mutilata poteſt fieri Abbatiſſa.*

7 *Baptizari ab vno dicente verba, & ab altero mittente aquam nemo poteſt.*

*Sacramenta diuidi non poſſunt.*

8 *Mutilatus poſt adeptum ordinem poteſt exequi ordinem in illis officijs, quæ non egent membro illo.*

9 *Manib. tremulis quiſquis eſt non eſt eligibilis.*

10 *Digitus non eſt membrum.*

11 *Digitus deficiens manu ſiniſtra minus obeſt, quàm ſi deficiat in dextra.*

12 *Digitus, quo Euchariſtia tractatur deficiens obeſt ne quis promoueatur ad ſacerdotiũ.*

13 *Digiti plurimum deformes impediunt promouendum.*

*Vngula pollicis aliquando impedit promouendum.*

*Digitis duobus carens promoueri non poteſt.*

*Digiti partem amittens dando operam rei illicitæ non promouetur.*

14 *Digitum ſibi abſcindens per indignationem fit irregularis.*

*Marcus Apoſtolus ſibi pollicem abſcidiſſe fertur.*

*F. Thomas Hybernicus Franciſcanus ſibi digitum abſcidit; ne promoueretur.*

*Digitum alij abſcindens forte eſt irregularis.*

15 *Mutilatorum diſpenſatio eſt Papæ, ſi ſit cum culpa, aut manifeſta; alioqui ab Epiſcopo.*

*Mutilare corporis ſuperflua non eſt prohibitum.*

*Iſaias fertur ſibi de lingua præſcidiſſe.*

*Sanctus Hieronymus dentes prominentes ſibi ſecuit.*

POſt monſtra ſuccedit quiſquis
corporis defectum patitur de-
bilitatione, aut mutilatione
membrorum: hæc. n. eo inter ſe differũt,
quòd membra quidẽ omnia integra ha
1 bere poſſumus, ſed inefficacia, & inuti-
lia, vt ſi quis aridã manum habeat, ocu-
lum orbatum, & ſimilia. mutilatum ve-
ro eum dicimus, q ipſis mẽbris caret, ut
abſciſſa manu, vel oculo effoſſo: Hic igi-
tur mutilatus, qui & mancus dicitur,
ab ordinib. eccleſiaſticis excluditur. c. q
in aliquo, diſt. 51. & diſ. 55. c. pœnitẽtes.
glo. magiſt. in d. diſt. 55. in 1. gl. S. Thom.
4. diſt. 25. q. 2. in fi. his verbis, duplici (ait)
capite promouendos arceri, vel pp impe
dimentum actus, vt mutilatis membris
neceſſarijs ad actum, vel propter impedi
mẽtum claritatis perſonæ; hæc refert Ta
bien. in verb. corpore; ex quib. verbis ẽt
liquet, quòd qui mutilati ſiunt poſtquã
iam pmoti ſunt; executionem ſuſcepto-
2 rũ ordinum perdunt, tam de iure, quàm
de facto ex can. apoſ. 77. & ex verbis eiuſ
dem S. Th. 3. q. 82. art. fi. ad 3. Debilitas
(inquit) vel ęgritudo ſuperueniens ordi-
ni ſacerdotali, ordinem non tollit, execu
tionem tñ ordinis tollit, quantum ad cõ
ſecrationem Euchariſtiæ, qñque quidẽ
pp impoſſibilitatem executionis, ſicut ſi
priuet oculis, aut digitis, aut vſu linguæ;
quandoq; autem propter periculum, ſi-
cut patet de eo, qui patitur morbum ca-
ducum, vel etiam quãcumque alienatio-
nem mentis, qñque propter abomina-
tionem, ſicut patet de leproſo. eadem re-
fert Tabien. in d. verb. corpore.

Quæ res, ſ. vt mutilati ad ſacerdotiũ
non admitterẽtur, etiam apud Hebręos
Hieroſolymis lege cautum erat. Egeſip.
de excid. Hieroſolym. lib. 1. c. 29. quin
& apud ipſos ethnicos mutilati ſeu debi
litati ſacris arcebantur. Plin. lib. 7. c. 28.
vbi commemorat M. Sergium, q debili-
tatus manib. ac pedib. foret, ſacris officio
fuiſſe deiectum.

Quæ indiſtincte intelligenda ſunt in
eorum mẽbrorum mutilatione, quę ad
ipſam executionem ſunt neceſſaria, vt in
illo caſu nulla conſideratio fiat, an culpa
ſua ſit mutilatus, an caſu: at in aliorũ mẽ
brorum mutilatione, ſine quib. actu exe-
cutio fieri non impeditur, ſemper eſt di-
ſtinguendum, an culpa caſum præceſſe-
rit, & an ſit publica, vel occulta mutila-
tio: Nam ſi culpa interceſſerit, factus eſt
irregularis, Goff. Gul. Hoſt. & Inno. Ro-
ſell. in verb. vitiatus, Archiepiſ. Flor. 3. ti.
29. Culpa autem intelligitur non ſolum





ſi ipſe ſe mutilarit, verum etiam ſi ab alte
ro fuerit mutilatus, dũ ipſe daret operã
rei illicitæ: idẽ quoq; erit ſi per indigna-
tionem, vel metum, etiam iuſtũ ſeſe mu-
tilauerit, ſemper. n. fit irregularis ex ver-
bis Aug. lib. de dogmat. Eccleſ. c. 72. idẽ
ſi ipſe hoſtes irritauerit ad pugnam, vel
odium, ab ijſq; fuerit mutilatus, etiã per
vim: ſed de ijs ſingulis dicemus magis
opportune paulo inferius. Illud tñ non
eſt omittendum, quòd corporis defectũ
patientes, quo exequi non debeant, ſi
exequãtur, peccant quidem mortaliter,
ſed tñ non fiunt per hoc denuo irregula-
res. Abb. in c. ſi celebret. de cler. excõmu.
min. quod approbat Tabien. in verb. ir-
regularitas. 4. nu. 2. & concluſ. 5. qũo au-
tem differat mutilatus à truncato ſcrip-
ſit Abb. in c. cum illorum. col. 3. de ſent.
excommu. Dec. in l. nemo põt gladij; nu.
2. ff. de reg. iur. Tabien. in verb. Irregula-
ritas. 3. num. 26. & nos dicemus infra vl
timo libro, cum de mutilante agendum
erit: ſed quia non ſufficit hæc pauca ge-
neralia prædixiſſe operæpretium eſt, vt
per ſingula capita de mutilatis tractãdo,
rem diligentius perquiramus.

Qm̃ vero diuina miniſteria per ma-
nus plerumq; exercẽtur, de ijs primum
tractandum eſt. Si igitur vel vtraque, vel
altera manu quis careat, nõ tm̃ ea ratio-
ne eſt irregularis, quòd mutilatus ſit, ſed
etiam quia impoſſibile eſt adminiſtrare.
S. Tho. 4. diſt. 25. & 3. q. 82. art. fin. ad 3.
ſupra citat: exẽplo eſt Leo Papa I. cui cũ
de more die Paſchatis muliercula ma-
num deoſculata eſſet, & ob id ipſe nõ ni-
hil ſcandali in ſe ipſo paſſus eſſet, vel (vt
aliqui veroſimilius exiſtimãt) cum puta-
ret ſe alicui indigno ordines contuliſſe,
manum ipſam ſibi penitus abſcidit, &
cũ ob eã rẽ deſiſtet ſacrificare, cum non
poſſet; quia Romanus populus obmur-
murabat, preces ad Deum fudit, impe-
trauitq; manum ſibi reſtitui, vt ſcribit
Sabell. lib. 5. & Andr. Ebor. tit. de caſtit.
idem quoq; contigit Ioãni Damaſceno,
cuius manum Damaſci princeps abſcin
di iuſſerat, & in foro ſuſpendi, quo loco
viſa tota die precibus tñ pientiſſimi viri,
& Beatæ Mariæ ope illi reſtituta eſt, vt
ſcribit Ioãnes Patriarcha Hieroſolymita
nus, & Bapt. Fulg. lib. 1. & Andr. Ebor. tit.
de miracul.

Si quis autem non abſciſſas, ſed arti-
culatas manus habeat, ad vtendum vero
inefficaces, eodem iure cenſeri debet; mẽ
bro enim carere videtur, qui habet inuti
le, quia mortuum eſt, c. ſicut vrgeri. 1. q.
1. ſed & ſi vtiles manus ſint, & ad altaris
miniſterium aptæ, ſi tñ ex aliqua lęſione,
percuſſione, vel diminutione deformita-
tem habeant, ob quam ſcandalum time-
ri poſſit, habebitur pro irregulari, ideoq;
nõ promouebitur, de corp. vitiat. c. 1. &
ibi per Innoc. Alber. in verb. vitiatus, Ta
bien. in verb. irregularitas 3. nu. 26. Spe.
in c. ſi forte, nu. 5. de elect. lib. 6. Epiſco-
pus vero in hoc diligẽter animaduertet,
an hæc læſio etiam minima contigerit
huic, dando forſan operam rei illicitæ,
& an inde ſcandalum timeri poſſit, cum
hæc pendeant ab eius arbitrio. Abb. in
6 d. c. 1. de corp. vitiat. in fi. Quæ vera ſunt
in ordinib. ſacris, & altaris miniſterio, at
alijs in officijs ſecus; nã monialis mutila-
ta poteſt fieri Abbatiſſa, ſaltem ex diſpẽ-
ſatione, ſi ſit diligens, & prudens, vt dice-
mus cum de impedimentis monialium
tractandum erit: & ideo idem forte erit
in Abbate, quia in eligendis Abbatibus
non tam exacte conſiderantur irregula-
ritates; vt aliàs dicemus.

Huc ſpectat queſtio, nũ mutilatis ma-
nib. quis poſſit exercere quæ ſunt ordi-
7 nis, quo ad verborum expreſſionẽ, ſup-

plente altero in ijs, quę ad opus manuũ
ſpectant: Et ſane hæc diuiſio officij non
eſt admittenda, S. Thom. 3. q. 67. arti. 6.
ad 3. vbi etiam Caietan. Exemplum eſt
ſi mutilatus verba baptiſmi proferat, al
ter aquam in caput baptizandi mittat;
nam hæc diuidi non pñt, ſicut nec alia
ſacramenta, vt puta ſi vnus audiat cõfeſ
ſionem, alter abſoluat. diſt. 23. c. quorun
dam. de ijs ſcripſit Gul. Raymundi gloſ
ſator, vt refert Piſanel. in verb. confeſſor,
1. verſic. nunquid; Alberic. in verb. ordi-
nandus primo, & infra dicemus in cap.
de oculorum defectibus.

Illud autem aĩaduertendum eſt eum,
qui manib. mutilatus ſit poſt adeptum
8 ordinẽ, licet arceatur ab executione eius
ordinis, ĩ quo illis eſt opus, reliqua tñ ſa-
cerdotij miniſteria poterit perficere, vt
cõfeſſiones audire, prædicare, funeralia
agere, & ſimilia. Abb. in c. 2. de cle. ęgrot.
Quod eſt generale, ſi vna ratione impedi
mentũ ordinis quis patiatur in corpore,
illa in alijs adminiſtrationib. ceſſante, ceſ
ſabit impedimentum, vt ibi per eum.

Ad idem impedimenti genus ſpectat
ſi ꝗs manib. tremulis ſit; nam nec eligit̃,
nec admittitur ad ſacros, c. fin. de corpo.
vitiat. Spec. in d. c. ſi forte, num. 5. de qua
9 re agemus etiam infra cum de paralyſi
agendum erit; Eadem omnia dicenda
ſunt in læſione digitorum; nam, & ſi di-
gitus membrum dici non poſſit, ex om-
nium vtriuſq; iuris ſententia Bart. in l. 2.
10 de publ. iudic. Soc. in c. ſententiam, ne
cle. vel monac. Abb. in c. 1. qui cle. vel vo
uent. Tabien. in verb. corpore, & in ver.
irregularitas, 3. num. 26. pro quib. vide-
tur tex. in c. ſingula, 89. diſt. tamen ad irre
gularitatem inducendam ſæpe obfuit;
plerumque tamẽ ſi quis digitos aliquos
caſu amiſerit, ſine culpa, & deformitatẽ
paruam habeant, facile admittitur ad or
dines. Alber. in uerb. uitiatus. Roſel. uer.
uitiatus: Tabien. in uerb. corpore. text. in
c. qui partem. diſt. 55. Abb. in d. c. 1. qui
cler. uel uouen. præſertim ſi huiuſmodi
digiti deficiant in ſiniſtra manu, per
11 quam benedictio non datur promoue-
ri poſſet, tex. in c. lator. diſt. 55. ibi, nil ei
nocebit.

Hæc igitur uera non ſunt illis digitis
deficientib. quibus crucis ſignum fit, aut
benedictio datur, aut ſacramentum Eu-
12 chariſtiæ tractatur; nam ijs caſib. ꝓmo-
uendus non eſt ad ſacerdotium, d. c. qui
partem. Alberic. in uerb. mutilatus, & in
uerb. uitiatus. Roſel. in uer. uitiatus. Silu.
in uer. homicidium. 3. num. 5. illa ratio-
ne, quod non poſſet commode ſacramẽ-
ta contrectare, & adminiſtrare: nam & ſi
nulla culpa perdiderit eos, ſed caſu, uel
ui, etiam dando operam rei licitæ, nihilo
minus propter ſolam deformitatem ex-
13 cluditur. Silu. in d. uerb. corpore. & in
uerb. homicidium. 3. num. 4. ad fin. arg.
eorum, quæ not. Abb. in c. 2. de cle. ęgrot.
quia contactus ſacroſanctæ Euchariſtię,
tam libere, & commode fieri debet, vt ſi
quis oẽs quidem digitos habeat, ſola ue-
ro ungula pollicis deficiat, unde hoſtię
fractio impediatur, uel fractionis ſecuri-
tas non ſit, non poterit iure promoueri,
tex. in cap. Thomas. de corpo. uitiat. Ta-
bien. in uer. corpore, uerſic. utrũ anulſio:
quinimmo & ſi ſecura ſit fractio Eucha-
riſtiæ, cum eam ungulam perdiderit dã-
do operam rei illicitæ, non poterit admi
niſtrare ſine diſpenſatione. Silu. in uerb.
corpore, per gl. & text. à contrario in c. ſi.
de corp. uitiat. & hoc eſt magis tutum.

Propterea qui duos digitos cum par-
te palmæ amiſerit, irregularis à iure de-
claratur, quo ad ſacerdotiũ, tex. in c. 2. &
ibi Abb. de cle. ægro. Sed & ſi nõ integro
digito careat, ſed digiti partem amiſerit
rixan-



rixando, uel in duellari pugna, non eſt ſi-
ne diſpenſatione admittendus, d. c. 1. vbi
Abb. de corp. vitiat. quam diſpenſationẽ
hoc caſu neceſſario petendam eſſe, ante
eum ſcripſerant Tancred. Inno. & Bern.
quos citat Alber. in ver. vitiatus, Roſell.
in ver. vitiatus, qui præterea dicit eãdem
fuiſſe ſententiam Guil. & Raym. etiam ſi
modica deformitas ſit in ea parte defi-
ciente, quia culpam incurrit dando ope-
ram rei illicitę, d. c. qui partem. Quòd ſi
culpa careret licitæ rei operam dãdo, &
parua eſſet eius digiti deformitas, admit
ti poſſet: ſi vero magna appareret, arcere
tur & à ſuſcipiendis, & à ſuſceptis admi
niſtrandis; non tñ beneficio priuaretur,
ne duplici affectione urgeretur, 7. q. 1. c.
cum percuſſio, Roſell. verb. vitiatus: Al-
beri. verb. vitiatus. Tabien. ver. corpore,
tex. in c. vlt. diſt. 55. quæ tamen omnia re
ſidebunt arbitrio Epiſcopi, Abb. d. c. 1.
de corp. vitiat. in ſi.

In eorum numero, quib. culpa impu-
tatur ſunt ij, qui ſponte ſibi digitos abſci
derunt, aut debilitauerunt per indigna-
14 tionem, uel impatientiam; nam nec ꝓ-
mouebuntur, nec exercebunt, niſi ex di-
ſpenſatione, præſertim ſi id manifeſtum
ſit. Inno. in c. ſignificauit. de corp. uitiat.
Silu. in uerb. corpore. num. 5. tex. in cap.
maritum. diſtinct. 33. ubi Archidiac. S.
Auguſt. lib. de dogm. Eccleſ. c. 72. Nam
cum Gerlacus monachus in cõſecratio-
ne Euchariſtiæ perperam egiſſet, dolore,
immo indignatione cõmotus partẽ indi
cis ſiniſtræ manus ſibi ſponte abſcidit.
Quamobrẽ Inno. Papa III. irregularẽ eũ
declarauit, perpetuoq; à miſsarũ celebra
tione ſemouit, alijs miniſterijs uti ei ꝑ di
ſpẽſationẽ ꝑmittẽs; uti in ipſius Innocẽtij
litteris patet ad Abbatẽ de Valchẽrith.
Idẽ quoq; erit ſi quis ſibi ob ſummã pie
tatẽ abſciderit, ut de S. Marco Apoſtolo
fert̃, ꝙ ſibi pollicẽ præciderit, ne ꝓmo-
ueretur ad ſacerdotiũ; nã ex ſpeciali pri-
uilegio diſpenſatus eſt atteſtãte S. Hiero-
nymo in ꝓlogo ſuper Matthęũ; ideo &
promotus eſt, & ſumma pietate Alexan-
drinã rexit Eccleſiã. gl. in c. ſi ꝗs abſcide
rit. diſ. 55. ꝗꝗ Nicolaus de Lyra in d. ꝓ-
logo ſup Matthęũ putat Diuum Marcũ
non ſolũ priuilegio admiſsum; ſed ideo,
ꝗa parua digiti abſciſſio fuerat, ita ut cõ-
ſecrationem tractare libere potuerit: fue
rat igitur per diſpẽſationẽ admiſsus, qđ
probat Hug. & Io. de Fauen. in d. diſt. 55.
§. corpore. Aliũ ẽt ſibi digitos abſcidiſse,
ne ad ſacerdotiũ promoueret̃, cui nomẽ
Beatus frater Thomas Hybernicus Frã-
ciſcani ordinis, referunt illorũ Annales.

Ad idem impedimẽti genus ſpectat,
ſi quis non ſibi ſed alij digitum pollicẽ,
uel indicẽ abſtulerit, unde cũ ille inutilis
factus ſit, uterque irregularis efficit̃, al-
ter ob impoſſibilitatẽ exercendi, alter ꝗa
illius irregularitatis cauſam p̃buit. Silu.
in uerb. homicid. 3. q. 3. uerſ. quartũ, ſed
de hac re fuſius dicemus poſteriore li-
bro, cum agemus de mutilantib. Huc ẽt
ꝑtinet digitorum naturalis deformitas,
ut puta ſi quis indicẽ & mediũ iunctos
habeat ſub uno cõi ungue, ꝗa euidẽs eſt
defectus, & maxime in ſigno crucis, &
bñdictione dãda deformitas, & difficul
tas Euchariſtiæ cõtrectãdæ, ꝓmoueri ad
ſacerdotiũ nõ dẽt, cũ digiti ĩformes ſint:
qđ ſi conformes ſint, & ſub duab. diſtin
ctis unguib. ſolis articulis digitorũ iun-
ctis admitti forſan facile poſset, ex ſentẽ
tia Archiep. Flor. 3. tit. 29. c. 5. Alberic. in
uer. uitiatus. Roſell. in uer. uitiatus. Ta-
bien. in uerb. corpore. Quæ ꝓcedere poſ
ſunt longe uerius in manu dextra; at in
ſiniſtra, per quã nullũ signũ crucis, uel
bñdictio datur, nec tã diligens Euchari-
ſtiæ attrectatio requirit̃, forſan facilius
diſpen-

diſpenſabit Ep̄s.arg.c.lator.diſt.55.Præ-
terea excepto ſacerdotio, hunc admittā
ad reliquos ſacros; qm̄ nullo illis eſt im
pedimento illa digitorum iunctura, vel
leuis deformitas:reſidebit igitur hoc p̄ci
pue arbitrio Epiſcopi, ſicut reliquæ le-
uiores deformitates,c.2.vbi Abb.de cle.
ægrot.

Ex ijs igitur liquet, quòd poſt promo
tionem amittens digitos, non perdit or-
dinem, nec ordinis adminiſtrationem,
niſi ea parte, quam exercere ſine digitis
impoſſibile eſt,arg.S.Tho.3.q.82.artic.
fin. ad 3. ſupra citato: Tabien. in verb.
corpore.

In oīb.autem prædictis caſibus eſt di
15 ſpenſatione opus,vel Papali,ſi ea mutila
tio ſit ex culpa,vel manifeſta, in alijs ve-
ro ab Ep̄o obtineri pōt.c.1.de cler.pug.
in duell.cap.1.de corp.vitiat. Tabien.in
verb.corpore.Silu.in verb.corpore, vlti-
mis verbis.

Ad eandem quoq; rem pertinet, vt
diſpēſatione egeat, qui plures habeat di-
gitos in manib. quàm humana fert na-
tura,non tm̄ ea ratione,quòd deformita
tem habeat, ſed quia liberū Euchariſtiæ
vſum impediat,vt duplicato pollice, vel
indice,quod Romæ etiam num cōtigit,
ꝓbatur ex ijs quę paulo ante diximus;ſi
vero nil obſit attrectationi Euchariſtiæ:
vt puta duplicatis auricularib. aut dupli
catis ſolis pedum digitis, poterit ad-
mitti ad quoſcunq; ordines.Archiepiſc.
Flor.3.tit.29.c.5.atq; ante eum ſenſerat
Hoſt.pro quo eſt tex.cum ratione ibi po
ſita ī l.idē Offilius,& l. hoī.§.1.ff.de ędil.
edic.Abb.de ijs ſcribit in c.cum de tua.
de corp.vitiat.prope fi.Alber.in verb.vi
tiatus.Summ.conf.de homic.q.44. Nō
enim iſta ſuperfluitas,articulorum mon
ſtruoſitatem vllam cōtinet, cū phyſico-
rum ratione ex ſeminis abundantia id
fiat,& quia digiti membra non ſunt; &
iſti omnes connumerantur inter liberos,
& legitimā prolem.gl.& Doct. ff.de ſtat.
homin.l.non ſunt: Ideo licite poſſunt ſi-
bi eum ſuperabundantem articulū ab-
ſcindere,ſine vlla nota irregularitatis,dū
tñ nullum vitæ periculum incurratur;
neq; maior deformitas ſuboriatur. gl.in
d.c.qui partem.Tabien.in verb.corpore,
in prin. Quod apertiſſime probant con
ſtitutiones Apoſtolicę apud Clemētem
lib.2.c.47.quo loco hr̄, huiuſmodi ſup-
fluos digitos abſcindēdos. Nam & Iſaiā
ſibi linguæ partem (ſed incerto auctore)
præcidiſſe fertur ī c.in ſcripturis.vbi Ar-
chid.8.q.1. Sāctū quoq; Hieronymum
dentes prominentes ſibi limaſſe ſcripſit
glo.in d.c.qui partem.probat,& ſequitur
Silu.in verb.corpore,ea ratione, ꝙ cum
proprie membra non ſint, non videtur
membri abſciſſio fieri;ſed ſuperflui.

*De Caſtratis, & conſimilem genitalium defectum habentibus.*

## CAP. XV.

1 *Eccleſiæ ingreſſus, aliquando pro miniſterie Dei prohibito, declaratur.*
2 *Caſtrati facile ad ordines admittuntur.*
*Origenes ſibi virilia amputauit.*
*Demetrius Dionyſium redarguit, quòd Origenem promouerit.*
*Valeſii hæretici ſe ipſos ſponte caſtrant.*
3 *Caſtrans ſe zelo fidei poteſt promoueri, & quomodo*
4 *Caſtrans ſe quaſi Chirurgus in penuria aliorum, promoueri poteſt.*
5 *Caſtrati ſæpe luxurioſiores.*
*Eunuchorum genus ignominioſum, & vitijs deditum.*

GEnitalium defectus plures eſſe
poſſunt: Sed omnes vno hoc
capite complectemur;quicū-
que etenim defectum aliquem in ipſis
patiun-



patiuntur,ab Eccleſiæ ingreſſu arcentur,
1 Deuteron.c.23.quem ingreſſum illo ſen
ſu accipere debemus, ſ.ne in Eccleſia ec
cleſiaſtico officio defungantur;ita enim
eum locum intelligit Caietan.ibi,& poſt
eum in illius additionib.ſcripſit Anton.
Fonſec. Luſitanus,duplici ratione;prima
ob vitium ſeu defectum corporis,ſecun
da quòd huiuſmodi hoīes effeminato
aīo ſint,& muliebres:ſunt etenim euira-
ti,viriq; eſſe deſinunt, ac ſemimulieres
eſſe videntur,vt Caietan.ibi:qñ igitur ta-
les nati ſunt, quaſi de eorū caſtitate ma-
2 gis confidendo, non ſolum ab Ep̄is ad
ſacerdotium,ſed ad Epiſcopatum diſpē-
ſari cōſueuerunt à Papa.c.Eunuchus, cū
gloſ.diſtinct.55. cap.ex parte. de corpo.
vitiat.ibi Abb.ex ſententia Ioann.Andr.
Et compertū habemus inſignes aliquos
fuiſſe eunuchos, digneq; ſacerdotio fun
ctos: Nam Methodius Conſtantinopo-
litanus Patriarcha per viſionem perſen-
ſit,ꝙ B.Petrus virilia ſibi emarceſcere fa
ceret, vt eſt apud Zonaram in Michaele
Theophili filio. Fuit & alius monachus
vir ſanctus,& conuerſationis admirandę
etiam inter puellas eunuchus, de quo
Leontius in vita Sācti Ioannis eleemoſy
narij.

Sunt tñ Deo gratiores Eunuchi ij,
quos non natura,aut neceſſitas caſtraue-
rit, ſed voluntas.23.q.5. c.tunc ſalubri-
ter. Qua ratione fit,vt qui ſibi teſtes euul
ſerit caſtitatis gratia,non voluntate, ſed
neceſſitate feciſſe videatur;ideo ab ordi-
nib.excluditur,donec diſpenſetur; nam
ſui homicida cenſendus eſt,maledictio-
ni quoque ſit obnoxius. 55.diſt.c.ſi quis
ſe. & c.ſeq. Alber. in verb.mutilatus, &
verb.Eunuchus, & verb.homicidium.i.
in fi.& verb.homicidiū.5.fallitur enim,
qui ſe putat caſtratione ſui obſequium
præſtare Deo;Quinimmo ob id promo-
ueri non pōt, & promotus deijci debet,
diſt.33.c.maritum.S.Aug.lib.de dogm.
Eccl.c.72.Alber.in d.verb.homicidiū 5.

Idcirco & ſi Origenes ſibi virilia am-
putaſſet,ſiue (vt narrat Zonaras in Seue-
ro)adhibita herba effeciſſet vt marceſce
rent ob Euangelicam literam,& vt inter
fœminas prædicare tutius poſſet ſine ca-
lumnia,diſt.55.c.ſi quis abſciderit.cum
gl.ſcribit Hug.& Io.de Fauen.d.diſ.55.
in princ.Tñ Eccleſia orientalium ſcāda-
lum paſſa eſt,ea ratione ꝙ promotus fue
rit ad ſacerdotium.Demetrius.n. Alexā-
drinæ Eccleſiæ Ep̄s Alexandrum Hiero
ſolym.redarguit perquam ſeuere,quòd
Origenem poſtquam ſeſe amputauerat,
ꝓmouiſſet,ſcribit Euſeb.Eccleſ.Hiſt.li.6.
quæ Origenis actio damnabilis putatur
à Io.de Fauen.in d.diſtin.55.in princip.
Nam & Leontius Laodicenus preſbyte-
ratu depoſitus eſt,ꝙ ſe ipſum caſtraſſet,
ut ſcripſit Athanaſius, ac refert Niceph.
lib.9.c.29.non enim caret ſuſpicione hę
reſis,quæ fuit Valeſiorū,qui & ſe,& ſuos
hoſpites caſtrāt,dicētes ſe hoc modo ſer
uire Deo.Aug. lib.de hæreſib.c.37.

Poteſt tñ contingere, ꝙ quis puro fi-
dei zelo ſeſe abſcindat, quo caſu poterit
ab Ep̄o diſpenſari ad ſuſceptos ordines
adminiſtrandos, non tñ, vt ad altiores
aſcendat,uel ad ſacerdotiū,Silu.in uerb.
homicidium 3.q.8.uerſ.primum.per c.
ſignificauit,cum gl.de corp.uitiat.ſi uero
ſine fidei zelo id fecerit,ſp erit Papalis di
ſpenſatio, etiam ſi amputatio fuiſſet oc-
culta. Tabien.in uerb. corpore. Silu. in
uerb. corpore. de ſententia Hoſtienſ. &
Aſten.

Hæc autem non procedent in eo,qui
ſibi genitalia præciderit ob ægritudinē,
cum ipſe chirurgiæ peritus eſſet,nulliuſ
que alterius copiam haberet. Silu. in d.
uerb. corpore: nam ſi alterius copiam
habuiſ-

habuiſſet,non potuiſſet ipſe hoc per ſe facere,nec quidem ex magna cauſa: ſentit Ray.quem refert Silu. in d.verb.corpore:ſed & ſi magna cauſa, & magna ægritudo, & medicorum penuria ſuaderent, vt ipſe ſibi virilia abſcinderet, ſi per notoriam indignationē,& impatientiam id faceret,fieret irregularis. Hug.diſt. 55.§. corpore autem vitiati:& hoc caſu difficilior eſſet diſpenſatio: Sed ſi ab alijs vel medicis, vel hoſtib. vim paſſi diminuti ſint,aut à dominis Eunuchi facti,per diſpenſationem facile admittendi ſunt, ſi alioqui digniſſimi ſunt. c.1.conc.Nicæno.diſ.55.c.ſi quis à medicis: ꝙ ſi etiam hoc caſu feciſſet per indignationē,vel doloris impatientiam,& à promouendo arceretur, & ꝓmotus deijceretur;& ſicut ſi ſponte ipſe ſibi abſcinderet per indignationem, fieret irregularis, Silu.in d. verb.corpore.nu.4.ex ſententia Inno.in c.ſignificauit.de corp.vitiat.exp̄ſſus text. in d.c.maritū,diſt.33.& S.Aug. d.c.72. tex.in d.c.qui partem.diſt.55.propterea cum Michael presbyter Pariſien. ob lepræ periculum euitandum,medicorum conſilium ſecutus virilia ſibi feciſſet abſcindi, ad altaris miniſterium ab Innocētio III. facile admiſſus eſt, vt ſcripſit idē Innocentius ad Pariſien. Epiſcopum.

Quod vero diximus, caſtitatis cauſa aliquos ſibi virilia amputare,id ſane perraro fit. Immo plerumq; deteriores putantur,ſi non actu ſaltim affectu;nā concupiſcentia ſpadonis deuirginabit iuuēculā,Eccleſiaſtici.c.20. ſæpe etenim mēbris genitalib.execti turpiori luxuria vexantur,q̄ reliqui, vt diſertiſſime ſcripſit Baſilius lib.de virginitate,nō longe à calce operis: quo loco refert ſeſe à fide dignis teſtib. qui rem nouerant ex delinquentium confeſſione,didiciſſe, mulierē Eunucho cuſtodiæ datam,ab illo ſæpius fuiſſe compreſſam, & eo frequentius cū illo luxuriatā,ꝙ ſecurior in Eunuchi ſterilitate cōfideret.Narrat idem,virginem ab alio Eunucho audacius fuiſſe violatā, ipſumq; intemperātiſſime nixum, tum oſculis, tum turpibus affectibus, ac etiā morſib.luxuriē, quā explere minime poterat,exercuiſſe;ardentiuſque in eo libidinem efferbuiſſe; qm̄ membrorum defectu perficere non valeret;idem quoq; Baſil.Epiſtol.87. dicit Eunuchorum genus ignominioſum eſſe, nimirum cum neq; fœmineum,neque maſculum ſit, amore inſaniunt,citra fructum propter propriā turpitudinem; quo loco multis cōuitijs eos inſectatur.

Similia quoque de Eunuchis ſcribit Pallad.Eps Helenopolitan. in vit.S.Ioan. Chryſoſt.vt refert Lipo.in vit.S.Tho. 2. ſub nu.42. deplorat enim eo loco Palladius Epheſinæ Eccleſiæ Ep̄m fuiſſe propoſitum Eunuchum ventri ſubditum in fœminas inſanientem,impudentē,ebrioſum,ſcortum emptitium,illiberale,cupidum,neq; virum,neq; fęminam,veſanū, qui iter ſatyrica cōuiuia theatricas puellas proprijs humeris geſſit,capiteq; coronato hedera craterem ferens manu,vina fudit.hæc ille: ſed profuſius q̄ cæteri ex Cyrillo,Suidas in verbo ſpado,eunuchorum ignominias deſcribit.vnde conijcere poſſumus quàm molli,& turpi animo ſit hoc caſtratorum genus,quantumque errauerint, qui huiuſmodi ad Ep̄atum promouerint. Eodem enim loco refert Palladius Theodorum Romanæ Eccleſiæ diaconum ita damnaſſe illos,qui prędictū Eunuchū promouerant, vt eos cōparādos dixerit ijs, qui ſpineam coronā filio Dei impoſuerant;Quinetiam Eunuchi non ſolis eccleſiaſticis dignitatibus ignominiā inferunt uerū & à ſæcularib. aliquando excluduntur:nā Imperatores

eſſe



eſſe iure prohibentur, vt eſt apud Euag. hiſt.lib.4.c.2.

### *De lienis ſeu ſplenis defectu.*

### CAP. XVI.

*1 Splene carentes etiam per vim,promouendi:*
*Splene carentes immunes ſunt a riſu*
*Riſiſſe nunquam viſus eſt Chriſtus.*

QVoniam vero diximus occulta membra,ſi deficiant, diſpenſationem facillime obtinere, occurrit quæſtio de eo,cui ſplen, ſeu lien ablatum eſt,quò velocior, atque diuturnior ad currendum ſit.Et ſane q̄cquid de alijs occultis membris dictum eſt, hic dici pōt,vt videlicet, ſi ob ægritudinem,aut à dominis, vt ad curſum paratiores eſſent,fuerint exciſi,legitime
1 admitti poſſunt: Nā quo minus ſplenis in homine eſt,ex medicorum ſententia, tāto quis eſt ad labores promptior, & à comitiali morbo omnino ſecurus, vt ſcripſit Hieron.Gabuccinus Fan.lib.de morbo comitia.1.fol.9.& lib.2.fol.43.

Sunt præterea eiuſmodi omnino à riſu immunes;quòd pręcipuum modeſtię ſignum eſt,pręſertim in clerico,cuius eſt Dn̄m noſtrum Ieſum Chriſtum imitari; quem nunquam riſiſſe proditum eſt.S. Aug.de ſanctis,Serm.35.in feſto Aſſumptio.Riſus etenim ex ſplenis petulantia oritur Phyſicorum ſententia. Si vero iſti culpam aliquam incurrerint, vel rei illicitæ operam dando, in euellendi lienis neceſſitatem incidiſſent, difficilior futura eſſet diſpenſatio; præſertim ſi id fecerint,vt publicis luſibus,aut curſibus operam darent.

### *De ventre præpingui, aut præturgido.*

### CAP. XVII.

*1 Ventre pręping'ui olim cēſoria nota ab equeſtri ordine deijciebantur.*
*2 Beniamin Anachoreta mortuus efferri cubiculo non potuit,niſi ſublatis poſtibus.*
*Venter mero æſtuans deſpumat in libidinem.*
*Venter pinguis non gignit ſenſum tenuem.*
*Clerici ſenſus debet eſſe tenuis,ac vigil.*
*Corpora pinguia ſunt omnium peſſima.*

HVc proximè pertinere videtur illa diſputatio, de eo, cui tam pinguis, aut tumidus venter eſt,vt icommode diuina tractare poſſit: Et ſane quo ad priſcos Reipub.Rom.ciues,penes quos humanarum rerum cura omnis poſita erat,huiuſmodi præpingues,& tumidi ventre, ab equeſtri ordine per Cenſores deijciebantur;cuius rei
1 teſtimonium apud Aul.Gell. lib.7.c.vlt. his verbis.Nimis pingui homini, & corpulento Cenſ.equum adimere ſolitos, ſ. minus idoneum ratos eſſe, cum tanti pōderis corpore,ad faciendum equitis munus.Non enim pœna id fuit, vt quidam exiſtimant,ſed munus ſine ignominia remittebatur: Tn̄ Cato in Oratione,quam de ſacrificio commiſſo ſcripſit, obijcit hanc rem crimino ſius, vti magis videri poſſit,cum ignominia fuiſſe: Quòd ſi ita accipias,id profecto exiſtimandum eſt, non omnino inculpatum, neq; indeſidē viſum eſſe,cuius corpus in tam immodicum modum luxuriaſſet,exuberaſſetq;: Hactenus ille:cuius verba ad rem noſtrā aptiſſima ſunt; Nam & ſi tumor huiuſmodi,etiā ex hydropiſi fiat, vt de Benia-
2 min Anachoreta narrat Pallad.Cappad. in vita eius.Caſſiod.hiſt.tripart.lib.8.c.1. cui tam tumidus erat aluus,vt extra cellulam deferri non potuerit, niſi ſublatis poſtib.tn̄ non ſunt facile admittendi;tū

ob

ob incommoditatẽ miniſterij, tũ quòd
facile comitialem morbum patiuntur,
& omnino ab eo ĩcurabiles ſunt ex Hip-
pocratis ſententia; quam retulit Gabucc.
de comitial.morb.lib.2.fol.55. prope fi.
libri: Sed & huiuſmodi præpingues ple-
rumq; nimio otio fiunt, dum diligẽtius
cuti curandæ ſtudent. Aul.Gel.lib.4.c.ul
tim.& intemperatiſſimi ſunt cibi, ac po-
tus; & propterea quaſi uentre mero ęſtuã
te deſpumare putantur in libidinem; ex
S.Hieronymo ad Oceanũ, habetur diſt.
35.c.uenter. Pinguis enim uenter non gi
gnit ſenſum tenuem, ex eodem ad Nepo
tianum, habetur diſt.44.c.non liceat: qđ
ante eum dixerat Baſil. in lib. de uirgin.
cum tñ clerici ſenſus debeat eſſe tenuis,
ac uigil, de conſec.diſt.5.c.ne talis.

Cum itaq; medicis auctorib. omniũ
corporum peſſima ſint, quæ nimis pin-
guia ſunt, eo quòd labori non ſint apta,
quòd ſpirituum refocillationem non ha
beant, impedimentum maximũ patiun-
tur in diuinis miniſterijs, quæ pingui Mi
nerua tractanda non ſunt; ſunt præterea
huiuſmodi tanquam deſides, & minime
ſolliciti, ab altari arcendi, otioſi, oſcitãtes,
& longe delicatiores, cum ſub capite ſpi
noſo nõ debeant eſſe membra delicata:
ſed & quandoque ad ſcurram uergunt,
cuiuſmodi ſub Leone X. Camillus Quer
nus Archipoeta, de quo plura Iouius Eu-
logio 72.

Quæ omnia intelligenda ſunt in illa
pinguedine, quæ ex guloſitate, & otioſita
te ſit; at ſi ſit ex complexione, ſeu natura
ſi bene exerceatur, quia nunquam in im-
menſum creſcit, & non gignit ſenſum
craſſum, non erit damnanda, nec exclu-
det à miniſterijs Eccleſiaſticis ex Baſil. in
d. lib. de uirginit. nõ longe à princ. libri.

*De Claudicantibus.*

## CAP. XVIII.

1 *Claudus ſine cauſæ cognitione, nõ eſt promouendus.*
2 *Claudus eſt, qui ob terrena lucra ordinatur.*
3 *Claudicantem ligneo pede difficile diſpenſamus & vix inter regulares.*
*Valgij, & Vatij, non niſi diſpenſati promouẽtur.*
*Polus Card. Britannus claudicabat.*
*Claudum ſe faciens per impatientiam, non promouetur.*
4 *Epiſcopi in perſecutione Ariana abſciſſo poplite, non fuerunt irregulares.*
5 *Ceſſante cauſa impedimenti, ceſſat impedimentum.*

CLaudum aliqñ natura facit, q̃
ob ſeminis penuriam alterũ
altero breuius crus gignit,
1 aut debilius. Aliqñ ars medicorum ægri
tudinis uitandæ cauſa: & ij oẽs non niſi
ex diſpenſatione ſaltim declaratoria de-
berent ad ordines ſacros promoueri, di
ſtin.55.c.ſi quis infirmitate. conſideran-
do quòd ille tex. claudos per artem me-
dicorum admittit, unde cũ ſit opus cau-
ſæ cognitione, ut ſciatur an natura, an a
medicis, an caſu, an culpa, & dando ope-
ram rei illicitæ factus ſit claudus: conſe-
quens eſt, ut dum pendet cognitio, ordi
num collatio differatur, & ex probatio-
ne facti poſtea uel negabitur ordinatio,
uel dabitur declaratoria ex d. c. ſi quis in-
firmitate, in illis uerbis, non denegamus;
nã & lege ueteri ab ingreſſu tẽpli arcebã-
tur. 2. Reg. c.5. Alberic. in uerb. claudus:
2 ſunt uero claudi non ſolum corpore, ſed
& ſpiritu: nam Eṗs, qui affectu lucri ordi
nat, claudus eſt, aut qui terrenum lucrũ
quærentem ordinat, claudum ordinat,
diſtin.49.c.ult. ſed hoc loco de corporis
claudicatione ſola agimus.

Qui igitur fracto pede claudus eſt, li
cet lege ueteri ꝓmoueri nõ poſſet. Spec.
tit.



tit. de diſpenſ. §. iuxta. uerſic. Item in ue
teri; tp̄e tamen Euangelij facile diſpenſa-
tur. can. Apoſt. 76. niſi magna eſſet defor-
mitas. Archid. in c. hinc etenim. diſt. 49.
colum. 2. poſt medium: idem ſi ſine cul-
pa; alioqui culpa interueniẽte arceretur
ab ordinib. eccleſiaſticis, ſm oẽs Sũmi-
ſtas, præcipue Tabien. in uer. corpore, Al
beric. uerb. uitiatus, in princ. ex conſue-
tudine uero diſpenſantur, ſi ſine baculo
altari miniſtrare poſſunt, de conſec. diſt.
1. c. nullus & arg. diſtin. 45. c. diſciplina:
Quòd ſi altaris ſcalas aſcendere per ſe
nequeat, remoueri debet, & nõ diſpenſa-
ri, ut putat Abb. in c. 2. de cler. ægrot. qđ
etiam ſenſerat gl. in d. c. ſi quis infirmita.
te: Tabien. loco ſupra citato.

Crure uero penitus abſciſſo, aut ita
contracto, ut ligneo pede ſit opus, uix di-
ſpenſatio concedenda eſt, & ſolis regula-
rib. diſpenſari ab Eṗo uidetur conceſſũ,
3 ex ſent. Hoſt. quem probat Aſten. lib. 6.
tit. 21. Roſell. in uerb. uitiatus. Tabien. in
uerb. corpore. Silu. in uerb. corpore, ad fi.
Eiſdem quoq; regularib. iam profeſſis ac
promotis, ſi huiuſmodi neceſſitas lignei
pedis ſuperuenerit, ab ipſorum ſuperio-
rib. ac p̄latis diſpenſatio cõcedi poterit,
quod ſcripſit Roſell. in uerb. uitiatus.

Valgios quoq; & Vatios, quib. crura
ſunt in diuerſum acta, ob illam magnã
deformitatem, non niſi ex diſpẽſatione
promouere licet; nec eſt facienda ob id
magna difficultas in illis diſpenſandis, ſi
aliàs idonei ſint, etiã ſi talos ante habeãt,
digitos uero retro, quia ueſte talari tegũ-
tur, ſcripſit Hug. in d. cap. hinc etenim,
diſt. 49. uerſ. fractum pedem. De Valgijs
& Vacijs uide Cæl. Rhodigin. li. 8. c. 1. &
Budæum in Pandectas, ad l. idem Offi-
lius. de ędil. edic.

In iſtis tñ claudicationib. diſpẽſandis
plurimũ uerſatur Eṗi arbitriũ. Abb. ĩ c. j.
in fi. de corp. uitiat. nã refert plurimũ, ſi
ea claudicatio ſit ualde ridiculoſa noto-
rie, p̄ſertim ob mutilationẽ ex culpa, quo
caſu nõ diſpenſabit, ſed remittet ad Pon
tificẽ, ad quẽ diſpenſatio huius culpę, &
magni defectus pertinet. Tabien. in uer.
corpore. in prin. tex. in c. 1. de corp. uiti.
de cler. pugn. in duel. c. 1. ſed ſi nõ ridicu
loſa, nec ſcãdaloſa ſit claudicatio, & ſine
culpa, ipſe Eṗs diſpenſabit, ut ibid. cuiuſ
modi nr̄a ętate hoc cõtigit Cardinali Po
lo Britãno, qui p̄propere, & acceleratius
Euchariſtiã adoraturus accedẽs, ita ceci-
dit ſubito caſu, ut ꝑpetuo illũ claudicare
oportuerit, & tñ digne ad oẽs eccleſię or
dines admiſſus eſt. Iudicabit etiam Eṗs,
ſi per indignationem, uel doloris impa-
tiẽtiam ſeſe claudum fecerit: nam eo ca-
ſu longe difficilius diſpenſandus eſt: im
mo ſi id ſit notoriũ, ꝙ per indignationẽ
ſe claudum fecerit, & a promouẽdo ex-
cluditur, & promotus non permittitur
exercere. hoc tradit de Innocentij ſnĩa
Silu. in uer. corpore. nu. 5. expreſſimque
id ſcribit S. Aug. lib. de dogma. Eccleſ. c.
72. habetur diſt. 33. c. maritum, tex. in c.
qui partem. diſt. 55.

Qñ uero claudicatio ui hoſtiũ, uel ca
ſu inopinato cõtingit, certe nil vr̄ obeſſe
ſi commoda ſit ſacramẽtorũ adminiſtra
tio, ẽt ſi toto crure careat, cuiuſmodi per
4 plures illi eṗi, q̄ in cõfeſſione Chr̄i perſe
uerãtes, ſub Tyrannica perſecutione ſin-
guli oculum, & crus gladio amiſerũt, ut
apud Caſſiod. hiſt. tripar. lib. j. c. 10. q̄ tñ
oẽs in adminiſtratione Eccleſiarũ, & ſa-
cramẽtorũ oĩum deinceps admiſſi ſunt.

Vnum hoc loco prætermittendũ non
eſt, ꝙ ſi quis uno crure obtorto claudi-
cet, & ꝑpea de eccleſiaſticis ordinib. ab
Eṗo fuerit repulſus, ſi poſtea altero cru-
re, uel eodem ita lædatur, ut nouo uulne
re crura æqualia facta ſint, uel deformi-
tas

tas minor effecta, hic poterit facilius di-
ſpẽſari, quaſi irregularitatis cauſa ceſſan-
te; cum etenim ceſſat impedimenti cau-
5 ſa, ceſſat & impedimentum; & repulſio
ob vitium corporis facta ceſſat ceſſante
vitio: Bernard. in c. cum inter canoni-
cos, & ibi Io. And. de elect. Io. And. in c.
ſuper eo. in glo. magna. de elect. plene in
c. poſt tranſlationem. in gl. ceſſante. de re
nunt. Idque facto contigiſſe refert Petr.
Hiſp. in Silua var. lect. parte 3. c. 15. nar-
rans ſe nouiſſe hominem in crure ꝑcuſ-
ſum claudicaſſe, poſtea altera rixa cicatri
cem repercuſſam, ſanato rurſum vulne-
re, emollitiſque neruis rectius poſtea vi-
ſum fuiſſe incedere; & ego noui hominẽ,
cui idem contigit, iſque adhuc viuit.

## *De Gibboſis.*

## CAP. XIX.

*1 Gibboſus deformis, & debilis non promouetur.*
*Gibboſi irregularitas duplex.*
*2 Homini ſoli erectum corpus.*
*Regibberi qui, & quod non promouentur.*
*Gibbus eſt quilibet corporis tumor.*
*Gutturoſi irregulares ſunt.*

CLaudis proxime conuenit tracta
tus de Gibboſis repellendis; nã
ſi deformes ſint, aut valde debi-
les, non admittuntur, arg. text. Iuris ciui-
1 lis. ff. de edil. edic. l. 3. Alberic. in verb. vi-
tiatus. Roſel. ver. vitiatus. Archiepiſ. Flor.
3. titu. 29. c. 5. Huiuſmodi autem defor-
mitas reſidet arbitrio Epi, ſicut reliquæ
oẽs deformitates. Archi. diſt. 55. in prin.
Abb. in c. 2. de cler. ægrot. Qui & ſi arbi-
trari poſſit, an deformitas tanta ſit, quæ
ſufficiat ad impediendam promotionẽ;
ipſe tñ diſpenſare poſſe non videtur, ſed
diſpenſationẽ remittet ad Papã. Tabien.
in ver. diſpenſatio, nu. 13. verſ. 17.

Eſt autem aĩaduertendum Gibboſos duplices eſſe, alios quidem, quib. dorſum tumore magno creuit corpore recto, & cum ijs facilius diſpenſari põt; alij curui ſunt ad altaris miniſterium, ſacrorumq; ordinum munia imbecilles, & inepti; ꝙ proculdubio ſemper reijciendi ſunt, tã à ſuſcipiendis, q̃ à ſuſceptis adminiſtrandis, tex. in c. hinc etenim. verſ. gibboſus. diſ. 49. Leuitic. c. 21. eſt enim hoc genus gibbi, & deformiſſimum & maxime periculoſum in ſacro miniſterio; vnde iure excluditur ab ordinib. Hug. in d. c. hinc etenim. ver. gibboſus. & quodammodo contrarium videtur humanæ naturę; erectum enim finxit Deus ſolum hominem ex omnib. animalib. quò ex ipſa figura ſcias, ꝙ vita tua ex ſuperna cognatione exiſtit, nam quadrupeda oĩa ad terram vident, & ad ventrem prona ſunt; hoĩ vero ad cœlum aſpectus expeditus eſt, vt neq; ventri deditus ſit, neq; ijs, q̃ ſub ventre ſunt affectionib. ſed totum impetum, ac motum ad ꝑfectionem ſurſum verſus habeat. Hæc Baſil. Homil. 32. in fi. quò fit, vt quaſi principali hominis forma in huiuſmodi curuo immutata, repellendus cẽſeatur: nam huiuſmodi ſtatus pœnalis eſt, & non ſine Dei myſterio. Pſal. 68. Obſcurentur oculi eorum, ne videant, & dorſa eorum ſemper incurua. Gregor. paſtoral. parte 1. c. 1.

Alij præterea ſunt, quib. tumor eſt in pectore; qui Regibberi dñr, & ij etiam ſub hoc capite continentur; qua ratione fit, vt cum quilibet corporis tumor Gibbus dicatur; iure merito deformes huius modi tumores, ſiue in facie, ſiue in collo, ſiue in manu, ſub hoc capite comprehendi poſsũt, vt arbitretur Epiſcopus, an impedimentum adferre poſſint commoditati miniſterij, vel horrori ſint inſpicientib. vel ridiculi: & ideo Gutturoſi ideſt,

qui



qui valde grandi ſunt gutture, & tumido, aut pẽdulo irregulares ſunt, & ad Papam remittendi: ille enim tumor facit maximum vocis impedimentum, magnamque in homine deformitatem; Tabien. in verb. diſpenſatio nu. 13. verſ. 17. ſed tunc facilius diſpenſabuntur, quando intra conſimiles gutturoſos populos ſacerdotio fungi oportebit, ſicut leproſi inter leproſos admittuntur, vt ſæpe diximus.

## *De Oculorum defectibus.*

## CAP. XX.

*1 Oculus eſt membrum.*
*Cæcus 40 annorum ſanatus.*
*Cæcus natus a Chriſto ſanatus, fuit coadiutor S. Maximini.*
*2 Cæcus myſtice eſt qui terrena ſola intendit.*
*Cæcitas contingit quandoq; nimia cogitatione*
*Publius Cornelius Rufus dormiens cæcus factus.*
*Tobias cæcus factus hirundinum ſtercore.*
*Felix Rauen. Archiep. cæcus factus inſpiciens in vas æneum.*
*Beda cæcus venerabilis prædicator.*
*Didymus Alexandrinus cæcus omnium ſcientiarum peritiſſimus Doctor.*
*Antonius ad Didymum Alexandrinum.*
*3 Cæcus in Papam non eligendus, ſed electus tenebit ſedem.*
*4 Cæcus non adminiſtrabit ſacramenta manib. alio verba proferente.*
*Baptiʒari nemo poteſt ab vno mittente aquã, alio verba proferente.*
*In conſecratione Epiſcopi non licet, vt vnus miſſam dicat, alter conſecret.*
*Luſcus eſt irregularis.*
*Monoculus eſt irregularis ad promouendum.*
*Oculi quare duo.*
*5 Lippus eſt irregularis.*
*Strabones, qui, & quomodo irregulares.*
*Pæti qui.*
*Oculos habens diſpares irregularis.*
*Oculos multum habens prominentes irregularis.*
*6 Albugo in oculo, quando inducat irregularitatem.*

OCulos membra eſſe nulli dubium eſt, tex. & glo. diſt. 89. c. ſingula: Quare qui cæcus eſt, ſiue effoſſis oculis, ſiue orbatus lumine, proculdubio ab ordinibus excluditur; quia optimorum membrorum vſu caret; & ideo ad omnia munera eccleſiaſtica impotens redditur: can. Apoſt. c. 76. & c. hinc etenim. §. cæcus. diſt. 49. intelligendo eum locum, & litterali, & ſpirituali ſenſu; vt ibi ꝑ Hug. ab Eccleſia etenim eliminant cæci 2. Reg. c. 5. qui defectus impedit non ſolum, ne quis promoueatur, ſed ne ꝓmotus exerceat; etſi enim ordinem non amittat, executionem tamen propter impoſſibilitatem perdit S. Thom. 3. q. 82. art. fin. ad fin.

Si vero viſum recuperet etiam miraculoſe, non prohibetur ſuis ordinibus defungi, quaſi ceſſante irregularitate, vt contigit Abbati cui nomen Spes viro ſanctiſſimo, qui cum annis quadraginta penitus fuiſſet cæcus, recuperato ꝑ miraculum viſu, ad miniſterium, prædicationis verbi Dei miſſus eſt, vt ſcribit Gregor. dialog. lib. quarto. cap. decimo. ſed & Chelidonius, qui fuerat ille cæcus natus à domino ſanatus, Ioann. cap. 10. fuit coadiutor Maximini Aquenſis Epiſcopi, vt annales referunt; quibus etiam continetur Leonem Tertium Papam oculis per vim effoſſis, aliquot diebus vixiſſe, poſteaque miraculo eos recepiſſe, & in miniſterijs perſeueraſſe.

Cæcum etiam myſtice accipere licet eum; qui vſque adeo diuina ignorat, vt hiſce terrarum tenebris totus ſit obuolutus, d. cap. hinc etenim. Gregor. in paſtoral. lib. primo. cap. 11. Hug. in d. cap. hinc etenim. text. in cap. illiteratos. 26. Specul. de diſpenſ. §. iuxta verſic. item in veteri; & in ſuo Aureo Repertorio tit. de temp. ordin. in fin. Cæcus quip-

D pe

pe eſt, qui ſupernæ lucem cõtemplatio-
nis ignorat, qui præſentis vitæ tenebris
preſſus lucem futurã neſcit,ibid. Grego.
ſed & Baſil.homil.11.in Exemero dicit;
Sapientis oculi in capite ipſius (inquit
Eccleſiaſtes;)cuius autem non ſunt in ca
pite oculi?ſunt in capite, hoc eſt, vt alta
ſpectent,ac conſiderent:qui vero ad alta
non ſpectat,ſed ad terrena,oculos habet
ad terram diſtractos, & in capite oculos
non habet.

Cæcum vero fieri qñque ſine culpa
contigit, magna videlicet cogitatione,
& fletu,abducto intus viſu. Plin.li.11.c.
37.Publius,ait Cornelius Ruffus,qui cõ-
ſul cum M.Curio fuit, dormiens oculo-
rum viſum amiſit, cum id ſibi accidere
ſomniaret.Plin.lib.7.c.50. & Tobias ille
ſanctiſſimus hirũdinum ſtercore in ocu-
los incidente, cæcus factus eſt;Tob.2.Fe
lix etiam Rauen. Archiepiſ.per longam,
& aſſiduam inſpectionem in vas æneũ
concauum,radijs ſolis percuſſum obcæ-
catus eſt,ad id cogente Theodoro Iuſti-
niani præfecto: Platin.in Conſtantino I.
propterea non excluduntur ij oẽs ob cul
pam,ſed ob impotentiam, aut ſi iam ꝓ-
moti ſint licet ſacra myſteria exercere
non poſſint dum durat cæcitas,nec qđ-
quam aliud eorum miniſteriorũ, in qui-
bus viſu eſt opus,tñ prædicare,& confeſ
ſiones audire poſſunt,beneficijs retentis
7.q.1.c.cum percuſſio. Roſell.ver.vitia-
tus.in princ.dato illi coadiutore.de cler.
ægrot.c.2.per quem tex. Abb.ibi notat,
eum qui prohibitus eſt adminiſtrare ra-
tione unius defectus, in alijs non prohi-
bebitur;ergo hic cæcus ea licite peraget,
in quibus non eſt opus viſu:exemplo eſt
venerabilis Beda, quẽ (tametſi cæcum)
adeo promptum ad prædicandum fuiſ-
ſe narrat hiſtoria, vt ſeruo deludente la-
pidibus prædicauerit; quod cum alacri-
ter feciſſet, dum ſeſe homines auditores
habuiſſe putaret, habuit Angelos, de
quo Naucler. ſcribit anno Domini 700.

Sed & Didymus Alexandrinus omni
ſcientia peritiſſimus, æque ac ſanctiſſi-
mus cæcus omnem philoſophiã, vetus,
nouumq; teſtamentũ perdidicit, ita vt
cum S. Antonius Alexandriam ad eum
viſendum perrexiſſet, non te (inquit) ò
Didyme perturbet amiſſio ſenſibilium
oculorum,tales enim tibi oculi deſunt,
quibus & muſcę, & publices nocere poſ
ſunt:ſed gaude potius, quoniam habes
oculos, quib. etiam Angeli coutuntur, ꝑ
quos videtur Deus, & eius lumen inſpi-
citur. Hæc Caſſiod. tripart.hiſtor. lib. 8.
c.8. Ille igitur & ſi puer adhuc cæcus fa-
ctus eſſet, tamen ad diſſeminandum ver
bum Dei,& ad euellendas ingruẽtes hæ
reſes eſt admiſſus teſte Theodoreto; de
eodem vide S.Hieron. in catalog.eccleſ.
ſcript.

Omnib. memorabilior fuit Ioannes
Palęſtinus cæcus, qui oẽm ſacram ſcri-
pturam tenaciter memoriæ ita ſeruabat,
vt publicis conuentibus in Eccleſijs ita
referret omnia, quaſi ex libro ipſo.Euſe.
hiſtor.lib.8.c.22. ex tranſlatione recen-
tiorum. Propterea quiſquis cæcus ſit, ſi
prædicationis cauſa velit promoueri, po
terit Papa diſpenſare, vt & ſacerdos, &
Epiſcopus fiat: Nam etſi ſacerdotium in
ſacramentis & ſacrificijs exercere nõ ua
leat oculorum defectu, confeſſiones ta-
men & prædicationem exercebit,& iuriſ
dictionalia; quod contigit Roberto Sco-
to cæco à puerili ætate,qui Pariſijs theo-
logiam perdidicit adeò inſigniter, vt Ro
mæ creatus ſacerdos, & Archiepiſcopa-
tu Armacano in Hybernia, & legatione
pro Iulio III. fuerit perfunctus. Surius
anno Domini 1551.

Hinc fit quòd licet cæcus in Papã non
ſit



ſit eligendus, tamen electus manebit in
ſede. Ant.de But.in c.licet.de elect. Iaco.
in tracta.de conc.lib.3.ar.1.verſ.& idem
ſi ſit furioſus.

Huc pertinet illa quæſtio, num qui cę
cus eſt, ſi reliquis membris valeat, poſſit
ipſe ea facere manu, alter vero facere o-
culis? & ſane iſta diuiſio in diuinis mini
ſterijs habetur ſacrilegij loco, imo ex hoc
ſolo, vterque fieret irregularis.c.5.Hiſpa
len. concil. 2. habetur in c.quorundam,
diſt.23.& ibi glo. cui rei adſtipulatur qđ
tradit S.Thom.3.q.67.art.6.ad 3.de eo
qui mutilatis manib.verba profert, alter
vero aquam baptiſmi immittit; nam eo
caſu nullus eſt baptiſmus, vt aliàs dixi-
mus,& Caietan.probat in commentario
ad d.q.67. Ad hæc facit gl.in c.quod ſi-
cut.in gl. magna, de elect. quæ loquitur
de conſecratione Epiſcopi, an vnus poſ-
ſit miſſam cantare, alter vero cõſecrare,
vbi probat non poſſe, ex ſententia Hug.
& Bern.

Ille quoque,cui vnus tantum eſt ocu-
lus, irregularis eſt, nam mutilatus dicit,
nempe carens optimo membro, vnde iu
re arcetur ab ordinib.c.ſi euãgelica, diſ.
55.Roſell.in ver.vitiatus.circa med. Ta-
bien.in verb.corpore: & ſic & luſcus, &
monoculus ſemper irregulares ſunt;nec
ipſi ſolum,ſed & is;qui eluſcauit,ſeu ocu
lum effodit, d.c.ſi euangelica: quinim-
mo & omnes ij,qui conſentiunt, vt ocu-
lus eruatur ſiue ſibi, ſiue alij, tex.in c.qa
præſulatus, 1.q.4. Nec eſt diſtinguendũ
hoc loco, an oculus ſit plene erutus, an
tantum orbatus, quia par impedimentũ
eſt in rebus agendis.gl.in c.2. de uerbor.
ſignifi.in 6. facilius tamen diſpenſabitur
is,qui ſiniſtro tantum valet oculo, dextrũ
vero integrum habet, ſed orbatum; quia
cum nulla ſit deformitas, admitti poteſt,
& ſiniſter eſt vtilis in legẽdo canone miſ-
ſæ, propterea ſi ſiniſter ſit orbatus, dexter
vero ſit ſanus difficile admittitur, quia
difficile poteſt expedire uerba canonis,
& ita ſe habet vſus, & probat Card. Ale-
xandrin.in c.hinc etenim.diſtin.49.Na-
uarr.de irregular.num.199.

Quæ omnia videntur habere locum
in promouẽdo, vt patet ex verbis d.c.ſi
euangelica. ſecus ergo erit in iam ꝓmo-
to, oculum ſine culpa amittente, donec
Epiſcopus illi inhibere voluerit ex ali-
qua iuſta cauſa.

Et licet vnus oculus ad proſpectum
ſufficere uideatur; tamen congruentius
Deo uiſum eſt, ut alterna inter eos eſſet
ſucceſſio, duos efficere, ut unius diſſolu-
tio alterius eſſet ſolatium; ab uno etenim
procedens uis uiſiua debilior eſt, Baſilius
in d.homil.11. de cauſa uiſionis cur in
capite, cur pilis muniti oculi, cur pelli-
bus, & ſupercilicijs adiuti, cur forma
ſphęrica, ſcribit ibid. Baſil. in Homil.
32.ad fin.

Ad oculorum defectus pertinet etiã
lippitudo;lippũ enim, qui oculos lacry-
mantes habet perpetuo, cum putredo
ab eis diffluat, ab ordinibus eccleſiaſticis
canones excludunt, qñ deformitas mul-
ta eſt,& inde horror inſpicientibus adue
nit: Hug.diſt.49.c.hinc etenim.uerſ.lip-
pus,habetur Leuit.c.21.quæ res non ſo-
lum ad litteram accipienda eſt, ſed etiã
ſpiritali quodam ſenſu; lippus enim is
eſt,cuius ſenſum natura exacuit, ſed con-
uerſationis prauitas confundit. Gregor.
in paſtorali li.1.c.11.& d.c.hinc etenim.
uerſ.lippus: non tñ omnis lippitudo de
ordinib.excludit, ſed ea ſola, quæ nimis
acrem habet diſtillationem,& putreſcen
tem, ideo res tota pendebit ab arbitrio
Epiſcopi, qui cogitabit, quantum popu-
lo ſit res illa futura horrori.

Quicquid præterea in oculis minus

 rectum

rectum eſt, ſemper obeſſe ſolet; ne quis poſſit promoueri, exemplo ſunt Strabones, qui oculos habent diſtortos; Diſtortos vero oculos hoĩ ſoli habere cõtingit; vni etenim animalium hoĩ deprauantur oculi, vnde cognomina Strabonũ, & Pętorum ducta ſunt, vt ſcribit Plin. lib. 11. c. 37. propterea non ante promouendi, quàm Eps iudicarit quanta ſit deformitas, vtrumne digna ſit diſpenſatione, an vero potius reiectione: gl in c. cũ de tua. de corpor. vitiat. & ibid. Abb.

Huic confine eſt illud impedimentũ, cum quis diſpares oculos habeat, vtputa alterum altero groſſiorem; nam ante promoueri non debet, quàm Eps arbitretur quanta deformitas ſit, arg. d. gl. in d. c. cum de tua. & ibi Abb. idem erit in eo, qui oculos multum prominentes habeat, arg. d. gloſ. tamẽ ſi pares ſint, facile Epiſcopus admittere debet, vt ꝓmoueatur, ex ſententia Aſten. & Roſell. in verb. vitiatus, Silu. in verb. corpore. verſ. ſexto. & pro eis eſt tex. in l. clauum. in princ. ff. de ędil. edic.

Huc quoque pertinet illud impedimentum, quod oritur ex macula in oculo apparenti, quam albuginem ſcriptura appellat; eſt enim canonicum impedimentum, ne quis ĩ diſpẽſatus promoueatur. Leuit. c. 21. diſt. 49. c. hinc etenim S. Gregor. in paſtorali, lib. 1. c. 11. Archid. in d. c. hinc etenim, ibid. Hug. & Spec. in tit. de diſpenſ. §. iuxta. verſ. item in veteri. Silu. in verb. homicidium. 3. nu. 5. ſi tamen aliquod religionis genus profiteatᷣ in clauſtro, videtur hoc ipſo diſpenſatus, vt admitti ad ordines poſſit ſecundum Roſell. in d. ver. vitiatus; ſed contrarium eſt verius, quod nec ingreſſus religionẽ poſſit admitti, niſi diſpenſatus; Innocen. in d. cap. cum de tua. Aſten. Ray. & Silu. in d. verb. corpore. in d. verſ. ſexto: facilior tñ eſſe debet diſpenſatio, eius qui religionem ingreditur, quàm eius, qui ſęcularis clericus fieri vult; & hoc videtur probari in d. c. cum de tua. at per ſe religionis ingreſſus non efficit diſpenſationem, ea præſertim ratione, quod huius maculæ diſpenſatio deformitatem multam habeat, & ſoli Papæ reſeruatur Inn. ibi. & Tabien. in verb. corpore; nam nec Archiepiſcopus poſſet ſuper hoc diſpenſare, niſi ex delegatione Apoſtolica, vt d. c. cum de tua. poſſet tamen inueſtigare, an macula ſit digna diſpenſatione, an non, in quo arbitrio faciendo non eget Suffraganeorum cõſilio, niſi ſponte illos acciuerit, eo enim caſu illis interuenientibus arbitrari debet, nõ tamen tenetur ſequi illorum conſilium Archiepiſ. Flor. 3. tit. 29. c. 5. Vinc. & Bern. in c. cũ olim. de arbit. Silu. in d. verſ. ſexto. Abb. in d. c. cum de tua. ſi autem in dubium vertatur, quomodo macula in oculo intelligatur, dicendum eſt eam demum maculã impedimento eſſe, ne quis ꝓmoueri poſſit, ſi ſine ſubtili inſpectione offerat ſe videntium conſpectui; ea enim facit irregularem; alioqui, ſi primo intuitu ea macula non appareat, non eſt habenda in conſideratione ad impedimentum promotionis, Iacob. Aluar. quẽ refert Abb. in d. c. cum de tua. in fi.

Sed prædicta omnia de oculorũ maculis videntur procedere in promouendis: at in promoto ſi ſuperueniat macula ſecus erit, ex verbis c. ſi euangelica. diſ. 55. Vel niſi iam promoto, ac ſuperueniẽte macula, Epiſcopus iuſta de cauſa ob huiuſmodi maculam ei celebrare prohibuiſſet forſan ob ſcandalum.





## *De turpitudine ipſius faciei.*

## CAP. XXI.

1 *Corpori deformi ſæpe natura bonum animum impoſuit.*
*Therſites & corpore, & animo monſtruoſus.*
*Hipponax deformiſſimus.*
*Os diſtortum habens quando irregularis.*
*Cicatrices magnæ ex rixa in facie inducunt irregularitatem.*
*Ludouicus Milanus Cardinal. vulneratus in facie.*
*Thomas Brancatius Cardinal. vulneratus in facie.*
2 *Gibbus, vel tumor in facie inducit irregularitatem.*
*Colores in facie; quando inducant irregularitatem.*
*Maurus, Aethiops, non ob id irregulares.*
*Morbum Regium patientes non ſunt irregulares.*
*Barbam tingentes irregulares ſunt.*
*In Barba infidelis nullo negotio erit fidelis.*
*Mentagra morbus, an inducat irregularitatẽ.*

SI quid eſt deforme, quod hominem ab ordinibus excludat, certe id videtur eſſe præcipuũ, quod in ipſa facie eſt; nam & ſi in turpi forma ſæpe bonũ animum natura impoſuerit, vt dixerat Aeſopus deformiſſimus, cum ſuam cauſam
1 tutaretur corã Samijs: Tamen plerumq; ſi monſtruoſam quis faciem habeat, mõſtruſior animus latere poteſt: cuiuſmodi de Therſite traditur apud Homerũ lib. 2. Iliados: ſed quia Domini noſtri pręceptum eſt, ne ſecundum faciẽ iudicemus, Ioan. c. 7. ęquius eſt, ne quiſquam ſola naturali deformitate excludatur, niſi ad monſtruoſitatem, & ridiculoſam faciem vergeret, cuiuſmodi Hipponax Poeta fuiſſe fertur, cuius deformitas adeo inſignis fuit, vt eius imago publice exponeretur riſus gratia. Plin. lib. 36. c. 5. nã propter ſcandalum non eſſet admittendus, vel ſi facies multis ſit diſſecta coloribus, vel cicatricib. dehoneſtata reijci debet, vt ſcripſit Gul. de Laud. in ſuo ſacramentali, quem ad hoc citat Silu. in verb. homicidium. 3. q. 3. verſ. tertium, in fin. nec ipſe ſolus dehoneſtatus in facie eſt irregularis, verum etiam, qui eum dehoneſtauit. Silu. ibidem Tabien. in verb. irregularitas. 3. nu. 26.

Propterea dicebat S. Tho. 4. diſt. 25. q. 2. in fin. quòd in promotione ad ordines requiritur claritas perſonę, non quidem de neceſſitate ſacramenti, ſed de præcepto; iure merito hæc perſonæ claritas magis in facie requirenda eſt, quàm in reliquo corpore: vnde ſi quis os, aut buccam diſtortam habeat magna cum deformitate, non eſſet facile admittẽdus, ne riſui eſſet inſpicientibus: cicatrices vero in facie plurimum habent ſcandali, ſi in rixa quis fuerit vulneratus: nam & ſi ſanata ſint vulnera, tamen ob turpes cicatrices eſſet difficile diſpẽſandus, qñ culpa impingi poteſt; quod daret operam rei illicitæ, ſicut dicebamus ſupra cum de mutilatis agebamus; ꝓpea Ludouicus Milanus, qui cum noctu per vrbanas popinas laſciuiẽs vagaretur, in facie vulnus accepit, pudore ductus Romanã Aulã dereliquit, refert Onuphr. ſub Iul. II. ſimile narratur de Thoma Brãcatio: quòd nocturnis voluptatib. deditus, incognitus in facie vulnus acceperit, quo per oẽ vitæ tẽpus dehoneſtata facie publica vitabat loca, vt narrant Annales.

Ad eandẽ rẽ ptinet quicũq; magnus gibbus, & tumor in facie, aut collo eſt, nã ſi riſui eſſe poſſit, vel ſcandalo, Eps arbi-
2 trabitᷣ, vt ſciat an admittat, an reijciat, ar. Abb. in c. 1. de corp. vitiat. ĩ fi. color vero faciei ſiue cãdidus, ſiue rubeꝰ, ſiue niger, vt ĩ Mauro, vel Aethiope, neq̃cquã impediunt, ne vllo iure hi ꝓhibentᷣ ꝓmoueri.

Qua rõne regius morbus, qui croceo
colore totum corpus, præcipue faciem
ſuffundit, nil obſtat tam ordinib. ſuſcipiẽ
dis, quàm ſuſceptis adminiſtrãdis; tum
quia ſanabilis eſt, tum quia viri ſanctiſſi-
mi eo aliqñ laborarunt, cuiuſmodi Dõ-
nolus Cęnomanorum Ep̃s, de quo ſcri-
bit Gregorius Turon. hiſt. lib. 6. c. 9.

Illi vero, qui faciem fuco illiniunt, aut
crines barbamve tingunt, non niſi poſt
pœnitentiam admittendi ſunt: & qñque
deponẽdi, etiam ethnicorum exemplo:
nam Philippus Alexandri pater Antipa-
trum ex ordine iudicũ depoſuit, quòd
barbam tingeret, dicens, in pilis infidelẽ,
in negotijs nequaquam fidelẽ exiſtimes.
Plutarch. apophteg. refert Suid. in vita
Leõtij monachi, & Lipo. tom. 4. Fieri. n.
non poteſt, vt veram mentem gerat, qui
caput habet adulterinum, vti aduerſus
hos pilorũ tinctores ſcribit Clem. Alex.
Pędag. lib. 3. c. 3. Mentagræ etiã morbus,
qui & lichen dicitur, qm̃ totam faciem
fœdo furfure occupat, adferre videt᷑ ca
nonicum impedimentum, ne quis ꝓmo
ueri poſſit; nam vel ſolo oſculo inficit,
deinde tã fœdus, & horridꝰ eſt, vt queq;
mors ſit potius p̄ferenda, vt ſcribit Plin.
lib. 26. c. 1. & Iouius hiſt. lib. 4. Cum ergo
ſit incurabilis morbus, & apparens, iure
dicitur inducere irregularitatem. Specu.
in c. ſi forte, num. 5. de elect. lib. 6. per c.
penult. de cler. ægrot.

*De Naſi defectibus.*

## CAP. XXII.

1 *Naſus inter oculos muri vicem habet.*
*Naſo paruo dicitur, qui eſt ſine diſcretione.*
*Naſo prægrandi nimium ſubtiles ſignificat.*
*Naſo diſtorto, qui incauta loquuntur.*
2 *Naſo carentes irregulares.*

AD faciei dehoneſtationem ꝓ-
prie pertinent naſi defectus; ꝙ
ita in ea locatus eſt, vt quaſi
murus oculis interiectus eſſe
1 videatur. Cic. 2. de nat. Deor. Vtramque
etenim oculorum aciem, & diſcernit, &
munit, Baſil. in exemero homil. 11. Qua
ratione tanquam optimum humani oris
ornamẽtum, ſoli animalium homini na-
ſus altus, & prominens à natura datus,
eumq; noui mores ſubdolæ irriſioni di-
cauere: vt ſcribit Plin. lib. 11. c. 37. Hinc
igitur ſpirituali ĩterpretatione paruo na
ſo illi eſſe dicuntur, qui ſine diſcretione
ſunt, nec quas deligãt virtutes ſatis ſciũt,
ideo ij vt ad ordinum eccleſiaſticorum
miniſteria minus apti reijciendi ſunt, Le
uit. c. 21. Gregor. in paſtorali lib. 1. c. 11.
diſt. 49. c. hinc etenim. verſ. Paruo autem
naſo. Alber. in ver. naſum. Spec. in tit. de
diſpenſ. §. iuxta, verſic. item in veteri.

Econtra vero, qui prægrandi naſo
ſunt, quaſi nimia immoderataq; ſubtili-
tate in rerum inquiſitione fallantur, vo-
lentes plus ſapere, quàm oporteat ſape-
re, excluduntur à miniſterio Dei, Greg.
dictis locis: *Sunt præterea* qui diſtorto
naſo ſunt, ꝙ quidem virtutes à virtutib.
diſcernunt, ſublimiaq; honeſta ſubtilita-
te perquirunt, ſed cum non recta diſcre-
tione in prædicatione verbi Dei ſeruata,
dum vel loquacitate incauta, vel adula-
tione, vt ei placeant, cui diuina reuelant
ſecreta, vel iactatione ſciẽtiæ, vt plura ſci-
re videantur, ſacerdotalis officij iudican-
tur indigni, tamquam torto naſo, ex ſen
tentia Gratiani, diſt. 43. c. diſpenſatio, in
fi. Greg. prædicto loco: ſed & hæc ad lit-
teram intelligi poſſunt, vt qui vel tã par-
uo, tamve magno, aut diſtorto naſo ſunt,
vt deformitatem contineat, poterunt ar
bitrio Epiſcopi repelli, ſicut ĩ cæteris de-
formitatibus ſæpius iam dictũ eſt, ſcri-





bit. Hug. in d. c. hinc etenim, verſ. paruo
autem naſo.

2 Qui vero denaſati ſunt, i. qui naſo ca-
rent, proculdubio reijciendi ſunt, quaſi
mutilati optimo, & venuſtiſſimo mẽbro:
quia per eum defectum claritas perſonę
obſcuratur, quæ & ſi in facie non requi-
ratur de neceſſitate ſacramenti, requirit᷑
tamen de præcepto. S. Thom. 4. diſt. 25.
q. 2. in fi. quem refert Tab. in verb. corpo
re. Huius vero defectus diſpenſatio à Pa
pa petenda eſt. Tab. in verb. diſpenſatio,
nu. 13. verſ. decimo ſeptimo.

*De Labiorum defectibus.*

## CAP. XXIII.

1 *Labia membra non ſunt, ſed ornamentum.*
*Labia habens corroſa non promouetur.*
*Monacho cuidam habenti labia corroſa nihil ore contineri poterat.*

LAbia, & ſi formaliter membra
non ſint, corpori tñ formam
1 dant, atque ſine ijs corpus de-
forme eſt, & imperfectum. Bal. in l. publi
corum. ff. de publ. iud. ſunt enim ipſa la-
bia ianuæ linguæ, gutturis, & palati. Bal.
in repetitione. l. data opera. C. qui accuſ.
poſſ. Marian. Soc. in c. ſententiam. 4. par.
princip. q. 31. ne cler. vel mon. propterea
ipſorum labiorum defectus, alijs corpo-
ris defectib. ęquiparari poſſunt: poſſet. n.
magna in ipſis deformitas eſſe, quæ hor-
rori ſit, forſan quia corroſa, ita vt cõtine-
re non poſſint liquida, eo enim caſu nec
ad ſacerdotium promouerentur, nec
ad ſacros; quoniam cũ maximum ſubſit
periculum in Euchariſtiæ ſumptione, ꝓ-
pellendi ſunt. arg. c. is qui. 26. q. 6. & de
conſecr. diſt. 2. c. ſi quis per ebrietatem.
cum etenim ſuſceptio Euchariſtiæ prohi
beatur illis locis, multo magis ordinum
ſuſceptio, qui cum Euchariſtia accipiun
tur. hoc ſentire videtur auctor Manipuli
curatorum, tractat. 4. 1. par. c. 9. quo loco
ait, legiſſe ſe in annalib. de Ludouico re-
ge, monachum quempiam Ciſtercienſis
ordinis, vſq; adeo labia habuiſſe corro-
ſa, vt nec vllus bolus ore contineri ad
momentum poſſet, quin ſtatim elaberet᷑;
Idem etiam ſentire videtur auctor ſacer
dotalis ea parte, qua tractat, quæ ſint iu-
ſta impedimenta ſumendæ Euchariſtiæ:
in hoc igitur defectu prudẽs Epiſcopus
facile arbitrabitur quid ſit agendum.

*De Dentium defectibus.*

## CAP. XXIIII.

1 *Dentium defectus nihil ad irregularitatem.*
2 *Dentes non ſunt membra.*
*Dentes ſibi euellens per indignationem, eſt irregularis.*
*Dentes prominenees licet ſecare.*

VNica quæſtione abſoluitur hic
tractatus: non enim deformi-
tas tanta eſt carere dentibus,
vt quis promoueri non debeat: quando-
quidem omnia ſacramẽta etiam Eucha
1 riſtia illis nequaquam egent, & occultus
defectus eſt; ſed in dubium vertitur, ſi
quis per indignationem, aut impatien-
tiam dentem ſibi excuſſerit, num ſit re-
pellendus? dubium facit, quòd dẽtes nõ
ponũtur inter membra corporis, ex ſen-
tentia Innoc. in c. ſignificauit. de corp. vi
tia. & in c. expoſuiſti. eod. tit. tex. & quod
ibidem Bart. in l. is cui. ff. de ędil. edic. So
ci. in c. ſententiam. in 4. parte princip. q.
31. ne cle. vel mon. quibus locis probari
poteſt, hunc ſibi dentes excutientem, nõ
fieri irregularem.

At ſi conſideremus dentem, & ſi vere
membrum non ſit; tñ habet proprium

oſficium ex Baſil. homil. 3. in fin. Dentes
(inquit) ſimul vocis ſunt organa, robuſtũ
fulcrum linguæ exhibentes, ſimulq; ali-
menti miniſtri, partim ipſum ſecantes,
partim continẽtes: Vnde qui ſibi excuſſe
rit, quodammodo hæc naturæ officia vr̃
extinguere: iure merito ſicut in reliquis
corporis partib. per indignationem mu
tilatis, quis fit irregularis, vel dando ope-
ram rei illicitæ, vt diximus, cum de mu-
tilatis ageremus, ſeq̃tur, vt etiã hic ab or-
dinib. excludi debeat, nec admitti niſi di
ſpenſatus; nec obſtat, quòd dens proprie
mẽbrum non ſit, qm̃ nec digitus eſt mẽ-
brum, ſi tñ quis ſibi non dicam integrũ
digitum, ſed ſolam digiti partẽ abſcide-
rit, vel dãdo operam rei illicitę amiſerit,
irregularis eſt, nec ꝓmoueri pōt ſine di-
ſpenſatione, text. clarus in c. qui partem,
diſt. 55. & hanc ſententiam tenet Archi.
in c. maritum, per illum tex. diſtin. 33. &
cum eo Tabien. in verb. corpore. Roſell.
in verb. vitiatus.

Quod ita verum eſt, ſi notoriũ ſit eũ
ſibi per indignationem euulſiſſe, vel dan
do operã rei illicitæ, alioqui ſi lateat hæc
cauſa, facile admitti poteſt; & ita intelli-
genda mihi videtur ſententia Innocẽ. &
Soci. & aliorum ſupra in cõtrariũ addu-
ctorum; & ita concludit Silu. in verb. cor
pore. q. 4. & Abb. ĩ c. ex parte, circa med.
de corp. vitiat.

Quæ adeo vera ſunt, vt ſi quis iuſto,
vel iniuſto metu dẽtes euulſerit ſibi, ad-
huc irregularis eſt, tex. in d. c. maritũ. S.
Aug. lib. de dogm. eccleſ. c. 72. ſi vero q̃s
nimium ꝓminentes habeat dentes, cura
re pōt, vt ſecentur, dumtñ nullum vitæ,
vel ęgritudinis diſcrimen incurratur, gl.
in d. cap. qui partem, referens S. Hiero-
nymum eos ſibi hac ratione ſponte li-
maſſe; de hoc vide Tabien. in verb. cor-
pore. Abb. d. c. ex parte.

### *De Auris, aut Auriculæ defectibus.*

## CAP. XXV.

1 *Surdus publicam perſonam agere non poteſt:*
*Surdaſter non prohibetur promoueri.*
2 *Confeſſio per ſcripturam fieri non poteſt.*
3 *Mutus per ſigna confiteri poteſt.*
4 *Surdus in Papam non eſt eligendus, ſed electus perſeuerabit.*
5 *Auris, & Auricula membra ſunt.*
*Ammonius Anachoreta ſibi ſiniſtram auriculã abſcidit, ne promoueretur.*
6 *Auricula mutilati per ſententiam, infames, & non promouendi.*
7 *Petrus Apoſtolus impune Malco aurem abſcidit.*
*Surdus myſtice eſt, qui diuina non audit.*
8 *Auditus exterior non fuit in diſcendis mandatis Dei, in primò ſtatu innocentiæ.*
9 *Monialis ſurda eſſe poteſt.*

INter reliquos ſenſus auris p̃-
cipuum habet locum, ideo
& de ea dicendum eſt, quid
iura ſtatuant circa irregulari
tatem, varij eſſe poſſunt auriũ defectus:
primus quòd ſurdæ ſint: ſicut enim tu-
tor, & curator ab onere tutelæ, vel curæ
excuſantur iure ciuili; ita nec promoue-
ri ad ſacros ordines debent q̃ ſurdi ſunt,
1 can. Apoſtol. c. 76. publicam enim perſo
nam agere non poſſunt, nec arbitri, nec
procuratores exiſtere quoquo modo in
iudicio: Sebaſtiã. Vant. de nullitat. ex de-
fec. verſ. mutus. Spec. titu. de arbitr. §. po-
teſt. num. 3.

Surdaſter vero, i. qui vel difficile au-
dit, vel vna tm̃ aure ſurdus eſt, nullo iure
prohibetur promoueri; quia audit, & ſi
difficile, ſicut & tutor ſurdaſter, iure ci-
uili non excuſatur: promotus vero ſi ſur-
dus fiat, poterit omnia perficere vbi au-
re nõ eſt opus, puta miſſam ſubmiſſe di-
cere, non autem confeſſiones audire, pp
impoſſibilitatẽ miniſterij abſolutionis,

quæ



quæ ſuppõnit audita eſſe, & ĩtellecta pec-
cata per aures; nam cõfeſſio per ſcriptu-
2 ram fieri non poteſt, quia cum confeſſio
ſit pars ſacramenti habet determinatũ
actum, ſicut & alia ſacramenta habent
determinatam materiam, vt in confeſſio
ne eſt uerbum. S. Thom. 4. diſt. 17. Piſa-
nell. in uerb. confeſſio. 1. uerſ. utrũ liceat
3 confiteri; Ideo mutus confitens peccata
ſua, poteſt per ſigna, & ſcripturã in ſubſi
dium ob neceſſitatem; at in audiente cõ
feſſionem non ſic, quia plus actus iſte cõ-
ſideratur in proferente, quàm audien-
te, merito ne fiat inanis ſua prolatio, &
non diminuatur meritum ſuę confeſſio-
nis, ſurdus auditor debet ab audiendis
confeſſionib. remoueri; ſed non à benefi-
cio, vel ipſo toto ordine; ideo licet ſur-
dus non debet admitti ad Papatum, tñ
electus manebit, ſiue antea ſurdus eſſet,
4 ſiue iam ꝓmotus factus eſt ſurdus. Bal.
in c. licet de ele. Iacobat. in trac. de cõcil.
lib. 3. artic. 1. uerſ. & idem ſi ſit furioſus:
& dicemus infra aliàs magis opportune.

Alius Aurium defectus eſt, non ea ra-
tione ſublatæ uirtutis audientis, ſed ob
mutilationem totius, uel partis auriculę;
5 ea enim inter membra connumerantur.
gl. in c. ſingula, diſtin. 89. merito de eius
mutilatione idem dicẽdum eſt, quod de
quolibet mẽbro viſibili: ſi enim eã quis
amiſerit dando operã rei illicitæ in duel
lo, aut ſponte ſibi præciderit, uix diſpen-
ſari poſſet; argu. c. maritum, diſt. 33. & S.
Aug. in lib. de dogm. Eccleſ. c. 72. & c. q̃
partẽ, diſt. 55. Hac ratione Ammonius
Anachoreta cũ ab Aegyptijs raperetur,
vt Ep̃s fieret, ferro ſiniſtram ſibi auricu-
lam ſecuit, ut ſeſe per hũc defectum, Ep̃a
tu indignũ faceret; quaſi lege diuina nul-
li aure mutilato liceret ſacerdotio fungi;
cum uero hac abſciſſione diſpẽſatus ad-
huc ad Ep̃atum uocaretur, reſpondit ſe
ſibi etiã linguam abſciſſurum; ſic ab hu-
iuſmodi onere liberatus eſt. Socrat. lib.
4. c. 18. refert Caſſiod. tripart. hiſt. lib. 8.
c. 1. Pallad. Cappadox in uita Or. refert
etiam Nicol. de Lyra in prologo Hiero-
nymi ſuper Marcum, licet eo loco per
errorem pro Ammonio dicat Antoniũ.

Si quis uero hoſtium impetu auricu-
las perdiderit, iuſta ratione admitti poſ-
ſet; ſicut aliàs diximus ĩ alijs vim paſſis:
6 ij uero qui in iudicio ob crimen amiſe-
runt, ut criminoſi ac infames, oĩno reij-
ciendi, idem & de illis, quorum auriculę
perforatę ſunt, in ſignum ſeruitutis, ut
Exod. c. 21. uel etiam leuitatis, aut de-
litiæ cauſa, ut inaures adferrent; nam
quaſi effeminati reijciendi ſunt: Hi præ-
terea, qui alij aurem abſciderint, eãdem
irregularitatis notam incurrunt; expreſ-
7 ſum in c. ſi Petrus, 24. q. 1. eo enim capi-
te probatur ſolam Eccleſiam, uel Eccle-
ſiæ caput Petrum aurem impune abſcin
dere potuiſſe: Spec. in tit. de diſpenſat. §.
iuxta. uerſ. nunquid ergo beatus Petrus:
ergo alijs non licet impune, quin fiant ir
regulares; ſpiritali etiã ſenſu ſurdum, uel
aure mutilatũ accipere poſſumus eũ, qui
ad diuina auditũ non præbet: merito à
corpore Chriſti p̃cidendus, quia ex Deo
non eſt. d. c. ſi Petrus. cœpit. n. legis ac-
ceptio per auditum poſt peccatũ, nam in
prima hoĩs creatione, & innocentiæ ſta-
tu nullus auditus exterior fuit, quo ad
diuina audiẽda, ſed internus tm̃ auditus
8 S. Tho. 2. 2. q. 5. art. 1. ad fi. Tabien. ĩ uer.
Auditus, merito excuſari nõ pōt, qui ex-
teriori auditu nõ quærit audire uerbum
Dei, Ideo nõ eſt dignus ordinib. ſacris.

Inter Moniales uero ſurdã admitti &
poſſe, & debere ęq̃ſſimũ eſt; qm̃ prodeſt
ei hic defectus cõſeruãdę taciturnitati, &
virginitati, q̃ per auditum corrumpit ple
rumq;, ut ſcribit Baſil. lib. de virginit. &

à de-

à detractionibus, ac fabulis auditũ auertit,& difficilior mentis diſtractio ab oratione,ſed opportunius dicemus,cum de Monialibus agendum erit.

### *De Linguæ defectibus.*

### CAP. XXVI.

1 *Balbus quis.*
*Blæſi qui.*
*Demoſthenes Balbus fuit.*
*Moyſes Blaſus fuit.*
*Valerius Cæſar Auguſtanus Epiſcopus,Vincentij adiutorio in prædicatione vſus, quia lingua erat impeditiore.*
2 *Lingua vſum perdens deſinit adminiſtrare ſacerdotium.*
*Epiſcopi abſciſſa lingua diſertiſſime prædicabant.*
3 *Iſaias ſibi de lingua præcidiſſe fertur,ſed incerta fide.*
4 *Linguæ vitia quandoque tempore ſanantur.*
*Zacharias aliquandiu obmutuit.*
5 *Muti multi poſt tempus locuti ſunt.*
*Cræſi filius diu mutus,poſtea locutus.*
*Aegeles lamius diu mutus, poſtea locutus.*
*Mutus myſtice,prælatus non prædicans,nec corrigens.*
6 *Linguæ vitia multa cauſantia irregularitatem.*

AD hæc opportune accedũt ea omnia impedimenta, quæ ad linguam pertinent,quæ multis ex cauſis proficiſcuntur: nam mutus irregularis eſt ex can. apoſt. c.76. Sed & Balbus, vel Blęſus quis eſſe poteſt,quia explicare verba nõ valet,obſcureq; loquit̃, vt de Demoſthene refert
1 Cic.primo.de Orato.quòd ita Balbus eſſet,vt eius ipſius artis,cui ſtuderet,primã literam dicere non poſſet,videlicet R. & ij non facile iudicãtur irregulares, cuiuſmodi Moyſen fuiſſe conſtat, Exod.ca.4. ibi,non ſum eloquens, ſed impeditioris, & tardioris linguæ ſum; idq; vel natura fit,vt in Demoſthene,aut ex accidenti vt in Moyſe,cui cum tã pius fuerit, & ſummus Pontifex,nil obfuit hic defectus, nã ei facie ad faciem locutus eſt Deus,quantum nulli alij datum eſt, vel ipſo Dei teſtimonio,vt ſcribit Baſil.homil.1. in Exemero, & c.Moyſes.8.q.1. & quæcumq; ille verbo explicare non valuit, id coadiutore à Deo dato expleuit, ſcilicet per Aaron d.c.4.

Vnde colligitur hunc defectum nulla aĩaduerſione dignum, quo ad ordines eccleſiaſticos: nã & Valerius Cæſar Auguſtanus Ep̃s,vir apprime ſanctus, cũ lingua eſſet impeditiore ad prædicationis officium, ſancti Vincẽtij miniſterio vſus eſt, vt in officio eiuſdem Vincentij canit Eccleſia.Impediuntur autem ne promoueri poſſint ij, quorum tam grandis nodus linguę eſt,vt verba non explicent;impoſſibile enim eſt eos miniſtrare poſſe. S.Tho.3.q.82.art.fi.ad 3.his verbis:Linguæ vſum perdens poſt promotionem, non perdit ordinem,ſed propter impoſ
2 ſibilitatem perdit ordinis executionem, refert Tabien.in verb.corpore.

Quandoq; vero diuino miraculo cõtigit,vt qui penitus linguam amiſerit, tamen diſerte loquatur,perinde atque antequam lingua abſcinderetur, ut ſub Ariana perſecutione multis fidelibus in fidei confeſſione perſeuerantib. vſque ad abſciſſionem linguæ refert accidiſſe Procopius; qui etiã Conſtantinopoli poſtea coram Imperatore Zenone diſertiſſime (præſertim vnus eorũ noĩe Reparatus) locuti ſunt, & verbum Dei publice prædicarũt, refert Victor Ep̃s Viten. de perſecut.Vandal.lib.3.& Euagr. Eccleſ.hiſt. lib.4.c.14.& S.Greg.dial.li.3.c.32.ſed & alij apud Perſas Chriſtiani abſciſſis linguis clare locuti ſunt Anaſtaſij Imperatoris tempore. Niceph.lib.16.c.36.Diuina etenim diſpenſatione hoc factum eſt,ſicut & in Iſaia, qui cum loqui ſe neſcire fateretur,ignito calculo tactus, ad Dei miniſterium eſt admiſſus,Iſaiæ primo.Greg.in paſtor.lib.1.c.7.tex.in c. in ſcripturis.8.q.1.& licet glo.in c. qui partem.diſt.55.dicat Iſaiam ſibi linguã prę
3 cidiſſe,quam refert, ac probat Archid. in d.c.in ſcripturis.col. 2. in medio: tñ nuſquam puto hoc probari.



Poſt hæc illud non eſt omittendum, aliquando contigiſſe, ꝙ qui natura ſit impeditiore lingua; vſu fiat velocior, vt in prædicto Demoſthene, qui calculis ſub lingua poſitis, R.literam poſtea didicit. Cic.d.lib.1. de Oratore. Max.lib.8. ſed & multi,qui ob apopleſim,vel aliũ morbum linguæ vſum amiſerant, tempore reſtituti ſunt, ita quòd ceſſante impedimento ceſſauit etiam irregularitas, argu. Bern.in c.cum inter Canonicos.de elec.
4 & ibid.Io.And.& idem Ioã.And. in glo. magna.in c.ſuper eo.de elec. plene in ca. poſt tranſlationem.in glo.ceſſante.de renuntia.Verum quia numquam abſolute linguæ uſus reſtituitur poſt paralyſim,iudicabit Ep̃s, quàm magnus ſit nodus in loquendo, quàm deformis, quantumve ſcandalum adferat; nam in huiuſmodi defectibus ſicut in alijs Ep̃s ſuo arbitrio vtĩ debet.Abb.in c.2.de cleri. ægrot. l.ſi cui lingua.ff.de edil.ędic. Abb.in c.cum de tua.prope fi.de corp.vitiat.& facilius diſpenſandum arbitrabitur cum regulari quàm cum clerico ſeculari, ex ſententia Ray.quem refert,ac probat Silu.in d. verb.corpore. q.6. quo loco licet loquat̃ de defectu oculorũ, eadem ratione idẽ videri poteſt in vſu linguæ: idem erit ſi quis Dei miraculo ad tempus obmutuerit,ut Zachariæ cõtigit,nil enim oberit ſi poſtea eadem gratiæ Dei elocutio reſtituatur, Luc.1.Sed & Leo III.Papa cũ ꝑ vim lingua illi radicitus eruta fuiſſet: poſteaque miraculo eam recepiſſet, perſeuerauit in ſuis miniſterijs,ut omnes annales referunt.

Sed & illud omittendum non videt̃, multos ad multam ætatem inter mutos
5 fuiſſe annumeratos, quòd lingua numquam vſi eſſent: poſtea uero linguâ ſoluta,articulate locuti ſunt:certe exinde ceſſante impedimento,nil oberit,quin promoueri poſſint,vt iam diximus:idq; contigit Cræſi filio,qui cum iam multũ adoleuiſſet,nihil loqui poterat,mutuſque ac elinguis diu habitus eſt:cum uero miles quidam Cræſum non agnoſcens, enſe graſſaretur,exclamauit filius,ne occidas, Cræſus Rex eſt; ſic nodum linguæ ſummo ſpiritus nixu diſrupuit, & articulate deinceps prorſus loqui peregit, ſcribit Herodot.lib.2.

Sed & Aegeles Samius athleta,perpetuo habitus elinguis,cum in ſacro certamine per aduerſarios non bona fidei fieri uideret,magno clamore conqueſtus, linguæ uincula ita diſrupit,ut per omne uitæ tempus, & clare, & explicate locutus ſit.refert Aul.Gell.lib.5. c.9. poſſent igitur huiuſmodi promoueri,quia nihil prohibet linguam cõuerti,nam ipſa per naturam tenera eſt,& facile conuerti poteſt, & ad omnẽ ſermonis vſum ob motus varietatem ſufficiens exiſtit,vt ſcribit Baſil.homil.32.in fi.

Spiritali etiam ſenſu mutum accipere debemus eum,qui cum eloquenter loquatur vi linguæ,tamen quia non ſecundũ patrũ dogmata loquitur, elinguis putatur,ſicut ſi non corrigit uitia, ſi Dei verbum nõ ſeminat; iſti enim canes muti dicuntur,nõ valentes latrare,Iſa.c.56. Gregor.in paſtor.lib.2.c.4.idem Grego. ſuper 1.Reg.c.3. ſed & ècontra tot poſſunt eſſe linguæ vitia, & promoueri aliquem

quem,indignum & pernitioſum ſit,arg.
eorum, quæ ſcribit Archidiac.in cap.ex
merito,6.q.1.vbi plurima ponit linguæ
vitia,quæ breuitatis cauſa omittuntur.

### *De defectibus ob ſexum.*

### *Et primum de Hermaphrodito.*

## CAP. XXVII.

1 *Hermaphroditi vtriuſque ſexus.*
*Androgini idem quod hermaphroditi.*
*Naſamones omnes Androgini.*
2 *Hermaphroditus eſt infamis.*
3 *Hermaphroditus incaleſcens in maſculũ, characteris eſt capax; ſed conferri ei non debet.*
4 *Hermaphroditus in Papam non admittendus.*
*Hermaphroditus myſtice prælatus, qui neglecta veritate ſolo ſermonis ornatu vtitur.*
*Hæretici dicuntur Hermaphroditi.*
*Neutrum ideſt nec maſculus, nec fœmina, olim natus in Sabinis.*
*Hermaphroditus nec inter maſculos, nec fœminas in religione admittendus.*
5 *Eunuchorum monaſteria olim conſtructa.*
6 *Sexus mutari ſæpe cõtigit de fœminis in mares.*
*Sexum mentientes, irregulares.*

POſt ſingulorum membrorum
impedimẽta iure merito ſuc-
cedit ille tractatus, qui ad ſe-
xum pertinet,nam hactenus de maſculis
tractaſſe videmur: nunc de ijs agendum
eſt, qui propemodum mares ſunt, cuiuſ
1 modi Hermaphroditi; nã quia vtrumq;
ſexum habent,hoc nomine nuncupãtur,
quos alio nomine Androginos plerique
nuncupare conſueuerunt,vt Archid.33.
q.5.cap.hæc imago.circa med.Aul.Gel.
lib.9.c.4.cuius ſpeciei integri populi sũt
in Aphricæ regione,ſupra Naſamones,
quos Machlijes dicunt, ij omnes vtriuſ-
que ſexus ſunt,atque inter ſe vicib.copu
lantur,quod ab Herodoto,& Caliphane
ſcriptum eſt;ijſque(Ariſtotele teſte)dex-
tra mammilla virilis eſt,leua vero mulie
bris, quæ etiam retulit. Plin.lib.7.c.2.

Hermaphroditus igitur eo ipſo, ꝙ
eſt natus, ſit infamis de iure. Alberic. in
2 lĩa E.in verb.hermaphroditus: ſexus.n.
ille, quia maſculinus nõ eſt, ſed alius om
nino,à publicis functionib. arcetur c.in-
famis,3.q.7. Ideo nec ꝓmoueri poteſt.
arg.tex. ĩ c.ſi teſtes.4.q.5. §.Hermaphro
ditus, & ibi gl. eſt enim abſurdum de eo
promouendo ad ordines tractare, quẽ
neſcias an maſculus,an fœmina ſit, & an
ad gignendum, an ad concipiendum ſit
aptus, cum ſimul & ſemel ij & gignant,
& pariant; Archidiac. 4.q.3.§. Herma-
phroditus.

Illud tamen verum eſt, quòd ſi ma-
gis incaleſcat in virum,quàm in fœminã
(vt ſæpe cõtingit l.quærit. ff.de ſtat. ho-
3 min.) ſi ordines ſuſcipit character impri
mitur, at ordinis executionem non ha-
bebit; & ſicut Eps̃ eum ordinare nõ de-
bet, ita nec ipſe ꝓmotus exercere. Tab:
de ſententia. Gul.in verb.corpore.in fin.
Archiepiſ.Flor.3.tit.29.c.6.verſ.Herma
phroditus.vbi ſequitur eiuſdẽ Gul.ſentẽ
tiam: Quòd ſi in fœmineum ſexum in-
caleſcat; nec characteris eſt capax, ſicut
nec ſexus muliebris; Vnde ſeq̃tur quòd
ſemper eſt reijciendus; Quòd ſi aliquis
eiuſmodi in Papam eligendus propona-
tur admittendus non eſt,ſm̃ Bal.in c. li-
cet.de elect.quem dubitando probat Ia-
4 cobat.in tract.de concil.lib.3.art.1. verſ.
de Hermafrodito;Eſt enim nimis graue,
eum imperare in ſede Petri, & eccleſiæ
caput conſtitui, quẽ neſcias,maſculuſne,
an fœmina,ſit ex ijs, quæ dicit S. Baſil.
Epiſt.87.Tam igitur in electo,quàm eli-
gendo Pontifice, hoc impedimentũ ca-
nonicum dici debet:nam ad mõſtri ſpe-
ciem potius pertinere videtur. Archiep.
Flor.verſ.Hermaphroditus: ſed de ijs ẽt
dicemus cum de Papæ eligendi impedi-
mentis



mentis agendum erit.

Spiritali quoq; ſenſu Hermaphroditos eos accipimus, qui neglecta ratione veritatis ſuperflui ſermonis ornatu,in p̃dicando verbo Dei abutuntur, de quib. Paul.2.Timo.c.4. ibi, à veritate ad fabulas conuertẽtur: ſcribit Alberi. in littera H.in ver.Hermaphroditus; & ob eandẽ rationem hæretici, Androgini dñr, quod reiecta veritate, verborum & fabularum floſculos ſequantur; neq; docentes, neq; addiſcentes; ita enim video iſtos nuncupari apud Sim.Metaphr. in oratione de geſtis Nycenæ Synodi, quam ille poſuit poſt diem X.Iulij apud Lipom. tom.6.

Si igitur hæc vera ſunt in eo, ꝙ vtriuſ
que ſexus eſt, multo magis vera dicẽda
ſunt ĩ eo,qui neutrius ſexus ſit, cuiuſmo
di repertum eſſe ſcribit Liuius decad. 4.
lib.1.fol.2.his verbis: In Sabinis infans
natus, incertus an maſculus, an fœmina
eſſet; alter ſexdecim annorum ambiguo
ſexu inuentus. hæc ille: Eſt itaq; hoc ho-
minum genus non admittendum eccle-
ſiaſticis in functionib. quinimmo tanta
eſt hæc Hermaphroditorũ,& neutriꝰ ſe-
xus irregularitas, vt nec ad ingreſſum re
ligionis admittendi ſint inter maſculos,
nec inter fœminas; Vtrobiq; etenim ni-
mis grande incurritur periculum, ex ꝓ-
miſcuo vſu copulæ, & nec quidem inter
ipſos Hermaphroditos cohabitationem
permittendam puto, ob eiuſdem ꝓmi-
ſcui vſus rationem; Ideoq; priſcis tempo
5 ribus Eunuchorum monaſteria conſtru-
cta ſunt, ne & inter viros delitiarum pe-
riculo, nec inter mulieres eadem cauſa
verſarentur; Eunuchorum fuiſſe mona-
ſteria ſcribit Sophron. Sophiſta in pra-
to ſpirituali c.19. & c.138. de ijs etiam
agemus cũ de monialib.tractãdum erit.

Huc pertinet quæſtio de eo, cui conti
git mutare ſexum, vt puta ſi puella vixe-
rit ad pubertatem, re & nõie muliebri ſe
xu, poſtea vero in virũ mutetur (vt aliqñ
contigit) num hic ſit ad ordines, ut ma-
ſculus promouendus? In qua re dicẽdũ
eſt portentum videri, & res magni plena
ſcandali, ſi is quaſi vir altari miniſtret,
quem aliqñ vulgus inter mulieres aſcri-
pſit, præſertim ſi quaſi fœmina tranſiſſet
ad nuptias; Ideo tale ſcandalum, & uul-
garis admiratio adferũt canonicum im-
pedimentum, & irregularitatem, ſicut &
oẽs aliæ deformitates, ut ſæpe diximus,
ex c.2. de cler.ægrot. Propterea ad Epi-
ſcopum pertinet diligenter inueſtigare,
an hic potius ſit Hermaphroditus, quã
ſexus mutatio, & tunc pro loco, & tem-
pore, conſiderando, an res occulta ſit,
an euulgata, prout arbitrio ſuo uidebi-
tur, iudicabit, ſicut in omnibus alijs de-
formitatibus: Hoſt.in c.cum de tua, ubi
etiam Abb.de corp.uitiat. Nec diſpenſa-
tio erit concedenda ea in regione, ubi
huius rei notitia habeatur, pp ſcandalũ:
poterit tamen ad religionis ingreſſum
admitti ſi uere factus fuerit maſculus.

Sed ne quis putet impoſſibilẽ caſum
nos cõfinxiſſe, q̃d ſcriptores priſci, & re
cẽtiores tradiderint ſubijciemus; Roma-
norum tp̃ib. puer de puella factus portẽ-
to habitus, & Vrbe eiectꝰ eſt, ſcribit Aul.
6 Gell.lib.9.c.4.ex Plinij hiſto.li.7.c.4.cu
ius hæc ſunt verba; Ex fœminis mutari ĩ
mares non eſt fabuloſum; inuenimus in
Annalibus P.Licinio Craſſo, & C.Caſſio
Longino Coſſ. Caſſini puerũ factum ex
uirgine ſub parentib. iuſſuq; Aruſpicum
deportatũ in Inſulam deſertam, hęc ille:
quod etiam aliorum auctorum teſtimo
nio cõprobatur: ſcripſit.n. Licinius Mu-
tianus (teſte Perotto cõmentarijs linguæ
latinæ Epigrammate 2.) uidiſſe ſe Argis
Ariſcõtem uirum, cui antea fœminę no-
men Areſcuſæ, q̃ cũ puella ad nuptias tra
ducta

ducta eſſet, in virum euaſit, barba & virilitate proueniente, vxoremq; duxit: ſcribit quoque vidiſſe ſeſe Zinirtiæ puerum huiuſmodi immutatum. Plin. præterea lib. 7. c. 4. refert ſe in Africa vidiſſe Lucium Coſſitium Ciuem Triſditanū, nuptiarum ſuarum die, de puella in marē mutatum. ſubſcribit & S. Aug. de ciuita. Dei lib. 3. c. 31. Ad hæc antiquorum exēpla operępretium duxi recentiora quædam exempla depromere, de quibus Baptiſta Fulgoſius lib. 1. Regnante (inquit) Ferdinando Ludouico Guarnæ Salernitani ex quinque fœminis filiab. duę Franciſca, & Carola, poſt quintumdecimum annū nuptui traditæ ſunt, & tori vſu ambab. genitalia membra in marium morem erupere, mutatoque habitu publice pro maribus habiti ſunt, Franciſcus, & Carolus nuncupati: Eubuli quoque ſub eodem Rege puellæ viro diſpenſatæ, primo tori vſu effractis membranis virilia membra prodierunt: quæ domum repetens, dotemq; recuperans iudicio publico, inter viros pro viro ſemper habitus eſt, idque ita ſe habere affirmat optimus hiſtoricus Andreas Eborenſis eloquētiſſimus exemplorum memorabilium, tit. de miraculis, parte 3. q. caſus ſi nunquā continget, debebit Epiſcopus huiuſmodi irregularem, & non promouendum pronuntiare. Nam & Volaterranus teſtatur ſuo tempore virgini ipſa die traductionis hoc contigiſſe, & ad Alexandrū Pontificem pro expiationis atque abſolutionis cauſa rem hanc fuiſſe delatam; ita ille lib. 24. titu. de veſſica in fi. Rationem horum monſtrorum tradit Albert. Magnus libris de animalibus, lib. 18. tractat. 2. cap. 3.

Huc prope accedit ille caſus, ſi quis ſexum mentiatur, ideſt ſi maſculus adoleſcentulus imberbis ſe eſſe fœminam ſimulauerit, & ſic ſexu mentito inter monialium clauſtra ſit receptus, forte vt delitijs frueretur; vtrum egreſſus detectus vir, ſit ad ordines admittendus, etiam ſi nullam monialem vitiauerit, & res occulta ſit? Delictum hoc grauiſſimum eſt, & omni ſupplicio dignum, vnde quantumuis occulto hæc fecerit, omni eccleſiaſtico ordine eſt indignus; nam ſi vouit in eo clauſtro, tenetur perſeuerare ni clauſtro virorum, quando vouendi animum habuit Silu. in ver. religio. 3. q. 9.

Sed & ſi profeſſionem non emiſerit, vel ſi emiſerit animo abalienato ab obligatione, i. per fictionem, debet omnino cogi loco pœnæ ad ſubeundam religionem virorum, vt diſputauit Bartholom. Brixien. & refert Archi. in c. quod interrogaſti. diſ. 27. & probat c. vt clerici, cū gl. de regular. quicquid ibi delirando balbutiat Molinæus: non enim tunc ꝓmouebitur, quaſi dignus, ſed quaſi in pœnā ſimulatæ religionis, vt concludit Hug. in d. c. quod interrogaſti; alioqui ſi ea ꝓmotio inter clauſtra concederetur gratioſe, diceretur lucrū captare ea ex re, ob quā dignus eſt ſupplicio; nō enim debet mereri ex malo opere aliud, quàm pœnam; delictum enim non debet impunitatem præſtare. ff. de interd. & releg. l. relegatorum, in fi. Gemin. poſt alios Doct. in c. 1. §. caueant. de ſent. excommu. in 6. merito igitur clauſtrali obligatione cogi debet, & omnibus clauſtralib. onerib. ſ. promotioni ad certos, vel omnes ordines in maius pondus ſeruitutis, ſicut ille, qui ſuſpenſus eſt, ne diuinum officium dicat quomodocumque: nam per hoc non fit immunis, quin priuatim officiū dicere teneatur. Gem. & Doct. d. §. caueant: Hæc ſufficiant de viro ſexū mentiente: at èconuerſo de muliere mentiente ſexum, opportunius dicemus, cum de mulie-



mulierum irregularitatibus erit agendū proximo capite.

### *De ſexus Muliebris irregularitatibus.*

## CAP. XXVIII.

1 *Mulieres proprie non dici irregulares:*
2 *Mulier ad imaginem Dei non eſt creata.*
3 *Chriſtus quare aſſumpſit ſexum maſculinum.*
*Chriſtum repræſentare nō poteſt, niſi ſexus maſculinus.*
4 *Ordo eccleſiaſticus eſt medicina, non propter eum in quo eſt, ſed propter alterum.*
5 *Angelis non congruit poteſtas ordinis eccleſiaſtici.*
6 *Mulieri ordinis character imprimi non pōt.*
*Mulier aliquando dicitur presbyteriſſa, & ſacerdos.*
*Mulier diaconiſſa cur.*
*Mulier Abbatiſſa cur.*
7 *Mulier nec excommunicare poteſt, nec abſoluere.*
*Mulier ad altare ſeruire non poteſt; poteſt tamen altare ſumma deuotione pertingere.*
*Brigida tactu altaris lignum viride factum eſt.*
*Monialis vaſa, ac ſacras res contingere non poteſt.*
*Mulier quamuis docta prædicare non poteſt.*
*Canon presbytero nō permiſit diaconiſſam, etiam in neceſſitate publice baptizare.*
*Mulier benedicere more ſuperiorum non pōt.*
*Mulier detonderi in contemptum non debet.*
8 *Irregularitas etiam in muliere cōſiderari pōt.*
9 *A muliere ſexum mentiente inter maſculos facta, an rata habeantur.*
*Marina virgo virum ſimulauit.*
*Theodora virgo virum ſimulauit.*
*Pelagia virgo virum ſimulauit.*
*Mulieri virilem habitum ferre prohibitum eſt.*
10 *Mulier mentito ſexu habitans clauſtra virorum, quomodo punienda.*
*Mulier quæ habitum virilem ſumpſerat ſeueriſſime à Deo punita.*
*Ioannes Anglus, quem dicunt mulierem eſſe fabuloſe à multis narratur.*
12 *Electio de muliere facta ad beneficia eccleſiaſtica, eſt ipſo iure nulla.*
*Opinio communis ius non facit in ijs, quæ ſunt impoſſibilia.*
13 *Ordinati à muliere habita pro viro, nil receperunt.*
14 *Mulierem nunquam fuiſſe in Pontificatu, pluribus rationibus hic probatur.*

QVoniam de Hermaphroditis ab ordinum ſuſceptione repellendis tractauimus, quòd muliebris ſexus participes ſint, multo magis ipſum muliebrem ſexum repellendum eſſe natura, & ratio inſtituerunt. Nam multis viſum eſt vſque adeo mulieribus ordines non cōgruere, vt eæ nec irregulares quidem dici poſſint. Tabien. in verb. irregularitas. 4. in princip. Soc. in c. ſententiam, in 5. parte principali. q. 14. ad fin. ne cler. vel mon. nō enim ipſa capax eſſe poteſt vllius ordinis, ſiue maioris, ſiue minoris natura ipſa repugnante. S. Thom. 4. diſt. 25. q. 2. artic. 2. & gl. in c. diaconiſſam. 27. q. 1. Not. Abb. in c. noua. de pæn. & remiſſ. idem Abb. in c. dilecta, de maior. & obed. tex. in c. mulieres. & c. ſi. diſt. 32. Quæ ſicut characteris incapax eſt, ita nullum quodcumque officium ad ipſos ordines ſpectans, adminiſtrare poteſt, gl. in d. c. diaconiſſam, tex. in c. ſacratas, diſt. 23.

Harum autem incapacitatum ratio eſt, qa ipſa ad imaginem Dei creata non
2 eſt. Ambroſ. in Epiſt. Pau. 1. Corint. c. 11. & c. mulier debet. & c. hæc imago, 33. q. 5. & de maio. & obed. c. dilecta. in gl. Ordines vero illi ſoli competunt, qui vice Chriſti ad altare miniſtret, Ambroſ. 1. ad Tim. c. 5. merito mulier eos exercere non poteſt, cum nec vicem, nec perſonam Chriſti referre poſſit, ſicut enim ꝑ virum originale peccatū intrauit in mūdum, & non per fœminam, vt tradit S. Thom. 3. ſent. diſ. 12. art. 4. ad fi. & Chriſtus ideo aſſumpſit ſexum maſculinum, vt perfectum, & actiuum, ita quicumque vicem Chriſti vult repræſentare, debet eſſe

eſſe ꝓportionatus perſonæ Chriſti, quæ
proportio eſt in ſolo ſexu maſculino. per
quem humanæ naturæ reparatio fieri
debet, & non per fœmineum, vt ibi per
eundem S.Tho. Deinde ordo Eccleſiaſti
cus eſt quædam medicina, non propter
ipſum: in quo eſt, ſed propter alterum
quia collatus eſt, non in remedium per-
4 ſonæ, ſed Eccleſiæ. Ideo mulieri hoc non
congruit, vt ſit capax ordinis, ne videa-
tur eſſe caput in Eccleſia, contra naturæ
ordinem, c.eſt ordo. 33.q.5. Vnde nec
5 Angelis congruit hæc, vel alia poteſtas
ſacramentalis, in aliquo ſenſibili S.Tho.
4.diſt.24.art.1.ad 2.& 3.ideo nec Ange
lus habet conuenientiam in natura cum
Chriſto, qui eſt ſacramentorum auctor,
vnde non habet poteſtatem baptizandi
S.Thom.4.diſt.5.art.4.ad 5.

Si igitur mulier de facto ordinetur,
exeq̃ nihil poteſt: gl.in d.c.diaconiſſam,
cum nec ordinis character imprimat.
Archiepiſ. Flor.3.tit.29.c.6.verſ. Herma
phroditus: & omnes ſcriptores conſen-
tiunt. Contingit tamen aliquando mulie
rem nũcupari ſacerdotẽ, vt apud Aeneã
6 Silu. hiſtor. Boemicæ.c.16. quandoque
preſbyteram, vel diaconiſſam, ſed id ni-
hil ad ordinem ſacrum ſpectat, d.c.dia-
coniſſam: nam ideo dicitur, quia preſby
teri vel diaconi ſocia eſt, vel quia prępo
ſita eſt ad homilias legendas in choro
mulierum. gl.in d.c.diaconiſſam. Socin.
d.q.14. Archidia.d.verſ. Hermaphrodi-
tus, text. clarus in c.preſbyter. & c.fi.diſ.
32. Sed & ſi aliquando Abbatiſſa nuncu
petur, penes quam ſpeciali quodam iu-
re eſt iuriſdictio, cap.dilecta. de maiorit.
& obed. non tamen poterit exercere, quę
ſunt ordinis, vel quæ ab ipſo ordine de-
pendent; nam interdicere non poteſt. Ar
mil.in verb.interdictum.numer.24.nec
excommunicare, nec confeſſiones audi-
re, nec abſoluere a peccatis. d.c.noua.
vbi Abb. atteſtatur de communi Docto.
ſententia; idem Abb.in cap. de Moniali-
bus. de ſentent. excommun. de quibus re
bus eleganter ſcribit Dec. in l.fœminæ,
de regul.iur.num.41. glo.in d.c.dilecta.
Et vſque adeo à miniſterio ſacrorum or
dinum mulier excluditur, vt nec ad alta
re liceat illi deſeruire ſacerdoti celebran
ti, etiam ipſa neceſſitate vrgente: Archid.
in c.hoc quoque. de conſec.diſt.1.ad alta
re enim accedere prohibetur, vt preſby-
tero miniſtret, c.1.in fin.de cohab.cleric.
Dec.in d.l.fœminæ, nume.42. vnde reij-
cienda eſt ſententia. Vinc.in c.propoſuit,
in fi. de fil.preſbyt. qui putauit in neceſ-
ſitate valde vrgente, mulierem poſſe alta
ris miniſterio deſeruire.

Eadem ratione fit, vt moniales & ſi
Deo dicatæ ſint, nihilominus vaſa, ac res
ſacras tangere prohibentur, ex decreto
Bonifac.1. ſcribit Onuphr. in vita eius;
nec poteſt Thus deferre ad altare, diſt.
23.cap.ſacratas, ex decreto eiuſdem Bo-
nifac.1. Poſſet tamen tanta mulieris ſan
ctitas eſſe, quod ſi altaria, vel aliquid a-
liud ſacrum contingeret per vehementẽ
deuotionẽ nil peccaret, cuiuſmodi nar-
ratur de Sãcta Brigida Scota, ad cuius
contactum altaris lignum, in eius uirgi-
nitatis teſtimonium, ſtatim uiride factũ
eſt, tempore Iuſtini primi, cuius feſtum
ad Calend. Februar. celebrari olim con
ſueuerat. Veſtes quoque ſacratas, qui-
bus actu Deo miniſtratur, ideſt dum ſa-
cerdos actu ſacrificat, contingere nõ po-
teſt, tex.in cap.veſtimenta. de conſecrat.
diſt.1. Silu.in verbo fœmina. Alberic.in
uerb. fœmina. Summ. Conf.lib.3.tit.33.
de impedimen. ſexus, q.1. Mulier etiam
quantumuis docta prædicationis mu-
nus exercere prohibetur, capit.noua. de
pœnit.& remiſſio. cap.mulier. diſtin.23.





ad hunc enim ſexum non pertinet in Ec
cleſia docere, licet poſſit priuata exhorta
tione monere. Hugut. d.c.mulier. diſt.
23. S.Tho.4.diſt.5.art.4 ad 4.nec ad id
ſuffragabitur ſuperioris auctoritas, vel li
centia. Panorm.in c.decernimus. de iud.
quicquid contrarium dicat Deci. ibi, &
gloſ.in c.adijcimus, 17.q.1. nam contra
hos eſt dictum Apoſtoli prohibitorium
1.ad Corinth.c.14. Mulieres in eccleſiis
taceant, non enim permittitur eis loqui;
rurſum docere mulieres non permitto,
ſed diſcant in ſilentio. 1.ad Timot. c.2.

Quib. apoſtolicis locis conſtat mulie-
res diſpenſandas non eſſe ad prædicatio-
nis munus, cum nec virgini matri Marię
hoc à Domino fuerit diſpenſatum, vt di
citur in d.c.noua. Nam quę mulieri pro-
hibentur ob incongruẽtiam ordinis, ad
hunc ſexum nec per diſpenſationẽ cõce-
di debent. exẽplo nobis erit Petrus Ar-
chiepiſcopus, de quo Sophronius Sophi
ſta in prato ſpirit.c.3. Lipom.eod.prato,
c.3. nam cum is Cononem preſbyterũ
præpoſuiſſet baptiſmis conferendis, &
adoleſcentula quædam formoſiſſima ba
ptizanda eſſet, Conon veritus ne in con-
ferendo baptiſmo tentatione pulchritu-
dinis vinceretur, ab illius baptiſmo abſti
nuit, nec alius quiſquam ipſius loco ſub-
ſtitui poterat ad illud opus præſtandũ,
niſi diaconiſſa quædam, quã ſanctus vir
nullo modo admittere voluit ad baptiſ-
mi illius opus, ne ſanctorum patrum de-
cretis aduerſaretur, etiam ſi vrgeret ne-
ceſſitas: hæc ex eo loco.

Eadem ratione nulla mulier benedi-
ctionem impendere poteſt in ſignum ſu
perioritatis loco publico. d.c.noua, cũ gl.
Tamẽ ſimplici charitatiua, materna fra-
ternaq; benedictione vti poteſt. Silu. in
verb. fœmina, num.4. nec ſola hæc maio
ra munera mulierib. interdicta ſunt, ve-
rum etiam leuiora quædam: nam cum
ad ordinis obſeruantiam ſpectet cleri-
cos detonderi, diſt.23.c.prohibere, & c.
clericus. de vit. & honeſt. cleric. Diaz in
praxi canon. cap.70. tamen mulieribus
detonderi peccatum eſt, etiam ſęculari-
bus, c.quæcumque. diſt.30.cap.vxoratus.
de conuerſ.coniug. gloſſ. in Clemen. attẽ
dentes. de ſtat.regu.in verb. & cornutis:
quæ detonſio eſt accipiẽda etiam in ſim
plici orbiculari forma, expreſſim ſcribit
Silu.in verb. fœmina, num.3. ſed hoc in-
tellige ſi pertinaciter, & in contemptum
detondeant: alioqui ſi ex fatuitate, aut
ſimplicitate, non erit peccatum. Roſell.
in verb. fœmina. Rurſum hoc intellige
in mulieribus Deo dicatis, proprias do-
mos habitantibus, alioqui clauſtrales de-
tonderi poſſunt ex cõſuetudine, Archid.
in d.c.quæcumque, & in cap.2.20.q.2.
& quæſt.4.cap.2.& glo. in d.cap. atten-
dentes.

Rurſum intellige ſi ſe detondeant, vt
ſectentur aliquod nouum religionis ge-
nus ſuperſtitioſum à ſede Apoſtolica im
probatum; nam non carerent ſuſpicione
hæreſis, vt patet in Concil. Gangren. in
præfat.& c.17.& in c.quæcumque.

Ad præmiſſa pulchra oritur quæſtio,
an mulier cum ſuſpendere, interdicere,
vel excommunicare non poſſit, hæc ſi fa-
ciat, incurrat irregularitatem? irregulari
tas vera in muliere conſiderari non po-
teſt, nec quidem ex vero homicidio, quia
priuatio pręſupponit habitum, vt aperte
hoc docet in propoſita quæſtione Soci.
8 in d.c.ſententiam.5.parte princip.q.14.
effectus vero irregularitatis, qui ſunt ex-
cluſio, & depoſitio in ipſa muliere conſi-
derari poſſunt: nam ex hoc abuſu iuriſ-
dictionis poteſt priuari ſuis facultatibus,
& prærogatiuis, quia cum habeat aliqñ
ius conferendi beneficia, & ſubditos ha-

beat clericos cum plena iuriſdictione. c.
dilecta, de maio. & obe. & ibi Abb. Dec.
in d.l. fœmine, nu. 10. vbi citat Abb. in c.
cum dilecta, in 2. glo. de confirma. vtil.
vel inutili. poterit hęc mulier fieri irregu
laris, ideſt indigna iſtis facultatib. & ipſa
dignitate priuari, pp abuſum ſuæ iuriſdi
ctionis, ſicut alij in dignitate poſiti, c. ſi
quis Abbas, 10. q. 2. Socin. in d. q 14.

Ad mulierum irregularitates illa aptiſ
ma quæſtio adferri poteſt, ſ. an mulier ſe
xum ſimulans, i. ſe virum eſſe mentiens,
9 ita quòd inter viros pro viro habeatur,
an quæ egerit rata habeantur.

Sed ante omnia, ne fabuloſa propone
re videamur; hiſtoriam de his rebus tra-
ctantes ſubijciemus: Eugenia Philippi
conſulis filia, Eugenius credita Abbatis
officio fungi Alexandriæ meruit; in ea-
dem vrbe Euphroſina virgo ſub Smarag
di noīe latens, à pueritia contemptis nu
ptijs annos octo ſupra triginta, in mona-
chatu vitam ſanctiſſimã duxit, cui dies
feſtus ab eccleſia præſcriptus eſt Calẽd.
Ianuarij, ſed Symeon. Metaphr. eius vitã
narrat ſub die 25. Septemb.

In Achaia quoq; Marina virgo virili
habitu monachum repræſentans accuſa
ta eſt, quòd cum meretrice fornicata eſ
ſet, eamque prægnantem reddidiſſet,
quam accuſationem patienter ferens,
partum prægnantis accuſatricis diligen
ter nutriens, omne ſeruitium ab Ab-
bate impoſitum maluit patienter ferre,
quàm mulier detegi; ſed poſt obitum co
gnita, vnicum, & inauditum inter mona
chos cõuerſationis reliquit exemplum,
cui feſtus dies datus eſt ſexto dec. Calen.
Auguſti, & ſcripſit Lipom. tom. ſexto. in
præfatione vitæ alterius Sanctæ Marinę:
Theodoræ quoque Alexandrinæ idem
contigit, vt ſub virili habitu damnaretur
tamquam fornicator, & partum coacta
quaſi pater alere, paruit humiliter, & eũ
ad ſummam vſque virtutem educauit,
quaſi ꝓprium, vt ſcribit idem Metaph.
in eius vita, die vndecima Sept. Fuit &
Pelagius pro Pelagia ſub monachorum
habitu, vt tradit And. Eboren. lib. exem-
plorum memorabilium, tit. de veritate,
vlt. c. ex Marulo lib. 4.

Iſtis igitur caſib. non idem eſt, quod
in viro ſexum ſimulante; nam licet viro
intra moniales ſexum mentienti, mul-
tas pœnas irrogari à iure ſupradiximus,
quia nulla in eo pietas excogitari poteſt:
tamen iſtæ mulieres ſanctæ laudantur
ob ſummam pietatem ſeruandæ caſtita-
tis, & vt Chriſto liberius ſine hominum
moleſtia incognitæ deſeruirent, vt ſupe-
rioribus exemplis patet: generaliter ta-
men mulieribus virilem habitum aſſu-
mentibus anathema eſt. Concil. Grangr.
c. 13. habetur. 30. diſt. c. ſi qua mulier.

Nec propterea Eugeniæ prædictæ vl-
la culpa impingi poteſt, quòd indigne
Abbatis munus geſſerit, & virilia mune-
ra exercuerit benedicendo, prædicãdo;
nam id munus accepit inuita, & renitẽs;
deinde humilitate magiſtra ſolo Abba-
tis nomine eſt vſa, benedictiones mater-
nas, ac fraternas dando, at exhortatio-
nes, ac correctiones priuatas, intra clau-
ſtrum facere non prohibetur mulieri, vt
proxime diximus, & docet Hug. diſtin.
23. cap. mulier: Ideoque pie quiſque cre
dere debet, nihil eam omnino egiſſe,
quod ſexui repugnaret, & ob id ordines
minores non contuliſſe, baculo, & mitra
vſam non fuiſſe, ſic Spiritu ſancto eam
intus docente, vt tradit S. Antonin. hiſt.
part. 1. tit. 7. c. 6. §. 12.

Fateor tamen malam aliquando mu
lierem, peruerſa intentione clauſtra viro
rum ſubire poſſe, quo caſu grauiſſimis
10 pœnis punienda. Hug. in d. c. quod in-





terrogaſti, cogetur etenim vitam dege-
re, ob pœnitentiam perpetuam, in clau-
ſtro mulierum, & inter eas profeſſionẽ
emittere, Hug. & Archidiaco. d. c. quod
interrogaſti. Silu. in verb. religio 3. verſi.
nono quæritur, eiſdem rationibus, qui-
bus & vir profiteri cogitur, vt aliàs dixi-
mus: Quòd ſi huiuſmodi mulier huma
no iudicio non puniatur, ſeuerius etiam
in hoc ſæculo à Deo punietur, vt narrat
Greg. Turon. quòd cum Simon Antio-
chenus quadraginta, & vltra annos in co
lumnis ita ſolitarius vixiſſet, vt nec ab
vlla vnquam muliere, nec ipſa matre ſe
videri permiſiſſet, mulier quædam ſum-
pto virili habitu, ad eum accedere ſta-
tuerat, in ipſo tamen Eccleſiæ limine ca
dens mortua eſt, vt ſimulatio illa, quan-
tum impia eſſet cognoſceretur ex Dei
vltione. ſic ille lib. in glor. confeſ. c. 26.

Vertitur igitur in dubium, quid iudi-
candum de ijs, quos mulier ſexum men
tiens, ad ordines promouerit, Chriſma-
te linierit, an ij exercere ſuſceptum ordi
nem poſſint? an vero reiteranda ordina-
tio? exemplo afferri poteſt illa, quam
11 ego puto fabuloſam narrationem de Io
anne VIII. Pontifice Anglo, quam fœmi
nam incertum, & ignarum vulgus nar-
rat, an ordines, & reliqua ab eo collata
fuerint nulla? ita vt ab eo ordinati reor-
dinatione indigerent: & ſane cum om-
nis electio ad beneficia eccleſiaſtica de
12 muliere facta ſit irrita ipſo iure, vt do-
cet Aegid. in c. licet. de electio. in 5. quęſi
to, in verbo abſque vlla exceptione, in
verſ. ſexto dico; quod probat Iacobatius
in tractat. de Concil. lib. 3. titu. de excep.
hæres. in Pap. verſic. & idem in infante;
conſequens eſt, quæ ab illo facta ſunt,
infecta ſint, non ſolum quia iuriſdictio-
ne careat, verum etiã, quia mulier omnis
poteſtatis ſacerdotalis incapax, & quod
nõ habet ipſa, dare non poteſt; vulg. re-
gula; nec communis opinio facit ius, qa
in ijs quæ de ſui natura ſunt impoſſibi-
lia, cõis opinio ius non facit. Doct. in l.
Barbarius. ff. de offic. præſ. ideoque qui-
cumque ad ordines ab ea promoti ſunt,
nihil exercere poſſunt; ſed cum primum
id ſciant, Pontificis veri diſpenſationem
quærere debent: qui ſi digni ſunt, prę ſer-
tim ſi in ſuſceptis ordinibus non admi-
niſtrauerint facile à Papa obtinebunt. Al
beric. in verb. ordo. 3. in princip. Summ.
conf. de ætat. ordin. q. 8. Verum eſt tamẽ,
13 quòd quamdiu hic ignorauit, ſe à mu-
liere ordinatum, quicquid adminiſtra-
uit circa ſacramenta, habet ſuos finales
effectus: quia ſumm⁹ ſacerdos Chriſtus
ſupplet defectũ, ne decipiatur eccleſia,
S. Thom. 4. diſtinc. 24. Silu. in verb. Ba-
ptiſmus 6.

Propterea ego puto eſſe commenti-
tium hoc, quod de eo Ioanne octauo cir
cumfertur; tum quia hiſtoricorum ne-
14 mo palam id dixit, ſed omnes aut du-
bitant, aut referri atteſtantur; cum tamẽ
eo tempore quo eum regnaſſe ferunt,
quamplurimi vixerint hiſtorici, nemo-
que illorum huius fabulæ meminerit;
quod longa oratione probat Onuphr. in
Pontificum chronologia diligẽtiſſimus,
in ſcholijs ad Platinam in hoc ipſo Pon
tifice; & ſane veriſimile non eſt, Roma-
num hunc cœtum, tam oculatum rebus
in omnibus, in hoc tanti ponderis negõ
tio allucinatum eſſe: non. n. tanta leuitas
in Cardinalib. credenda eſt, nec in ocu-
latiſſimo populo, vt ſcribit Bald. in cap.
licet. de electio. & refert Iacobat. in tra-
ctat. de Concil. lib. tertio, in titul. de ex-
ceptio. hæretic. contra Pap. verſicul. de
Hermaphrodito; nam vel initio, vel
progreſſu temporis, rem detegi opor-
tuit, vel ſaltim morte; quo fit, vt cre-

damus ſi vere mulier extitiſſet morte detecta, quòd multi in Romana Eccleſia tumultus excitati fuiſſent pp acta ipſo ſuo pontificatu, quę reſciſſa eſſe nullus niſi fatuus ignorabit; ne videretur eccleſia fauiſſe hæreſi Quintilianorum, & Pepuzianorum, qui mulieribus ſacerdotium permittebant. Auguſtin. lib. de hæreſ. 27.

Ideo quomodo fieri potuit, vt tot Cardinales, Epiſcopi, & preſbyteri ob tot ſacramenta adminiſtrata ſicco pede tantũ facinus prætermiſerint? vel Eccleſia omnino diſſimulare potuerit tantam rem; in qua de Dei ſummo negotio ageretur? Quare cum de ijs nihil oĩno, & ne minimum quidem motum in eccleſia factũ conſtet, certe & illud neceſſarium videtur, ſ. quòd nullus unquam Pontifex mulier extiterit; video enim quòd cum Cõſtantinus laicus fauore Tothonis Nepeſini ad Pontificatum aſpiraſſet, & per vim coacto Gregorio Præneſtino Epo, ad ordines ſacros promotus fuiſſet, quia id ſacris canonib. aduerſabatur, à Pontificatu non ſolum depoſitus eſt hic Conſtantinus, verum etiam cõgregatum Romæ Cõcilium, quo decretum eſt, vt qui à Conſtantino eo anno ſui Pontificatus promoti erant, Epatum dimitterent, ad priores ordines redirent, & preſbyteri, ac diaconi ſuos ordines ſcirent ſe inaniter ſuſcepiſſe; quinimmo reliqua omnia ſacra irrita habita ſunt, pręter baptiſmũ, & chriſma; vt fuſius de ijs Platin. in Stepha. III. & alij recentiores; cur igitur nõ ijdem motus excitati fuiſſent in Eccleſia ſi moriente eo Ioanne VIII. Anglo, ſexus Eccleſię innotuiſſet? omnia ſurſum deorſum verſa in Vrbe, atq; extra, quis nõ audiſſet? totoq; orbe de hac re agi, ſcribi, annotari, & vel lippis, & tonſorib. vbicũque locorum nota fuiſſe? hiſtorias oẽs, Annales, Chronica eius temporis, quis non hoc portento impleſſet? cum tamen neminem omnino eo tempore id feciſſe conſtet. Nam Regino, & Otho Phriſingenſis, & Vrſpergenſis illius pene ſæculi ſcriptores huius rei penitus nihil meminerunt. Fuit quidem Ioannes Anglus Papa, ſed ferũt eum valde effœminatum, ꝙ Theodoræ nobili ſcorto in oĩbus obſequeretur, perinde atq; ab ea Põtificatus adminiſtratio penderet: eamque ob rem Ioanni fœminæ cognomen impoſitũ eſt, vti conſtat ex Luitprando eius temporis ſcriptore.

*De Monialium irregularitatibus.*

## CAP. XXIX.

1 *Moniales quadam ratione irregulares dici poſſunt.*
2 *Vela Monialium quinque, & plura.*
*Velum profeſſionis ſacrum.*
*Velum conſecrationis ſacrum.*
3 *Moniales raro conſecrantur, & quæ*
*Velum ordinationis difficile conceditur monialibus, quæ expertæ ſint matrimonium.*
4 *Velum prælationis quibus detur.*
*Prioriſſa, & Vicaria non inſtituuntur cum velidatione.*
*Velum continentiæ viduarum eſt.*
*Velum in prima detonſione, & habitus aſſumptione ſolet dari monialibus.*
*Velum aliud datur Conuertitis, quas dicunt Pœnitentes.*
5 *Moniales prohibẽtur eſſe omnes mulieres ſcandaloſæ, vel reprehenſibiles.*
6 *Moniales aliquando fiunt inuitæ iudicio Eccleſiæ.*
7 *Moniales eſſe non poſſunt mulieres contagioſæ morboſæ, demoniacæ furioſæ*
8 *Monialibus obſunt omnia impedimenta, quæ poſſunt inficere tam corpus, quàm animam.*
*Veſtales virgines quibus ſuperſtitionibus admittebantur*
9 *Hermaphroditus non poteſt fieri monialis, etiam ſi incaleſcat in fœminam.*
*Illegitima mulier monialis eſſe nõ prohibetur.*
10 *Clericari prohibitus, non prohibetur monachari.*
11 *Illegitima monialis nõ poteſt fungi prælatura.*





*Abbatiſſa dicitur conſtituta in dignitate.*
*In electionibus ſuperior non cenſetur velle diſpenſare ad præiudicium eligentium.*
12 *Monialis, quæ eſt de linea eorum, qui occiderunt proprium Epiſcopum, non poteſt fungi vlla prælatura.*
*Monialis filia conſtituti in ſacris eſt infamis.*
*Monialis filia ſcænici eſt infamis.*
*Infamis eſt quiſquis ordinari non poteſt.*
13 *Religionis ingreſſu licet tollatur omnis irregularitas, non tamen reddit habilem ad prælaturas.*
*Corrupta fieri non poteſt Abbatiſſa.*
14 *Bigama mulier Abbatiſſa fieri non poteſt.*
*Bigama etiam eſt quæ poſt votum præuaricatur.*
15 *Reprehenſibiles mulieres non ſunt facile in clauſtro ad profeſſionem admittendæ.*
*Annus probationis conceditur, tam gratia monaſterij, quàm profitentis.*
*Monaſteria mulierũ maiore cura egent, quàm virorum.*
16 *Moniales profeſſæ delinquentes, non eijciuntur à clauſtro, niſi pro atrociſſimis.*
*Monialibus, quæ genera pœnitẽtiarum imponat Baſilius.*
17 *Conſecratio paucis monialibus conceditur, & quibus.*
*Reprehenſibiles moniales prælatura fungi non poſſunt.*
*Abbas criminoſus ab Epiſcopo deponi poteſt, etiam inuito monaſterio.*
*Argumẽtum valet ab Abbate ad Abbatiſſam.*
18 *Abbatis nimia ſimplicitas; aut negligẽtia ſufficit ad eum deponendum.*
*Abbatiſſa non ſumens Euchariſtiam ſingulis menſibus, reprehenſibilis eſt.*
*Moniales irregulares dici poſſunt aliqua ratione.*
*Monialis qua ætate ad prælaturas admitti debeat.*
*Maria Magdalena ſine diſpenſatione Abbatiſſa non eſſet.*
19 *Abbatiſſa eligenda ſub debita forma, alias reijcitur.*
20 *Abbatiſſa eſſe non poteſt, quæ per uim aliquam monialem ad religionem admiſerit.*
21 *Abbatiſſa eſſe non poteſt; quæ impedierit ſine cauſa eam quæ votum emittere ſtatuit.*
*Abbatiſſa inobſeruans regulæ non eſt toleranda.*
*Abbatiſſa incauta, non caſta, immiſericors, indiſcreta, non ſobria, deponi poteſt.*
*Abbatiſſa, & aliæ prælatæ ſuſpendi poſſunt à ſuis officijs.*
22 *Conſecratio reiterata omnem monialem facit criminoſam.*
23 *Conſecratio monialium eſt quoddam ſacramentale, & ideo non varianda.*
24 *Abbatiſſa ante confirmationem adminiſtrare prohibetur.*
*Abbates, & Abbatiſſæ, quibus cauſis ante cõfirmationem adminiſtrare poſſint.*
25 *Abbatiſſa excommunicare nõ poteſt moniales nec abſoluere; aut ſuſpendere; aut interdicere.*
*Abbatiſſa poteſt ſuſpendere à beneficio clericũ ſubditum.*
26 *Abbtiſſa nullum velum monialibus imponere poteſt; præter velum habitus; vel profeſſionis.*
*Abbatiſſa publice benedicere non poteſt.*
*Abbatiſſa confeſſiones audire non poteſt.*
*Abbatiſſa prædicare non poteſt, quamuis docta.*
27 *Papa etiam aliqua poteſt contra Apoſtolum.*
28 *Monialis vnius habitus, non poteſt fieri prælata; in monaſterio alterius habitus.*
29 *Abbatiſſa etiam mutilata aliquo membro eſſe poteſt.*
30 *Vidua conſecrari non poteſt regulariter.*
31 *Conſecrationis velum dari non poteſt quomodocumque corruptæ moniali.*
*Virginitas animo perdita recuperari poteſt.*
*Virginitas perditur omni pollutione cum conſenſu.*
32 *Conſecrationis velum eſt negandum moniali indignæ, etiam ſi inde ſcandalũ naſceretur.*
33 *Monialis quomodocumque etiam occulte corrupta; debet abſtinere ab omnibus officijs cõſecrationi competentibus.*
*Baptiſmus non reſtituit integritatem mulieri corruptæ.*
34 *Virgines puellulæ non perdunt virginitatem, per actus quoſdam inhoneſtos.*
*Virginitas non amittitur fluxu ſeminis inuoluntario.*
*Virginitas non amittitur à dormiẽte, vel ebria ſtuprata.*
35 *Virginitas etiam amittitur per vim, conſenſu accedente.*
36 *Virginalis clauſtri corruptio à Medicis facta, non obeſt ne virgo permaneat.*
*Conſecrationis velum ſi ab Abbatiſſa imponatur moniali; nil actum videtur.*
37 *Virginum velamen repræſentat integritatem matrimonij Chriſti ad eccleſiam.*
38 *Epiſcopus non poteſt delegare ſacerdoti facul-*

*tatem imponendi velum conſecrationis monialibus.*

*Papa demandare poteſt ſacerdoti; vt velum conſecrationis imponat Moniali*

*Forma non ſeruata, nil actum videtur.*

*Pontificale Epiſcoporum eſt ſeruandum, & habet vim iuris.*

39 *Aetas; quæ requiratur in velis monialium accipiendis.*

40 *Monialis profiteri non permittitur, niſi præuio examine.*

41 *Conſecrationis monialium facienda tempora.*

42 *Conſecratio monialis, quocumque tempore in neceſſitate fieri poteſt.*

43 *Argumentum trahi poteſt à ſacramentis ad cõſecrationem monialium.*

44 *Monialis conſecrata nubens excommunicata ipſo iure eſt.*

*Epiſcopus non diſpenſat ſuper bigamia.*

45 *Moniales violantes interdictum ſunt ineligibiles*

46 *Moniales violant interdictum vtendo proprijs officijs.*

47 *Monialis non poteſt tranſire de vno monaſterio ad aliud.*

48 *Monialis impudica à clauſtro expellitur.*

49 *Monialis pretio recepta excludenda à clauſtro.*

50 *Monialis, quæ nimium differt votum profeſſionis, a clauſtro eijcitur.*

51 *Mulier qualibet poteſt leuare puerum de baptiſmo.*

*Monialis commater fieri prohibetur, & in confirmatione, & baptiſmo.*

*Compatres ſunt fideiuſſores filij ſuſcepti de fonte.*

52 *Compater tenetur filium ſuſceptum fidem docere.*

CVm proximo anteriori capite de muliebris ſexus irregularitate tractauerimus, operæpretium eſt, vt hoc loco de religioſis mulieribus,
1 quas moniales dicunt, pleno tractatu agamus; nam & in ſuis ordinibus, ac miniſterijs impedimenta quamplurima pati poſſunt: aliqua enim ratione irregulares fieri poſſe videntur, vt ſcribit Armil. in verb. interdictum, nume. 57. Impedimenta autem monialium omnia, præcipue verſantur circa eorũ velamina, ideo primum de ijs breuibus agendum eſt: Quinque enim vela permiſit Eccleſia in
2 monialium ordinibus, de quibus Pet. de Palud. 4. diſt. 38. gloſ. in c. illud. 20. q. 1. poſt Hug. quæ ponit tantũ quatuor, quæ ſolis virginibus competunt, at quintum viduis congruit.

Primum igitur eſt velum profeſſionis, quod puellis prima voti aſtrictione imponitur tam viduis, quàm virginibus commune, & hoc eſt ſacrum. 20. q. 2. c. puella.

Secundum velum eſt conſecrationis, quod ſolis virginibus iam profeſſis imponitur, gl. in d. c. illud. in verb. velamen. text. in c. placuit. 20. q. 1. & c. iuuenculas.
3 & diſtin. 77. c. placuit. nec paſſim omnes virgines profeſſę conſecrantur hoc ſecundo velo, ſed eæ ſolæ, de quibus extat laudabilis, & inſignis conuerſatio, & quæ tria vota emiſerint, & non ſint de ordine mendicantium. Archiepiſc. Florent. quem refert Tabien. in verb. virginis conſecratio, & Silu. in verb. conſecratio: immo nec omnes, quæ ſunt eiuſmodi conſecrantur, ſed perraro hoc velum imponitur.

Tertium eſt velum ordinationis, quo in diaconiſſa creanda vtuntur Epiſcopi: eſt enim hic diaconatus, nõ qualis in ſacro ordine maſculorũ, ſed genus nudi officij, quod per benedictionem, & Breuiarij traditionem prælati, virgo ſuſcipit, vt in choro mulierũ, vel officium inchoet, vel homilias legat; non. n. aliter hoc officium præſtare ei liceret. Hodie tamẽ cõi cõſuetudine, cum velũ cõſecrationis imponitur, hoc etiam officium accipiũt ſine vlla alia veli impoſitione; & hoc velum ordinationis diaconiſſæ, difficile datur monialibus, quæ aliquando matrimonium expertę ſunt; vt habetur Cõcil. Conſtantipol. 6. c. 48.

Quar.



Quartum eſt prælationis, quod ob antiquam profeſſionem laudabilemque, ac diuturnam conuerſationem, rerumq; monaſterialium vſum, quaſi prudentioribus cõfertur: in qua re nullum ſpeciale velum imponitur, ſed ſimplex prælati datur benedictio: cap. indemnitatibus. verſic. ſane. de elect. lib. 6. vt in Abbatiſſis inſtituendis tradit Hug. & poſt eum glo. in d. c. illud. Prioriſſæ vero, & Vicariæ huiuſmodi benedictionem non ſuſcipiunt. gl. in d. cap. indemnitatibus. in verb. Abbatiſſa.

Quintum eſt velum continentiæ, & obſeruationis, quod viduis tantum imponitur, præter illud, quod habuit qñ ab initio ingreſſa eſt, ꝓbatur in c. vidua. 27. q. 1. vbi aperte ꝓbatur in vidua duo hæc vela exiſtere: hoc autem etiam virginibus competere poteſt, cum tamen virginale velum viduis congruere non poſſit. c. deuotis. 20. q. 1. nec quidem ſi Epiſcopus velit, vt ibi.

Addi poteſt & ſextum velum album, quo ab initio in prima detonſione imponitur, cum ſuſceptione habitus: de quo poſſet etiam intelligi Concil. Trident. Seſſ. 25. c. 17. de regular.

Poteſt addi, & ſeptimum, quod datur pœnitentibus, quas Conuertitas dicunt. Concil. Trident. Seſſ. 25. c. 18. de regul. Circa igitur hæc omnia vela plurima impedimenta canonica verſari poſſunt, de quib. ſigillatim ordine pertractabimus.

Omnis igitur mulier, quæ irreprehenſibilis non eſt, ſed reprehenſione digna,
5 vt puta ſcandaloſa, petulans, non debet ad clauſtrum admitti, text. iuris ciuilis, in authen. quomod. oport. Epiſc. §. quanta. Sed quia iura ciuilia eccleſiaſticas ꝑſonas non ligant, ideo totum hoc negotium arbitrio Epiſcopi, vel ſuperioris reſidere debet, pro ratione loci. Quo vero ad excõmunicatas, hæreticas, ſchiſmaticas, atque aliter flagitioſas, ſicut & clericos ab ordinibus eijciendos dicemus, ita & has à clauſtro excludemus; imo tãto magis, quãto periculoſius reliquę virgines corrumpi poſſunt, vt concludit Baſil. lib. de inſtit. monachorum.

Aliquando tamen pœnitentes, quæ in ſæculo fuerunt criminoſæ, & repre-
6 henſibiles in monaſterium detrudũtur, non volentes, ſed inuitæ ad perpetuam pœnitentiam peragendam, ad mandatum ſuperioris, c. fraternitatis, vbi plena gloſ. diſtinct. trigeſimaquarta. facit cap. ſi ille. diſtinct. quinquageſima, & cap. de lapſis 16. q. 6.

Aliquando vero etiam volentes, vt propriæ vitæ quærant remedia, & iſtæ admittuntur. Concil. Trident. Seſſio. 25. dicto cap. decimo octauo, & Conuertitę appellantur, quæ aliorum regulis non ſubſunt, ſed proprijs quibuſdam inſtitutis vtuntur ſeorſum habitantes à virginum clauſtris, vt ibidem. Si igitur in quouis monialium genere aliqua contagioſa ſit, morboſa, dæmoniaca, furioſa, ante profeſſionem excludenda eſt, ſicut & maſculi quoque non promouerentur: ſtolidas vero, ac rudes, aut hebetes, nil prohibet eas recipi poſſe; cum plerumque ſanctiores ſint: Surdas autẽ, cæcas, claudas, mutas, gibboſas, nullo iure impediendas puto, quandoquidem in his maior & religio, & ſubiectio futura eſt.

In ſumma omnis defectus, qui alijs virginibus obeſſe poteſt, vel ratione mali exempli, vel ratione imitationis delicti, vel ratione ſcandali, vel ratio-
8 ne infectionis, tam animi, quàm corporis, impedimento eſſe debet, ne inter moniales recipi poſſit, vel retineri, vt expreſſim habetur, de ſtatu



regul.

regul.c.1.lib.6. At ij defectus, qui propriam ipſius patientis perſonam ſolam attingunt, nec ad alias tranſeunt, nullo iure impedimentum adferre poſſunt canonicum; ideoque quaſcunque deformitates habeat monialis, non æque excludi debet, vt maſculus ſolet excludi ab ordinibus, quia claritas perſonæ, quæ requiritur in maſculo, eſt propter ordinē ſacrum; ad miniſterium corporis Chriſti; à quo excluditur omnis notabilis deformitas corporis, S.Thom.4.diſtin.25.q.2.artic.fin.& 3.q.82.artic.final. ad 3. quæ ratio ceſſat in moniali, in qua nil conſideratur, niſi pietas, & religio in Deum nullam habens publicam adminiſtrationem, quaſi in ſolitudine verſans, quod vel ipſum nomen monachatus indicat, cum pro mortuis habeantur, ſoli Deo viuentes, ſolam præ ſe ferentes triſtitiam.c.placuit.26.q.1.quod confirmatur ex eo quod deformitates plerūq; ingredientibus religionem faciliſſime diſpēſantur, vt ſuis locis opportune hoc volumine diximus.

Quæ omnia tanto magis obſeruanda ſunt, quanto longius diſtant ab Ethnicorum legibus ſuperſtitioſis, in quibus conſtitutum fuerat virgines Veſtæ dicari non potuiſſe, ſi lingua debili, ſi diminuto ſenſu aurium, aut parte aliqua corporis deformes fuiſſent, vt refertur ab Aul.Gell.lib.1.c.12. Nam ſi monialium monaſteria inſtituta ſunt, vt Deo famulari longe à ſæculo poſſint, & vt propriç ſaluti tutius incumbant, non ſunt conſiderandi defectus huiuſmodi, ſicut nec conſideramus illam eorundem ethnicorum ſuperſtitionem, qua iubebant, ne virgo maior eſſet annis 10. vel ne Patrima, aut matrima eſſet, ideſt alterum parentem ſiue patrem, ſiue matrem haberet ſuperſtitem; aut ſi emancipata eſſet, aut ex patre emancipato nata, aut ex patre, qui aliquando fuiſſet ſeruus, ſeu ſordidam aliquam artem exercuiſſet; aut ſi ipſa alteram ſororem inter eaſdem veſtales haberet, aut ſi pater eius in Italia domicilium nō haberet, nec ſuperſtites tres liberos: Hæc quia ſuperſtitioſa ſunt, & Chriſtianæ diſciplinæ contraria, de eis nulla conſideratio haberi debet: Nam prædicta omnia nihil obeſſe, aut impedire poſſunt, quin ad religionis ingreſſum, & ad profeſſionem huiuſmodi virgines admittantur.

Hæc generatim dicta ſint: at non fuerit incongruum, ſi ſpecialius ad monialium canonica impedimenta trāſeamus;
9 primum illud occurrit, quod ex ſexu venit, nā hermaphroditus, nec inter mulieres admitti debet, nec quidem ſi plus incaleſcat in fœminam, quàm virum, pp illas reliquias, quas vt maſculus exercere poſſet; nam ſicut eunuchos, & caſtratos infra eas non admittimus, qm̄ Venerem (& ſi ſterilem) turpib. complexib. exercere poſſunt, vt ſcribit S.Baſil.lib. de virginitat.& Epiſt.87. Ideo longe magis hermaphroditi reijciendi, cum præterea ad monſtra pertinere videantur, & infames, quamquam ſola hæc naturæ infamia a clauſtro eos non excludit, ſed periculum caſtitatis.

Illegitimæ vero mulieres, tametſi ab ingreſſu religionis non arceantur, ſicut nec illegitimi maſculi, gl. Abb. in c.fi.de fil.presb.per illum text.& per c.1.eod.tit. Tabien.in verb.Ordo.4. Archid.in c.1.diſt.56.& ibid.Hug.vbi oēs probant illegitimum admitti ad religionem; ita ſane & de mulierib. dici pōt, nam & ſi quis prohibeatur fieri clericus, non tñ prohi-
10 betur monachari. Abb.in c.in quibuſdā 1.col.de pœn. ſed licet ingreſſus cōcedatur; tamen ipſis ingreſſis, omnis prelatura

ra



ra vetita eſt. Abb.ibid.colum.2.in princ. per text.ibi.

Hinc fit, vt eodem exemplo virorum & ſi mulierem illegitimam ad ingreſſū religionis admittendam putem, non tamen prælatura eam fungi pmittere debemus, ſ. vt Prioriſſa, Vicaria, & multominus Abbatiſſa fiat, tex.gl.& Abb.in d.c.in quibuſdā gl.in c.indemnitatib. §.1. in verb.canonica.de electio.lib.6.& poſt eam Geminian. ibidem, qui hinc inde diſputando hoc cōfirmat, & ego ſequor, nam honor eſt Abbatiſſam fieri, & multa cautione prouidēdum, quomodo eligatur. vt d.c.indemnitatib. Conc.Trid. Seſſ.25.c.7. merito non debet illa alijs pręfici, quę natalium maculam patiatur, præſertim quia cum per electionem fiāt hæ prælaturæ, ſuperior non cēſetur velle diſpenſare ad præiudicium eligentiū, Fely.quem refert Tabien.in verb. beneficium.2.num.20. Eligentes vero diſpenſare non poſſunt, merito requiritur tam ſuperioris, quàm eligentium plenus conſenſus, quod ſonat in diſpenſationem: ideo ſi opus eſt diſpenſatione, apparet ipſo iure eas admitti non poſſe, & ita ſentit Tabien.in verb.diſpenſatio.5.verſ.21. licet idem contrarium videatur dicere in verb. virginis conſecratio.

Propterea in filiab. illegitimis principum, quæ ob educationem egregiam virtute pollent cōcludi poſſet, eas poſſe admitti, ac facile diſpenſari, vt exemplo eſt Edilberg Anglorum Regis filia illegitima, quæ pro merito virtutum Brigenſis Monaſterij Abbatiſſa conſtituta eſt, vt ſcribit Beda hiſt. Angl.lib.3.c.8.

Eadem ratione ſi Monialis aliqua ſit ob progenitorū lineam infamis, vel ob
12 factum alienū, non autē ob ſuum, cuiuſmodi caſum ponere poſſumus in parente occidēte prælatū proprium, certe plihuius occidentis, vſq; ad quartam generationem irrogatur pœna priuationis oīum honorum, & famæ, vt d.c.in q buſdam.de pęn. merito cum hæc proles ſit infamis, certe à prælatura excluditur, niſi diſpēſetur, probatur d.c.in quibuſdā. rurſum exemplo eſt filia conſtituti in ſacris, nam infamis eſt.c.cum multa.15.q.8.ſed & filia ignobilis ſcænici, vel hiſtrionis, quia infamis eſt, à prælatura excludi debet, niſi diſpenſetur, arg.d.c.in quibuſdam. nam cui ordinum ſuſceptio prohibet infamis eſt, 6.q.1.c.2.& ibid. Archi. merito cum iſta proles ab ordinib. excludatur ob infamiam, cōſequens eſt, quod & in mulierib. eadem procedat infamia & irregularitas, & ſit oī honore indigna, præſertim plātura, arg.d.c.in quibuſdā.

Et licet oīs macula videatur tolli religionis ingreſſu, ſaltim diſpenſatiue, non tñ ita abſtergitur, vt ad prælaturam red
13 datur quis idoneus, vt diximus ſupra, cū de legitimato religionis ingreſſu ageremus: merito hæc infamis monialis admiſſa ad profeſſionem, non poterit ſine diſpenſatione prælatura fungi.

Quæ oīa extendenda puto ad vtrāq; infamiam tam facti, q̄ iuris, arg. eorum quæ ponit Spec.in tit.de diſpenſ.§.iuxta; verſ.17.& dicemus infra, qn̄ de infamibus agendum erit. Propterea ſi qn̄ huiuſmodi infames ad Abbatias admittūtur, id non niſi ex diſpenſatione fit, & ex cauſa forſan neceſſitatis, gl. optima in c.tuā. de ętat.& qual.gl.in c.expoſuiſti, p̄ illum tex.de corp.vitiat. videtur tex. in c.accedens.§.fi.diſt.50.

Corrupta quoq; virgo quantūuis pœnitens, & irreprehenſibiliter viuēs, in Abbatiſſam promoueri nō pōt abſq; diſpēſatione. Io.And.in Clem. Attendentes.de ſtatu Regul.in verb. Rationabilis.& ibid. Paul.Eleaz.& Ioan. de Imol. Eaq; diſpēſatio

ſatio à ſolo Papa petenda eſt, Deciſ.Toloſ.295.Iuxta quod citat Borgas. de diſpenſ.par.3.concluſ.4.nu.40.in fi.

Bigama etiã mulier ab Eccleſiæ eleemoſynis, ac miniſterio ſacerdotum excluditur, tametſi ſexageſimum annum
14 exceſſerit,tex.in c.quomodo.31.q.1.& diſ.28.c.ſi qua vidua. S.Paul.1.ad Tim. c.5.Hęc igitur nec Abbatiſſa fieri poteſt. Nam ſicut maſculus bigamus ingredi quidem religionem poteſt,cap.ſeriatim. diſt.32.& ibi glo.tamen ad prælaturam non eſt admittendus,ſine diſpenſatione, ut de bigamo ſuo loco dicemus; ita nec bigama Abbatiſſa fieri poteſt, ut expreſſim tex. dicit in auth. de ſanctis Epiſc.§. diaconiſſam.& in auth. quomod.oport. Epiſc.§.quanta.& diſt.78.c.nemo. C.de Epiſco.& cler.auth.diaconiſſam,intelligẽdo Bigamam eſſe etiam eam,quę poſt votum caſtitatis pręuaricatur, 27.q.1.c. quotquot; nam nec cũ hac Bigama Eps diſpenſare poteſt,vt ibi per gl. & licet ſupradicta iura ſint à iure ciuili, tñ quandoque etiam Epiſcopi poſſunt ea imitari.c.1.de nou.oper.nunc.

Sed & illæ virgines, quæ correctione aliqua dignæ ſunt,uel reprehenſibiles ex graui cauſa,nõ debent facile ad clauſtrũ
15 admitti, annus etenim ꝓbationis vtriuſque ratione conceditur, tam monaſterij, quàm ipſius ingrediẽtis,c.Gondiſaluus, 17.q.1.& de regul.c.ad apoſtolicę;merito fit,ut ſi ea monaſterio nõ placuerit ob quamlibet cauſam,quaſi indigna loco licite excludatur.arg. Concil.Trid.Seſſio. 25.c.16.& hoc caſu non tam grauis cauſa requiritur, ſufficit enim quęlibet cauſa,quę poſſit adferre damnum, uel notã alijs ſanctimonialib. maior enim habenda eſt animaduerſio in fœminarum monaſterijs,q̃ uirorum;longe enim accuratior,maiorq; in fœminarum vita,quàm monachorum diſciplina requiritur, ut diſerte ſcribit Baſil. lib. de Inſtitutione monachorum,& ideo caute hoc eſt agẽdum,antequam ad profeſſionem admittantur;at poſtq̃ admiſſę fuerint, & ſi ſint correctione dignę (nõ tñ atroci delicto)
16 non excluduntur,ſed pœnitentia iniungenda, ut liquet apertiſſime ex Baſil. in li.cui titulus, Animaduerſiones circa canonicas:ubi pro iureiurando,pro maledicto, pro criminatione in conſociam, pro quauis contumacia,ꝓ ſuſurratione, pro futili garritu, pro ſcurrili ſermone, pro immodeſto riſu, pro obedientia ꝓcaci, pro indiſcreto clamore, pro ꝓteruia aduerſus correptiones ſuperioris, ꝓ collocutione cum extraneis nõdum obtenta uenia,pro murmuratione in defectu rerum neceſſariarum, pro reſiſtentia aduerſus iuſſa, pro exquiſitiore ornatu, pro acceſſu ultroneo ad propinquas, ꝓ nutu oculorum,aut prauo geſtu, ꝓ omiſſione diuinorum extraneis colloquẽdo, pro commutatione operum iniuſſu ſuperioris,pro contumaci reſpõſione,& murmuratione, proprias quaſdam irrogat pœnas:quibus caſibus,quia iam admiſſę ſunt nõ excluduntur,nimirũ pœnis ſufficientibus;uerumtamẽ quę ſunt eiuſmodi,& præmiſſarum culparum reæ, quia minus laudabiliter uiuunt, non debent facile conſecrari:quoniam eę ſolę conſecrantur,quarum laudabilis eſt conuerſatio,& pręclara: Archiep.Florent. quem
17 refert Tabien.in uerb.uirginis conſecratio. Silu.in uerb.conſecratio. Propterea quia per has culpas imprudentię notatę ſunt,& reprehenſione dignę,alijs pręfici non poſſunt: Vnde non debent fieri Abbatiſſę,Prioriſſę, uel Vicarię, uel quouis modo nũcupẽtur prælatę, auth. quomo. oport.Epiſc.§.quanta.arg.Concil.Trid. Seſſ.25.c.7.Incip.Abbatiſſa.





Quinimmo ſicut Abbas crimino ſus poteſt ab Epiſcopo deponi inuito etiam conuentu, 18.quæſt.2.c.ſi quis Abbas, eadem quoque ratione, & Abbatiſſa vel præfecta,à qua maior monialium pẽdet diſciplina;nam propter leues cauſas, vt Abbates,ita Abbatiſſæ deijci poſſunt,ſiue de præfectis, ſiue de præficiendis loquamur.gl.in d.c.ſi quis Abbas, vbi etiã Hug.qui dicit poſſe eum tex.extendi ad ſimilia: Nam de Abbate ad Abbatiſſam iure valet argumentum, per text.in titu. Qui feud. dar.poſſ. & ibi hoc notat Iaſ. colum.2.verſicu. in text.ibi Abbas. ideo ſicut de Abbatibus loquitur, ita & de
18 Abbatiſſis loqui poteſt: ſola enim nimia ſimplicitas, & negligẽtia ſufficit ad depoſitionem Abbatis, vt ibi: ſed & illa quaſi negligens videbitur,& indigna pręlatione, quæ ſingulis menſibus Euchariſtiam non ſumpſerit, & ideo illaudabilis ex hoc ſolo eſt,arg. Concil.Trid.Seſſ. 25.cap.10.

In ſumma concludendum eſt, quòd quamuis circa mulieres proprie irregularitas nõ verſetur,vt aliàs diximus: tamẽ quodammodo irregulares dici poſſunt quoad proprios ordines illis competentes, puta quando non poſſent eſſe prælatæ, vel benedicere,ſuſpendere,interdicere. Armill.in verb. interdictum. nu.57.latius Soc.in c.ſententiam. 5.par. princ.q.14.ad fin.ne cler. vel mon.facit. d.c.ſi quis Abbas.cum gl.& eſt text.in d. c.indemnitatib.§.1.in verb.canonica,ibi digna.de elect.lib.6.

Nec ſolis prædictis exceſſibus, prælatura fungi non permittitur monialis, verum etiam ꝓpter diuerſas alias cauſas: nam ſi minor ea ætate ſit, quę prælaturę requiritur, hoc canonico impedimento obſtante excluditur; ſed de hac ætate varia iura conſcripta ſunt; nam Leo primus quadraginta annos requiri voluit; vt in ipſius vita decantat Eccleſia: Deinde Gregorius primus ſexagenariam eſſe voluit.20.queſt.1.c.iuuenculas, ex ſententia S.Paul.ad Timo.c.5.circa eadem tempora Iuſtinianus Imperator (licet id iuberet quod ad ipſum non pertinebat) quinquagenariam eſſe voluit, in authen. quomod.oport.Epiſcop. §. quanta, niſi neceſſitate vrgente in minore ętate diſpenſanda eſſet: ut ibidem. verſic.ſi vero quędam.idem.C.de Epiſcop.& cler. l.nullam: poſtea Bonifacius Octauus trigeſimum annum pręfixit.c.indemnitatibus.de electio. lib.ſexto. Poſtremo loco Concil. Trident. Seſſio.25.cap.7. duas exigit temporis metas, videlicet quòd ſit quadragenaria, & quòd poſt ꝓfeſſionem octo annos laudabiliter uixerit: diſpenſari tamen ex neceſſaria cauſa poterit ad annum trigeſimum, & ad annum à profeſſione facta quintum, ut dicto cap.ſeptimo. ſunt ergo tria pręcipue neceſſaria ex eo loco, quòd quadragenaria, quòd à profeſſione octo anni lapſi ſint, Tertium quòd laudabilis, vel irreprehenſibilis hos annos pręterierit; ex quibus aperte conſtat Sanctam Mariam Magdalenam, atque aliam quamlibet quantumuis ſanctę in ſolitudine degentem non poſſe fieri Abbatiſſam, ſine Apoſtolica diſpenſatione, ut capit. cum monaſterium. de electio.cum gloſ. ſicut & profeſſa in uno habitu, non poteſt fieri Abbatiſſa in alio, ut infra dicemus.

Pręterea Abbatiſſa,& quęuis pręfecta fieri prohibetur, niſi electionis forma legitime obſeruetur,quę primum à Boni-
19 facio VIII. pręſcripta eſt in d.c.indemnitatibus, Piſanell.in verb.electio. §.fin. Hodie uero ex Cõcil.Trid.Seſſ.25.c.6. pręcipue reqritur, ut uota ſecreto expetantur;

tantur; quod ſi contrafactum fuerit non
ſolum electio ipſa irrita eſt, verum etiã,
quæ aliter ſe eligi permiſerit, ad omnia
officia in religione obtinenda, inhabilis
exiſtet: quod totum quaſi intelligere poſ
ſumus, vt per hanc formam non ſerua-
tam, ea monialis fiat irregularis in ſuo
genere.

Abbatiſſa quoq; eſſe non poterit, tam-
quam anathemati ſubiecta ea, quæ virgi
20 nem per vim ad religionẽ admiſerit, vel
adiumentum, aut pręſentiã, conſenſum,
auctoritatem ſcienter præſtiterit cogen-
ti, vel etiã conſilium, vel fauorem; iſtis.n.
caſib. incurrit ipſo facto excommunica-
tionem, & conſequenter fit inhabilis, &
deponenda. d. Seſſ. 25. c. 18. quæ tamen
cenſura non incurritur in coactione, quę
de iure permittitur, ſcilicet cum in pœ-
nam aliqua mulier monialis fieri cogi-
tur, vt in c. impudicas. 27. q. 1. & c. ſi ho-
mo. & eſt tex. in d. c. 18. Eadẽ ratione ſi
volentem ingredi, volentemq; velari vel
votum emittere, quoquomodo, ſine iu-
ſta cauſa impedierit, anathemati etiam
21 ſubijcitur. d. c. 18.

Si præterea Abbatiſſa inobediens &
inobſeruans regulę ſit, nec cõſtitutiones,
ac reliqua ad ipſam religionem ſpectan-
tia obſeruet, vel obſeruari faciat, indi-
gna eſt, quæ promoueatur, & quæ ꝓmo-
tã toleretur: nam ex Concil. Trid. d. Seſſ.
25. c. 1. tenetur ad hæc obſeruãda: ergo
contrafaciendo ſcienter contumax eſt,
& inobediẽs: tex. clarus. in c. ſi quis Ab-
bas 18. q. 2. ibi diuina præcepta.

Sunt etiam canonica impedimenta,
ne Abbatiſſa permaneat, hæc uidelicet,
ſi ſit incauta, ſuperba, non caſta, immiſe-
ricors, indiſcreta, minime ſobria; nã ob
hæc deponi poteſt, vt d. c. ſi quis Abbas
cum glo. vbi licet loquatur de Abbate,
idem omnino eſt in Abbatiſſa.

Poſſunt præterea Abbatiſſæ, & aliæ
monialium præfectę ab ipſarum officiis
ſuſpendi, & contrauenientes maiori cen
ſura innodari; exemplũ eſt in Concil.
Trident. Seſſio 25. c. 17. vnde quodam-
modo fiet irregularis ex huiuſmodi ca-
nonico impedimento in adminiſtratio-
ne proprij officij.

Conſecrationis quoque iteratio Ab-
batiſſam excludit; quinimmo quãcum-
que monialem reddit ſumme crimino-
ſam, & quodammodo irregularem, arg.
68. diſtinct. cap. primo. & cap. Eccleſijs:
22 huiuſmodi enim conſecratio compara
ri videtur, quo ad hoc, ad alia ſacramen
talia, argument. cap. Eccleſijs. de conſecr.
diſtinct. prima. eſt enim hæc conſecra-
tio quoddam ſacramentale, in quo nul-
la imperfectio, vel variatio eſt ponenda.
S. Thom. 4. diſtinct. 38. cum in huiuſ-
modi conſecratione gratia recipiatur;
23 vt ibi, & Piſanell. in verb. virginis conſe-
cratio. Et eadem ratione, aliæ omnes
conſecrationes iterari non poſſunt, ut
alias dicemus, cum de iteratione ſacra-
mentorum agendum erit: Hoc autem
verum eſt, quando debita forma conſe-
crationis ſeruata eſt, & ab eo qui aucto-
ritatem habebat, puta ab Epiſcopo,
alioqui reiterari poteſt, capitu. preſby-
teri, diſtinct. 68. vbi hoc dicitur ad li-
teram.

Sed & illa Abbatiſſa, quæ electa qui-
dem eſt, ſed non confirmata, exercere of-
24 ficium prohibetur; nam ante confirma
tionem adminiſtrare, eſt iure interdictũ
omnibus electionibus, quibus eſt neceſ-
ſaria confirmatio, cap. qualiter, & capit.
noſtri. de electio. & quicquid iterum agi
tur, irritum eſt, vt dictis locis, & capit.
bonæ memor. Magun. de electio. & de
præbend. cap. cum iam dudum, & vbi-
que Doct.

Ali-



Aliquibus tamen caſibus ante confir
mationẽ adminiſtratio permittitur. Pri-
mum eſt, ſi à confirmante tam longe ab-
ſit, vt non ſine periculo differri admi-
niſtratio poſſit; tunc enim adminiſtrabit
c. nihil. §. fi. de elect. quæ diſtantia accipiẽ
da eſt, vel ex cõſuetudine interprete, vel
ex ratione negotij. gl. in d. c. nihil. in ver-
bo Italia: Secundus eſt in conſecratione
rerum, quę tempore conſeruari non poſ
ſunt, licet cautius agat abſtinendo, ſi alię
moniales poſſint adminiſtrare; id tamen
impune agere poteſt. Laur. in d. c. quali-
ter. & ibi gl. Tertius eſt, quando à maio-
ri parte eſt electa, & pendet cognitio ob-
iectorum contra ipſam, tunc impune po
terit adminiſtrare, vt patet in d. c. indem
nitatib. verſ. ſi vero ad illam: Quartus eſt,
quando per compromiſſum eſt electa, ſi
opponentes non fuerint duplo maiori
numero, quàm conſentientes, tunc etiã
adminiſtrabit. d. c. indemnitatib. verſic.
cæterum, & hæc eadem ponit Piſanel. in
verb. electio. §. fi.

Abbatiſſa etiam certa, & limitata ha-
bet munera, vnde excommunicare non
25 poteſt moniales. c. dilecta. de maior. &
obed. nec abſoluere, de ſent. excommu.
c. de monialib. vbi Abb. Dec. in l. fœmi-
næ. ff. de reg. iur. nu. 41. ſuſpendere quo-
que, & interdicere non poteſt, cum hoc
ſit claues exercere, quę ſolis maſculis cõ-
petunt. gl. in d. c. dilecta. in gl. magna. Ar
mill. in verb. interdictum. nume. 24. po-
teſt tamen approbante conſuetudine ſu
ſpendere à beneficio, quia cum conferre
poſſit, Dec. d. l. fœminæ. num. 10. Abb. in
c. cum dilecta. in 2. gloſ. de confirm. vtil.
vel inutil. ſequitur, vt & ſuſpendere à be
neficio poſſit: Sed nec vela cõſecrationis,
prælationis, vel ordinationis poteſt im-
ponere monialibus ſuis; ſicut nec altera
monialis alteri imponere poteſt, gloſ. in
26 c. dilecta. de maior. & obed. 20. q. 2. cap.
ſtatuimus. & c. puella. in fi. At velum ꝓ-
feſſionis, vel habitus ipſa Abbatiſſa ex
conſuetudine poteſt imponere: Benedi-
cere quoque non põt in ſignum ſuperio-
ritatis in loco publico, gloſ. d. c. noua. de
pœnit. & remiſſ. qua ratione nec aquam,
nec veſtes poteſt benedicere in forma
Eccleſiæ, d. c. noua. Piſan. in verb. Abba-
tiſſa; ſed charitatiua, materna, ſeu frater-
na benedictione vti põt. Silu. in verb. fœ-
mina. nume. 4. Confeſſiones quoque au-
dire non poteſt, nec abſoluere, nec confi-
tentibus ſacramentaliter pœnitentiã im
ponere. d. c. noua. & ibi Abb. & in d. c. de
monialib. de ſentẽ. excommu. & Dec. in
d. l. fœminę. num. 41. Prædicare etiã non
permittitur publice, quantumuis docta.
d. c. noua. nec ad hoc ab vllo ſuperiore di
ſpẽſari poteſt. Abb. in c. decernimus. de
iud. ſuperiorem intellige inferiorẽ à Pa-
pa, nam Papæ poteſtas tãta eſt, vt aliqua
etiam poſſit cõtra Apoſtolũ. c. ſacroſan-
27 ctæ, 22. diſt. Archid. in c. ſubdiaconus,
diſt. 34. Rot. deciſ. 447. in nouiſ. Silu. in
verb. excommunicatio. 5. verſic. ſed circa
prædicta dubia: de hac tamen prædica-
tione mulierum dixi latius ſupra c. 28.
quando generaliter de mulierib. locu-
ti ſumus.

Illud non eſt hoc loco prætermitten-
dum, quòd quęlibet monialis quantum-
uis profeſſa, & laudabiliter viuens ſub
28 vno habitu, tamen Abbatiſſa, vel præla-
ta fieri non poteſt in alio ordine, vel reli-
gione diuerſi habitus, etiam alijs omni-
bus requiſitis concurrentibus. hoc expꝛeſ-
ſim decretum eſt in Conc. Vien. habetur
in Clem. 1. de elect. Ideo quæuis ſancti-
mõnialis ſolitaria inter Anachoretas vi-
uẽs, cuiuſmodi S. Maria Magdalena, de
iure Abbatiſſa fieri non poſſet ſine Apo
ſtolica auctoritate, propter dictam Cle-

menti-

mentinam: Mutila io vero, meo quidem
iudicio, nihil canonicum inducit, ne
Abbatiſſa fieri poſſit; nã & ſi uno careat
oculo, aut manum aridã habeat, ſi clau-
29 da ſit, gibboſa, gutturoſa, aut quemlibet
defectum corporis patiatur, nil obeſt
quominus prælatura fungi poſſit, ex iis
quæ ſcribit gl. in c. expoſuiſti. in glo. ma
gna, ibi, ſed ſolicitudinẽ, de corp. uitiat.
uidetur text. de Abbate monachorũ, in
c. accedens. in fi. diſt. 50. quod trahi po-
teſt etiam ad mulieres.

Hæc ſufficiant quoad monialium, &
prælatarum impedimenta: Modo ordo
expoſcit, ut de cõſercatione monialium
agamus, quibuſve canonicis impedimẽ-
tis conſecratio uitietur, aut denegetur:
Quatuor enim ſunt conſiderandi defe-
ctus, alij enim naſcuntur ratione eius,
quæ conſecratur: quidam ratione eius,
qui conſecrat: quidam ex forma ipſius
conſecrationis: quidam ob tempus, de
quibus ſigillatim tractabimus. Et pri-
mo ex ea perſona, quæ conſecratur pri-
30 mus defectus eſt, ſi ſit uidua. Nam quia
uidua uirum cognouit, & nõ eſt uirgo,
conſecrari non poteſt. c. uidua. & c. uirgi
nes, 20. q. 1. & 27. q. 1. c. uiduas autem;
nam & ſi uelum continentiæ poſſit acci-
pere à puro ſacerdote, d. c. uidua. & ibid.
gloſ. & gloſ. in cap. deuotis. ead. q. 1. Ta-
men ad cõſecrationis uelum nõ eſt ad-
mittenda, nec quidem de Epiſcopi di-
ſpenſatione, d. c. deuotis. in fi. & d. cap. ui
duas autem. eſt enim ratio myſtica: quia
cum hæc cõſecratio ad integritatem car
nis ſpectet, quæ in uirgine eſt, nõ in ui-
dua, ſequitur ut illi competere nõ poſ-
ſit. S. Thom. 4. diſt. 38. & propterea cum
inuenimus in iure uiduas ſacro uelõ ue-
lari, ut in cap. uidua quidem, 27. q. 1. ibi,
ſacrum uelamen, & 20. q. 2. c. puella. ibi,
ſacrum, non de hac conſecratione intel-
ligitur, ſed de illo uelo profeſſionis, &
continentiæ, quod ipſa uidua de ſe ſu-
mit ab altari. ut d. c. uidua, 20. quæſt. 1.
Silu. in uerb. cõſecratio uirginum; quod
ideo ſacrum eſt, quia ſub eo ipſa ſanctifi
catur per uotum, & profeſſionẽ; & ideo
nõ imponitur cum ea benedictione ex-
terna ſicut conſecratio, quæ ſacramenta-
lis eſt. Thom. 4. diſt. 33. tex. in d. cap. de-
uotis: Nam ſolis uere uirginib. debetur,
ut ibi per eum, unde quantumuis occul
31 te corrupta, non eſt conſecranda etiam
ſi ſcandalum naſcatur ob id, quod non
conſecratur, ut proxime dicemus.

Qua ratione abſoluitur illa quæſtio,
num vidua dicatur illa, quæ viro quidẽ
nupta eſt, ſed ante copulam vir mortuus
eſt, vel antequam commiſcerentur, tran
ſijt ad religionem, & profeſſa eſt etiam
inuito viro, quod poteſt, ex Conci. Trid.
ſeſſ. 24. can. 6. an hæc ſit vt virgo conſe-
cranda, ſi corpore ſit incorrupto? & ſane
quia matrimonium inquantum ſacra-
mentum, & animorum coniunctio vir-
ginitatem non tollit, ſequitur eam virgi-
nem permanſiſſe, & ideo conſecrari poſ
ſe, arg. c. Valentino. diſt. 34. & c. debitũ,
de bigam. vbi Abb. & idem Abb. in c. 2.
de conuerſ. coniug. & ſic eſt vnus caſus
quo vidua virginali cõſecratione digna
eſt, quod eſt notabile. Corrupta igitur ſi-
ue animo, ſiue corpore efficitur indigna
conſecratione; de corruptione corporis
nulli dubium, cum virginitas per corru-
ptionem ſit irrecuperabiliter deperdita;
vnde coronari non poteſt, c. ſi Paulus,
32. q. 5. & ſic nec conſecrari. c. ſi quis nõ
iratus, vbi gl. 15. q. 1. glo. in c. ille autem.
32. q. 5. Nam quandoque etiam abſque
omni humano complexu contingere po
teſt mulieri culpabilis corruptio: cõper-
tum eſt enim aliquando virginem à ca-
ne redditam fuiſſe prægnantem, vt ſcri-

bit



bit Volater. lib. 24. tit. de Veſſica, ubi ad-
dit crimen illud expiari non potuiſſe, ni-
ſi ſummi Pontificis diplomate obtento:
Aelianus quoque hiſt. anim. lib. 7. c. 18.
ſcribit de muliere à cane per commix-
tionem cognita: Vnde in viſitandis Mo
naſterijs monialium, iure canes omnes
eijciuntur.

Quod vero dixi, animo; intellige ſi p
proxima, & quaſi certa ſigna animi, cor-
ruptio corã Eccleſia videatur poſſe de-
monſtrari; veluti ſi cum viro dormierit,
ſi complexus, aut oſcula adfuerint, etiã
ſine vlla corporum commixtione, hæc
vt virgo conſecrari non debet; probatur
ex Cypriano Epiſt. 11. lib. 1. habetur 27.
q. 1. c. nec putet aliqua. idem Aug. epiſt.
109. ad Monachas, habetur 32. q. 5. ca.
nec ſolo; ſi tamen hæc tam occulta eſ-
ſent, vt neſciri omnino viderentur, &
per ſummam pœnitentiam animo per-
dita virginitas recuperaretur, vt poteſt,
S. Tho. 2. 2. q. 152. poſſet Epiſcopus, vel
confeſſor arbitrari an cõſecrari debeat;
nam corpore eſt integro, & ipſa carne &
poſt pœnitentiam etiam animo integra
eſt, ideo virgo eſt.

Quandoque vero cõtigit, vt clauſtrũ
pudoris integrum quidem ſit, ſed p ſum
mam cogitationem & concupiſcentiam
calore interno excitato, ſemẽ excidatur,
& effluat; nam cum eo caſu irrecupera-
biliter perdatur carnis integritas, ex con
ſenſu S. Tho. d. q. 152. merito vt corru-
pta, licet occulte non eſt conſecranda, d.
c. nec putet aliqua: neque enim inde prę-
mium, & coronam mereri debet, vnde
pœna, atq; ignominia debeat: Ideo quan
tumuis occulta ſit hæc carnis corruptio,
ſiue à maſculo, ſiue à fœmina, ſiue à ſpõ-
te, ſiue alio extraneo mouẽte, indigna eſt
hoc ſacro velo. S. Thom. d. diſt. 38. & d.
q. 152. Alber. in verb. virginum, & Piſa-
nell. in verb. virginis conſecratio: Quod
adeo uerũ eſt vt, & ſi ſcandalũ naſceret,
32 ex eo qđ conſecratio negatur, oĩno non
eſt cõſecratio cõcedenda; potius ſcanda-
lum permittendum, q vt ſacramentalia
varientur, S. Tho. ibid. ideo multi puta-
runt, ut ſcandalum euitetur, poſſe Epm
deludere hanc monialem, quæ cõſecrari
uult, ut ſ. omnia externa ceremonialia
fiant, omiſſis ſolis ſubſtantialib. uerbis,
ac factis. ita ſenſit Silu. Alber. Hoſt. Goff.
& Piſan. quod uno ſolo caſu probat Pet.
de Palud. qñ ea corruptio innotuit Epi-
ſcopo per confeſſionem: accedẽtem ete-
nim monialem repellere non poteſt, ipſa
uero petens, grauiſſime peccat, & quicũ-
que eam inducit, aut conſuluit, ſed tacẽ-
tes non peccant; ideo potius eſt ipſi mo-
niali conſulendum, ut ſe ſubtrahat ab
eius cõſecrationis petitione, quàm quod
deludatur, & magis tutum, ac pium eſt;
habita ratione eius quod ſcribit Caieta.
in ſummula, in uerbo, Virginis conſe-
cratio, ubi ita habet: Nec putet quis
puellas integras carne, mente autem &
negligentia, ſeu complacentia pollutio-
num delectabilium corruptas, à conſe-
cratione repellendas eſſe, quia irrecupe-
rabiliter perdiderunt uirginitatis uirtu-
tem. poſſunt enim conſecrari, quia ſunt
uere uigines ſecundum ſtatum, licet nõ
ſecundum uirtutem. hæc ille.

His omnibus illud optime conuenit,
quod ſcripſit Ray. quòd ſcilicet quæ-
libet occulte corrupta ante, uel poſt con
33 ſecrationem ab omnibus officijs abſti-
nere debet, quæ ex monaſterij conſuetu-
dine conſecratis uirginib. ſolent compe-
tere, donec ſuper ijs fuerit per Epiſcopũ
diſpenſatum. Silu. in uerb. conſecratio
uirginum. Alberic. in uerb. uirgo. text.
in capit. virgines. 27. quæſtio. 1. & capit.
quotquot. quod pcedit in omni uelata

ſiue

ſiue virgine,ſiue vidua: qa ea corruptio aufert ei omnia officia,quæ propter virginitatem, vel continentiam illi competebant, vt dictis locis: quæ omnia adeo vera ſunt, vt& ſi occultiſſima corruptio baptiſmum præceſſerit, tamē baptiſmus non eam reſtituit, ideo conſecrari nō poteſt, Silu.in verb.baptiſmus. 6.q.1. & in verb.irregularitas.q.28.Illa vero puella, quæ ante annos diſcretionis aliquid delectabile commiſit circa opera carnis,
34 conſecrari ſua ætate poterit, quia virginitatem non amiſit,cum deliberatio nō adfuerit,& ob ætatem nullus delectationis impetus inualuerit. Piſanell.in verb. virginitas, verſi.vtrum puellæ, facit c.1. de delict.puer.

Corrupta quoq; non videtur ea,quæ fluxum ſeminis patitur, quia ſuperexcreuerit,&ex ſola infirmitate cauſatur, permanet enim virgo, S.Thom.2.2.q.152. merito conſecrari poteſt: Quæ vero dormientes, aut ebriæ ſtupratæ ſunt, niſi mente prius fuerint corruptæ, virginitatem quidem non amittunt.S. Thom.4. diſt. 33. tamen quo ad conſecrationem non mihi videntur admitti poſſe, quia nonnihil deterius eſt in iſtis, quàm in illis,quæ vim paſſæ ſunt, quod aperte reperio in Armill.in verbo,virginis conſecratio.§.1.

Vim pati,ſtuprarique virginem inuitam dicimus eam, quæ animi renitentiā habuit vſque ad exitum ipſum turpis actionis,alioquin ſi per vim adducatur,vt metu adducta conſentiat, volens ſtuprata eſt,non inuita;voluit enim illud,quod
35 in ipſa agitur,vt viuere poſſet: Ideo hoc genus monialium caret laude virginitatis,& ob id indignum eſt ipſa conſecratione:Sed ſi corrupto corpore per vim, etiam mentem ipſam incorruptam gerat, licet virgo permaneat,tamen nō eſſe conſecrādam Leo Papa conſuluit,32.q. 5. cap.illæ, cuius verba expedit ſubijcere: Illæ(inquit) famulę Dei,quæ integritatem pudoris oppreſſione barbarica pdiderunt,laudabiliores erunt in humilitate,ac verecundia, ſi ſe incontaminatis non audeāt comparare virginib. quamuis enim oē peccatum ex voluntate naſcatur, & potuerit corruptione carnis mens inuita non pollui,minus tamē hoc illis oberit,ſi quod potuerunt animo nō amittere, ſe doleant vel corpore perdidiſſe.hæc ille: quibus verbis conſtat uirginitatis meritum ob uim nō minui,ſed augeri:Tamen propter difficultatem penitus abnegatæ delectationis,& quia internam integritatem Eccleſia nō cognoſcit,ſed ſolam externam corruptionem inſpicit,ideo iudicat corruptam S.Tho. 4.diſt.38.q.1.art.4.Ideo eam non coronat, cum factum,non voluntatem inſpiciat,15.q.1.c.ſi quis non iratus. reliqua uero priuilegia non perdit, ſicut adultera non eſt,quæ uim eſt paſſa in d.c.illę.& ff.de adult.l.uim paſſam:Nec ei infamię irrogatur.l.1.ff.de poſtul.& 3.q.2.c.infames,ut de ijs fuſius S.Aug. lib.1. de ciuit.Dei,c.18.

Si uero alia ratione uirginalis clauſtri eruptio facta ſit, quàm per oppreſſionē concubitus, puta, ſi medicinali arte, aut facto obſtetricum,proculdubio uelāda, & conſecranda eſt.S. Thom.d.q. 152. quo loco dicit, nihil plus hoc caſu præiudicari uirginitati, quàm ſi corrumpatur pes, uel manus; idque affirmat ex Aug.d.loco:Non opinor(inquit) quemquam tam ſtulte ſapere, ut huic perijſſe aliquid etiam de ipſius corporis ſanctitate putet,quamuis membri illius integritate iam perdita.

Hæc quoad defectus monialis conſecrandæ. Alius autem defectus ex perſo-

na.

na ſcilicet cōſecrantis,ille eſt, ſi ipſa Abbatiſſa, aut quæuis monialium præpoſita,velum hoc conſecrationis imponeret; nam nihil actum videretur, quia etſi velum profeſſionis, vel habitus de conſuetudine poſſint imponi à ſimplici ſacerdote,aut ab ipſa Abbatiſſā, vel præpoſita;tamen reliqua velamina prælationis, ordinationis,& cōſecrationis ab eis imponi non poſſunt; vt iam diximus ex c. dilecta.de maio.& obed. & c.ſtatuimus. 20.q.2. ſicut nec vna monialis alteri ea imponere poteſt,ead.q.2. c.puella.in fi. ſed ipſorum impoſitio ſoli epiſcopo ſuperiori competit.c.deuotis. 20.quæſt.1. Alberic.in verb. velum.Abb.in capit.1.
37 de temp.ordin. S.Thom.4.diſtinct.38. vbi eius rei rationem adfert, quòd ſicut per matrimonium carnale repræſentatur matrimonium ſpirituale inter Chriſtum & Eccleſiam, quantum ad fœcunditatem,ita per velamen virginum, repræſentatur idem matrimonium, quantum ad eius integritatē, vt patet per omnia ea,quæ proferuntur, & aguntur in ipſa impoſitione velaminis.

Propterea ſolus Epiſcopus velat virgines,ac velando deſponſat,non ſibi, ſed Chriſto quaſi ſponſo paranymphus, & amicus; de ijs Tabien.in verb. virginis,
38 num.1.Alberic.in verb.virginum. Piſanell.in verb.virginum.

Quæ vſq; adeo vera ſunt, vt nec Epiſcopus alij ſacerdoti poſſit hanc impoſitionem delegare.gl.in cap.omni tempore de conſecr.diſtin.4. ſicut nec reliquas conſecrationes eccleſiarum, vel altariū, d. cap. omni. Papa vero puro ſacerdoti hoc demandare poteſt, c. peruenit. diſt. 95.vbi glo.Tertius defectus eſt circa debitam formam,nam ſeruanda eſt in omnibus; quòd ſi de ſubſtātialibus aliquid omittatur,nihil actum eſt, & erunt omnia ex integro repetenda, c.presbyteri. diſtinct. 68. quæ autem ſint neceſſaria conſtat ex ipſo Pontificali, quo eſt vtendum in iſtis,& habet vim iuris:Tabien. in verb.conſecratio. Silu. in verb.conſecratio virginum.q.ſi.quod ſi non obſeruetur ea forma,erit defectus ex ipſa conſecratione.

Nunc ſupereſt,vt quartum defectum inquiramus,qui à tēpore naſcitur: tempus dupliciter accipimus vel pro ætate perſonæ, vel pro circunſtantia quadam conſecrationis faciendæ; & primum de ætate ad velum requiſita agamus; certa
39 enim ætas ſingulis velaminibus imponendis exigitur, quam breuiter explicabimus. Primo etenim ingreſſu, quo habitus, velumque album accipitur in prima tonſura hodie (omiſſo iure veteri) ante annum duodecimum aſſumi non poteſt, ex Concil.Trident.Seſſio.vigeſima quinta,cap.decimo ſeptimo, & nec ſola ætas hæc ſufficit, vtrum etiam debet examinari voluntas puellæ,an ſpōte,ac coacta ingrediatur clauſtrum, an ignoret quid agat, ut ibi: At ad velum profeſſionis accipiendum, licet iure veteri duodecimus annus completus ſufficeret, vigeſima quæſtio.ſecunda,capit. puella,glo.& Hug.20.quæſt.prima.c.illud. Hodie tamen quia, quæ profiteri vult adulta eſſe debet,cap.firma, vigeſima quæſtio.1.operæpretium fuit, maiorem ætatem expectare: Iccirco eiuſdem Concil. decreto ſextuſdecimus completus annus expectari debet; & tunc integer quoque annus probationis expletus eſſe, vt profeſſionis velum accipiat, d.Seſſio.vigeſima quinta,c.decimo quinto, quæ duo tempora adhuc non ſufficiunt, niſi etiam voluntas virginis, quæ ꝓfiteri vult per Epiſcopum,vel uicariū,
40 uel quemlibet ab eo delegatū ſit examina-

nata, an lubens, an ſciens onus, quod ſubit, & an deliberate profiteatur; Et ideo ad hoc examen faciendum menſis præſcriptus eſt ante profeſſionem faciendã, vt moneat Epiſcopus, quo interim examinare poſſit, qui mẽſis ſi p Abbatiſſam negligentia, forſan prætermitteretur, incurreret ipſa pœnam ſuſpenſionis, d. c. 17. Et hæc omnia licet de virginibus dicta eſſe conſtet, tamẽ & viduis profeſſionem emittere volentibus congruunt; at in Conuertitis locum habere forſan hoc non poteſt cum ipſe inter moniales non adnumerentur, arg. d. Concil. Trid. ead. Seſſ. c. 18. in fin.

In velo autem conſecrationis annus vigeſimuſquintus præſcriptus eſt, c. placuit, 20. q. 1. & c. placuit. diſtinc. 77. gl. & Hug. in d. c. illud; & apud omnes ſine diſceptatione eſt: ſed & in velo ordinationis olim alia ætas requirebatur, hodie vero alia, nam quia per Epiſcopũ benedictio dabatur, cum traditione breuiarij, vt monialis ipſa poteſtatem ſuſciperet homilias in Choro legendi, & officia inchoandi, quadrageſimus annus exigebatur, 27. q. 1. c. diaconiſſam. glo. & Hug. d. c. illud. & diſt. 78. c. nemo. & C. de Epiſc. & cler. authen. diaconiſſam. Hodie vero communi conſuetudine, cum conſecratur anno 25. eadem ſimul illis poteſtas confertur, nullumq; ob hoc diſtinctum velum imponitur, vt Summiſtæ concludunt in præfatis locis, & nos ſupra diximus initio huius cap.

Hæc quoad ætatem ſufficiant, ſequitur, vt de alijs temporibus requiſitis tractemus: ſunt enim ſua quoque tempora
41 in conſecratione monialium ſeruanda, extra quæ ſi conſecratio fiat minus canonice fit. Propterea hoc conſecrationis velum, non niſi die Epiphaniæ, die dominica in albis, in feſtis Apoſtolorum per Epiſcopum imponi poteſt: cap. deuotis. & cap. virgines, 20. q. 1. ſed & omnibus dominicis diebus id fieri poteſt, cap. 1. de tempor. ordin. immo, & per totã hebdomadam paſchatis Reſurrectionis Domini, Tab. in verb. virginis, nume. 5. extra vero hæc tempora ſi graui morbo laboret, quæ conſecranda eſt, iure cõſecrari põt, d. c. deuotis & d. c. virgines: quo caſu etiam quolibet die quantumuis feriato, dari poteſt conſecratio. Tabien. in d. num. 5. exemplo baptiſmi, qui quolibet die vrgente neceſſitate confertur; de conſecr. diſtinct. 4. c. venerabilis, & c. ſeq. argumentum enim trahi poteſt à ſacramentis ad hanc conſecrationẽ. Abb. in d. c. 1. de temp. ordin. Hæc intelligenda ſunt de velo conſecrationis, ſed de alijs velis profeſſionis, prælationis, ordinationis, atque acceptationis habitus, paſſim quotidie dari poſſe dicendum eſt, nullo delectu habito, vt ſcribit Hug. in d. c. illud. verſ. velamen.

Sunt præterea varij generis impedimenta, quæ vel moniales ab iſtis velis excludunt, vel à quibuſdã officijs, vel etiã ab ipſo monaſterio, Nam ſi poſt conſecrationem nuptias contraxerit, cum ipſo iure excommunicata ſit, merito nil exeq̃ poteſt, c. diaconiſſa, 27. q. 1. & cap. meliore. nec per Epiſcopum diſpenſari poterit ad ordines, & miniſteria exercenda, cum inter bigamas adſcribatur, d. cap. quotquot, 27. q. 1. Epiſcopus enim ſup bigamia non diſpenſat, c. nup. de bigam. poterit tamen ſuper excommunicatione diſpenſare, c. ſi qua virgo. 27. q. 1. Moniales quoque, ſiue ſpecialiter, ſiue generaliter interdictæ, ſi in interdicto contrauenerint, ineligibiles fiunt, actiue, & paſſiue, qua ratione irregulares quodãmodo dici poſſunt, not. Armill. in uerb. interdictum, num. 57. ex ſent. Cald. in trac. de





de eccleſ. interd. & tametſi ordinis capaces non ſint, c. poſtulaſti. de ſent. excõ-
46 mu. tamen dicentes, & agẽtes proprium officium, vt diaconiſſæ, prioriſſæ, & ſimiles ex hoc dicũtur violare interdictum, ſcribit Armill. in d. verb. interdictum, in fi. & ex iſtis liquet, quod quæcumq; monialis fuerit à ſuo officio ſuſpenſa, cõtrauueniendo incurrit eaſdem pœnas ſupradictas, & quodammodo irregularis fiet iuxta prædicta.

Sed & illa monialis, quæ vnum reliquerit monaſterium, vt ad aliud tranſeat
47 cauſa effugiendæ diſciplinæ, nõ eſt admittenda in ſecundo, ſed cogitur redire ad primũ, 20. q. 4. c. virgines: nec poſſet ad diuerſam religionem tranſire, vt ibi prælata fiat, clemen. 1. de elect. & dixi-
48 mus ſupra in Abbatiſſa; Quandoque vero etiam à clauſtro expelluntur: nam ſi impudicæ ſint eijcientur à cõuentu aliarum ſublata omnino ſpe ad clauſtrum redeundi, c. impudicas. 27. q. 1. Eadem ratione, quæ prius impudicæ fuerunt, ad ingreſſum non admittentur, ſed ad proprium pœnitentium locum, quem dicũt Conuertitarum detrudentur, in quo magis opportune viuent, arg. Concil. Trid. Seſſ. 25. c. 18. ne intra virgines aliq̃d labis importent.

Sed & illæ moniales, quæ pretio dato
49 ad clauſtrum admiſſæ ſunt excludũtur, & ad illud redire non poſſunt. Concil. Later. c. 64. & de ſimon. c. qm̃; & tam offerens, quam recipiens eandem pœnam incurrit. d. c. quoniam: Illæ vero, quę diutius procraſtinant diẽ profeſſionis emittendæ à clauſtro expelluntur, non enim
50 æquum eſt tantum negotium diu in ſuſpenſo manere, vt probari videtur 18. q. 2. c. pernicioſam. in fi. cum ſeq. quod expreſſim ſcripſit Martin. ord. præd. in ſua Margarita decreti, in verb. monachus. & videtur argum. Conc. Trident. d. Seſſio. 25. cap. 16.

Nonnulla præterea monialibus prohibita ſunt; quæ tamen alijs mulieribus ſanctisſime permittuntur: nam quælibet
51 mulier puerum de fonte leuare poteſt, & ſic commater fieri, Concil. Tridentin. Seſſ. 24. cap. 2. at monialis commater fieri prohibetur, ſicut maſculis monachis interdictum eſt, 16. q. 1. c. placuit. & 18. q. 2. c. peruenit. & de conſec. diſtin. 4. cap. non licet Abbati. & c. monachis; Et qm̃ eadem prohibitionis ratio eſt in confirmationis ſacramento, quia quo ad obligationem, & vinculum pari paſſu procedũt quoad compatres c. in catechiſmo. & c. non plures, & c. in baptiſmate. de cõſecra. diſt. 4. ſequitur, vt idem impedimẽtum in vtroque ſacramento habeatur, tam in maſculis quàm in fœminis monachis, quoniam vtriq; ſub eodem obligationis vinculo adſtringuntur per compaternitatem ex ſententia S. Auguſt. in cap. vos ante. de conſec. diſtinc. 4. Eſt autem eius rei vera ratio, quia compater tenetur ſpirituales filios in fide catholica
52 inſtruere, ex Conc. Maguntin. c. 47. quæ cura, nec monacho, nec moniali competere poteſt.

### *De ætatis irregularitate.*

### CAP. XXX.

1 *Pueri nulla dignitate fungi poſſunt.*
*Pueris qualibet prælatura iure negatur.*
2 *Beneficium quoduis conferri non poteſt minori annis 14.*
*Ruralis prioratus puero conferri non poteſt.*
3 *Iudex eſſe non poteſt minor 20 annis.*
4 *Paſchalis Papa Petri Columnæ filium decennem à præfectura remouit, negligens Populi Romani ſeditionem.*
*Alexander 4. obſtitit electoribus, ne filium Friderici ſecundi adhuc puerum in Regem eligerent.*

*Pueris noſtro ſæculo grauiſſimæ dignitates collatæ ſunt.*
*Patauium Epiſcopum habuit puerum vlnis in eccleſiam delatum.*
*Ioannes Aragonum Ferdinandi Regis Neapolitani filius, Cardinalium veſtes ſine ea dignitate deferre permiſſus.*
*Petrus Cardinalis adoleſcens multas inſignes eccleſias obtinuit.*
*Athanaſius puer adhuc, futuræ uirtutis magnũ ſpecimen dedit.*
5 *Pueri non ſunt ordinandi; ſed characteris ſunt capaces, & quomodo.*
*Epiſcopalis poteſtas, & conſecratio de neceſſitate requirit plenum vſum rationis.*
6 *Pueri ſuſcipientes ordinem ſacrum, non ei adſtringuntur niſi poſt pubertatem.*
7 *Monachis promouendis olim tanta ætas non requirebatur, vt in clericis.*
*Aetati probitas ſupplere poteſt.*
*Pueri grati Deo ſunt, qui non ætate, ſed ſimplicitate ſunt.*
8 *Aetates requiſitæ ſingulis ordinibus ponuntur.*
9 *Aetatem non ſeruans in promouendo, an ſit ipſo iure ſuſpenſus.*
10 *Epiſcopus ſuper ætate diſpenſare non poteſt in promouendo.*
*Malachias Epiſcopus ſacerdos factus, ante annum vigeſimum quintum.*
11 *Epiſcopus canonicatum conferre non poteſt nõ habenti annos 22.*
12 *Parochialis non poteſt dari, non habenti annos. 25.*
13 *Canonicus ante annum 22. vocem in capitulo non habet, etiam ſi adſit conſuetudo.*
*Abbas eligi non poteſt, niſi habens annos 25. Idem in Commendatario.*
*Cardinalis creari non poteſt, niſi certa ætate.*
*Pontificatus ſummus nulli certæ ætati adſtringitur, quin eligi poſſit minor.*
14 *Senio confecti quandoque promoueri prohibentur.*
*Grandæuus ad promouendum dignior eſt, & iuuenibus præferendus.*
*Grandæui, & ſenes peſtilentiam non ſentiunt.*
*Senectutis multa ſunt incommoda.*
*Senes difficile retrahuntur ab inueteratis moribus.*
*Presbyteri dicti non ob ætatem, ſed ob ſapientiam.*
*Senium triplex, natura, gratia, culpa.*

NVnc legitimus ordo expoſtulat
vt poſt corporalia, naturæque
impedimenta, de quib. hactenus
profuſe dictum eſt, agamꝰ
de irregularitate ob ætatem, quæ ordinibus
ſacris obeſſe ſolet. Aliquando etenim
minor ætas, aliquando grãdior reddit
hominem ſacerdotio indignum; ꝓpterea
de vtraque ſpecie hoc loco tractabimus:
Pueris interdictum eſt, ne vlla dignitate
fungantur; indecorum enim eſt,
1 vt qui ſibi nihil adhuc prodeſſe poſſunt,
alijs dignitate præfulgeant, vt Alex. III.
dicebat in c. indecorum. de temp. ordin.
propterea quælibet prælatura ipſis negatur,
gl. in c. de ijs. diſtin. 28. pueri etenim
numquam ad vllũ munus putantur idonei
eſſe. cap. ſuper inordinata. de præb.
Alberic. in verb. pueri. & in verb. ordinatus
à non Epiſcopo. & quamuis aliqñ
in iure conſtiterit, eos ad beneficia ſimplicia
admiſſos fuiſſe, vt in d. glo. tamen
hodie ex Concil. Trid. Seſſio. 23. c. 6. admitti
non poſſunt ad vllum beneficium,
ante decimumquartum annum, cum tamen
olim ſeptennium ſufficeret, tam ad
2 primam tonſuram, quàm ad beneficia
ſimplicia. dicto capitu. de ijs. Alberic. in
verb. Ordinandus. Doct. in d. cap. indecorum.

Icciɾco nec prioratum ruralem obtinebit
is qui minor eſt 14. annis. Fede. de
Sen. conſ. 49. Io. And. in addit. ad Specu.
tit. de ætat. & qual. nam ſi priſcis ethnicorum
temporibus, penes quos ſola huius
ſæculi cura fuit, minores annis viginti
à functionibus publicis excludebantur,
vt Sueton. ſcripſit de Auguſto, his
verbis, Iudices à vigeſimoquinto anno
elegit quinquennio maturius, quàm ſolebant:
Caliſtratus quoque iuriſconſultus
ſcripſit lege Iulia cautum eſſe, ne mi-
3 nor annis viginti iudicare cogeretur,

ne



ne ue minorem annis viginti compromiſſarium
iudicem liceret eligere. l. cũ
lege. ff. de arbit. Spec. in ſuo aureo Repertorio
de offic. delega. verſic. qui & cuius
ætatis, tex. in c. cum vigeſimum. de offic.
deleg. quanto igitur magis in ordinib. eccleſiaſticis
minori cura committẽda nõ
eſt, d. c. indecorum. nam ſæpe Pontifices
id obſeruarunt, nõ ſolum in ordinibus
eccleſiaſticis animæ negotium ſpectantibus,
ſed & in vrbanis præfecturis, ætatis
conſiderationem ſummam habuerunt:
Paſchalis etenim eius nominis ſecundus
Papa, mortuo Petro Columna Vrbis præfecto,
cum à Romanis ciuibus rogaretur,
vt Petri filium decennem patri ſubrogaret,
conſtantiſſime id recuſauit, paruipẽdens
oportere ſe ob ſeditionem popularem
ab vrbe diſcedere, de qua re apud
Platinam in Paſchali. 2. ſed & Ale-
4 xander Pap. IIII. ſententia excommunicationis
comminata Germanicis Electoribus
obſtitit, ne Corradum Friderici
ſecundi filium puerum in Regem Roman.
eligerent, quòd eſſet inhabilis, ineptus,
atq; ob id ineligibilis ad tantũ munus,
nempe, qui Eccleſiæ defenſor eſſet
eligendus, non puer; cuius excõicationis
totam ſeriem habes apud Ioãnettum in
vita eiuſdem Alexand. Quarti.

Ante tamen hoc noſtrum ſeculum, licet
aliquando ex grauiſſimis cauſis honores
& præpoſitatus iunioribus commiſſi
referuntur, ſicut de Pataui vrbis
electo olim proditum eſt: Tamen in exẽplum
trahi non poteſt, ſicut & Ioannes
Aragonum Ferdinandi Regis Neapól.
filius, Tarẽtin. eccleſiæ adhuc puer præfectus
eſt, & Cardinalitias veſtes, ſine eo
gradu deferre Pontificis permiſſu ei cõceſſum
eſt. Petrus quoque Cardinalis S.
Sixti adoleſcens Patriarchatu Conſtantinopolitano
decoratus eſt, cum Segobien.
eccleſia in Hiſpania; in Loteringia
Eccleſiã Mediomatricen. & Archiepiſcopatum
etiam Florentinum obtinuit:
ſed nimio preſſus mentis pondere biennio
tantum vixit. ſed hec (vt dixi) ad
exemplum trahi non debent.

Et ſanè fateor aliquando pueros tantæ
indolis eſſe, vt plurimum de ſe expectationem
pariant, cuiuſmodi de Athanaſio
ſcribit Ruffin. lib. 10. hiſt. eccleſiaſ.
cap. 14. 15. quod puer inter pueros Epĩ
munus per imitationem geſſerit, & propterea
à loci Epõ Alexandro cooptatus
fuerat in clerum, & educatus, indeq; ꝓmotus,
ita quòd poſtea in eccleſia quantus
vir fuerit, qualeſq; dignitates eccleſiaſticas
obtinuerit, plene ſunt omnes hiſtoriæ
eccleſiaſticæ: Hi igitur quicumq;
ſunt prius educandi, & fouendi, inde ꝓmouendi,
d. c. de ijs. & hac ratione ſunt
inſtituta ſeminaria, ex Concil. Trid. Seſſ.
23. c. 18. de ref.

Pueri igitur, etſi ad ordines præcipue
ſacros, minime ordinandi ſint, 1. q. 1. ca.
5 pueri. & diſt. 77. c. in veteri; & de temp.
ordin. cap. vel non eſt; tamen characteris
capaces ſunt, ſi infantes non ſint, d.
cap. vel non eſt, gloſſ. in capit. primo. de
cler. per ſalt. prom. quod ſcripſit & Sanctus
Thom. quarto, diſtinct. 25. articu. 1.
Pueros etenim, ait, & alios vſu rationis
carentes ſuſcipere ordines non poſſe, cũ
ad ordinem concurrant paſſiue; in minoribus
etenim ordinibus, inquit, requiritur
de honeſtate diſcretionis tempus,
propter dignitatem ſacramenti: vnde
aliquando ſi neceſſitas expoſtulare videatur,
& ſpes profectus accedat; ante
diſcretionis annos ad minores ordines
pueri poſſunt promoueri ſine peccato,
ordinemq; collatũ ſuſcipiẽt; qui quamuis
tunc Idonei non ſint, ad impoſita officia,
tñ uſu diuturno reddentur Idonei.

 Ad

Ad maiores vero ordines rationis vſus exigitur,& de honeſtate,& de neceſſitate præcepti, propter votum continentiæ ordini annexum,& propter ſacramétorum cótrectationem in ordinib.commiſſam:multoque magis in Epiſcopatu, vbi accipitur poteſtas in corpus myſticú requiritur actus ad curam paſtoralem, ideo eſt de neceſſitate cóſecrationis epiſcopalis,quòd plenum vſum rationis habeat. Hæc ex illo;qui etiam reijcit illorú opinionem, tamquam ratione,& auctoritate carentem, qui dixerunt ad omnes etiam minores ordines vſum rationis requiri de neceſſitate præcepti,non autem de neceſſitate ſacramenti,vt ille ibid. Tabien.refert in verb.ordo 4.

Ex iis igitur illud conſequitur,quòd, etſi pueri ordinum characterem ſuſcipiant,nihilominus illis non adſtringuntur, niſi pubertate adueniente, poſſunt
6 etenim redire ad ſeculum,ſi triduo poſt pubertatem proteſtetur, alioquin ſecus. Abb.in d.c.1. de cleric. per ſal. prom. & ibi gl.de æquitate hoc procedere putat, non de rigore: Et tametſi iure veteri in
7 monachis promouendis,tanta ætas non requireretur,quanta in clericis ſæcularibus,propter eas diſciplinas,quibus intra clauſtrum imbuũtur,vt probat Gelaſius Papa in c.Monachus.diſt.77. Alberic.in verb.ordinator,in prin.ea ratione,quod probitas ætati ſupplere videretur, glo.in d.cap.monachus. Tamen nouo iure ex Concil. Trident. eadem omnino ætas in regularibus, ac ſæcularibus requiritur, in ſuſcipiendis ordinibus,Seſſ.23.c.12. de ref. poſſunt & pueri ſpiritali quodam ſenſu accipi ij,qui non ſenſu, vel ætate, ſed malitia pueri ſunt; ná eiuſmodi pueri ordinibus aptiſſimi ſunt, ex ſententia Pauli 1.Corinth.c.14.ſicut ècontra,ſi in multa ætate ſit fatuitas,non videntur ordines conferri poſſe eis ꝓpter illud Væ puero centum annorum, Iſa.c.55.

8 Sunt vero ſingulis ordinibus propriæ ætates præſcriptæ;ſed pro temporum varietate diuerſis menſuris ſtatutæ ſunt; quod & ſi iure ciuili traditum eſt. C.de Epiſcop.& cler.authent.preſbyterum,& in corpore vnde ſumitur:Tamen ad canoniſtas confugiendum eſt, vide Alber. in verb.ordinádus: Tabien.in verb.ætas. Silu. in verb.ætas: Tonſura enim fermè ſemper in ſeptennio obſeruata eſt,tex.& gl.in c.nullus.de temp.ordin.glo.in c.in ſingulis,diſt.77.Reliquorum vero ordinum varij fuerũt termini: Sozimus Papa Acolythis, & Subdiaconis quartumdecimum annum, & poſt hunc annum lapſum, etiam Diaconatú permiſerat,d.c.in ſingulis. Siricius Papa Acolythatui, & Subdiaconatui vigeſimú annum præſcripſerat,c.quicumque. diſt.77.& cap. ſubdiaconus ibid.In Concilio vero Carthaginenſi diaconus,non niſi anno vigeſimo quinto fieri poterat. c.placuit.diſt. 77.Preſbyteri vero, nó niſi trigeſimo ex Concil.Toletano quarto diſt.77.cap. in veteri,quod & Bonifacius I Papa ſtatuerat.c.1 & c.nemo. ead.diſt. & ſi quando preſbyter ꝓmouebatur anno vigeſimoquinto,id non niſi vrgente neceſſitate fiebat,c.ſi triginta, diſt.78.ex decretis Zachariæ Papæ,& ex Cócil.Neocæſarienſi, c.preſbyter.eadem 78.diſt.

Poſtea vero ſuccreſcentib. litibus ob diuerſa iura circa ætates, Concilio Vienenſi certus ſtatutus eſt terminus ſingulis ordinibus ſacris,videlicet Subdiaconatui annus decimuſoctauus, Diaconatui vigeſimus, Sacerdotio vigeſimuſquintus,Clem.generalem.de ætat.& qualitat. Epiſcopatui autem fere ſemper annus trigeſimus requirebatur, c.cum in cunctis.de elect. Specul.in c.licet canon, de



elect.in 6.in princ.verum cum adoleſcétium mens minus ſibi conſtet, & perinde graui vinculo adſtringatur ſubdiaconus,atque diaconus, ne tam grandi periculo ſubijceretur,qui vix primum adoleſcentiæ initium pertigiſſet, ſ.annum decimum octauum, Concilium Trident. ſumma conſideratione huic rei prouidit:nam ſubdiaconatum permittit exiſtenti in vigeſimoſecundo anno, diaconatum vigeſimotertio, preſbyteratum vigeſimoquinto, Seſſ.23.c.duodecimo. de reform.Hi autem anni omnes nó exacti,ſed cœpti ſufficiunt.Specul.in d.c.licet canon,numer. 2.& 5.Reliquis vero minoribus ordinibus nullum penitus tempus præfixit, quaſi plus momenti habendum ſit in litteratura, & moribus, quàm in ætate, quod congruit ſententiæ S.Thom.4.diſt.25.& videtur gl.in d.clement.generalem.in fi.

Tanti igitur momenti habenda eſt
9 ætas in ordinibus ſacris, vt ſi Epiſcopus huiuſmodi temporibus contrauenerit, olim quidem ſuſpenſione dignus erat Epiſcopus ordinator.cap.vel non eſt,de temp.ordin.ſub Honor. III. ſed ſub Bonifac.VIII.conſtitutum eſt conferentem ordines ante ætatem,per annum ipſo iure ſuſpenſum eſſe ab ordine ſic collato, arg.c.nullus.de temp.ord.in 6. Ideoque cum ij duo canones ſibi inuicem aduerſari videantur, diuerſæ ſunt ortæ doctorum ſententiæ: nam Tabien. in verb.ordo 3.putat non ipſo iure ſuſpenſum Epiſcopum,ſed ſuſpendendum,idem ſenſit Anto. de Butr. in d.c.vel non eſt.

Quæ quidem quæſtio maximi refert; nam ſi non ipſo iure eſt ſuſpenſus,poteſt tutò Epiſcopus adminiſtrare, quia non fiet irregularis;quod ſi ſit ipſo iure ſuſpéſus,& adminiſtraret,fieret irregularis,eis rationibus de quibus agendum erit, qñ de ſuſpenſione tractabimus.Dixerũt igitur multi Doctores, magis pium eſſe, quòd hic collator ordinum ante ætaté, ſuſpenſus non videatur ipſo iure,& ideo adminiſtrans poſtea non fiat irregularis, vt ſcripſit Iacob. de Sácto Geor. in c.eos qui.de temp.ordin.in gloſ.ſtatuunt:ſentiebat enim eos adminiſtrare non debere,at contraueniendo non fieri irregulares,tum quia non videtur iure cautum, tum quia in pœnalibus mitior interpretatio ſit,argum.de ſenten.excommu.c.is qui.& eum referendo, ſequitur Gemin. in d.c.eos. in d.gl.ſtatuunt, & hos ſequitur Tabien. in uerb. ætas. Silu.in uerbo ætas. Silu.in uerb.irregularitas. col.vlti. Ideoq; niſi ſubſequatur interdictum ſuperioris prohibens,ne vel ordinator,vel ordinatus adminiſtret per eam adminiſtrationem neuter olim fiebat irregularis. Raym.& poſt eum Butr. Archi.Pau. Zab.quos ſequitur Silu,in d.verbo Irregularitas, colum.vltim. quibus etiá ego conſentio.nam præfati Doctores oés recte ſentiunt ſecundum ſua tempora, ſecundum quæ etiam ego cum eis tranſirem,tam in ordinato,ꝙ in ordinante. At quia poſt eos controuerſia deciſa eſt ex Bulla extrauag. Pij II. Innocent.VIII. & Alexand.VI.quod,ſ.ordinati ante ætaté, ſi adminiſtrent ipſo facto irregulares fiát à ſolo Papa diſpenſandi, non eſt vlterius dubitandum,ut cócludit Silu.in d.uerb. irregularitas, q.10. qui refert uerba dictarum bullarum. Sed hodie ex Concilio Trident.ſi ſit occulta huiuſmodi irregularitas,ab ipſo Epiſcopo diſpéſari poſſet,qui non fuerit ſcienter particeps eiuſdem culpæ: Catech.Neap. lib.4.c.12.

Ex præmiſſis illud conſequitur, quod
10 cum Epiſcopus ante ætatem promoués aliquem, ſit puniendus, illius auctoritas ad hoc non extendatur, ut ſuper ætate diſpen-

diſpenſare poſſit, nec ad promouendũ, nec cum promoto, ut exerceat, prout ſentire videtur, gl. in d.c. generalẽ. de ętat. & qualit. Silu. aperte ſentit, in verb. ætas, uerſ. tertium: Nec obſtabit exemplum Sancti Malachiæ Epiſcopi, qui & diaconus, & preſbyter ante vigeſimum q̃ntum annum ſine Papæ diſpenſatione ꝓmotus fuit: nam huic rei reſpondit Sanctus Bernardus Abbas Clareuallẽſis, in vita eiuſdẽ Malachię ijs verbis: Erat autem cum ſacerdos ordinatus eſt annos natus quaſi vigintiquinque, in qua eius vtraque ordinatione si quid præter canonum formam præceſſiſſe videtur, vt vere videtur, si quidẽ infra vigeſimum quintum annum Leuiticum miniſteriũ, infra triceſimum adeptus eſt ſacerdotij dignitatem, donandum ſane tum zelo ordinatoris, tum meritis ordinati: ego vero iſtud nec in ſancto redarguendum, nec vſurpandum conſulo ei, qui ſanctus non fuerit; hactenus ille.

Simile narrat de S. Theodoro Siceorum, qui preſbyter ordinatus eſt annum agens decimum octauum, ſic Spiritu ſancto mouẽte, vt narrat Metaph. 22. Aprilis. Lipom. tom. 7. Schol. 14. & 15. ſimile aliud narratur de altero Theodoro, & fratre eius Athenodoro, qui adoleſcẽtes facti ſunt Epiſcopi, vt narrat Euſeb. hiſt. lib. 6. cap. 21.

Hæc autem dicta eſſe intelligantur, quo ad ordines; at quo ad beneficia aliter eſt tractandum; nam quo ad ſimplicia, vel perſonatus, diſpenſare olim quidem poterat Epiſcopus cum eo, qui maior erat annis quatuordecim, licet maior ætas requireretur, de ætat. & qualit. c. indecorum, Spec. in d.c. licet canon, num. 23. de elect. in 6. ſed hodie hoc nõ in omnib. ſimplicib. beneficijs poſſet; nam non liceret ei diſpẽſare ad canonicatum, qui vigeſimum ſecundum annum requirit Concil. Trident. Seſſ. 24. c. 12. & ſtatim dicemus, & multo minus diſpẽſare poſſet in parochiali obtinenda, uel quolibet alio curam animarum habente, ante vigeſimum quintum. Spec. in d.c. licet canon, num. 21. & 25.

Et ex huius propoſiti occaſione operæpretium mihi uidetur ſubijcere, quæ ætates ſingulis beneficijs obtinendis requirantur: perſonatus enim vigeſimum quintum annum requirit, quia perſonatus, & beneficia habentia curam animarum pari paſſu ambulant, Spec. in d.c. licet canon, nume. 22. tex. in c. dudum, 2. de elect. Parochialis uero, & quodlibet
12 beneficium curam habens animarum non datur nisi habenti annos viginti q̃nque, ſaltim cœptos, vt iam diximus, non ſolum ratione ipsius beneficij, ſed etiam quia in illis ſacerdotium requiritur. d. c. licet canon. Canonicatus quoq; non niſi cõſtituto in uigeſimo ſecundo anno conferri poteſt, nõ ſola beneficij ratione; ſed & ideo, quia in illo requiritur ſaltim ſubdiaconatus. d. Seſſ. 24. c. 12. nam si ante eam ætatem canonicatum adipiſcatur, cum ſubdiaconatu careãt, vocem in Capitulo habere nõ poſſunt, nec quidem
13 conſuetudine approbante, Ange. in l. 1. §. pueritiam. ff. de poſtul. Curt. in tract. de cõſuet. circa med. fol. 49. Beneficia quoque quãtumuis ſimplicia etiam dignitate carentia, nulli prorſus cõferri poſſunt nõ habenti annos quatuordecim, ex Cõcil. Trid. Seſſ. 23. cap. 6. de ref. vnde apparet, quod ceſſat oĩs quæſtio quam ponit Abb. & Doct. in cap. ſuper inordinata. de præb. quam etiam proſequitur Silu. in verb. beneficium. 3. quæſt. 1. vbi loquuntur q̃n ſeptẽnis poſſet habere beneficiũ. Abbas autem titularis qui tenetur ſubire ſacerdotium. glo. in c. expoſuiſti. de

corp.



corp. vitiat. eligi non poteſt, niſi in vigeſimo quinto anno poſitus, gl. in c. indemnitatibus. in princip. de electio. lib. 6. & arg. cap. cum in cunctis. de elect. Silu. in verb. Abbas. in princip. & eadem ætas requiritur etiam in habente talia beneficia commendata, niſi Papa ſuper ætate diſpenſaret, c. nemo deinceps. de electio. libr. 6. & dicta ætas. 25. annorum requiritur in omnibus dignitatibus cap. cum in cunctis. de electio. Epiſcopatui vero annus 30. requiritur dicto cap. cum in cunctis.

Ad Cardinalatum quoq; ſua ætas ſtatuta eſt; Nam quemcumq; ordinem annexum habeat ſiue diaconalem, ſiue preſbyteralem, eorum ordinum anni requiruntur de rigore iuris; nec obſtat, quod conſtitutum eſt ex Cõciliabulo Baſilienſi Seſſ. 23. trigeſimum annum requiri, nam hic dignitatum apex, ſub ordinario iure conſiſtere non conſueuit; Pontificis enim voluntas ſufficere putatur, vt omnem defectum ſuppleat; quod enim principi placuit, diſpenſationis vim habet; quinimmo læſæ maieſtatis crimen incurrit, qui quos princeps elegerit, ſecumque aſſumpſerit, indignos eſſe putet, vel de eorum auctoritate dubitet. l. 2. C. ad l. Iul. maieſt. Propterea conſuetudo ipſa olim docuit, nullam certam ętatem Cardinalatui requiri oportere, ſed hodie eadem ętas requiritur, quæ in Epiſcopo, vt cõſtat Conc. Trid. Seſſ. 24. c. 1. de reform. & ſola Pontificis auctoritas diſpenſat, vt dicemus, cum in proprio titulo de Cardinalium irregularitatibus agemus.

Pontificatui quoque ſupremo, nulla certa ætas ſtatuta eſt, ſufficit enim in eo obtinendo rationis vſum habere; quamquam tanta Cardinalium ſtoliditas non eſt putanda, vt puerum, vel adoleſcentulum eligant, quem ipſis omnibus ſuperſtitem futurum exiſtimẽt; non enim vnquam cogitandum videtur de hac ineptiſſima electione Cardinalium, ut dixit Bald. in cap. licet. de electio. Hoc tamen certum eſt puerum infantem, nullius ordinis capacem à Collegio electum admitti non poſſe, & inanem, irritamque electionem. Anto. Butr. in tract. de ſchiſmat. refert, ac probat Iacobat. in tract. de cõcil. lib. 3. art. 1. verſic. & idem in infante; quod ſi fieret non niſi ſumma Dei ira permitteretur Iſaiæ c. 3. quod tamen intellige vt dicemus infra ſecundo libro, quando de Pontificibus eligendis tractabimus.

Quemadmodum vero ob imbecillitatem, minores ab ordinibus, & eccleſiaſticis miniſterijs excluduntur: ita quoque ij, quorum tam grande ſenium eſt, vt imbecilles effecti ſint, arceri debent: Exemplo eſt quod ſcribit Niceph. libro 13. c. 28. de Arſacio octogenario, quaſi vetere trunco, deliro, deſipiente, ad dicendum ineptiſſimo, ad cogitandum ſtupidiſſimo, ad faciendum ignauiſſimo, lecto & angulo magis apto, quàm Epiſcopali throno: Quamobrem Narciſſus Hieroſolymitanus Epiſcopus centum ſexdecim annorum Epiſcopatu ſeſe abdicauit. Euſeb. hiſtor. libro 6. c. octauo.
14 Senium etenim tam grande impedit ꝓmouendum, ſed non deijcit promotum. text. & gloſ. in cap. Florentinum, in prin. 85. diſtinct. textus apertiſſimus Zachariæ Papæ in capitu. petiſti. ſeptima quęſt. prima. & capit. literas. de renunc. Grandæuum vero non complectimur ſub hoc impedimento; nam grandæuus, cum maturus ſit, & circa omnia firmo corpore, promoueri poteſt. cap. quicumque. diſtinctio. ſeptuageſima ſeptima. etiam ad Epiſcopatum, vt ibi: glo. ta-

men

men eo loco,& Hug. male intepretantur grandæuum pro eo, qui trigeſimum annum exegerit;nam hoc non congruit latinæ elocutioni,quæ pro ſene grandæuũ accipit Plin.lib.2.c.7. Alios(inquit grandęuos ſemperque canos.Nec ea interpretatio conuenit cõſueto loquendi vſui canonum : Nam Gelaſius Papa in c.illud. 13.q.2.accipit grandęuũ pro ſene,& facile morituro,ibi, ſi ei quicquam humanitus cõtingerit,quia grandęuus eſt; Idẽ quoq; apertius probatur 1. Reg. c.4.ibi ſenex erat,& grandęuus; nam de Heli loquitur, qui Nonagenarius erat, vt ibid. idem Alberic.in verb.grandęuus.

Hoc igitur caſu,quo ab ordinib.quis ob ſeniũ excluditur, intelligimus ſeniũ cum decrepitate, quia in agendis rebus adeſt imbecillitas. d.c.periſti : Sed ſi ſenium adhuc vegete ſenſu ſit,quia hic ꝓprie grandęuus eſt, & præpoſituræ adminiſtrãdæ aptiſſimus, iuuenib. eſt præferendus.Leo Papa epiſt. 87.in fi.Doct.in c.ſtatuimus, diſt.61. vbi etiam gl.multa iura citat; nam is fidelius putatur ſeruare continentiam,c.fraternitatis. diſt.34. Sed & cõtagioſis morbis minime ſubiecti ſunt grandęui ; peſtilentiam etenim minime ſentiunt,nec quartanam febrẽ. Plin.lib.7.c.50.& alia plura bona habẽt ſenes de quibus Martin. ordi prædic.in ſua Margarita Decreti in verb.ſenes, & in verb.antiquitas.Multa etiam ſenectutis bona ſcribit Archid.in c.tanta. per illum tex.diſt.86. quamquam etiam multa ſunt ſenectutis incommoda, de quib. apud Tull.lib.de ſeneſt. Sed ea ne quicq̃ obſunt adminiſtrationi ordinũ eccleſiaſticorum, niſi talia ſint,quæ canonicum adferant per ſe impedimentum,vt puta quòd ſimplex,quòd fatuus, miſer,leuis, peruerſus,vt ſentit S.Greg.ad Ianuariũ, habetur in d.c.tanta. nam qui ſunt eiuſmodi,difficilè retrahũtur à culpa,quam longa conſuetudine ſibi familiarius copularunt c.ſchiſma.& ibi glo.24. q.1. & 2.q.7.c.Paulus dicit; & contra hos dicitur ab Iſaia ca.55.Væ puero centum annorũ. & idem Iſaias c.42.Laqueus iuuenum eſtis vos;ſic ſi ſenes vafri ſint, vt ij, qui contra Suſannam teſtificati ſunt,Daniel c.13. & infatuatum ſal ad nihilum prodeſt,niſi,vt mittatur foras,& conculcetur.Luc.14.& c.non omnes Epiſcopi. 2.q.7.Ideo iſtis ſenib.recte præferuntur Iuniores ſapientes;cani etenim hominis ſunt ſenſus eius Prouerb. 20. & Sap. 4. Ideoque preſbyteri dicti, non tantum quòd ſenes ſint,ſed quòd ſapientes, nec ætas inſpicienda,ſed ſapientia.c.porrò. diſtin.84.

Ex quibus aperte concluditur,triplici modo accipi ſenium,ſ.ſenium naturę, quod ob debilitatem ducit ad defectũ, & vitæ exitum,de ijs loquitur.d.c.tanta. & d.c.illud: alterum ſenium eſt gratiæ, vt in Daniele,& hoc ſenium ducit ad ꝑfectum, quia facilius diffinitur ſancte, quod à ſenioribus determinatur,20.diſ. cap.de quibus,& de iſtis loquitur.d.cap. non omnes Epiſcopi, & dicto cap.porrò: Tertium ſenium eſt culpæ, quod ad perditionem,& interitum tendit d.cap. Paulus. Primus igitur, & vltimus ſenex ab ordinibus excluduntur;primus ob vitia naturæ,vltimus ob crimina; ſecũdus vero eligitur,& admittitur:Et hanc ſenij diſtinctionem ſcripſit Martin. præfatus loco prædicto:quando vero huiuſmodi decrepiti,iam ꝓmori ſunt, non per hoc deponuntur:ipſi tamen ſi ſponte petant ſeſe à miniſterijs excuſari facile admittitur hæc eorum petitio, quando ſeſe abdicare volunt.d.c periſti.

De



## *De Neophytorum irregularitatibus.*

## CAP. XXXI.

1 *Neophytus tripliciter accipitur.*
*Neophytus, qui recens eſt fide Chriſti plantatus.*
*Neophyti irregulares ſunt pluribus rationibus.*
2 *Magiſtrum eum eſſe;qui nõ fuerit diſcipulus, abſurdum eſt.*
3 *Temporum interſtitia in ordinibus ſeruanda.*
4 *Neophyti tanta forte eſt ſanctitas, ut & Epiſcopus fiat.*
*Sergius de Neophyto Archiepiſcopus Rauennas factus*
*Ambroſius de Neophyto Epiſcopus Mediolanenſis factus.*
5 *Gregorio Epiſcopo Praneſtino manus aruerũt, dum ſacris initiaret per vim Conſtantinũ Neophytum.*
*Neophytorum acta Romæ Reſciſſa.*
6 *Neophytus eſt conuerſus Iudæus ad fidem.*
*Iudæo conuerſo nullum officium publicum committitur*
*Neophytus eſt quicumque in religione Nouitius.*
*Nouitij anno probationis, dignitatum ſunt incapaces.*
*Nouitij Abbates, vel prælati eſſe, non poſſunt.*
*Nouitia monialis Abbatiſſa eſſe non poteſt.*
*Nouitius in Epiſcopum eligi poteſt.*
7 *Epiſcopus electus,qui vouit religionem,debet prius profiteri poſtea ſubire Epiſcopatum.*
8 *Epiſcopus electus,qui prius vouerat ingredi religionem quomodo ſeruabit ſuum patrimonium profitendo religionem.*
9 *Monachus factus Epiſcopus poteſt reuocare teſtamentum,quod fecit in ſæculo.*
*Bona profitentis religionem non acquiruntur monaſterio,quod non eſt capax bonorum in communi.*
10 *Monachus factus Epiſcopus non acquirit bona,quæ ad eum perueniunt ex teſtamento, vel ab inteſtato,ſed Eccleſiæ.*
11 *Vicarius Epiſcopi non poteſt eſſe laicus.*
12 *Laicus facilius fieri poſſet Epiſcopus,quàm vicarius Epiſcopi.*

HOc loco iure ſuccedit ille tractatus,qui ad Neophytos pertinere videtur, qui trifariam accipi poſſunt;nam qñque qs
1 catechumenus, de quo dicemus cum de nõ baptizatis agendum erit; qñq; eſt Nouitius,ideſt,qui nuper religionem eſt ingreſſus; Tertius eſt is, qui laicus cum ſit,nullis eccleſiaſticis diſciplinis imbutus, ſine debitis interſtitijs velit ad ſacros ordines aſſumi;de quibus hoc loco pręcipue agẽdum eſt: quamquam etiam de Nouitijs Regularium nonnulla opportune dicturi ſumus:de iſtis Neophytis Gratianus multa ſcripſit,diſt.48.59. 61.nam non ſolum eſt irregularitatis vitium ſtatim,& nõ per gradus promoueri;verum etiam hæreſis eſt, quæ dicitur Neophytorũ,de qua dicemus cum de ſimoniacis agendum erit.

Neophytus igitur,dicebatur ille, qui initio ſanctæ fidei erat eruditione plantatus; aut in religionis habitu admiſſus repente ad ambiẽdos ſacros ordines, conabatur irrepere, vt dicit Grego. ad Siagrium Epiſcopum. c.ſicut Neophytus. diſt.48.quorum munus eſt potius maioribus incumbere abſtinentijs, quàm ad gradus aſpirare.c. Neophyti.de cõſecra. diſt.5.Hos igitur irregulares eſſe,plurib. antiquorum patrum decretis inſtitutũ eſt, primo quidẽ apoſtolica auctoritate. Paul.1.ad Tim.c.3.ibi,non Neophytũ: propterea Nicęno Concil. decretum eſt contra eos,his verbis:Tpe opus eſt,ut catechumenus quiſq; fiat,& poſt baptiſma multa probatione indiget,euidens namque eſt apoſtolicũ præceptum, nõ Neophytũ; quod ſcripsit Gratianus in cap. qm̃.diſt.48.Idque prohibitum eſt, duplici ratione, prima ne elatus in ſuperbiam incidat in laqueum diaboli.Secunda alios docere neſcit,qui ipſe nondum

didicit;

didicit. Tertia alijs ſeſe conformare nō
valet, qui ſtatum Eccleſiæ regendæ, non
eſt expertus: prima ratio ꝓbatur ex Pau-
lo.d.c.3.ſecunda probatur, diſtinc.48.in
princ. Miſerum enim eſt eum fieri magi-
2 ſtrum, qui nec dum didicit eſſe diſcipu
lus; eumque ſacerdotem fieri, qui in nul
lo vnquā gradu obſequutus fuerit ſacer-
doti; Innoc. Papa in c. Miſerum, diſt. 61.
Tertiam rationem attulit glo. diſt. 48. in
princ. in verb. prohibentur; Idque p ſum
mos quoque Pontifices eſt ſeueriſſime
obſeruatum: Repetit enim hoc præce-
ptum Sozimus Papa diſt. 59. c. qui eccle
ſiaſticis: & Vrbanus Papa, eadem diſt. ca.
ſi officia. & Gregorius. c. ſicut. diſt. 48. &
c. hoc ad nos. diſt. 59. & cap. ſacerdotale.
diſt. 61. Celeſtinus. diſt. 59. c. ordinatos.
Hormiſda. 61. diſt. c. in ſacerdotib. & c.
non negamus. Leo Papa in c. miramur,
diſt. 61. Ambroſius. in c. Neophytus. ea-
3 dē diſt. & infinitis alijs locis: Quamob-
rem, vt Neophytorum error vitetur, ho-
die ex Concil. Trid. decretum eſt, vt an-
nalia interſtitia expectentur priuſquam
ab ultimo minori ordine, ad maiores
fiat aſcenſus, vel à quolibet ſacro, ad aliū
ſuperiorem ſacrum promoueatur Seſſ.
23. c. 11. 13. & 14. de ref.

Aliquando tamen in Neophyto tāta
apparet charitas, humilitas, doctrina, vi-
4 tæque integritas, vt ſine dilatione inter-
ſtitiorum, iure diſpenſari poſſit; ſi ſic ne-
ceſſitas Eccleſiæ exigere videatur. d. cap.
13. & 14. quod etiam diſertis verbis ꝓ-
bat Tiraq. in tract. de pœn. remitt. cauſa.
51. num. 148. verſ. ſed & de grege; dicit
enim quod laicus propter perſonæ inte-
gritatem, ac ſanctimoniam poſſet ad Epi
ſcopatum prouehi. Barbat. conſ. 41. Inci
pien. Deum inuocent adiutorem col. 4.
lib. 3. Fel. in c. ſuper ijs. de accuſ. Rom. in
repetitione. l. ſi vero. §. de viro, prima fal-
len. ff. ſol. mat. Idq; contigit olim Sergio
Rauennati Archiepiſcopo, & Stephano
Neapolitano: qui ex laicis Archiepiſco-
pi nominati ſunt. Plati. in Steph. III. Bea
tus quoq; Seuerus ex lanificio, ad Rauen
natē Archiepatum eſt promotus; Diuus
quoq; Ambroſius in Epm Mediolanen.
recens ad baptiſmum admiſſus promo-
tus eſt, de ijs c. ſtatuimus. ſ. his oībus. diſ.
61. & ibidem in c. Neophytus, habetur
teſtimoniū ipſius Ambroſij, qui cum ad
Vercellen. ſcriberet: his verbis eſt vſus; or
dinationē meam occidentales Epi iudi-
cio, orientales etiam exemplo probarūt:
Neophytus enim prohibetur ordinari,
ne extollatur in ſuperbiā, ſed ſi nō deeſt
humilitas competēs ſacerdotio, vbi cau-
ſa non adhæret; vitium non imputatur:
Hęc ex illo cū de ſe loqueretur, & de ijs
etiam loquitur Alberic. in d. verb. Neo-
phytus.

Quæ tn̄ ſanctorum exempla, nō ſunt
ad omnium regulam traducenda; in ip-
ſis enim ſumma Dei diſpenſatio interue
nit, vt ſcripſit Ray. in tit. de Neophyto:
Alioqui ſi paſſim promoueantur, peni-
tus contemni videretur eccleſiaſtica di-
ſciplina, & in maximos tumultus, ac pe-
ricula Eccleſia adduceretur; Nam ita cō
tigiſſe narrat hiſtoria: cū enim Thoton
Nepeſinus plurimum Cōſtantino laico
faueret, ferunt propemodum vi coegiſſe
Gregorium Epm præneſtinum, vt illum
adeo Neophytū ſacris initiaret; ipſe iuſ
5 ſis parēs dum ſacra ageret miraculo ſen
ſit ſibi man⁹ ita aruiſſe, vt nec ad os qui-
dem admouere eas poſſet; Initiato tamē
ſacris Conſtantino, & ad Pontificatum
prouecto, & per annum in ſede Petri ſe-
dente, tanta Romani populi cōcitata eſt
ſeditio, vt depoſitus à ſede fuerit: quam
ob cauſam Romæ Concilium congrega
tum eſt, in quo decreta facta ſunt, ne vn-
quam



quam laicus niſi per gradus, ad pontifi-
catum poſſet aſcendere, ſub anathema-
tis pœna: Ea propter omnes Epiſcopos à
Conſtantino ordinatos, iudicauit Con-
cilium ad priſtinos ordines redire, Epi-
ſcopatibus dimiſſis; niſi ob multam uir-
tutem denuo ab apoſtolica ſede confir-
marentur. Idem quoque ſtatuit de pre-
ſbyteris, ac diaconis, ut & deponerētur,
& ad altiora non poſſent aſcendere; &
quæcumque ab eodem Conſtantino cir
ca ſacra acta fuerant irrita haberi decre
uit, pręter baptiſmū, & Chriſma, de qui-
bus fuſius Platin. in Stephano III.

Hinc eſt quòd ſanctiſſimis Epiſcopis,
deplorandi materia ſubminiſtratur, ut
olim deplorabat Greg. Nazianz. his uer
bis: Nec enim hos laudo, qui ſine ordine
ſtatim in Eccleſia promouentur; Epiſco-
pum autem (res ridicula) tumultuarie
confuſeque nec ordine, nec rite fieri ui-
demus, non item ex uirtute, ſed uitio, &
aſtutia, non qui dignus, ſed qui potērior
fuerit: Nam nec prius exercitatus, ſed re-
rum Eccleſiæ ignarus rudiſque adeo, &
à ſęculari uita recens promouetur, ut
Gigantes apud Thebas, ſic nos eadem
die præſules facimus, & cum nil didice
rint, credimus eſſe ſapientes, qui nullo
prius muniti ſunt gradu, non uirtute, nō
eloquentia, nullum pro iuſtitia laborem,
nihil demum pro Eccleſia ſunt paſſi: ille
namque, qui diuina tantum meditatur,
& corpus ſpiritui ſubiugat, vt quandoq;
loco cœleſti ſit dignus, locum inter ho-
mines libenter retinet humilem, atque
inferiorem; ignauus vero, & abſque di-
ſciplina elatus, ac ſupinus ſupra melio-
res extollitur: nec boni, aut humilitatis
exemplo mouetur; ſed omni ſtudio tan-
tum honores quærens; ex poteſtate ſibi
ingenium, ac prudentiam pollicetur: Ex
quo verū illud Demoſthenis; rem pręc-
ter dignitatem fœliciter aſſequi, ſtultis
male ſentiendi, aut cogitādi eſt occaſio:
Hæc & alia multa ille in Monodia.

Inter Neophytos eſt etiā Iudæus nu-
per conuerſus, ideo nullum officium pu
blicum illi committi debet. glo. in c. con
ſtituit, diſtinc. 17. quæſt. 4. quam probat
6 Tiraq. lib. de pœn. remitten. cauſa 51.
num. 19.

Neophytus quoq; eſt is, q nuper eſt
religionem ingreſſus, quem Nouitium
vulgo ferunt, qui non tantis debet vaca-
re abſtinentijs, vt alij Neophyti; ne forte
auſteritate nimia territus, monaſteria de-
ſera. t cap. quædam lex, 35. q. 3. Alber. in
verb. nouitius: hi anno nouitiatus du-
rante, ad dignitates aſpirare non valēt,
nec ad ordines, etiam minores. cap. Mo-
naſterijs, 19. q. 3. vt dicemus, cū de Mo-
nachis agemus. Abbatiā igitur, vel quā-
cumque in religione præfecturam, obti-
nere non poſſunt, niſi poſt profeſſionem,
in qua deſinunt eſſe Nouitij. cap. nullus.
de elect. lib. 6. Silu. in verb. Abbas, quod
& in Monialibus nouitiis procedere de-
bet, eodem iure, ac ratione, cap. indem-
nitatibus. de elect. lib. 6. Nam & profeſ-
ſa debet, & quadragenaria, & iam egiſſe
octo annos poſt profeſſionem. Concil.
Trid. Seſſ. 25. c. 7. & diximus ſupra tra-
ctantes de Monialibus. Nouitius tamen
in Epiſcopum eligi poteſt. d. c. nullus. eſt
autem ratio quia ad Epiſcopatum iā for
ſan inſtructior fuerat, at ad Regulariū
prælaturas non ſic, qui recēs ad clauſtrū
acceſſerat.

Qua in re eſt illud aīaduertendum, ꝙ
7 ſi qs religionē uouerit, & ante īgreſſum,
uel profeſſionem, eligatur Eps, non ad-
mittitur ex ea electione niſi prius clau-
ſtrum ſubeat, & profeſſionem emittat. c.
per tuas, de voto. Silu. in verb. religio. 2.
verſ. 20. ſed tunc magna naſcit᷑ quęſtio,
ſcili-

ſcilicet ſi hoc caſu, quo profitetur implē
di voti cauſa, cum in religione non intē-
dat perſeuerare, propter Epiſcopatum,
an bona ſua quæſita videantur religioni?
iuxta auth. Ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccle. &
c. nunc autem. 19. q. 3. an vero ipſe dubi
tans de amiſſione eorum poſſit profiteri
8 & reſeruare ſibi patrimonium. Barbat.
in l. 1. §. ſi ſtipulanti. in verſ. Ego dicebā.
ff. de verb. oblig. putabat, quòd ob ſan-
ctimoniam huius profitentis, hæc reſer-
uatio poterat ei concedi: quæ res eſt fal-
ſa, vt reprobauit olim Tiraq. in tract. de
remitt. pęn. cauſa. 51. num. 148. & hodie
longe magis erronea putanda eſt, ex Cō-
cil. Trid. Seſſ. 25. cap. 1. vbi regulam triū
votorum inuiolabiliter obſeruari iubet,
nullaque ratione proprium concedi poſ
ſe, nec quidem exquiſitam ſuppellectilē,
vt ibid. c. 2. Ideoq; ſi hic profiteatur, cū
hac proteſtatione, vel non implet votum
propter impedimentum proteſtationis,
vel ſi implet, omnia bona præſentia ipſo
facto monaſterio incorporata ſunt, ex ip-
ſa profeſſione. d. c. 2. & d. c. nunc autem.
Hic ergo Eṗs conſecrandus ſi intendens
profiteri, & voto ſatisfacere bona ſua re-
tineri velit, teſtari poteſt; nec oberit, qđ
facta profeſſione hæres adire velit hære-
ditatem in pręiudicium ipſius teſtatoris,
quaſi mortui per profeſſionem; quia re-
9 ſpondendum eſt, quòd Monachus fa-
ctus Epiſcopus, poteſt reuocare teſtamē-
tum, quod fecit exiſtens in ſęculo. Bart.
in l. ſed ſi mors. §. 1. ff. de donat. int. vir.
& vxor. & tradit Iaſ. in auth. ingreſſi. col.
3. verſ. quarto limita, quę cautela neceſſa
ria eſt in ingreſſu illorum monaſterio-
rum, quæ in communi capacia ſunt, &
acquirere poſſunt hæreditatem; at ſi mo-
naſterium non ſit capax bonorum, quia
tunc per profeſſionem, & taciturnitatē,
bona non acquiruntur tali monaſterio
glo. & Doct. in d. auth. ingreſſi. & Iaſon.
in auth. ſi qua mulier. in fin. C. de ſacroſ.
Eccl. conſequens eſt, quòd egreſſus mo-
naſterium ipſe ea ſibi retinebit, cum
Epiſcopatu, argum. not. Docto. ibi &
Salicet.

Quæ vera ſunt in bonis, quæ ad eum
ſpectabāt ante profeſſionem, ſed ſi poſt
profeſſionem incœperint ad eum perti-
nere ex delatione hæreditatis ex teſtamē
10 to, vel ab inteſtato, Epiſcopus dominus
non erit ipſorum, ſed Eccleſia. gl. in cap.
quia tua. 12. q. 1. videtur tex. & glo. in c.
ſtatutum. 18. q. 1. & ideo teſtari non po-
terit de eis, niſi de licentia Papę, ſicut di-
cemus de Monacho facto Cardinali, qn̄
de Cardinalibus agendum erit.

Inter Neophytos etiam eſt dicendus
ille, qui de laico ſtatim vult fieri canoni-
cus; nam hoc fieri non poteſt, c. in Eccle-
ſia. de Inſtit. poſſet tamē aliquam ſimpli-
cem præbendam obtinere, de ſententia.
Vinc. & gl. in c. cum M. de conſtitut. vbi
Abb. Silu. in verb. Canonicus. & eſt ra-
tio, quia non ſic eſt difficilis tranſitus à
laicali ſtatu ad clericalem vitam, vel etiā
ad clauſtralem religionem, cum in tali
tranſitu non requiratur perfecta chari-
tas: ſed ſufficit incipiēs. S. Thom. quodl.
5. artic. 21. Sed in tranſitu ad dignitates
videtur eſſe opus aliquanto maiori cha-
ritate: ſed & ob hoc impedimentū Neo-
phytorum prohibetur laicus effici Vica
11 rius Epiſcopi in ſpiritualibus, quoniam
cum diuerſa ꝓfiteri videatur ab ijs, quę
in vicariatu gerenda ſunt, ęquum non vi
detur, vt eccleſiaſticis iurib. ac perſonis
præſit. c. in noua. 16. q. 6. & ita oēs Doct.
poſt gl. concludunt, in d. c. decernimus.
de iud. & in c. contingit. de arbit. & quan
tauis polleat ſanctimonia, adhuc tamen
in ſpiritualib. non poterit deputari, nam
nec poterit eſſe procurator clerici, vel ca
nonici



nonici ad eligendum. Doct. in d. c. decer
nimus. argum. eorum quæ not. Io. And.
in c. quod alicui. de reg. iu. lib. 6. Silu. in
verb. laicus: Quinimmo facilius Epiſco-
pus fieri poteſt, quàm vicarius; nam ſta-
tim atque eſt electus Epiſcopus oportet
eum promoueri, & ſic deſinere eſſe lai-
12 cus, ſi Epiſcopatum adminiſtrare volue
rit, poſtquam acceptauerit; at vicarius ex
eo ſolo, ꝙ eſt vicarius non tenetur deſine
re eſſe laicus, & ſic concludit Philip. Dec.
in d. c. decernimus. col. 13. verſic. ſecunda
concluſio, reiecto Barbat. ibi colum. 3.
qui contrariū aſſeruerat. hæc etiam ſcri-
bit Tiraq. de pœnis remitt. cauſa 51. nu.
148. verſic. ſed & de grege: laicum tamē
non dicam eum, qui vel minoribus ordi
nibus ſit initiatus, habitu, & tonſura: nā
videtur quaſi in via ad maiores, merito
inter eccleſiaſticas perſonas annumerari
videtur, & ſic ſpiritualibus cauſis poſſet
præfici, arg. Conc. Trid. Seſſ. 23. c. 6.

*De illiteraturæ defectu.*

## CAP. XXXII.

1 *Illiteratus quis ſit.*
2 *Illiterato, nec prima tonſura danda.*
3 *Illiteratus dicitur reſpectu oneris, quod ſuſci-*
*pit.*
*Sacerdotio, qua litteratura requiratur, ex Au*
*guſtino.*
4 *Ordinibus, qua literatura requiratur, ex Con*
*cilio Tridentino.*
5 *Scientia olim charitati ſubiacebat.*
*Macedonius anachoreta ſacrarum literarum*
*imperitiſſimus ſacerdotio functus*
*Antonius anachoreta indoctus; multa tamen*
*ſciebat.*
*Spiridon Epiſcopus Cypri indoctus*
6 *Abbas illiteratus eſſe poteſt, vt & alij mo-*
*nachi.*
*Monachus docentis officium non aſſumit.*
7 *Monachus bonus, vix facit bonum Clericū.*
8 *Speculatoris erronea ſententia in conferendis*
*parochialibus.*
9 *Scientia requirēda reſpectu loci vbi cura exer*
*cenda.*
10 *Illiterati valde experti; & practici promoueri*
*poſſunt.*
*Sanctulus presbyter fuit, neſciens Elementa li*
*terarum, & decem legis præcepta.*
*Ioannes Aegyptius Anachoreta, illiteratus*
*multæ eruditionis.*
*Antonius ſacras ſcripturas ſine lectione no-*
*uerat.*
*Didymus puer cæcus factus omnes ſcientias di*
*dicit auribus.*
*Seruulus literarum penitus ignarus, ſacram*
*ſcripturam exactè didicit.*
*Illiteratus ordinatus deponi debet.*
11 *Illiteratus eſt ordinis capax.*
12 *Baptiſmus reddit maſculum capacem omnis*
*alterius characteris.*
13 *Illiteraturæ defectus omnino eſt indiſpenſa-*
*bilis.*
*Vicarius non poteſt eſſe excuſator, ſed coa-*
*diutor.*
14 *Illiteratus in vno idiomate, poteſt promoueri*
*ad illud beneficium, in quo vnū nouit idio-*
*ma, & illud exercebit, et in altero deſeruiet*
*per vicarium ſcientem.*
13 *Illiteratus ſemel admiſſus, alia tamen vice*
*poteſt reprobari.*
*Parochus qui priore in parochia male ſe geſ-*
*ſit non eſt facile ad aliam transferendus.*

AD eos, qui vel ob ætatem, vel
inexperientiam ordinibus ſa-
cris indigni ſunt proxime ac-
cedit quicumque illiteratus eſt: Illitera-
1 tum eum accipimus nō ſolum, qui anal-
phabetus eſt, ſed etiam, qui prima gram
matices rudimenta non didicit, exemplī
gratia, ſi Donatum nō didicerit, vt olim
Epiſcopus Calinen. de quo in c. fi. de ęta.
& qualit. vbi Abb. docet praxim proban
di illiteraturam, & ſcientiæ defectum.
Iſti igitur irregulares ſunt, d. c. fi. Spec. in
tit. de diſpen. §. iuxta. verſi. & ſcias quòd
eſt: nam promoueri non poſſunt; & pro-
moti ſunt deijciendi. d. c. fi. & diſt. 38. c.
omnes. & 36. c. illiteratos. numquam. n.
ſunt ordinandi. Inno. in c. cum in cun-
ctis. de elect. quandoquidem, qui vult
promo-

promoueri litteras callere oportet, tota
diſt. 36. 37. & 38. & c. ſic viue. 16. q. 1. nã
2 nec prima quidem tonſura eſt danda il-
literato. c. vlt. de temp. ord. lib. 6.

Quanta vero ſcientia, ac litteratura re
quiratur in ordinandis iudicandum eſt,
pro ratione ordinũ, dignitatum, ac one-
3 ris ſuſcepti. c. cum eccleſia. de elec. Inno.
in d. c. cum in cunctis. In ſuſcipiendo ſa-
cerdotio ex S. Auguſtini præſcripto hęc
ſunt neceſſaria, ſ. vt de ſacramentis plenã
habeat cognitionem; lectionum, & anti-
phonarum ordinẽ bene nouerit, baptiſ-
mi tempora, canones pœnitentiales, pſal
terium, feſtiuitatum omnium homilias
didicerit ita, quòd ſi vel vnum, ex prædi
ctis ignorauerit, vix ſacerdotis nomen il
li congruere putet. c. quod ipſis. diſt. 38.
ſed hodie ex Conc. Trid. Seſſ. 23. per ſin
gulos ordines, magis explicate definitũ
eſt: Tonſura etenim non niſi chriſmate
confirmatis, & fidei rudimenta, & lege-
re, ac ſcribere ſcientibus confertur ibid.
ca. 4. Minores uero uſque ad acolythatũ,
non conferuntur, niſi latinam linguam
intelligentibus, ibid. cap. undecima, poſt
redditum teſtimonium de litteratura,
ac morib. per parochum, & ſcholæ ma-
giſtrum, ibid. c. 5. Maiores uero ſacri nõ
cõferuntur, niſi ijs, qui probe uerſati ſint
in minorib. ac de ijs bene inſtructi ſint,
quæ exercẽdo ordini quem ſuſcipiunt,
cõueniunt, ibid. c. 13. Preſbyteratus ue-
ro ei ſoli cõceditur, qui docere poſſit po
pulum ea, quæ ad ſalutem neceſſarium
eſt ſcire, ibid. cap. 14. Epiſcopatus autẽ,
ut olim nõ poterat dari, niſi ei, qui utrũ-
que teſtamentum ſciret, ut per ſacrã ſcri
pturam, & ſuos poſſet edocere, & alienos
cõfutare, c. omnes. diſt. 38. cum iudex ſit
animarum. c. de perſona. 11. q. 1. ita ho-
die ex Conc. Trid. Doctor, aut licẽtiatus
magiſter in Theologia, uel iure canoni-
co eſſe debet, aut publico alicuius Aca-
demiæ teſtimonio idoneus ad alios do-
cendos probatus. Seſſ. 22. c. 2. de ref. ne
cæcus cæco ducatum pręſtet. Matt. c. 15.
& d. c. quod de ipſius.

Aliquando tamen ad habẽdum ſacer
dotium, tam ardens in homine charitas
eſſe poteſt, ut ſciẽtiæ uicem ſupplere poſ
ſit, ſi nõ ſit penitus inſcius, & illiteratus,
c. niſi. de renunt. Priſcis enim temporib.
id quãdoque permiſſum fuit, ut charitas
ſcientiæ præponderaret; ſperandum. n.
uidebatur, ut qui plurimum diligeret,
etiam in ſcientijs proficere plurimũ poſ
5 ſet, gl. in diſt. 52. cap. ſollicitudo. ſanctus
enim Flauianus Eṕs Macedonicũ Ana-
choretam ad ſacerdotium promouit, ui
rum cuiuſuis diſciplinæ expertem, in lo-
cis agreſtibus educatum, & in uerticibus
montium, ſimplicem, ſacrarumque lit-
terarum imperitiſſimum. ſed quia in eo
ſumma uigebat charitas, ob id eum ꝓ-
mouerat, ut ſcribit Theodoret. in Philo-
theo in uita Macedonij, & Lipom. uit. S.
Tho. ſecundo: An non etiam ſacerdo-
tio fuiſſet dignus. S. Antonius Anacho-
reta ob ſummam charitatem? quem fuiſ
ſe indoctum probat Auguſt. lib. 1. de do
ctri. Chriſt. in prologo, eumque ſine ulla
ſcientia litterarum ſcripturas diuinas, &
memoriter audiendo tenuiſſe, & prudẽ-
ter cogitando intellexiſſe atteſtatur; ſed
& Caſſiod. hiſtor. tripart. lib. 1. c. 11. pro-
bat eum neq; ſciſſe litteras, neq; mirari
eas, inuẽtorem earum tamẽ collaudaſſe:
Spiridon quoq; uir ruſticus Cypri Eṕs,
ouium cuſtos fuit, dũ epiſcopatum ad-
miniſtraret, de quo plura Caſſiodor. hiſt.
tripart. lib. 1. cap. 10.

Vt ergo charitas ſcientiæ præponde-
ret, præcipue uerum eſt in Monacho, cui
6 plus cõtemplatio congruit, quàm erudi-
tio. nam illiteratus Abbas fieri poteſt;
Panor-



Panormitan. in c. ult. de ætat. & qualita.
uerſi. quæro quid. quandoquidem oĩs fe
re alia irregularitas nil obeſt Abbati,
quominus & eligi, & electus adminiſtra
re prælaturam poſſit. Specul. in tit. de di
ſpenſat. §. iuxta. uerſic. Abbas autem, &
dicemus cum de monachis agendum
erit: Monachus præterea docentis offi-
cium non aſſumit, unde illi ſcientia non
eſt opus; plãgentis etenim onus tantum
ſubit, c. monachus non docentis, 16. q.
1. & 7. q. 1. c. hoc nequaquam: quamob-
rem Ioannes gloſſator in d. diſt. 16. q. 1.
dicere conſueuerat, bonitatẽ ſine littera-
tura ſufficere ĩ monacho, ut retulit Silu.
in uerb. clericus 2. in princip. unde pro-
uerbio datus eſt locus, monachus bonus
uix facit bonum clericum, c. legi. 16. q. 1.
7 Speculat. in c. ſciant. nu. 5. de elect. lib. 6.
quæ intelligenda ſunt in regulari forſan
Anachoreta, & omnino ſolitario, alioqui
hodie omnes regulares per Epiſcopum
ſuper ſcientia ſunt diligenter examinan
di, in ſuſcipiendis ordinib. Concil. Trid.
Seſſ. 23. cap. 12.

Ex quib. apparet quantum errauerit
Specul. in cap. licet canon, numer. 35. de
8 elect. lib. 6. qui putabat beneficia, etiam
curata facilius conferri debere, eo quia
plerumque cauſam adferunt, ut quis ip-
ſorum prouentuũ auxilio, in doctrina,
ac ſcientia proficiat, & ſic ponebat bene-
ficia curata præuia eſſe ad ſcientiam, cũ
potius ſcientia debeat præuia eſſe ad be
neficia, præſertim curata. De clericorum
ſcientia, multa congerit Alberic. in uerb.
ſcientia.

9 Eſt etiam habenda ratio loci, in quo
quis ſacerdotio fungi debet: nam ruri
non admodum doctus, aptus fuerit, præ
ſertim ſilueſtri loco, quo difficile acce-
det, q̃ litteras polleſ; qualis etenim grex
talis & paſtor; qualis populus, ſic & ſa-
cerdos. Iſaię c. 24. propterea urgente ne-
ceſſitate, quando idonei non reperiũtur,
admittuntur etiam minus idonei, tex. &
glo. diſtinct. 55. cap. priſcis. & diſtinct.
57. c. primo. ibi, raritas hominum, cum
glo. idem eſt in Epiſcopo: nam etſi non
præcellat, ſit tamen litteraturæ compe-
tentis, pro ratione loci ſilueſtris, poterit
iure diſpenſatione Apoſtolica admitti.
Nam S. Auguſtinus Coepiſcopum ha-
buit, quem dicit in uilla natum, in uilla
enutritum, & non multa lectionis erudi
tum ſcientia; ſed Deo amicum, & quòd
ab eo multa acute dicta ipſe didicerit,
cum admiratione, & tamen Epiſcopus
erat, ut ſcribit Poſſidon. in ipſius Aug. ui
ta non longe à calce operis: alioqui uero
minus literati numquam ſunt ad Epi-
ſcopatum admittendi. Hug. in d. cap. om
nes. diſt. 35.

Inter illiteratos non conſtituendi
ſunt ij, qui cum literas multas non didi-
cerint, quodam tamen magno uſu, om-
nia probe norunt, quę ad miniſteria per-
10 tinere uideantur; nam ij promoueri poſ
ſunt ex ſententia Abb. in cap. ultim. de
ætat. & qualit. qui alios ita ſentientes re-
fert. Nam Sanctulus preſbyter miracu-
lis clariſſimus, elementa literarum non
bene nouerat, nec legis decem præce-
pta: attamen preſbyter erat, & ut dicit
Gregorius de eo, quia plenitudo legis
eſt charitas, legem totam in Dei ac pro-
ximi dilectione ſeruauit, & quod foris
in cognitione non nouerat, ei intus ui-
uebat in amore. Gregor. dialog. libro 3.
cap. trenteſimo ſeptimo. Quin & hiſt. tri
partit. lib. 8. cap. primo. refert Ioannem
Ægyptium Anachoretam, pleraque le-
gis dogmata nouiſſe, nullo ex codice,
quicquid enim ſemel mente perceperat,
hoc ſub ueritate retinebat; ſed & Anto-
nius, de quo ſupra diximus, teſte Aug.

ſacras ſcripturas nouit, & intellexit, ſine
librorũ lectione: parui enim refert ocu-
lis, an auribus litteras haurias, ut de Di-
dymo Alexandrino oĩum ſcientiarum
peritiſſimo narratur, qui puer cæcus fa-
ctus, omnia uolumina aurib. audiuit, &
ingẽtia ipſe dictauit. S. Hieron. in catal.
ſcript. Eccle. ſicut & Seruulus paralyti-
cus, cum literas funditus ignoraret, ſacrã
tamen ſcripturam didicit, alijs ipſo au-
diente legentibus, ut ſcribit Gregor. ho-
mil. 15. ex 40.

Illiteratus igitur ordinatus abſtinere
debet; at ſi ſe ordinum executioni com-
miſcuerit, quia contra ſanctorum patrũ
decreta facit, grauiter delinquit, & depo
nendus eſt, diſt. 51. c. qui in aliquo. nam
adminiſtrationem interdixit illiteratis
expreſſim Fabian. I. in 3. epiſtol. ad Hila
rium: ergo cõtraueniendo uidetur nouã
incurrere cenſurã. Eſt tamen illud uerũ,
11 quòd illiteratus eſt ordinũ capax, etſi li-
terarum ſcientia uideatur de ſubſtantia
ordinis gl. per illum tex. in d. c. omnes. in
uerb. ſubſtantia, tñ uerius eſt, ut non im-
pediat characteris impreſſionem, ſed ſo-
lam ordinis executionẽ. Alberi. in uerb.
ordo 3. paulo ante fin. Summ. Conf. de
prud. ordin. q. 3. Hoſt. in ſum. de ætat. or
din. uerſ. ſed numquid, Raym. de prud.
ordin. uerſ. ſed numquid laicus: ea rõne
quòd baptiſmus reddit habilẽ ad ſuſce-
ptionẽ cuiuſcumq; characteris ſacramẽ-
talis. Idem Archid. in d. c. oẽs. poſt Hug.
Nec obſtat gl. in d. uerb. ſubſtantia, quia
12 nõ intelligitur quòd ſit de eſſentia ordi-
nis; ſed executionis, qm̃ ſine literis exer-
ceri ordo non põt, ut ibid. Arch. & Hug.
& pro hac opinione uidetᷣ tex. in d. c. qui
in aliquo: ubi illiteratis depoſitionẽ cõ-
minatur; quod indicat characterem fuiſ
ſe impreſſum, ut uerbum depoſitionis re
cte congruat illi loco.

Hic autem defectus omnino indiſpẽ
ſabilis eſt. Innoc. in c. dilectus. de tempo.
ordin. quia litteratura requiritur de iure
13 diuino. Card. de Turrecrem. in cap. ſi in
laicis diſt. 38. nec ulla diſpenſatio (à quo
cumque emanet) ualere poteſt, quia ne-
gligi poſſe ſcribit Fel. in c. inquiſitionis.
de ſentent. excommunic. Diaz in praxi
canonica. in uer. illiterati. c. 18. nec ualet
illa ratio, quòd illiteratus poteſt excuſa-
ri, ſi uicarium ſcientem habeat, nam ui-
carij non poſſunt eſſe excuſatores Recto
rum, ſed coadiutores. Diaz in praxi Ca-
nonica in uerb. officialis, c. 2. Propterea
ille ſolus inſcius excuſari poteſt, qui ob
feruẽtem charitatem eſt habitus dignus
beneficio; nam tunc in ijs rebus, in qui-
bus eſt opus ſcientia, poterit uti admini-
culo uicarij. Silu. in uerb. clericus. 2. cir-
ca princ. & id expreſſim ſtatui uidetur
Concil. Trid. Seſſio. 21. c. 6. quod proce-
dit in iam promotis, alioqui nõdum ꝓ-
moti prætextu idonei uicarij, non ſunt
admittendi. Silu. ubi ſupra. Vno tamen
caſu illiteratus promoueri poteſt, etiam
ſub ꝑtextu idonei uicarij, ſi uidelicet ea-
14 dem diœceſis uarijs ritib. & linguis di-
uiſa ſit, ut litteratura in una ſufficere nõ
poſſit in alia; ſi nouerit præcipuam lin-
guam, uel idioma admitti poteſt, ut in
alio ritu, uel idiomate per idoneum ui-
carium deſeruiat, tex. in c. quoniam. de
offic. iud. ord.

Illa autem quęſtio non eſt omittẽda,
ſi quis illiteratus ad beneficia ſemel ſit
admiſſus, poſtea uelit ad aliud transfer-
ri, num prior illa admiſſio, & approba-
tio ſufficiet, ut transferri poſſit. hæc quę-
ſtio olim in Rom. Curia diſputata fuit
in iudicio, ut narrat Alberic. in uerb. or-
dinatus à non Epiſcopo; quo loco refert
Oldradum de ea diſputaſſe in q. 13. con-
cludendo illum ſecunda uice repellen-
dum,



dum, non obſtante prima admiſſione;
remittit ad Innoc. in c. accepimus. per il
lum tex. de ætat. & qualit. & de hac re ca
ſus clarus per gl. in c. cum ſecundum. de
præbend. in uerb. liceat: cui rei adſtipu-
latur, quod tradit Abb. in cap. fin. de ęta.
& qualit. de prælato, qui beneficium cõ-
tulit adoleſcenti, quem doctum puta-
bat, an reuocare poſſit collationem? uide
eum ibi, & Silu. in uerb. beneficium ſe-
cundo, q. 7. multa enim colligi illinc poſ-
ſunt ad hanc quæſtionem facientia. Sed
hæc uera ſunt in eo, qui cum illiteratus
eſſet, ſine cauſæ cognitione ad beneficia
admiſſus fuit, at ſi præuio examine, peri
culo facto, de eius ſcientia trãsferendus
ſit, ad alia æqualia beneficia, ſufficiet eũ
ſemel fuiſſe approbatum, & ita obſeruat
ſtylus, niſi agatur de præiudicio concur
ſus; nam tunc toties erit reiterandũ exa-
men, quot erunt concurſus. Si etenim in
priori parochia minus prudẽter, aut mi-
nus digne ſeſe geſſiſſet, nõ eſſet ad poſte-
riorem admittendus, prætextu prioris
approbationis, & ita conſtituit Reueren-
diſſ. Otho Card. Auguſtan. in ſynodalib.
ſuis conſtitutionibus.

*De Bigamiæ irregularitate.*

## CAP. XXXIII.

1 *Vxoris unius uir quomodo intelligatur.*
2 *Lutheraniſmus eſt, ſacerdoti uxorem concedere ducendam.*
*Bigamus eſt, qui plures uxores expertus eſt.*
*Matrimoniorum multiplicatio ſucceſſiua non eſt peccatum.*
3 *Bigamus quot modis accipiatur.*
4 *Bigamus eſt, qui unam ſed uitiatam uxorem duxit.*
*Viduam ducens Bigamus eſt.*
5 *Bigamus non eſt, qui duxit quam prius ipſe uitiarit.*
6 *Bigamus eſt qui duxit uirginem, ſed poſtea uitiatam cognouit.*
7 *In irregularitate factum non uoluntas inſpicitur.*
*A Bigamia non excuſatur maritus, qui ad mandatum Iudicis cognouit uxorem ſuam ab alio uitiatam.*
*Bigamus dicitur & is, qui poſt uotum caſtitatis uirginem uxorem duxit.*
8 *Monachus poſt uotum ducens publice uxorẽ, pro hæretico inquiri poteſt.*
9 *Bigamus eſt etiam is, qui duxit in uxorem eam quæ, etſi uirgo eſt, uotum caſtitatis emiſerat.*
10 *Bigamia non inducitur fornicando cum uidua.*
*Bigamia non inducitur ex multiplicatis concubinis.*
11 *Bigamus non eſt, qui primum ducens cum ea non conſummans, ſuperinducit ſecundã, eſt tamen puniendus.*
*Vxores plures ſimul retinens infamis, & quaſi hæreticus puniendus*
12 *Bigamus non eſt, qui uxori ſuperinduxit concubinam.*
13 *Bigamus non eſt qui contraxit cum muliere ſexum mutante, ſi illa dimiſſa tranſeat ad aliam.*
*Bigamus eſt ordinis, & characteris capax*
*Bigamus promotus nullo modo poteſt admitti ut aſcendat.*
14 *Bigamiæ defectum ſolus Papa diſpenſat.*
15 *Verbum Pontifex, & Epiſcopis conuenit.*
*Pontifex ſummus, & minor etiam ethnicis fuit.*
*Lucius Papa diſpenſauit ſuper Bigamia cum Archiepiſcopo Panormitano.*
*Ioãnes de Lignano fuiſſet Card. niſi Bigamia obſtitiſſet.*
*In Cardinalibus, promouendis Papa ſolent dare uerba generalia.*
*Tobias non fuit Bigamus, licet uxor ſeptem uiros habuiſſet.*
15 *Bigamus uiginti duarum uxorum ſub Damaſo Papa.*

BEatus Paulus Apoſtolus 1. ad
Timot. c. 3. iubet, ne quis ad
Dei miniſterium accedat, ni-
ſi fuerit unius tantum uxoris
uir, ideſt ſi coniugatus aliquando fuerit,
1 ſemel tantum, & cum uirgine. Nã non

propterea excludit eos, qui nullam om-
nino duxerint; illud enim uerbũ (vnius)
opponit pluribus, ſ. ut qui plures quàm
unam duxerint, excludantur, non autem
ij, qui nullam omnino; alioquin iuſſiſſet
unam omnino uxorem ſacerdotibus eſ-
ſe ducendam, quod olet impium luthe-
2 raniſmũ; & aduerſaretur conſilio, quod
ipſe Paulus nobis præbet 1. ad Corinth.
cap. 7. Concluditur ergo, uel nullius uxo
ris uirum fuiſſe, uel unius tantum; & ita
declaratur per Innocentium I. in epiſto-
la 3. cap. 1. habetur in c. propoſuiſti. 82.
diſtinct. & cap. 1. diſt. 26. cum glo. ſi ue-
ro plures quis uxores ſit expertus, quaſi
bigamus ab ordinibus excludi debet, ex
præcepto hoc apoſtolico; non enim po-
teſt eſſe uiduitatis, ac continentię adhor
tator, qui coniugia ipſe frequẽtarit. Am-
broſius lib. de officijs lib. 1. cap. 50. ha-
betur in c. una. uerſic. quod culpæ. diſtin.
26. Spec. in titu. de diſpenſatio. §. iuxta.
uerſ. defectus. nec ideo putãdum eſt pec
catum eſſe in multiplicatione coniugij.
Tabien. in uerb. impedimentum feria-
rum. q. 3. S. Thom. 4. diſtinct. 42. Conc.
Florent. decret. 10. ſed id fit tantum ob
ſacerdotij dignitatem, atque honeſtatẽ.
Ambroſ. in Epiſt. ad Vercellen. cap. qui
ſine. 26. diſtinct. & 28. quæſt. 3. cap. acu-
tius. Vnde iure merito, qui plures quàm
unam eſt expertus, prærogatiua ſacerdo
tij eſt indignus, ut ibidem, & Auguſt. lib.
de dogmat. Eccleſiaſt. c. 72. uerum quia
Bigamum iam nominauimus, uidetur
3 prius hoc indagandum quid ſit biga-
mus: ille enim, qui cum pluribus fornica
tur, non eſt bigamus, quia in coniunctio-
ne ſoluta, nulla põt eſſe aptitudo ſignifi-
cans unionem Eccleſiæ ad Chriſtum,
quæ ſignificatur per ſacramentum ſpon
ſi & ſponſæ in matrimonio. S. Thom.
4. diſt. 27. quæſt. 1. articu. 4. Propterea ſi
tale ſacramentum matrimonij multipli-
cetur de iure, uel de facto, ſiue ſimul, ſiue
ſucceſſiue, ſecuta admixtione carnis,
impeditur ſignificatio unitatis, quæ re-
quiritur ad ſignificandam unitatem con
iunctionis eccleſiæ & Chriſti per ſacer-
dotium: unde ſuper tali defectu non be-
ne congruit ordo, uel ordinis ſacramen-
tum, quod nullũ debet habere defectũ.

Ideo ille, qui duas ſimul habet uxores,
uel unam de facto, alteram de iure, uel
duas ſucceſſiue, quibus omnibus ſit in
carne copulatus, dicitur uere, & proprie
bigamus: colligitur ex S. Thom. loco ſu-
pra citato, & ſuper Epiſto. ad Hebræos,
c. 11. idem erit ſi quis unam ante baptiſ
mum duxerit, alterã poſt, ut tradit Inno.
Papa in Epiſtola 24. ad ſynodum Tole-
tan. cap. 6.

Altera eſt bigamia interpretatiua, cũ
uir unam tm̃ uxorem habuit, non uirgi-
nem, i. uitiatam ab altero per fornicatio-
nem, aut matrimonium: nam illa uxoris
corruptio reddit hunc uirum irregula-
rem, cum tñ ipſe uir cum plurib. mulie-
rib. etiam corruptis fornicando, non fie-
ret irregularis ex capite bigamiæ: eſt au-
tem ratio quòd uxor corrupta faciat ir-
regularem ſuum uirum: quia corruptio
carnis facta, etiam extra matrimonium,
nullum defectum ponit in ſacramento
ex parte eius, in quo eſt corruptio; ſed ex
parte alterius, quia conſenſus contrahen
tis matrimonium non cadit ſuper ſeip-
ſum, ſed ſupra alterum, ideo cum cor-
ruptio, & indiſpoſitio iſtius unitatis ma
trimonij, ex parte mulieris, transferat
imperfectionem in uirum, merito in ui-
ro reſidet hic defectus, & fit irregularis,
reſpectu habito ad corruptionem uxo-
ris; ſua uero corruptio extra matrimo-
nium non obeſt ſibi, quia non agimus
de uniendo ſeipſum ſibi, ſed de unien-
do



do ipſum alteri, ſcilicet uxori, quæ per
talem uiri corruptionem etiam ſimplici
ter fornicariam, ipſa uxor fieret irregu-
laris (ſi de ea hoc poſſet habiliter dici,)
ipſe uero non fieret irregularis; hoc de
mente S. Thom. d. artic. 4. Silu. in uerb.
bigamus.

Ex qua ratiocinatione declarãtur om
nes aliæ ſpecies Bigamiæ; nam cum quis
uiduã uxorem ducit, quia ipſa iam alij
prius copulata eſt, non poteſt transferre
unitatis ſignificationem ad maritum, ſe-
quitur, quòd ipſe bigamus habeatur, &
irregularis: nec ad clerum admitti poſ-
ſit, nec quidem ad ordines minores, diſ.
34. cap. ſubdiaconus. Concil. Tridentin.
Seſſ. 23. cap. 17. ſi autem admiſſus ſit,
deijcitur, cap. ſi quis uiduam. 50. diſtin.
quod intelligo ſi cum ea copuletur, Ioã.
Andr. in addition. ad Specul. in titu. de
diſpenſ. §. iuxta. uerſicul. & ſcias, idem
quoque eſt de ea, quam putauit uirginẽ
eſſe, cum uitiata eſſet: nam diuiſa caro
eius uxoris ponit defectum in marito,
(ut iam diximus) Ideo eſt irregularis,
& bigamus, gl. in cap. nemo ad ſacrum.
diſtinct. 32. dicto capit. qui in aliquo. S.
Thom. d. artic. 4.

Hoc autem non procedit in eo mari-
to, qui duxit uxorem eam, quam ipſe an
5 tea uitiauerat, quia non diuiſa fuit caro
in multos. S. Thom. d. art. 4. Et licet gl. in
d. c. nemo ad ſacrum. & in c. maritum.
diſt. 33. uideatur ſentire contrarium; ta-
men auctoritati. S. Thom. magis eſt cre-
dendum, quam etiam celeberrimi cano-
niſtæ ſequuntur, uidelicet hunc non eſſe
bigamum. Cardin. Zabarel. in c. tanta. q.
ult. qui fil. ſint legit. in nouiſſimis ſcriptis
reiecta opinione Hoſt. qui etiam contra-
rium ſenſerat; ſentit idem cum S. Tho.
etiam Silu. in uerb. bigamus. circa princ.
gl. & Abb. in c. ſane. de bigam.

Eadem quoque ratione interpretati-
ua bigamia eſt, ſi uirginem quidem quis
6 duxerit, ſed poſtea adulterata eſt, nam ſi
maritus ſiue ignorãs, ſiue ſciens rurſum
ei commiſceatur, fit & bigamus, & irre-
gularis, c. ſi cuius. & c. ſi laici. diſt. 34. S.
Thom. d. artic. 4. nec ſolum hoc uerum
eſt, ſi uolens ipſa ſit adulterata, ſed etiam
ſi inuita, & per uim; nam etſi uim paſſa
adultera non ſit, c. illæ. 32. q. 5. & cap. de-
7 ſponſatas. 27. quæſt. 2. tamen quia in ir-
regularitate factum inſpicitur, non uo-
luntas, maritus ei poſtea copulatus, ſit bi
gamus, ſicut uirgo uim paſſa non eſt cõ-
ſecranda, ut alias tractantes de moniali-
bus diximus.

Eſt quoque bigamus ille, qui eſt cõſti
tutus in matrimonio litigioſo, & ad man
datum iudicis cogitur reddere debitũ
uxori ab alio cognitæ, ſiue in matrimo-
nio, ſiue in adulterio: nam nõ excuſatur
hic maritus prætextu mandati iudicis,
quin fiat irregularis. Abb. in cap. ſi uir. de
adult. per tex. in cap. 2. de bigam. Silu. in
uerb. bigamus. circa princ.

Sed & ille, qui uotum caſtitatis emi-
ſit, ſi poſtea matrimonium contrahat,
etiam cum uirgine præuaricator eſt, &
bigamus; & adeo irregularis, quòd nec
per Epiſcopum diſpenſari poteſt ad or-
dines, cap. quotquot. uigeſimaſeptima.
quæſt. 1. Quinimmo ſi monachus ſit,
qui extra clauſtrum egreditur poſt uo-
tum caſtitatis, & publice uxorem ducat
non ſolum ut bigamus, ſed ut hæreticus
eſt irregularis. Bald. in l. nemo clericus.
8 C. de ſacroſ. eccleſ.

Ille quoque erit irregularis, qui duxe-
rit uxorem eam, quæ uotum caſtitatis
emiſerat, cum ipſe non uouiſſet, nam
quodammodo ipſa uxor eſt bigama, &
ipſe bigamam duxiſſet uidetur d. capit.
quotquot.

Qua ratione clerici in ſacris ordinib. conſtituti, qui more nuptiali ſecūdas in contubernium ſibi mulierculas adiūxerunt,licet in ueritate bigami non ſint,tamen adeo irregulares cenſentur, ut cum eis tamquam cum bigamis non liceat diſpenſari,uti expreſſim ſcripſit Innoc.III. ad Vratizlauienſem Epiſcopum.

Eſt autem illud adnotandum , quòd nulla irregularitas contrahitur ex ſola animorum cōiunctione; nec ex ſola corporum commixtione.Hoſt.in d.c.tanta, quem referendo ſequitur ibi Zab. in d. ult. q. propterea ſola fornicatio cum uidua, non inducit irregularitatē bigamię,
10 ſicut nec fornicatio cum multis, tradit Io.de Fauen. antiquiſſ. decretorum gloſſator in d.c.ſi quis uiduam.quo loco irridet contrarium ſentientes;nam nec multæ concubinæ faciunt Bigamiam, ut q̄s ex eo fiat irregularis , c.quo circa. de bigam.ſicut nec iterata contractio matrimonij nulla copula,uel conſummatione ſequuta;nam ſi cum arcta contraxeris, à qua poſtea ſolutus,aliam ducas,non efficeris irregularis, quia nulla apparet carnis diuiſio, idem ſi quacumque ratione fuerit ſequuta ſeparatio prioris matrimonij ante conſummationem,c.debitū. de bigam.& diſt.34.c.Valentino.

Sed & ille,qui uiuēte ea,cum qua cōtraxit,ante conſummationem ducit ſe-
11 cundam,cū qua conſummat,licet nō ſit bigamus,ut per Abb.in d.c.debitum, & in c.2.de conuer.coniug.ult.not.& text. in d.c.Valentino ; tamen quia per iterationem matrimonij incurrit infamiam, & puniendus eſt, excludi debet ab ordinibus,ſicut è cōtra ſi primum matrimonium cōſummauerit, & ſecūdam ſuperinduxerit,cum qua tñ non cōſummauerit,nō eſt quidem bigamus, ſed quia infamia notatur,& iudicio punitur,irregularis efficitur , pœnæ autē canonicæ iſtorū,qui ſimul plures ducunt uxores ſunt multę,de quib.in c.nuper,& ibi p Doct. de biga. præcipua eſt quòd poteſt procedi aduerſus eos,tamquam hęreticos , ut tradit Dominic.poſt Lap.in c.accuſatus. §.ſane. de hæreticis. lib.6. & habetur in Iudiciali inquiſitorum , in uerb. hæreticus,num.22. Propterea ille,qui uxori cō-
12 cubinam ſuperinduxit bigamus nō eſt: c.fraternitatis. diſt.34.& ibi glo.Tamen quia quaſi publici fornicatores iſti putātur, ſunt ab ordinibus repellendi uel nō niſi poſt correctionem, diſpēſatione obtēta,arg.d c.fraternitatis.ibi,conceſſiſſe; ſolus enim diaconatus uix illis conceditur,& ex cauſa,ut ibid.

Hic congruit illa quæſtio ſi quis duxerit in uxorem puellam,quæ in ipſo primo tori uſu euaſit in maſculum,ut dixi-
13 mus ſupra c.27.certe & ipſe mihi uidebitur irregularis,& ille cum quo contraxit,ſi uterq; ad alias nuptias tranſeāt,nō quidem ex capite bigamię, quia inter maſculos nō datur locus matrimonio, merito non datur locus etiam bigamię; at propter ſcandalum , ab altari excludi debet ille,qui puellę opus paſſus eſt, pp ſpeciem ſcandaloſam, qua mouetur uulgus uidendo eum altari miniſtrare tamquam uirum,qui diu habitus eſt p muliere;uir uero non patitur quicquam tale,ideo uerius eſt,eum non effici irregularem,perinde ac ſi fornicatus primum, deinde uxorem ducat , ut paulo ante diximus.

Eſt autem illud ſciendum,omnem bigamum ordinis capacem eſſe ex ſententia Canoniſtarum, & Theologorum.Geminian.in c.altercationis,colum.2.uerſ. quid ſi ordinētur.de bigam.lib.6. remittit ad Archid.diſt.34.c.lector.Spec.in d. tit.de diſpenſat.§.iuxta.uerſ.defectus. &





uerſ.& ſcias.Rota plene de ijs in deciſio. 447.in nouis.circa fin.Ideo ſi ordinetur bigamus character imprimitur,ſed ſi ſine præuia diſpenſatione in ſuſceptis ordinibus adminiſtrauerit, non poterit ad vllum ſuperiorem ordinem aſcendere, c.quicumque pœnitens , diſt.50. intelligendo ſecundum gl.ibi,etiam ſi in minoribus adminiſtrauerit.

In hoc igitur bigamiæ impedimento ſolus Papa diſpenſat,ad ordines obtinē-
14 dos, vel obtentos exercendos , q̄m cum ſit apoſtolicum præceptum, 1.ad Timo. c.3. iure merito Papæ auctoritas requiritur,qui cum ſit Apoſtolo in poteſtate ſuperior,poterit ex cauſa cōtra illum diſpenſare.Rot.d.deciſ.447. in nouis, vbi fuſius de bigamiæ diſpenſatione tractatur,S.Thom.d.diſt.37.art 4.& quodl.4. artic.13. Et tametſi Gelaſius Papa dicat ad Pontificem non pertinere ius diſpenſandi ſuper bigamia , vt c.non confidat. diſt.50. Tamen illud verbum Pontifex, pro Epiſcopo accipitur,vt ibi per Archi. & Hug. Eſt enim Summus Pontifex , & minor, vt apud ethnicos quoque Pontifices ſummi à minoribus diſtinguebātur in iuriſdictione,ſcribit Macrob.Saturn. lib.1.cap.15.

Eſt autem perquàm difficilis omnis bigamiæ diſpenſatio.c.ſi ſubdiaconus.& c.Lector.diſt.34 Lucius tamen Papa cū Archiepiſcopo Panormitano bigamo diſpenſaſſe fertur , gl.in d.c.lector.vnde facilius cum bigamo diſpenſari aliquando contingit,quàm cum pęnitente,c.placuit.vt pœnitentes,vbi glo.diſt.50. Propterea Ioannes de Lignano vir vndequaque doctiſſimus,niſi bigamia obſtitiſſet, à Clemēte V.Pontifice Maximo ad Cardinalatum promotus fuiſſet, vt ipſe idē refert ſe de ore ipſius Clementis audiſſe in cap.poſtulaſti.de reſcrip.quamquam Anto.de Butr.in c.ſane.de conuerſ.coniug.hoc Lignani impedimentum nō ad bigamiā referat,ſed ad viuentem adhuc vxorem ,nomine Nouellam,Ioannis Andreæ filiam, cui nulla ratione perſuaderi potuit,vt religionē ſubiret , vt vir eius Lignanus Cardinal. promoueri poſſet, iuxta formam d.c.ſane.& c.vxoratus.de cōuerſ.coniug. Propterea bene dicit ibi , quod plerumq; Pontifices,vt lenius excuſent,quòd nollent agere,cauſas prætēdunt , pars enim beneficij eſt lenis excuſatio: ideò in Cardinalib. promouendis ſolent dare verba generalia,vt ſcribit Felin.in c.ad audientiam. de præſcr.col. 1. Iacob.hæc eadem refert in tract.de Concil.lib.2.art. ſecundo.titu.de vocand.ad Concil. circa fi. uerſ. & hanc partem reperio .

Poſſet autem tot multiplicari connubijs bigamia,ut nulla omnino expectanda foret diſpenſatio, quemadmodum in Tobia minore,qui etſi unam duxerit, tamē quia ea ſeptem viros habuerat,octigamus ipſe putari poſſet, ſed verius ille bigamus non fuit,quia cum nemine illa matrimonium cōſummauerat, unde iure merito ex rationibus ſupradictis bigamia nata non eſt , & ideo cum virginem duxiſſet irregularis non potuit eſſe, nec bigamus,Tobiæ c.6.Illi vero qui tot cōmiſcentur connubijs , nō ſolum Poligami putādi ſunt , ſed quadam ratione infames , cuiuſmodi Diuus Hieronymus narrat ſub Damaſo Papa hominem Romæ vigeties vxorem duxiſſe,& omnibus ſuperſtitem fuiſſe; rurſum & mulierem extitiſſe eodē tempore narrat , quę duos ſupra viginti viros habuerat prædefunctos;Hos inter ſe matrimonio iungi cōtigerat,Romæq; magna expectatio orta eſt,uter ipſorum prę moreretur,cumque præmortua fuiſſet uxor , populus coegit

uirum à lugubri funere abſtinere, quinimmo lauro coronatus, palma in manib. tamquam uictor funus ſequi iuſſus eſt. S. Hieronymus tract. 3. parte 3. epiſt. 26. Tiraquel. lib. de legib. connubia lib. Boer. deciſio 186. in fin. quis ergo hunc negabit infamem eſſe, & omni honore indignum?

## *De Vxoratorum irregularitate.*

## CAP. XXXIIII.

*Altari, qui ſeruit perpetuam debet ſeruare continentiam.*

*Subdiaconis continentiam iuſſit Gregorius.*

1 *Diaconi etiam Apoſtolorum temporibus abſtinebant ab vxoribus.*

*Eſſæi vxores ducere recuſabant.*

*Mulier zelotypa eſt, & ſui nimium amans.*

*Vxoratus promoueri non poteſt; nec ad minores, nec ad quodlibet beneficium; nec ad tonſuram.*

*Vxoratus habens minores in habitu; & tonſura deſeruiens alicui eccleſiæ; pro eccleſiaſtica perſona habetur.*

*Vxoratus promotus per ſubreptionem characterem ſuſcipit, ſed nec tonſuram exercere poteſt.*

*Vxoratus vxore renitente promotus ad ſacros tenetur vxori debitum reddere; non autem tenetur ad habitum.*

*Ioannes de Lignano fuiſſet Cardinalis ſi vxor conſenſiſſet.*

2 *Vxoratus non poteſt fieri Epiſcopus, uel Cardinalis, niſi vxor intra moniales voueat.*

*Epiſcopi multi promoti uxore in ſæculo permanente.*

*Vrbicus Aruerniorum Epiſcopus vxori rurſum copulatus, pœnitentiam multam peregit.*

*Franciſcus Remolinus uxoratus, fuit Card. dũ illa in monaſterio uiueret.*

3 *Papa vxoratus, quid facere debeat circa vxorem.*

4 *Vxoratus non dicitur quis, ſi ante conſummationem tranſit ad religionem ipſe, vel vxor, ſecus ſi tranſeat ad ſacros ordines.*

*Clericus in ſacris repetitus ab uxore, ſi prolem gignat numquam diſpenſabitur, ut ad altiores aſcendat.*

*Vxoratus etiam occultus, etiam ad ſimplicia eſt inhabilis.*

5 *Clericus beneficiatus, qui uxorem ducit perdit beneficium, etiam ſimplex, etiã ſi vxor ingrediatur monaſterium, & fit irregularis*

6 *Vouens aliquam ducere in vxorem, non prohibetur ingredi religionem, dummodo contrahat per verba de præſenti, & non conſummat.*

7 *Vxoratus etiam dicitur, qui ita contraxit, vt ad tempus contrahere intenderet.*

*Papa non poteſt impoſſibilia, ideſt, ut matrimonium quod uere eſt deſinat eſſe temporis curſu.*

*Maritus, & vxor poſſunt concordare, quòd habita prole vterque ingrediatur religionem.*

8 *Vxoratus non poteſt eſſe vicarius Epiſcopi in ſpiritualibus.*

*Vxoratus magis eſt laicus, quàm Neophytus.*

9 *Græcus vxoratus non poteſt obtinere Eccleſiam latinam.*

10 *Græcus vxoratus prolem ſuſcipiens non poteſt ad altiores ordines aſcendere.*

11 *Græcus ſuſcepto ſubdiaconatu, ſi uxorẽ ducat, ad altiores aſcendere non permittitur.*

*Græcus contrahens matrimonium poſt ſuſceptũ ordinem actum ualidum facit, quia caſtitatis uotum non fecit.*

*Græcus Epiſcopus non permittitur retinere uxorem anteductam.*

LOnge maior eſt ſacerdotij mũdities in Latinorum, quàm Græcorum ritu; nã ſi quemcumque laicum ab uxore abſtinere ad tempus hortatur S. Paulus, ut orationi uacet. 1. Corin. c. 7. multo magis miniſtro altaris ſublimiora pertractãti; & quotidiana neceſſitate ſacris deſeruienti, quotidianam oportet neceſſario ſeruare continentiam. Gregor. ad Petrum ſubdiaconum c. ante triennium. diſt. 31. & Beda ſuper Lucã eadem diſt. c. ſacerdotib. quod & diſerte magis explicauit S. Hieronym. contra Iouinianũ, habetur eadem diſt. c. ſi laicus. Primus uero id expreſſe conſtituit Gregorius in

ſub-



ſubdiaconatu. 28. diſt. c. nullum. Nullũ, inquit, facere ſubdiaconum præſumant Epiſcopi, niſi qui ſe caſte uicturum eſſe promiſerit, quia nullus ad altaris miniſterium accedere debet, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata. hoc ſcribit Ioãnes Diaconus in uita S. Gregorij lib. 2. c. 52. ubi habetur tenor totius Epiſtolæ Gregorij ad Petrum Subdiaconum prædictum: quamquam ante illum repperi apud Leonem I. epiſtol. 82. cap. 4. uxoratos ſubdiaconos effici non poſſe, quod habet etiam epiſt. 90. cap. 3. At in diacono, ac preſby-
1 tero, ut ab uxore abſtinerẽt, & Apoſtoli exemplo docuerunt, & poſtea expreſſim ſtatuit Conc. Carthag. II. cap. 2. habetur. diſt. 84. c. cum in præterito. Idem & de Epiſcopis. c. Epiſcopos. diſt. 31. Antea uero, uel etiam nondum promulgato Euangelio, plurimi extiterunt, qui ab uxorib. abſtinere, ad ſacerdotalem munditiem pertinere putauerunt. ſcribit enim Philo Hebræus in apologetico, Eſſæos uxores ducere recuſaſſe, quòd caſtimoniæ ſummopere ſtuderent, atque matrimonio religionis ſocietatem facile diſſolui poſſe pſpexiſſent, quòd mulier ſe ipsã amet, & zelotypia maxime mordeatur ac uiri mores artificio quodam, atq; lenocinio facile poſſit in peius peruertere; ſi uero etiam liberos pariat, quæ prius aſtute faciebat, eo iam audacter, atque aperte aggreditur, omniq; ui regere maritum conatur; quare huic ſocietati uxor inimiciſſima iudicata eſt: hæc ille; quem retulit Euſeb. Pamph. de præparat. Euang. lib. 8. c. 4. de qua re etiam Porphyrius teſtimonium tulit in lib. de abſtinen. à carnibus. 4. Eſſæi, inquit, qui tantam in religione ſunt apud omnes auctoritatẽ conſecuti, omnem uoluptatem aſpernantes, quaſi uitioſam præcipue uxorem non ducebant; non quia matrimonium abominarentur, ſed quia mulierum mores cauendos putarent, ita ille; quem & idẽ Euſeb. retulit. lib. 9. c. 1. ſed & Diuus Hieronymus contra Iouinianum, Priſcos gentiles ſacerdotes, ait, ſtatim atque Deo dicati erant, ſæcularia omnia uſq; adeo deſeruiſſe, ut cognatos, propinquos, liberos, nec uiderent ulterius à die, quo ſeſe Deo deuouiſſent; quæ uerba tranſtulit Speculum ſummorum Pontificum titu. de continent. ſacerdot. cap. 81. Iure igitur merito, reiecto Lutheraniſmo, cœlibatum ſacerdotis ſanctiſſimum eſſe omnes cenſere debent, qui conſentiunt cum catholica, & orthodoxa fide, cum uel ethnici ipſi in ſacerdotio abſolutam caſtitatem prædicarent. Hinc eſt, quòd Alex. III. decreuit nullum coniugatorũ eſſe ſacros ad ordines promouendum, niſi ab uxore continentiam profitente fuerit abſolutus. cap. coniugatus. & cap. uxoratus. de conuerſ. coniug. quod longe antea in ſacerdotio ſtatuerat Concil. Arelaten. II. cap. 2. habetur 28. c. aſſumi. nec à ſolis ſacris excluditur, uerum etiã a minoribus, qui uxorato nullatenus conferri debent, glo. in dicto cap. coniugatus; nec etiam beneficia ſimplicia illi permittenda ſunt, ſed auferẽda. gl. ibi. & eſt tex. in cap. 1. & c. diuerſis fallacijs. de cler. coniug. ut expreſſim tradit Hug. in c. quicumque. 77. diſt. quem potius ſequor quàm Archidiaconum, qui eo loci uidetur permittere, ut uxoratus continentia non promiſſa, poſſit ad minores ordines promoueri, quod nequaquam eſt admittẽdum, præſertim quia Bonif. VIII. Archidiacono poſterior, exp̃ſſim id ſua cõſtitutione decreuit. cap. nullus Epiſcopus. de temp. ord. ubi nec ad primam quidem tõſuram uxoratus admitti põt; ſed ſi iam promotus ad minores

ordi-

ordines uxorem ducat, ſi habitu, & tonſura utatur inter clericos, pro eccleſiaſtica perſona annumeratur, fori quoq; priuilegio gaudet, ut idem Bonifac. VIII. conſtituit in c. 1. de cler. coniug. lib. 6. qđ hodie intelligendum eſt, ſi certę Eccleſię adſcriptus deſeruiat. Concil. Trid. Seſſ. 23. cap. 6. & cap. 17.

Sed ſi per incuriā Epiſcopi, uel ꝑ obreptionem eius, qui coniugium reticuerit, promoueatur ad ordines, uxore caſtitatem non uouente, character quidem ordinis imprimitur, ſed exercere nō poteſt, nec ullum quidem minorum ordinum. Hug. in c. Eps. diſt. 77. quo loco cōcludit exigēdam eſſe uxoris continentiā, tam in minoribus, q̄ in maiorib. uiro cōferendis: Vnde ſi etiam minores ſolum ſuſceperit hic uxoratus uxore non uouēte, eos exercere non poterit, quos contra legis prohibitionem acceperit, d. c. nullus.

Sacros uero ordines ſubiens etiā uxore renitente, characterem quidem ſuſcipit, ſed adminiſtrare nō poteſt. S. Tho. 4. diſt. 37. q. 1. tenebitur quoq; uxori debitum reddere; ad habitum uero, uel tonſuram non tenebitur. Alberi. in uerb. ordinatus. 4. at ipſa mortua, non poterit cū alia contrahere, nec ſine diſpēſatione ſuſceptos ordines adminiſtrare, ut fuſius diximus ſup. c. 4. ſi uero muliere conſentiēte, ſed non uouēte, uir ordines ſacros ſuſceperit, adhuc illos exercere non pōt, quia Epi auctoritas requiritur, ut ipſam cogat ad uotum continentię emittendū; quæ ſi nolit, cum poſſit uirum repetere, ipſe ab omni executione abſtinere cogitur: ſed ea mortua, poterit eos ſine ulla diſpenſatione exercere. Abb. in c. placet. de cōuerſ. coniu. uidetur ſentire S. Tho. 4. diſt. 37. q. 1. art. 3. & fuſius diximus d. c. 4. Hinc factum aliqn̄ eſt, ut uiri alio-

qui integerrimi ſacris initiati non ſint; ob ſolam vxoris reluctationem; Idque præcipue Ioanni de Lignano viro eruditiſſimo, ac pio contigiſſe compertum eſt, quem Clemens V. ad Cardinalatus apicem prouexiſſet, niſi uxor Nouella Ioannis Andreæ filia, obſtitiſſet, cui nulla ratione perſuaſum eſſe potuit, vt tanto honori viri locum daret; ſcribit Anton. de Butr. in c. ſane. de conuerſ. coniug. quem etiam refert Fely. in c. ad audientiam. de præſcrip. col. 1. Iacobat. tract. de Concil. lib. 2. art. 2. tit. de uocan. ad Concil. circa fi. uerſ. & hanc partem reperio. In maioribus igitur dignitatib. uidelicet Epatu, Cardinalatu, & Pontificatu, ut uxoratus
2 admitti ad eas poſſit, uxor debet omnino religionem ſubire; non enim ſufficit uotum continentiæ, gl. & Doct. in d. c. ſane. de conuerſ. coniug. & eſt tex. Concil. Conſtantinop. 6. c. 48. quod hoc ſæculo contigit Franciſco Remolino Hiſpano, cuius uxor lubens monialib. ſeſe iunxit, ut uirum in Cardinalem Alex. VI. promoueret: quorum uterq; uiginti annos uixere in optimo uitæ genere, ille quidē inter Cardinales Epatum Surrentinum honeſte adminiſtrauit, hæc uero inter moniales prudentiſſime uixit eo diſciplinæ genere: ſed & alijs idem contigit, ut narrat Io. And. quem refert Abb. in d. c. ſane. de conuer. cōiug. qui & illud addit, quod mulieri nō tm̄ religionis ingreſſus ſit perſuadēdus, ſed etiam ad id cogi debeat, ex ſententia Ioannis Andreę: idque ſuo tempore factum eſſe teſtatur: Priſcis tn̄ temporibus ſufficiebat ſi uxor continentiam promiſiſſet, ut annales ſæpiſſime referunt. Nam ſcribit Greg. Turon. hiſt. lib. 1. c. 39. Vrbici Arueniorum Epi uxorem in ſæculo permāſiſſe, in lib. quoque 2. c. 17. idem dixit de uxore Namatij etiam Arueniorum Epi, eodem etiā lib.



lib. 1. c. 23. idem ſcribit de uxore Sydonij eiuſdem loci Epi: poſtea uero aliter eſt in Eccleſia cōſtitutum. ſ. ut uxor Epi
4 monaſterium ſubiret, quod iure factum eſt, ne tantæ dignitati contumelia fiat, qualis olim prædicto Vrbico Arueniorum Epo facta eſt circa Theodoſij tempora: Nam cum ei uxor conſenſiſſet, ut ad Epatum promoueretur, eaque diu in ſeculo promiſſam continentiam ſeruare non ualuiſſet, tanta temeritate, importunitateq; etiam noctu Epi domum adijt, ut eum ad conſuetos tori complexus attraxerit: Quamobrem pœnitētia ductus Eps, dimiſſoq; ad tempus Epatu monaſterium eſt ingreſſus, diuq; ibi lacrymis culpam diluere conatus eſt, ut ſcribit Greg. Turon. d. hiſt. lib. 1. c. 39. ſed & ſi tātus error non contingat, tn̄ uxor moleſta eſſet uiro in attentanda eius caſtitate, ut narrat idem Greg. lib. in glor. confeſſorū c. 78. quo loco ſcribit ſeparationem eſſe faciendam ex catholica inſtitutione, & ex canonum decretis.

In Pontifice uero iā electo, ſi ſua uxor manifeſtetur, eſt quidem uxori perſuadendum, ut continētiam uoueat, & clauſtrum ſubeat, ſed ſi nolit, debet Papa ei debitum reddere. Silu. in uerb. excommunicatio. 9. uerſ. 7. uel etiam Papatui renuntiare, ex gl. in cap. ſi quis pecunia. diſtinct. 79. & ibid. Hug. Archid. & Io. Fantuc.

In alijs autem inferiorib. dignitatib. ſufficit ſi uxor uotum continentiæ emittat extra clauſtrum, gl. & Hug. in c. quia ſunt. diſt. 28. & ī c. ſi le. ibid. niſi forte uir monachus fieret, uxor uero iuuenis aut ſuſpecta eſſet, nec tunc ſufficeret votum continentiæ extra clauſtrum, ſed oportet eam ſubire religionem, cap. ſignificauit, de conuerſ. coniug. ut alias diximus. d. cap. 4.

Quod uero hactenus pertractauimus uxoratum promoueri nō poſſe, de eo intelligimus, q̨ cum uxore matrimonium conſūmauit; alioquin ſi ante conſummationem alter ipſorum coniugum religionem ꝓfiteatur, uſq; adeo dirimitur matrimonium, ut qui eſt ſuperſtes in ſæculo poſſit aliud quoque matrimonium contrahere, merito poterit ordinari, expreſſim Concil. Trid. Seſſ. 24. can. 6. Immo ſi quis contrarium aſſereret, non dirimi tale matrimonium, de hęreſi conuinci poſſet, ut ibidē anathema dicitur: ſecus eſt qn̄ ante conſummationem uir ſacros ordines inter clericos uult ſuſcipere, at nō uult religiōnem profiteri: eo enim caſu manet matrimonium, ſi uxor non cōſentiat: Ideoq; etſi ordines ſacros ſuſcipiat, tn̄ ad uxoris petitionem cogitur matrimonium cōſummare, ut in extrauag. Io. 22. de uoto. Incipien. Antiquæ: nam cū matrimonium hoc nō diſſoluatur. Abb. in c. 2. not. 1. de conuerſ. coniug. gl. in c. 1. de uot. lib. 6. ſequitur, ut uxori reddere debitū teneatur, ipſe tn̄ petere ſine peccato ulterius non poteſt, ut ibi per eos: ad hæc S. Tho. 4. diſt. 37. q. 1. ſed ſi uxor quoque cōſenſerit, ut promoueretur ad ſacros hic uir, ipſa quoque cogitur continere perpetuo S. Thom. ibid. & glo. in c. quia ſunt. diſtin. 28.

Quando autem hic uir ordinatus cogitur conſummare, ſic petente uxore, cuius conſenſus nō interuenit, ordinem ſuſceptū adminiſtrare non poteſt. S. Tho. ibid. nec quidem uxore mortua; egebit enim diſpēſatione Papæ. Alberi. in uerb. ordinatus 4. Summ. confeſſ. de uoto. q. 60. & de imped. ordin. q. 1. & 2. ſed nec officia, uel beneficia obtinebit. Alberic. ibid. quæ etiam expreſſa ſunt in d. extrauag. antiquæ. Et quamuis Abb. putauerit aliqn̄ hunc poſt uxoris mortem, non egere

egere diſpenſatione,tamen cum alijs cō-
ſentit in c.placet, de conuerſ. coniug.ſ.
quòd diſpenſationem petere debeat; ſi
igitur cogatur ad reddendum debitum
uxori,indeque prolem ſuſceperit,diffici
lius,& forſan numquam diſpenſabitur,
ut ad altiores ordines aſcendat, ex c. 1.
Concil. Toletan.1. decemnouē Epiſco-
porum,confirmati à Leone I.

Hæc autem non ſolum intelligenda
ſunt in eo,ꝙ publice habetur uxoratus,
uerum etiam ſi occultum ſit,eum uxora-
tum eſſe;nam ad quaſcumq; dignitates,
quæcumq; beneficia eccleſiaſtica, etiam
ſimplicia,inhabilis cenſetur.text.gloſſ.&
Abb.in c.cum decorem.de cler.coniug.
nec ſuffragari poſſet contraria conſuetu
do,ut ibidem gl. Abb. & Doct.ob malū
exemplum,quod ex hoc ſurgeret, ut ille
eccleſiaſticis ſtipendijs uiueret, qui ſub
ſæculi militia nempe matrimoniali, mi-
litaret: Propterea etiam ſi uxor religio-
nem ſubire uellet, tñ ipſe maritus, qui
cum beneficiatus eſſet,eam duxit, ita oē
5 ius beneficij perdidit, ut per hūc ingreſ-
ſum religionis ab uxore factum,nō poſ-
ſit ſibi ſaluare beneficium,ne inde lucrū
capiat, unde pœnam meretur, ut fuſius
hinc inde diſputando cōcludit Archid.
in c.placuit. diſt. 32.Bartholom.Brix. in
quæſt. dominicali. Incip. quidam cleri-
cus cum eſſet:unde illud notabile conſe
quitur,quòd ſi alicuius uxor tranſire ue-
lit ad religionem, uir facillime obtinere
poterit beneficium:at beneficia,quæ an
te poſſidebat, quàm uxorē duceret,nul-
lo modo retinere poterit,etiam uxore re
ligionem profitente,& eſt differentię ra-
tio,quia cum beneficiatus tranſit ad nu-
ptias, reddit ſe indignum beneficijs, ita
quòd ad ea redire, aut in eis perſeuerare
non poteſt,glo.in c.1.de cler.coniug.lib.
6.ſed hic qui cum uxoratus eſſet abſque
beneficijs,uxore uolente intrare religio-
nem,ipſe conſentit, ſit dignus beneficijs
renuntians ſæculo, merito habet locum
contrarium ius,quia militat ratio cōtra-
ria;unde recte concluditur, quòd cleri-
cus in minoribus,qui dimiſſo beneficio,
uel habitu uxorē ducit, ex hoc efficitur
irregularis.auth.ſed neq;.C.de Epiſco.&
cler.& in corpore unde ſumitur; quæ iu-
ra licet ſint ciuilia, tamen non fuerit in-
congruum, ſi Epiſcopi ſimilia ſua aucto
ritate conſtituant.c.1.de nou.ope.nunc.
& ideo mortua uxore, difficile admittā
eum ad clerum, propter inconſtantiam;
ſecus ſi retento habitu, & tonſura uxorē
duxiſſet, nam non tantopere indignum
ſe fecit eccleſiaſticis honoribus, facilius
enim diſpenſari poſſet.

Inter uxoratos non eſt connumeran-
dus ille,qui iurauit, uel uouit aliquam
pauperem,uel impudicā ducere in uxo-
6 rem ; nā quo ad ingreſſum religionis nil
ei obſtat hoc iuramentum, uel uotum;
dummodo contrahat per uerba de præ
ſenti,& poſtea tranſeat ad religionem an
te conſummationem copulæ, hoc enim
licet facere c.commiſſum. de ſponſalib.
Silu. in uerb.religio. 2.q.5. & q.9. ſed ſi
uelit fieri clericus, uel ſacerdos inter ec-
cleſiaſticas perſonas,non tamen ingredi
religionem;puto non permitti ei,ut con
trahere poſſit, & poſtea ante copulam
ordinari, quia etſi ordinetur, ab uxore
adhuc cogi poterit ad conſummationē
d.extrauag.antiquę; ideo omnino tenet
ſatisfacere iuramēto,aut uoto,aut ſaltim
ſuper eo diſpenſari ad hoc ut ordinari
poſſit,& ita intelligo Tabien.in uerb. di-
ſpenſatio, num. 12. cum uxoratis etiam
illos annumerabo, qui ad tempus dura-
turum matrimonium contraxerunt, ꝗa
7 illa temporis adiectio eſt inanis,& perpe
tuum eſt matrimonium, & uere uxorati
putan-



putantur. Papa etenim diſpenſare non
poteſt, ut aliquis contrahat matrimo-
nium ad tempus. argum. Abb.in cap.ex
publico,de conuerſ.coniug.Tab.in uerb.
diſpenſatio.num.6. non enim poteſt im
poſſibilia,ſ.ut matrimonium, quod eſt,
deſinat eſſe ex ſolo temporis curſu, ut
ibi.& tex.32.q.2.c.ſolet.gl.in cap.omne
27.q.2.Illud tamen uerum eſt, quòd ſi
uir,& uxor ita ſe iunxerint, ut ſimul, uel
uouerint, uel iurarint, ſtatim habita ꝓ
le religionem ingredi uelle, licet uidea-
tur matrimonium ad tempus, tamē poſ
ſunt obligari uterque ad ingreſſum reli-
gionis ſuſcepta prole, quia hæc diſſolu-
tio non eſt ex tempore,ſed ex implemen
to conditionis, ſub qua uouerunt ingre
di religionem;& quia caſus euenit, im-
plere tenentur:Ideoque ne nimis procra
ſtinari uiderentur poſt ſuſceptam prolē,
putarim ad id teneri eos infra bimeſtre.
arg.d.c.commiſſum.

Præterea ſciendum eſt,non ſolum be
neficijs,& ordinibus ſacris uxoratos ca-
rere debere, uerum etiam ſpiritualibus
8 officijs;propterea uxoratus uicarius Epi
ſcopi in ſpiritualibus eſſe prohibetur.
Nam ſicut diximus aliàs, Neophytum
hoc munus adminiſtrare non poſſe, ita
ſane,ac multo magis uxoratus non pote
rit,qui lōge magis laicus eſt, quàm Neo
phytus,hoc tradunt Doctor.in cap. 1.de
cleric.coniug.lib.6.& in c.in noua.16.q.
7.argum.gl.in c.decernimus.& ibi Dec.
colum.13.q.5.de iudic. Silu.in uerb.lai-
cus.quæſtio.11. Ideo quando contingit
uxoratum uocari uicarium Epiſcopi, id
intelligi oportet eſſe uel in temporalibus
tantum,uel nō ut uicarium proprie, ſed
ut Aſſeſſorem,ita enim uerbum uicarius
eſt interpretandum. Felyn.in d.cap. de-
cernimus.

Hæc iure merito uera ſunt tenenda,
quoad Latinos uxoratos, quibus interdi
ctum eſt tranſire ad eccleſiaſticos ordi-
nes; at quo ad Græcos diuerſum ius eſt;
nam diuerſa ſunt impedimēta.Illud pri
mum eſt,ꝙ Græcus uxoratus ad Latinā
Eccleſiam obtinendam non admittetur,
9 ſi uxore uti uelit;nam turpi ritu coinqui
naretur Eccleſia.Abb.in cap.cum olim.
not.2. per illum text. de cler.coniug.ci-
tat.Innocē. & Hoſt.in c.cum ſecundum.
de tempor.ordin.ubi clarus text.& licet
Hoſtien.putet eum poſſe admitti ad lati-
num beneficium cum uxore retinendū,
ſi inde nullum ſcandalum oriatur, hoc
uerum puto ex diſpenſatione; nam cum
Græci continentiam non uoueant. cap.
Nicæna. diſtinct. 31. & ob id uxore uti
tolerati ſint ab Eccleſia.cap.ut clericorū.
de uit.& honeſt.cleric.ſequitur,ut re be-
ne cognita,diſpenſatio concedi poſſit,&
ita concludere uidetur Bartholom.Brix.
in dominicali,quæſtio.30.quam appro-
bat Abb.in d.c.cum ſecundum. ſed ſine
diſpenſatione nullo modo eſt admit-
tendus.

Huc accedit, quòd & ſi Græcus uxo-
re utatur in ordine ſacro,tamen ſi inde
10 prolem gignat in ipſo ordine, ad altio-
res ordines aſcendere prohibetur ex d.
Conc. Tolet.1.c.1.his uerbis.de preſby
teris & diaconis, ſi poſt ordinationem fi
lios genuerint,ad altiorem gradum non
aſcendant,qui locus fruſtra latinis cōue-
nit, quib. ſacerdotium cum uxore non
cōcedebatur;ideo Græcis magis cōgruit
præceptum. Propterea quicumque ca-
nones Græcis uxore uti poſſe permitte-
re uidentur in ſacro ordine, ita intelli-
gendi ſunt, ut prolem ulterius non ſuſci
piant, ſi uelint ad altiora aſcēdere;alio-
qui ſufficere illis debet ordinis ſuſcepti
adminiſtratio, ut probatur expreſſim in
cap.propoſuiſti. circa fin. diſtinctio. 82.
habe-

habetur inter Epiſtolas Inno.I. ad Exu-
perium.Epiſt.3.c.1.ſed quia non compe
ri aliquem noſtrorũ, qui de hac re ſcri-
pſerit, ſaniori iudicio,& correctioni ſub-
ijcio: Reperio tñ ſanctum Epiphanium,
cum ab altaris miniſterio abieciſſet dia-
conum, quia ea nocte uxori commiſcue
rat, ex ea die deinceps noluiſſe unquam
uxoratos ad diaconatum promouere,
ob commixtionis, & generationis peri-
culum, ut ſcribit Sym.Metaphr.in uita
eius, die decima quinta Maij. Lipo.tom.
6.q Epiphanius forte meminerat quòd
Clemens I.in Epiſt.2.ad Iacobum fratrẽ
Dñi ſcribens mandauerat, ne quis pſby
ter, uel diaconus uxori auderet cõmi-
ſceri, uel cõmixtus, ne ad altare accede-
ret cuiuſuis miniſterij gratia, ut habet in
c.miniſtri, diſt.81. Sed & in Theſſalia,
Macedonia, Hellade,& Theſſalonicę cle
ricus commixtus uxori antea ductę abij
ciebatur, ut ſcribit Socrat.lib.5.c.21.

Græcus quoque ſuſcepto ordine ſub
diaconatus, ſi uxorem duxerit, nec ad al
11 tiores ordines aſcendet, nec ſuſceptos
poterit adminiſtrare, expreſſim hoc cau-
tum eſt in ſexta Synodo generali.c.6.his
uerbis, qm̃ in apoſtolicis canonib. dictũ
eſt eorum, qui non ducta uxore in clerũ
promouentur ſolos lectores,& cantores
uxorem poſſe ducere,& nos hoc ſeruan-
tes decernimus, ut deinceps nulli peni-
tus hippodiacono, uel diacono, uel pre-
ſbytero poſt ſui ordinationem coniugiũ
contrahere liceat; ſi autem hoc facere au
ſus fuerit, deponatur; ſi quis autem eorũ
qui ad clerum accedũt, uelit lege matri-
monij mulieri coniungi, antequam hip
podiaconus, uel diaconus, uel preſbyter
ordinetur hoc faciat, ita ibi: In hoc igi-
tur caſu, etiam ſuſcepto ordine, quicum-
que Græcus contrahit, uerum contrahit
matrimonium, quia nullũ uotum emit-
tit Græcus. Tabien.in uerb. hæreticus,
nu.45. Archiep. Flor.3.tit.29.c.4. Ideo
in matrimonio perſeuerabit, abſtinere ta
men debet, etiã ab ipſo ordine ſuſcepto;
ſed ſi ad religionem tranſiſſet Græcus,&
poſtea matrimonium contraheret, nihil
faceret, propter uotũ. Tabien.ibid. Imo
nec à Papa diſpẽſari poſſe ſup tali matri-
monio dixit Tab.ibid.uerſ.ex qb. patet.

Præterea Gręcus Epiſcopus, ſicut &
Latinus uxorem etiam ante ductam reti
nere non poteſt. Ideo ſi retineat, iure ui-
debitur irregularis; probatur 6. Synodo
Conſtantinopolitana can.12. cuius hæc
ſunt uerba: Iubet omnino antiſtites, poſt-
quam ſunt ordinati, à proprijs uxoribus
ſecedere, ne autem contra quintum ca-
nonem apoſtolicum facere uideantur q
Epiſcopis cum uxoribus ſuis habitare
permittit, inferunt, quòd nõ diuinis apo
ſtolis aduerſantes hoc decernunt, ſed ſta
tum eccleſiaſticum in pulchriorem ordi
nem prouehi uolẽtes, quoniam Apoſto
li, cum fides inciperet, ad fidelium imbe
cillitatem, ſe magis demittebant: Cum
autem Euãgelij prædicatio ſit magis am
pliata, oportet & Pontifices ad perfectã
cõtinentiam, uitam ſuam dirigere, ne ſta
tus Eccleſiaſticus ullo probro afficiatur;
Hæc ibi; unde iure colligimus, ſi Græ-
cus Epiſcopus contrauenerit, interdicen
dam eſſe illi ſuorum ordinum admini-
ſtrationem.

Hoc quoque loco congruere uide-
retur, ut de canonicis impedimentis age
remus, quæ obſunt, ne uxor duci poſſit:
uerum quia Summiſtæ omnes integros
de ea re tractatus ſcripſerunt, ſub titulo
de impedimentis matrimonij, inutile,&
longum eſſet eorum dicta hic recenſere;
unicum hoc dicã, ſcilicet quotquot ſunt
illa impedimenta, quæ obſunt matrimo
nio cõtrahendo, tot etiam ſunt impedi-
menta



menta ſacerdoti, ne huiuſmodi matri-
monijs aſſiſtere poſſit: qui punietur, non
ſolum ſi benedixerit, uerum etiam ſi ut
parochus audeat auctorizare, ut dice-
mus infra lib.3.c.25.

### *De ſeruorum irregularitate.*

### CAP. XXXV.

1 *Seruus quis dicatur.*
2 *Epiſcopus eſſe non poteſt, qui pupillis famu-
latur.*
*Serui alij originarij, aſcriptitij, coloni,& ij re-
pelluntur.*
3 *Seruus eſt etiam is, qui naſcitur ex patre in ſa
cris conſtituto.*
*Monachi longe ſtudioſiores in rebus proprijs
defendendis.*
*Seruus nec ad maiores, nec ad minores ordines
admittitur.*
4 *Seruus factus ſacerdos, an domino ſit reſti-
tuendus.*
*Seruorum irregularitas quibus modis ceſſet.*
*Seruus promotus ad minores ordines, indiſtin
cte infra annum à domino repeti poteſt.*
*Seruus factus ſacerdos poteſt alienari cum ſo
lis obſequijs ſacerdotalibus.*
5 *Seruorum filij promoueri non poſſunt.*
*Honoratus Abbas ducentorum monachorum,
fuit filius coloni aſcriptitij.*
6 *Epiſcopatus eximit ſeruum à ſeruitute.*
7 *Ordinatus fieri nõ poteſt ſeruus, ſed captiuus.*
*Paulinus I. Nolæ Epiſcopus ſeſe uendidit pre-
tio.*
*Seruis, ne promoueantur nõ obeſt ſola uilitas,
ſed alia, ut hic.*
*Aſinius Pollio contemptus à ſeruis Pataui-
norum.*
8 *Serui nimium afficiuntur erga dominos, &
è contra.*
*Appius Claudius Cæcus, ſacra herculanea ſer
uis interdicta ſuos docere iuſſit.*
9 *Seruus nec ad religionem admittendus.*
10 *Seruus factus monachus per fraudẽ eijcitur.*
*Monaſterium quod facile admittit ſeruum
debet puniri.*
11 *Seruus factus monachus, & à domino repeti-
tus, ſi poſtea libertatem conſequatur, debet
redire ad religionem.*
12 *Serui ſine exceptione admittuntur ad baptiſ-
ma.*
13 *Christiani ſeruientes infidelibus tã ui, quàm
furto ſubtrahi poſſunt.*

QVoniam ab ordinib. repellen-
dos proxime diximus eos,
quos alienũ obſequium à di-
uinis miniſterijs uidetur auertere, illud
ex ordine ſuccedit, quod ad ſeruos liber
toſve pertinere poteſt: ſeruos accipere
debemus eos, qui cuiuſuis alterius obſe-
quijs ſint ſubiecti, ſiue ut mancipia bello
1 capta; nam nullo modo ad Eccleſiæ mi-
niſteria ſunt admittenda mãcipia, quòd
per ea obſcuretur ſacerdotij dignitas,&
auctoritas minuatur, ut deplorat Baſil.
in Epiſt.8. ad Euſebium Epiſcopum Sa-
moſaten. Inter quos etiam ij ſunt, qui
2 pupillis famulantur; nam ad Epiſcopa-
tum prouehi ille ibi conqueritur: Sunt
alij quoq; ſerui, quales ſunt originarij, q
cum ex loco ſeruienti nati ſint, ipſa origi
ne ſerui nati dicuntur, uel quia aſcripti-
tijs ſeruis naſcuntur, ij ex Gelaſij & Leo-
nis Papæ decretis non admittuntur ad
ordines, c.generali.& c.admittuntur.diſ.
54.id habet Leo I.epiſt.1.c.1. Ipſi uero
aſcriptitij, ideo dicti quòd glebæ annos
30.adſcripti, atq; addicti fuerint inuiti,
uel uolentes per geminatam ſcriptis ob-
ligationem ſeſe ſponte, ita ſe fundo ad-
dixerint, ut nec fundus, uel gleba ſine il-
lis, nec illi ſine gleba alienari poſſint, qui
etiam indigni ſunt eccleſiaſticis mini-
ſterijs.gl.in d.c.generali.& in c.frequens.
eadem diſ. Nam cum colendis agris ſint
addicti, nõ ſunt ad ſpiritualia officia ido
nei; dicuntur etenim etiam ob id coloni,
quaſi coloniæ aſcripti: Idem ſi ad mola-
riam coloniam, i. ſi in piſtrinum dediti
ſint, ij etenim etiam ſerui ſunt. Plaut. in
pſeud. Det nomen ad molariam colo-
niam,&c. Terent. in And. Daue te in pi-
ſtrinum

ſtrinum dedam; & ij omnes quocumq;
noĩe nuncupentur, repellendi ſunt.d.c.
frequẽs.Silu.in uerb. ſeruus. uerſ. Sexto
quęritur.Raym.in tit.de manumiſſ.uerſ.
item ſicut dictum.

Inter hos quoq; annumerandi ſunt,
qui ex patre in ſacris conſtituto naſcun-
tur extra matrimonium,etiam à mulie-
re ingenua; nam in ſeruitutẽ eius Eccle-
3 ſiæ rediguntur, cui pater inſcriptus eſt.
Tolet.Concil.IX.c.10.&c.cũ multæ,15.
q.8.uel eius religionis,quam pater eſt ꝓ-
feſſus.Paleot.lib.de not. & ſpur.cap.28.
nu.2. Quòd ſi pater nulli ſit inſcriptus
Eccleſiæ,in illius Eccleſiæ ſeruitutem re-
diguntur,uel ubi peccatum commiſſum
eſt,uel in qua pater ordines, uel benefi-
cium ſuſcepit. Archid.poſt Hug.in d.c.
cum multæ. Ideo ij nullo modo promo-
ueri debẽt,niſi ea ſeruitute liberati.Hug.
diſt.56.in princ.ſed licet hodie in deſue
tudinẽ ierit, ut iſti nati ex patre in ſacris
poſito,in ſeruitutem redigantur. gloſſ.&
Hug.in d.c.cum multæ.tamẽ quo ad ip-
ſos ordines ſuſcipiẽdos,& ut illegitimi,
& ut infames, aut filij preſbyterorũ pro.
moueri non poſſunt.

Eadem quoq; procedere poſſe uiden
tur in filijs regularium, & monachorũ;
nam cum iure dedantur ipſi religioni in
ſeruitutem,ut iam diximus,difficile pu-
tarim hoc trãſijſſe in deſuetudinẽ:quan-
doquidem regulares, ac monachi longe
ſtudioſiores ſunt,ac uigilantiores in reb.
propriis defendendis,quàm clerici: Ta-
men etiam in deſuetudinẽ tranſijſſe quo
ad regulares ſcribit Abb.in c.1.in fin.de
treug.& pac.Faber.in §.ſeruitus.inſtit.de
iur.perſon.Paleot.d.c.28.num.2.

Prohibentur igitur ſerui ad ordines
promoueri,non ſolum maiores, uerum
etiam minores.Prępoſ.in c.nulli.diſt.54.
Diaz in praxi canon.c.17. Idque uerum
eſt in ſeruis ipſarum eccleſiarum. c.qui
ex famulis.diſt.54. ſicut & in ſeruis pri-
uatarum perſonarum quarumcumq;.c.
1.2.& 3. ead.diſ. qui ſi promoueantur,
characterem quidem ſuſcipiunt.Prępoſ.
in d.c.nulli.poſt Card.ibi,& Diaz.ubi ſu
pra: ſed dominis manet ius, & facultas
eos repetendi,unà cum peculio. c.ex an-
tiquis.ead.diſt.quinimmo ab ipſo diaco
natu,ſubdiaconatu,ac reliquis minorib.
deijciuntur.c.de rebus.c.de ſeruorum.c.
nullus.ead.diſt.

In ſacerdotio autem poſitus ſeruus,ſi
dñs eum repetat,eſt quidẽ reſtituendus,
ſed nullis aliis obſequijs ſeruiet, quàm
ſacerdotalibus, ſ.horis canonicis, miſſę,
4 atq; alijs ſacerdotio congruentib. c.fre-
quens.ead.diſt.quo caſu ſi ipſe ſeruus ſic
ordinatus cõtumaciter renitatur,depo-
ni debet.c.nullus.de ſeru.ord.

Multis autem modis hæc ſeruorum
irregularitas ceſſat: nam ſtatim ceſſante
ipſa ſeruitute,forſan ſuperueniente quo-
cumque modo libertate,promoueri po-
teſt, nec ei obeſt uilitas ſeruitutis præte-
ritæ; obliteratur enim illius memoria.
d.c.de ſeruorum,diſ.54.ſufficitque ſi de
ipſa libertatis aſſecutione conſtiterit au-
thentico ſcripto,quod publice legẽdum
eſt eo tempore,uel paulò prius,quàm or
do conferatur.d.c.nulli,ead.diſt.Secũdo
modo ceſſat hæc irregularitas minimo
conſenſu domini interueniente, uel etiã
ſola conniuentia.Abb.in c.eo libentius.
de ſeru.non ord.gl.in d.c.nullus.ead.diſ.
nam eo ſolo fit ingenuus,ſi dominus cõ-
niueat,qñ hic ordinatur.auth.de ſãctiſſ.
Epiſ.§.ſi ſeruus ſciente,tex.in c. ſi ſeruus
ſciente. diſt.ead.54. Tertio modo ceſſat
hoc impedimentum lapſu temporis,ui-
delicet,ſi à die ſcientiæ dñi annus labat,
& non contradixerit,nam non poterit ul
terius eum repetere, text. & glo.in d.c.ſi
ſeruus



ſeruus ſciente. Ray.in ſum.de ſeru. non
ord.in fin. Quarto modo ceſſat ſi ſeruus
iam ꝓmotus ad ſacros ſubroget alium
ſeruum domino ſuo,æqualis pretij, d.c.
de rebus.in diacono eſt tex.in d.c.ex an-
tiquis.in ſubdiacono eſt text. in c. mira-
mur. de ſeru.non ordin. qui canones lo-
quuntur in iam promotis, at in promo-
uendis ſubrogatio hęc iure nõ concedi-
tur;in minoribus uero ſi quis inſcio, uel
inuito domino ſit ꝓmotus, dum annus
pendet à die ſcientiæ indiſtincte reuoca-
ri poteſt,nec excuſabitur, ſi ſubrogare a-
lium domino uelit loco ſui. d.c.de reb.
& ſenſerunt Goffr.Hoſt.Inno.ut Alberi.
in uerb.ſeruus primo.unde ſi fuerit reſti
tutus domino,pro mero ſæculari, & lai-
co habendus eſt,carebit quoque fori pri
uilegio,ac priuilegio canonis ſi quis ſua-
dente,probatur hoc expreſſim in d.c.ex
antiquis.& gl.in d.c.nulli.

Quando uero iuxta prædicta ſeruus
promotus ad ſacerdotium dño reſtitui-
tur,cum omnib. functionib. ſacerdotio
congruẽtibus,certiſſimum eſt eum gau-
dere fori priuilegio,& dicti canonis arg.
d.c.ex antiquis. & d.c.frequens. Immo
nec ulterius uendi poteſt ut ſeruus, ſed
liber cum iſtis ſacerdotalibus obſequiis,
arg.glo.in c.qui ſtudet. ubi Hug.q.1.eſt
enim æſtimabilis commoditas iſtorum
obſequiorum,ut ibi.

Hæc autem etſi de ſeruis dicta uideã-
tur,tamen idem quoque erit de ſeruorũ
filijs, quia & ij ſerui naſcuntur, & inter
5 originarios adſcribũtur,niſi nati ſint pa-
tre ſeruo,ac matre ingenua; nam tũc ꝓ-
moueri libere poſſunt.c.ult. de ſeru.non
ordin. Paleot. de noth. ac ſpurijs, c.15.
num.4. filij etenim ſeruorum, ut ꝓmo-
ueantur,neceſſarius eſt dominorum cõ-
ſenſus. Ideoque Honoratum Abbatem,
qui Fundis ducentis ferme monachis
præfuit,cum coloni aſcriptij filius eſſet,
liberari à ſeruitute domini neceſſarium
fuit,ut monachus fieret,& ut promoue-
retur,patet ex Greg.dialog.lib.1.c.1.

Ex ſupradictis igitur conſtat ſacerdo-
tij characterem liberare hominem à ſer
uili ſtatu; immo & ipſum ſubdiacona-
tũ,& diaconatum idem efficere, ſi ſub-
rogetur alius ſeruus. d.c.ex antiquis: de
ſacerdotio ſcripſit Raym.in titu.de ma-
numiſſ.uerſ.item Epiſcopalis.per text.in
d.c.ſi ſeruus ſciente. Alberic.C.de Epiſ.
& cleric.auth.ſed Epiſcopalis.idem Al-
beric. in uerb. ordo ſecundum: quibus
locis dicunt ijdem Doct. Epiſcopatum
ſeruitute eximere, multoque magis Pa-
6 patum ſeruitute liberare probat Ioann.
de Imol.in proœmio ſexti, quem ſequi-
tur Gemin.ibi col.4.uerſ.gl. ſuper uerb.
ſeruus.Idem quoque ibi dicit in Epiſco-
po,ut ibi per eum.

Hactenus de ijs,qui antequam ꝓmo
uerentur erant ſerui; ſed ſiècontra fiat,
ſcilicet ſi quis ingenuus ꝓmotus fuerit,
an poſſit fieri poſtea ſeruus? certe ſi ſe
uendat nil agit, ſi id lucri gratia faciat,
aut ob inconſtantiam,uel turpitudinem;
quia eius commercium haberi non po-
teſt, ſicut nec aliarum rerum ſacrarum.
7 Idem ſi captus ab hoſtibus uendatur;
numquam iure ſeruus efficitur, ſed ma-
gis captiuus dici debet, ſed ſi per pieta-
tem ſe dedat in ſeruitutem hoſtium, ui-
delicet ſaluis Chriſtianis ritibus, ac fun-
ctionib.ſuorum ordinũ,certe hæc ſubie-
ctio ſeruitutis fieri ex honeſta cauſa po-
teſt, ut ſcribit Innocen. in cap.niſi cum
pridem.de renunt.quem probat. Silu.in
uerb. ſeruitus. §.ultim.cui rei adſtipula-
tur ſeruitus, quam ſponte ſubierat Pau-
linus Nolanæ Eccleſiæ pijſſimus Epiſco-
pus,qui cum Vãdalorum tempeſtate, bo
na Eccleſiæ alendis pauperibus, & ca-


ptiuis

ptiuis redimendis uendidiſſet, ſeipſum
quoque pretio uendidit, ut uiduæ filiũ
captiuũ redimeret, qua in ſeruitute Re-
gijs hortis colendis, cum eſſet adſcri-
ptus, tam pie uiuebat, ut uel barbaris ip-
ſis char⁹ fuerit: nouo poſtea Regi ob ſan
ctimoniã acceptiſſimus libertate dona-
tus eſt, cum alijs multis concaptiuis cõ-
ciuibus; magnam etiam frumenti copiã
ab eodem dono habuit, qua Nolanę ple-
bi famem patiẽti ſuccurrerat. Sabell. lib.
3. Andr. Eborens. titul. de fid. ſeru. erga
dominos.

Et quamquam hactenus ſeruos ab or
dinib. expellendos probauimus, ob ipſo-
rum uilitatem, & ordinum excellentiã:
Tamen alia etiam ratio eos excludit, ſ.
ſuſpicio, ne Eccleſiæ ſint minus fideles.
Plerumq; etenim nimia ſeruorum fides
erga dominos, & dominorum erga ſer-
uos efficit, ut plus dominis tribuant q̃
ſibi, propriæque libertati, & conſequẽter
plus dominis, quàm ipſi Eccleſiæ, cuiuſ
modi narrat Bapt. Fulg. li. 6. quòd cum
Aſinius Pollio acerbe Patauinos urge-
ret, ut pecuniam armaquæ præſentarẽt,
atq; ob edictum omnes laterent, alio edi
cto libertatem ſeruis propoſuit, qui latẽ-
tes dominos detegerẽt, ſeruorum nemo
inuentus eſt, qui propriam libertatem
dominorum ſaluti præpoſuerit. hæc ex
illo; quæ nobis etiam inſinuant, non tan-
tum ualere forſan eccleſiæ præcepta ad
ſeruos in officijs eccleſiaſticis detinẽdos,
quantum in contrarium poſſet eorum fi
des erga dominos; plura de ſeruorum fi
de erga dominos ibid. ſcribit Fulg. atq;
alia Sabel. ipſo lib. 3. Max. lib. 6.

Domini quoq; nimiũ erga ſeruos affi
ciuntur, ita ut contempta religione illis
magis obſequãtur. Nam Hadrianus Cæ
ſar in Antinoi ſerui memoriã ciuitatem
ſub illius noĩe conſtruxit, & ludos, & ſa-
cerdotes, ut narrat S. Hieron. de uiris il-
luſtribus in Egeſippo: ſed & Cn. Plotius
ꝓſcriptus cum lateret, & ob id ſerui tor-
querentur, ut dominum indicarent, mi-
ſertus magis eſt ſeruis q̃ ſibi: Nam ne ul
terius torquerentur ſeipſum prodidit, &
militibus ſe iugulandum obtulit. Anton.
Auguſt. Epiſcopus Illerden. in Plotijs:
ſed & Appius Claudius cæcus tantum
erga ſeruos affectus eſt, ut ſacra Hercu-
lanea, quæ ſeruis per Pontifices erant in-
terdicta, inſſerit etiam Herculis ſacerdo-
tibus, ut ipſos ſeruos docerent: Qua re
Deorum ira obcæcatus dicitur, & ſacer-
dotum uniuerſam familiã interijſſe ſcri
bit Plin. de uiris Illuſtr. c. 34. Lactan. diu.
Inſtit. lib. 2. cap. 8. ſi hæc uera ſunt inter
ethnicos, & dæmonia ſequentes, quanto
magis uerendum eſt in pia, ac ſinceriſſi-
ma noſtræ fidei pietate, quę docet homi
nem non dominorum tantum affectum
exuere, ſed ſui ipſius obliuiſci. Matt. c.
10. & c. 16.

Quamobrem non à ſolis ordinib. ar-
cetur ſeruus, uerũ etiam ab ipſo religio-
nis ingreſſu. Grego. Turon. in uita S. Por-
tiani; nã aut incognitus clauſtra ingredi-
9 tur, & tunc quia incognitus eſt, non põt
ante triennium profeſſionẽ emittere; ſi-
cut alij oẽs incogniti, c. ſi qs incognitus.
17. q. 2. immo nec ad ipſum habitũ ad-
mittendus eſt ante hoc tempus, ut ibi:
quod triennium currit dño à die ſcien-
tiæ, ut repetere eum poſſi, gl. in d. c. ſi qs
ſeruus ſciente, ſi prope ſit; alioqui ſi in
remota regione longius tempus, quàm
triennale dño ad repetendum concedi-
tur, d. c. ſi quis incognitus.

Propterea Philoromus presbyter, &
Monachus, qui multæ ſanctitatis fuit,
ancillæ filius (licet patre ingenuo) non
fuiſſet admiſſus ad profeſſionem, niſi tã-
to tempore lapſo, uel de conſenſu patro-
ni.

ni. Vide Pallad. Cappad. in uita eius. Idẽ
etiam dicendum de Siſinnio, qui & mul
torũ uirorum, & fœminarũ Abbas fuit,
& presbyter, cum tñ ſeruilis cõditionis
eſſet, ut per eundẽ Pallad. ibid. ſub c. 37.

Si uero quaſi cognitus admiſſus fue-
rit, forſan per falſos teſtes, uel inſtrumen
ta, quaſi indignus à religione eijcitur, ſi-
10 cut & ab ordinib. per fraudem ſuſceptis
deponit, c. de ſeruorũ. de ſeru. nõ ordin.
Hoſt. & Alber. in uerb. Religio, ſecundo.
Raym. de uot. monac. uerſi. Item ſeruis.

Quandoq; tamẽ etiam ipſum mona-
ſterium, quod tam facile ſeruum ad reli
gionem admiſerit punitur; nam ſi in do-
mini contemptum hortetur ſeruum ad
religionis uotum, anathema eſt, ex Cõc.
Chalced. c. 4. habetur. 16. q. 1. c. qui ue-
re. & 17. q. 4. c. ſi quis ſeruum. quod ue-
rum eſt, ſi monaſterium ſcierit ſeruum
eſſe, quòd ſi neſcierit, & ante triennij lap
ſum eum ad profeſſionem admiſerit, ſu
perueniente poſtea dño, non reſtituetur
ſeruus iam profeſſus, ſed monaſterium
tenebitur domino erogare pretiũ ſerui.
Raym. tit. de uot. monac. uerſ. itẽ ſeruis.
ſi uero nondũ profeſſus ſit, domino qui-
dem reſtituitur cum peculio, ſed ab ipſo
cautio exigitur, ne hunc ſeruum puniat,
d. c. ſi eius ſeruum.

Sed ſi contingat ſeruum iam profeſ-
ſum dño reſtitui, quęritur, an ſi poſtea ex
manumiſſione, uel alio modo libertatẽ
11 conſequatur, teneatur redire ad religio-
nẽ? dicebat Gul. Naſ. nõ teneri ſicut nec
coniugatus, qui profeſſus eſt uxore inui-
ta; nam ea mortua non tenetur ad clau-
ſtrum redire. c. quidam intrauit. de cõu.
cõiug. ſed melius ſenſit Hug. in d. c. ſi qs
incognitus; nã ſi ſeruus quo ad Deũ libe-
rã habet uoluntatẽ, potuit ſeſe Deo deuo
uere, cõſequẽter ceſſantib. obſequijs dño
debitis, tenetur ſatisfacere ꝓmiſſis Deo
factis, quod nõ eſt in cõiugato, qui nullã
habet uoluntatem liberã uxore uiuente:
& ideo licet uotum cõiugati non tenue-
rit, tñ uxore mortua peccat, ſi ad mona-
ſterium non redeat. gl. in c. nos nouimus.
17. q. 2. & hanc ſententiam eſt etiam ſe-
cutus Alberic. in d. uerb. Religio. 2.

Hũc uero caſum de ſeruis ad religio-
nem nõ admittendis, intellige procede-
re in quolibet obnoxio, ſiue aſcriptitio,
ſiue originario, uel colono, mãcipio, cu-
riali, ratiocinijs obligato, & liberto, ut
expreſſe ſcripſit Hug. in d. c. ſi quis inco-
gnitus. & Ray. in d. uerſ. item ſeruis.

Ad baptiſmum autẽ ſerui admittun-
tur ſine ulla exceptione; nã ſiue mãcipiũ
ſit, ſiue originarius, aſcriptiua, colonus,
uel quis alius obnoxius, põt inuito dño
ad baptiſmum tranſilire. Conc. Matiſcõ.
1. c. 10. & 54. diſt. c. pręſenti, nam & uete
ri lege idẽ conſtitutum fuerat, Deuter. c.
23. Nõ trades, inquit, ſeruũ dño ſuo, qui
ad te confugerit: quo loco ait Caiet. ſer-
uum fugientem a dominis ad cõuerſio-
nem Iſraeliticam fieri proſellytũ, & libe-
rum, & habitare poſſe ubilibuerit intra
populũ fidelem; ſic & hic baptizatus ſer-
uitute eximitur, & dño reſtitui nõ debet.
C. de epiſc. & cler. l. Deo nobis. §. ijs ita.

Illud tñ uerum eſt, ꝙ ſi dominus ſeruũ
ſuum inſtet ſibi reddi; audiendus quidẽ
eſt infra trimeſtre, ſed loco ſerui reſtituit
illi pretium aureorum duodecim, quiſ-
quis ille ſeruus fuerit: quòd ſi quaſi par-
uum pretiũ renuat, nil vltra ei offerri de-
bet: habetur Aurel. Conc. IIII. c. 18. &
d. Cõcil. Matiſc. c. 10. quod pretiũ ſi nul
lus offerat, tenetur ipſe ſeruus ꝑ eleemo-
ſynarum quæſtum cõquirere, c. fraterni-
tatem. ubi gl. diſt. 54. quę uera ſunt in ſer
uis ad baptiſmum uenientib. diuerſum
ius eſt in baptizatis, qui infideliũ ſeruitu
ti ſunt adſtricti; nam ẽt per uim ſunt ex-

torquendi ab ea ſeruitute,c.mâcipia.diſ.
54.ſenſerũt etiam Hoſt.& Raym.;quod
13 ui, uel furto ſubtrahere poſſumus Chri
ſtianos ſeruiẽtes infidelib. nec ad pretiũ
reſtituendũ ullo modo nos teneri,pręſer
tim si inter ĩfideles, & Chriſtianos bellũ
uigeat,& eorum ſentẽtiam ꝓbat Silu. in
uer.furtũ. q.6.quòd si nec furto, nec ui
ſeruus ſubtrahi poſſit, p̃tio redimi à piis
perſonis debet:quo caſu redẽptori nullũ
dñium acquiritur,nec ius patronatus,ar
gum. inſtit. de noxal.§.dñs.ſolum enim
pretium hic redemptor debet repetere,
argu.36.q.1.c.de raptorib.si tñ hic redi-
mens proteſtatus sit ſeſe aĩo repetendi
redemiſſe,alioquin si tacuerit, quia pie-
tatis cauſa feciſſe præſumitur, nulla de-
betur pretii reſtitutio, arg.ff. de reli. &
ſump.fun.l.si quis. §.ſed interdũ. quod
Goff.& Hoſt.ſenſerunt;ut refert Alberic.
in uer.Iudæus ſecundo: concurrentibus
uero plurib. redemptorib.poteſt eṗs cui
malit gratificari, ſ.ut potius unus,quàm
alter ad redimendum admittatur.arg.c.
cum auctoritatem.de iur.patron.

*De Libertorum irregularitate.*

## CAP. XXXVI.

1 *Liberti prohibentur promoueri.*
*Libertus non conſequitur libertatẽ,uel faculta tẽ promouẽdi,etiã ſi dominus monachus fiat.*
*Liberto promoto non licet iniuriari eccleſiæ dominæ.*
2 *Liberti priuatarũ perſonarũ,ſi eis cõſentientib. promoueantur, ipſi,& proles ſunt oĩno liberi.*
3 *Libertus promotus tenetur ad ſacerdotalia obſequia præſtanda domino.*
4 *Libertus promotus, non poteſt deſerere eccleſiã cui eſt adſcriptus.*
5 *Patronus cõſentiens liberto ut promoueatur,nõ poteſt ſibi reſeruare niſi operas ſpirituales.*
6 *Libertus an inuito domino poſſit monachari.*
*Liberti plurimũ ſtudent patronorũ utilitati.*
*P.Catrenus libertus ſeſe ĩ patroni rogũ iniecit.*
*Panopio monumentum amplũ cõſtruxit ſeruo.*

*Lupus libertus.*
*Aper libertus.*

Liberti qm̃ plurimis operũ gene
rib.patronis adſtringunt,eodẽ
iure cẽſeri debent, quo & ipſi
ſerui: nã etſi liberi sint,quia tñ nimium
1 obnoxij ſunt, ꝓmoueri prohibentur ex
Cõc.Elibertano, c.80.hr̃ diſt. 54.c.prohi
bendum, quo loco etſi de libertis priua-
tarũ perſonarum dictum sit,tñ & ad eos
libertos idẽ pertinet,qui ecclesiaſticis ꝑ-
ſonis ſunt obnoxij, arg.c.nullus Eṗorũ,
ead.diſt.cõſiderata ratione posita ibi in
tex.nam etſi patronus liberti monachus
fiat,adhuc tñ ipſe libertus ꝓmoueri non
poteſt,ut tradit Lau.quẽ refert Archi.in
c.ult.& ibid. Hug.diſt. 54. At si libertus
sit,non certæ cuiuſpiam perſonæ,ſed ali
cuius ecclesię poterit eius ecclesię pręla
tus,uel promouere eũ, uel ut promouea
tur conſentire, indeq; plenam libertatẽ
conſequetur.c.qui ex famulis,ead.diſt.

Plena autem libertas cũ temperamen
to intelligenda eſt,nõ enim licebit eccle
się olim ſuæ dominę iniuriari,aut cõtra
eã teſtimoniũ ferre.c.de famulis.de ſeru.
non ord.tenebitur etiã ad honeſtas ope-
ras,& ad licitas negociationes. c.diaco-
ni.12.q.2.quę obſequia ipſo iure reſerua
ta cenſentur,etiã si non exprimant.Ray.
in tit.de ſeru.nõ ord.uerſ.circa.& Alber.
in uerb.ſeruus,primo. in princ.text.in c.
Eṗs qui mancipium, & c.octaua.c.de li-
bertis.12.q.2.qui si huiuſmodi honeſtis
obſequiis cõtrauenerit,in ſeruitutem re-
uocari poſſet,non ſola ingratitudinis ra-
tione. d.c.octaua. & de ſeru. non ord.c.
de famulis.& c.nullus. uerum etiam ob
malos mores. c.qui ex famulis. d.diſtin.
quæ obſequia debita eſſe intelligentur
2 ſolis ecclesijs patronis; alioqui priua-
tarum perſonarum liberti, si eis conſen-
tientibus promoueantur, nullo adſtrin-





guntur obſequio,nec ad operas fabriles,
nec obſequiales,c.quicumq;.ead.diſt.54.
Raym.d.uerſ.circa.in fi.ita quòd nec ip-
ſorum filij libertorum poſſint ullo obſe
quio grauari:licite enim promoueri poſ
ſunt,nec pp ingratitudinem reuocari in
ſeruitutem poterunt à ſuorum parentũ
patronis.gl.in c.de libertis. 12.q.2. ſed
in patrona Eccleſia diuerſum ius eſt: nã
eius libertorũ filij honeſtis obſequiis gra
uari poſſunt eccleſiæ præſtandis,ſicut &
ipſi liberti,quãdo ſuſcipiunt ordines. d.
c.de libertis.& c.longinquitate.ead.q.2.

Quæ omnia procedunt patronis ſciẽ-
tibus,& tacentib.hos ſuos libertos ad or
dines ſacros promoueri; nam ex ipſo or
dine plenam conſequuntur libertatem;
ſed ſi patronus neſciat, eo caſu, quia hic
libertus ob ingratitudinẽ à patrono re-
uocari non poteſt in ſeruitutem, ut dixi
per glo.in d.c.de libertis,ne penitus dño
ignoranti præiudicium fiat,putarim aut
æſtimationem operum fieri,aut per ſub-
ſtitutum obſequia præſtari poſſe;uel etiã
3 ut ipſe ſacerdotalia obſequia præſtet in
horis canonicis,miſſis,atque alijs ſacer-
dotio congruentib. argum. c.frequens.
diſtinct.54.

Eſt autem animaduertendum quan-
tum tempus effluxerit à die ſuſcepti or-
dinis huic liberto:nã ſi annus, uel trien-
nium, quaſi neglexiſſe ius ſuũ patronus
putabitur, ſicut diximus in ſeruo ꝓmo-
to,capite proximo ſuperiore.

4 Huc pertinet quæſtio, nũquid liber-
tus Eccleſiæ ad ordines admiſſus, perpe
tuo teneatur eidem Eccleſiæ deſeruire?
& ſane tenebitur, ſi in ipſa ꝑmiſſione ſu-
ſcipiendi ordinis fuerit expreſſum; ſed
puniri contraueniens nõ poteſt, niſi mo
nitus contumax extiterit. c.eo libentius.
de ſeru.non ordin. & in cap.nullus cleri
cus,ubi Abb.eo.tit.ſed ſi expreſſum non
fuerit,libere poterit ad aliam tranſire Ec
cleſiam,ut ibid.idem tradit Ray.titu.de
ſeru.non ordin.uerſ.circa.& ideo hodie
inſpiciendum erit,cui Eccleſię fuerit in-
titulatus, uel inſcriptus: nã ei ſoli debet
ſeruire, & ab illa diſcedere non ualebit
ſine licentia,ut patebit infra lib.3.titu.de
deſer. prop.eccleſ.

Ad hunc eundem tractatum pertinet
inueſtigatio illa,ſi laicus patronus ꝑmit-
tat liberto ſuo,ut ad ſacros ordines pro-
moueri poſſit,an reſeruare ſibi ualeat cõ
5 ſuetas operas? Ray.in d.tit.de ſeru.non
ordin. uerſ.ſed nũquid putat poſſe ſolas
ſpirituales,ſ.horas canonicas,miſſam, &
ſimilia ſacerdotalia reſeruare ex ſentẽtia
Alani,& Ioann.quos ſequuntur omnes,
ut uidetur Alberi.in uerb.ſeruus primo,
circa princ. pro quibus eſt arg.c.ſignifi-
catum. de præb.c.ſignificaſti. de electio.
in fi.tradit Abb.in d.cap.nullus.de ſeru.
non ordin.quib.reſeruatis,ſi libertus ꝓ-
motus non paruerit ob contumaciã de-
poni poſſe, at in ſeruitutem propter hãc
ingratitudinem, non puto redigi poſſe,
quia hoc non eſt priuilegium priuatæ ꝑ-
ſonæ,ſicut eſt eccleſiæ.gl.in d.c.de liber-
tis.Ray.d.tit.de ſeru.non ord.uerſ.Item
in liberto Eccleſiæ nota tria ſpecialia. Et
ſi qui ſunt qui dicant contrarium, quòd
ſcilicet reuocari poſſit, intelliguntur in
libertis Eccleſiæ,ut Abb.in d.c.nullus.&
Ioann.And. & ita procedit text.in d.c.eo
libentius.

Ad hæc quoque bene cõgruit alia in-
ueſtigatio,an libertus ĩſcio,uel inuito pa
6 trono, poſſit monachus fieri, ſed iã hoc
explicauimus ſupra capite proximo, an
ſeruus monachari poſſet: nam quod de
ſeruo in hac re canones dicũt,idem oĩno
iuris eſt, & in liberto, expreſſim ſcripſit
Hug.in c.ſi q̃s incognitus, 17.q.2.arg.ad
idem Ray. in tit. de uot.monac. uerſ.itẽ

ſeruis.pro quo uidetur glo.in c.ut lex.in uerb.profeſſi.in fi.27.q.1.ſed in liberto hoc certum eſt, quòd profeſſio eum exi mit ab obſequiis patroni, quaſi maiori dño ſe dediderit,niſi in fraudem patroni,id fecerit potius,quàm mente ſeruiẽdi Deo, quo caſu fraus illi patrocinari non debet,ſed puniri.

Libertos autem nõ ea ſola ratione ab ordinibus excludendos ducimus, quòd obnoxij ſint patronis in preſtatione operarum, uerum etiam quòd plerumque plus patronorum utilitati, & honori ſtudeãt,quàm eccleſiæ,aut ſuæ;quemadmodũ liquet ex Sabel.lib.3. qui refert P. Catrenum Philotimum iam libertate donatum,& omnium bonorum hæredem relictum fuiſſe, uſq; adeo affectum erga defunctum patronum, ut in mortui rogum doloris impatiens ſeſe coniecerit: uiciſſim quoque patroni erga libertos plus æquo afficiuntur, quandoquidem uel publicis monumentis,& libertorum gloriam ex ſua, & ſuam gloriã ex libertorum fide aucupantur; cuiuſmodi narrat de Panopione Max.lib.6. qui amplũ olim ſeruo ſuo conſtruxit monumentũ, quo teſtatus eſt ſe plurimum debere illi, quoniam ne patronus occideretur, ipſe patroni perſonam ſimulauit, & occiſus eſt: patronus uero ſeruatus, ſtudent etiã quandoque patroni nimium libertorũ immortalitati, cuiuſmodi uetuſtiſſimũ indicat epitaphium,quod Rauennæ ad huc uiſitur,hoc rudiuſculo carmine inſcriptum, in ſepulchro Theodorici ad S.Mariam Rotundam.

D. O. M.

Lupo, & Apro.

*Vna Ioannia domus hos produxit alumnos,*
*Libertatis opus contulit una dies;*
*Naufraga mors rapuit pariter, quos iunxerat ortus*
*Et duplices luctus ſic periniqua dedit.*

Quare quia difficile, & patroni auertũtur ab hoc affectu erga libertos,& difcilius liberti à ſtudio patronorum, æquũ eſt eos non promoueri,aut ad monachatum admitti, niſi cauſa plene cognita, & cũ obſeruatione canonum, de quibus ſupra diximus.

*Explicit Liber Primus.*

DE



# DE IRREGVLARITATIBVS ET ALIIS CANONICIS IMPEDIMENTIS

## *LIBER SECVNDVS.*

### *De Monachorum impedimentis Canonicis.*

### CAPVT PRIMVM.

1 *Monachis olim non erat neceſſarius annus probationis.*

2 *Monachis profeſſioni ſubijciendis, quæ ætas, & quæ tempora ſeruanda.*

*Anno probationis pendente, non eſt accipienda prima tonſura, nec alius ordo per prælatos monaſterij.*

3 *Monachus ſuſceptus pretio à clauſtro eijcitur.*

4 *Monachus ad clauſtrum anno probationis pendente adferre non poteſt, niſi ſufficientia ad victum, & veſtitum.*

5 *Canonicus nemo fieri pactione poteſt, ut bona ſua ſint illi loco prebendæ.*

6 *Monachus per uim nemo ſe ad clauſtrum conferre debet.*

*Monachus perſeuerans in religione per quinquennium non poteſt allegare ſe per vim ingreſſum eſſe.*

7 *Dolus uel falſa cauſa non uitiant profeſſionẽ religionis.*

8 *Hermaphroditus non poteſt eſſe monachus.*

*Votum mulieris factum in clauſtro maſculorum obligat eam ad clauſtrum mulierum.*

9 *Monachus non poteſt habitare inter clericos, ſine ſuperioris licentia.*

*Monachus non poteſt fieri Vicarius Epiſcopi, ſine conſenſu ſuperioris*

*Monachus non poteſt fieri delegatus Papæ, niſi expreſſe de monachatu fiat mentio.*

*Monachus non poteſt eſſe defenſor, uel procurator, aut quodlibet publicum munus exercere.*

*Monachus non poteſt Epiſcopus nominari, niſi à Papa.*

*Monachus poteſt à Papa fieri Epiſcopus, etiã inuito ſuperiore.*

10 *Monachus factus Papa tenetur ſeſe reſtituere ſuo ſuperiori.*

*Papa poteſt clauſtralem educere inuito Abbate, maxime ut tractetur de eo eligendo in Papam.*

11 *Monachus ſuſcipiens ordines contra Anathema Abbatis fit uere irregularis.*

*Clerici omnes Epiſcopo inferiores ſine ulla licentia poſſunt tranſire ad religionem.*

*Epiſcopus ſine Papæ licentia fieri monachus non poteſt.*

12 *Monachi ſeculariter uiuentes eijci poſſunt.*

*Monachi ob nullum delictum deponuntur, ſed in arctius monaſterium detruduntur.*

*Monachus qui per uim eſt ingreſſus non debet ſponte egredi; ſed proponere hoc debet corã ſuperiore.*

13 *Monachus factus Epiſcopus debet adhuc uti ſuo habitu non rochetto, alioqui ſit excommunicatus.*

*Eremitæ uagantes puniendi.*

*Monachus proprium habere non poteſt, nec de licentia ſuperiorum.*

 *Mona-*

*Monachus unus in prioratu conſtitui non poteſt.*

*Monachi leges; aut phyſicam legentes puniendi.*

*Clerici oẽs in dignitate poſiti leges; vel phyſicam legentes puniendi, ut hic.*

*Monachi per ſe, non per procuratorem eligere debent ſuos ſuperiores.*

*Monachi non ſeruantes interdictum ſunt irregulares.*

14 *Monaſterium ingredientes pœnitentiæ cauſa, non poſſunt ad ſacerdotium promoueri.*

15 *Epiſcopus miſſus ad miniſterium pœnitentiæ cauſa, ulterius pontificalibus fungi non poteſt*

*Vrbicus Epiſcopus ob peccatum trãſiit ad monaſterium; & poſtea rediit ad Epiſcopatum.*

*Apoſtata monachus numquam adminiſtrare permittitur; nec inter clericos; nec monachos*

*Monachus quando de una religione ad aliã tranſire poſſit.*

*Monachus malus uix bonus clericus eſſe põt.*

*Monàchi ſine patentibus recedẽtes à clauſtro, ut apoſtatæ puniendi, & iuſtas cauſas, quas habent perdunt.*

*Monachorum trãſlatio quomodo fieri debeat.*

*Monachi extra clauſtrum degentes ab ordinario puniri poſſunt.*

*Monachus degens extra clauſtrum prædicare non poteſt.*

16 *Abbatibus non tot irregularitates obſunt, quot clericis.*

*Abbas eſſe poteſt infamis, uel aliter irregularis.*

*Abbas eſſe poteſt cæcus, & aliter mutilatus.*

*Maiolus cæcus cæcos illuminabat.*

*Abbas inobſeruans regulæ, & negligens deponi poteſt.*

*Florentini licet ſint negligentes in rebus eccleſiaſticis, tamen in proprijs ſunt ſolertiſſimi.*

*Monachos admittens ad profeſſionem, ante legitimam ætatem, qua pœna puniatur.*

17 *Abbas plurimis monaſterijs præfici non poteſt.*

*Monachus idem duobus monaſterijs aſcribi non poteſt.*

*Abbates duo eidem monaſterio præfici non poſſunt.*

*Monachos duos uno lecto decumbere indecens eſt.*

*Monachus in clauſtro alterius habitus non debet habitare.*

*Papiæ una Eccleſia duabus religionibus deſeruit.*

*Mediolani una Eccleſia duabus religionibus deſeruit.*

*Vnio beneficiorum diuerſarum diœceſum non fit.*

*Monachus unius habitus alteri præfici non poteſt.*

*Monachus factus Epiſcopus, poteſt præeſſe monaſterio diuerſi habitus.*

*Beneficia regularia ſolis regularibus conferenda.*

*Monachi baptizare non debent.*

*Baptiſmus, & confirmatio pari iure cenſentur in multis*

*Regulares uſurpantes officium parochi ſunt ipſo facto excommunicati.*

*Regulares abſoluentes à caſibus Synodalibus, vel a pœna & à culpa ſunt ipſo facto excõmunicati*

*Monachi ſimplicium beneficiorum ſunt incapaces.*

18 *Monachus poteſt ad parochialem aſſumi, ex conſenſu apoſtolico, & approbatione Epiſcopi.*

*Monachus minus legitime translatus, nec ad regularia beneficia admitti debet.*

*Monachus inter curiales uiuere prohibetur.*

*Monachus de clauſtro educi poteſt ab Epiſcopo pro Eccleſiæ ſuæ negotijs, ſaltim Abbate ſciente.*

*Monachi quos authores legere debeant, ut diſcant monaſtice uiuere*

*Libros gentilium legere deteſtabilius eſt Epiſcopis, & monachis quàm ſi hæreticorum libros legant.*

QVoniam hactenus ſeruorum,
ac libertorum negotium pro-
ſecuti ſumus, ex ordine ſuc-
cedere uidetur, ut monachorum non-
nulla perquiramus impedimenta; nam
etſi plurimæ irregularitates, tam ipſis,
quàm clericis communes ſint, ut oppor-
tune ſuis locis iam diximus, & alìàs di-
cturi ſumus; tamen hoc loco præcipue
quædam pertractandæ ſunt, quæ ſolas
ad monachorum perſonas ſpectare poſ-
ſunt: Atque illud imprimis ſciendum
1 eſt, quòd olim annum probationis ex-
pectari non fuerat neceſſariũ; erant enim
alia alijs monaſterijs tempora præfixa
profeſſioni faciendæ, ut ſcribit Raym. in
tit. de uot. religioſ. uerſ. Quæro circa uo-
tum. text. in c. ſtatuimus. cum gl. & Doct.
in c. ad Apoſtolicam. de regular. Hodie
uero ex Concil. Trident. Seſſio. 25. c. 15.
omnino labi annus integer debet, quo
pendente, nemo etiam uolens ad profeſ
2 ſionem eſt admittendus, nec ante ſextũ
decimum ætatis annum; alioqui ita irri-
ta eſt profeſſio, ut his duobus tempori-
bus non obſeruatis nulla inducatur ob-
ligatio, ad quemcumque effectum; ut ibi
expreſſim decretum eſt, quòd etiam, ut
anno probationis pendente nemo ad ꝓ-
feſſionem admittatur iuſſerat Alex. IIII.
habetur in cap. non ſolum. de regular.
libro 6.

Hoc igitur probationis anno nõ per-
fecto, ad nullum omnino ordinem ꝓmo
ueri poſſe in clauſtro; nec de licentia ſu-
periorum clauſtralium, nec quidem ad
primam tonſuram, iuſſit Greg. Epiſt. 23.
lib. 8. habetur 19. q. 3. c. monaſterijs. ſcri
bit Raym. in titu. de Neophyto. uerſ. itẽ
Neophytus: eundem ſecutus eſt Goffr.
ut refert Silu. in uerb. religio, 5. uerſ. deci
mo quærit. & iuſta rõne conſtitutũ eſt, ut
nec ad primam tonſuram hic promoue-
ri poſſit; quia ſi contingat poſtea anno
nõdum completo illud genus religionis
deſerere, fieret fraus ordinariis, à quibus
habenda erat licentia; quæ fraus præca-
uenda eſt. gl. Ioan. And. in c. Abbates. in
uerb. conuolauerunt. & ibid. Gem. & La-
pus. de priuileg. lib. 6.

Sed & infra hęc tempora prohibetur
promoueri in Abbatem, uel quamlibet
regularem prælaturã, ut fuſius diximus
ſupra cum de Neophyto ageremus; quo
loco licet dixerimus Neophytũ, ſeu No-
uitium, i. dum probationis annus pẽdet
poſſe eligi, & conſecrari in Epiſcopum;
Tamen illud uerum non eſt, in eo, q uo-
uit ſe religionem ingreſſurum; & ob hoc
uotum iam clauſtrum ſubierit, nondũq;
annus lapſus ſit; nam nõ poterit fieri Epi
ſcopus, quia cum hic teneatur profeſſio-
nem emittere antequam ad Epiſcopatũ
admittatur. cap. per tuas. de uot. Silu. in
uerb. relig. 2. uerſ. 20. & ꝓfeſſionẽ hodie
emittere nõ poſſit, niſi lapſo anno, ſequi-
tur neceſſario annum eſſe expectandum,
tam ad emittẽdam profeſſionem; quàm
ad Epiſcopatum obtinendum.

Vitium quoque eſſe poteſt in modo,
quo quis clauſtrum ſubit; nam ſi pretio
3 id fiat, tam qui admittitur, quàm qui ad-
mittit ad habitum, uel profeſſionem ex-
cluduntur ab illo monaſterio, uel con-
uentu, & in aliud arctius retruduntur.
c. de regularibus. de ſimon. nec diſpenſa
ri ad ipſum primum monaſterium poſ-
ſunt, niſi de nouo fiat admiſsio, quæ fieri
non debet, niſi cum aliud arctius mona-
ſterium reperiri nõ poteſt, Lateran. Cõ-
cil. ſub Innocen. III. c. 64. habetur d. c. de
regularibus. & cap. quoniam. ubi plene
per Doct. de ſimon. & pręterea ad ſacros
ordines aſcendere non permittuntur, ex
eod. Concil. Lateran. habetur in cap. mo
nachi. de ſtat. monac. Iccirco dum pro-
bationis annus pendet, nemo plus adfer
re ad clauſtrum poteſt, quàm quod ad
uictum, & ueſtitum ſufficiat: alioqui ana
4 themati ſubijcitur contrauenięs ex Cõ-
cil. Trid. Seſsio. 25. cap. 16. Ex quibus ſe-
data eſt illa ingens altercatio canoniſta-
rum, & Theologorũ, de illo qui uniuer-
ſa pro ſe alimenta adferenda in monaſte
rium paciſcitur, an id facere poſsit ſine
ſimonia, de qua re S. Thom. 2. 2. q. 100.
& fuſius Silu. in uerb. ſimonia. uerſ. 15.
quæritur. Canoniſtæ omnes in d. cap. de
regularibus.

Propte-

Propterea ſi quis in canonicum Re-
gularem uellet cooptari, & ex bonis ſuis
5 ſibi ad alimenta quaſi præbendam erige-
re uellet, & ad id pactum præcederet, in-
curreret ſimoniam. c. tua nos. ubi Doct.
de ſimon. Immo etſi liberaliter ſine pa-
ctione omnia bona, uel maiorem partē
eidem cōuentui donaſſet, inducitur præ-
ſumptio ſimoniæ. Silu. in d. uerb. ſimo-
nia. uerſ. 13. quæ multo magis uera ſunt
in eo qui uelit fieri Canonicus ſæcularis,
ut per Docto. locis citatis.

Maximum quoque uitium eſt ſi quis
uim clauſtro inferat, ut in religione ad-
mittatur: nam nulli dubium eſſe debet,
6 eum non eſſe admittendum, ſicut nec ij
admittendi ſunt, qui aliquem ad profitē
dum ui impulerint, conſuluerint, patro-
cinium, auctoritatemque præſtiterint. ar
gum. Concil. Trid. Seſſio. 25. c. 18. quo
loco hæc decernit quo ad ipſas monia-
les, & pari ratione ea turpitudo uerſatur
in monachis: unde is, cui hæc uis illata
eſt, etſi quinquennio in religione perſe-
uerauerit, adhuc non uidetur adſtrictus
ex ea profeſſione; nam infra hoc tempus
ſuas uiolentiæ cauſas prætendere poteſt,
coram ordinario, uel quouis ſuo ſuperio
re: ſed poſt quinquenniū non eſt audien
dus, quoniam uis illa deficere uidebitur,
ex Conc. Trident. d. Seſſ. c. 19. ante enim
nō tenet ea profeſſio meticuloſa ob me-
tum, qui cadat in conſtantem uirum. c.
1. de ijs quæ ui uel met. ſed ſicut poſtea
poſſet ratificare, de regul. c. porrectum.
7 & c. ſicut nobis. ita hoc tempore lapſo
ratificaſſe uidetur.

Dolus autē uel falſa cauſa, ob quam
quis profeſſus eſt, nō uitiant profeſſionē,
quia dolus non uidetur quando factus
eſt melioris conditionis, niſi qñ dolus
dederit cauſam directam & immediatā
profeſſioni, ut ſentit aperte Raym. tit. de
uot. monac. uerſ. ſed quid ſi non metu:
de ijs Silu. in uerb. Religio. 3. q. 11. quo
loco indiſtincte putat, nunquam dolum
allegari poſſe, ad annullandam profeſ-
ſionem; ſic nec proderit allegatio falſæ
cauſæ, ut ibi per eum de ſententia Hoſt.

8 Sexus quoq; indignum reddit clau-
ſtro Religionis eum, qui maſculus non
ſit: nam ſi Hermaphroditus iam eum re-
ijciendum diximus ſupra, cum de eo ꝓ-
prio in titulo ageremus: multo magis fœ
mina inter uiros admitti non debet, nec
ſi profiteatur inter eos, obligatur: ſed ex
ea profeſſione obligatur, ut intra monia-
les in religioſo uoto perſeueret. argum.
in c. quod interrogaſti. 27. diſt. ubi Hug.
& Archid. hoc ſcribunt: ligat enim tale
uotum, tametſi corrupta intentione fa-
ctum. Silu. in uerb. religio. 3. q. 9. Fuerunt
tamen quamplurimæ mulieres ſpiritu
ſancto ductæ, quæ & ſanctiſſimæ, & ca-
ſtiſſimæ intra monachos incognitæ uixe
runt, de quibus fuſius diximus ſupra
cap. 28. lib. 1.

Præterea uero monachis interdicta
ſunt plurima, quæ tamē clericis cōgrue-
re poſſunt: Illud eſt in primis quòd ſci-
licet monachus ad clerum aſpirare non
poteſt, non habita Abbatis licentia, ut iuſ
9 ſit Gregorius diſt. 58. c. nullus. Idem in
Concil. Carthag. V. habetur eadem diſ. c.
ſi quis. Abbate uero, uel ſuperiore cōſen-
tiēte ad omnes ordines inter clericos ag
gregari poſſet ex decreto Siricij Papæ. ha
betur 16. q. 1. c. monachos. alioqui ſupe-
rioris conſenſu non interueniente, nullū
omnino, uel minimum Eccleſiæ ordinē
accipere ei licet. Abb. in c. quod Dei ti-
morem. de ſtat. monac. nec officio uica-
rij Epiſcopi defungi permittitur, ſi Ab-
bas ab initio contradicat, uel neſciat,
nec eo caſu uidebitur poſſe admitti, ut
ſit delegatus Papæ, niſi expreſſim de mo-
nachatu



nachatu habita ſit mentio in literis. Rot.
decil. 283. in antiq. propterea Abbate in-
ſcio, nec ab Epiſcopo poteſt deputari ad
eccleſiaſtica negotia. Rot. ibid. & eſt tex.
in c. quære. 16. q. 1. nec defenſo, iudex,
uel procurator, aut quodlibet publicum
munus exercere, ex Pelagij Papæ decre-
to c. de præſentium. ead. q. 1.

Qua ratione, atq; alijs multis, mona-
chus in Epiſcopum nominari non pōt,
per electionem alterius, quam Papæ, ut
de hoc, & de omnib. alijs ordinib. eſt ex-
preſſum 18. q. 2. c. quàm ſit. uerſ. pariter.
& 16. q. 1. c. ſi quis monachus. & c. legi. in
fi. & gl. in c. quā ſit de elect. in 6. in uerb.
conditio. Ideo enim dixi, Papæ uolunta-
tem ſufficere in monacho eligēdo in Epi
ſcopū; quia ſi Abbas reluctetur, cogi po-
teſt ad conſentiendum; uel etiam eo inui
to, tenebit prouiſio propter neceſſitatē,
uel utilitatem Eccleſiæ. Silu. in uerb. re-
ligio. 7. q. 9.

Hinc illud ſuccedit, ut monachus in
Papam eligi non poſſit, ſine Abbatis licē
tia: Immo electum Abbas repetere pōt.
gl. in d. c. quàm ſit. 18. q. 2. in uerb. ordi-
nandum. Ipſe autem electus, ſicut alijs
omnibus ius redderet, ita & Abbati ſuo
reddere debet, ſeſe quoq; compellere ad
10 clauſtrum proprium redire. Archid. in
c. ſi quis pecunia. diſt. 79. ſed quia Papæ
iam electo nulla penitus exceptio obijci
poteſt, ideo hic perſeuerabit in Papatu;
nam & ſi eiuſmodi Cardinaliū electio-
nem de monacho factam Abbate inui-
to, uel inſcio, nullam eſſe ipſo iure ſenſe-
rat Ioan. Andr. in nouell. Tamen contra-
rium, & melius ſentit Abb. in c. licet. no-
tab. 4. de elect. & ibidem Card. q. 28. Ia-
cobat. de Conc. lib. 3. art. 1. uerſ. & idem
in infante: intelligendo hæc ut dixi infra
lib. 4. c. 20. Papa uero dubio procul po-
teſt monachum inuito Abbate, de clau-
ſtro extrahere, ipſumq; inuitum aſſigna-
re in ſocium alicui, uel etiā ſecum tene-
re. 1. q. 1. c. filium. 9. q. 3 c. ult. 14. q. 3. c.
reſiſtit. Eadem quoque ratione, ſi Papa
uelit tractare de ſucceſſore ſibi eligendo
(quod poteſt, non autem ipſe eligere po-
teſt. Spec. in c. ubi, de electio. in 6.) poſſu-
mus defendere, quòd & ad hunc effectū
poterit monachū, inuito Abbate, de clau
ſtro educere, ut de eo in Papam eligēdo
tractetur inter Cardinales.

Cum igitur Abbatis ignorantia mo-
nachis obſit, ne promoueri poſſint, mul-
to magis officiet Abbatis expreſſa inhi-
bitio: eſt enim grauius delictum mona-
chi nō parentis ſuperiorum inhibitioni;
præſertim quoad ordines ſuſcipiendos.
c. ad aures. de temp. ord. quòd ſi forte in-
hibuerit Abbas ſub anathematis pœna,
11 tunc contraueniens ordineſq; ſuſcipiēs,
fit uere, & proprie irregularis, nec ſuſce-
ptos adminiſtraturus, nec ad altiores a-
ſcenſurus, de eo qui furt. ord. ſuſcep. c. 1.
Spec. titu. de diſpenſat. §. iuxta. uerſ. item
promotus. Silu. in uerb. irregularitas. q.
3. quo loco dicit, ſolius Papæ futuram eſ
ſe diſpēſationem, præſertim ob id quod
hodie habetur Concil. Trid. Seſſ. 14. cap.
1. de ref.

Econtra uero quilibet clericus, etiam
curatus infra Epiſcopum, ſine ulla Papæ
licentia ad monachatum tranſire poteſt.
Hug. in d. c. quàm ſit. & melius S. Tho.
22. q. 185. & q. 189. Epiſcopus uero nul
lo modo ſine Papæ diſpenſatione ad re-
ligionem tranſire poteſt. 7. q. 1. c. tempo-
ris. & c. ſeq. S. Thom. d. q. 189. Alberic. in
uer. Epiſcopalis ordo. Abb. in cap. poſt
tranſlationem. col. ult. de renunt. niſi for-
te propter crimina, aliamve legitimā cau
ſam deponatur: nam ad monachatū ad-
mittitur, unicum ſcilicet calamitoſorum
refugium: Papa uero abſque dubio po-
teſt

teſt renuntiare papatui, & ſubire monachatum,ut contigit Chriſtophoro Papę, ut refert Naucler.gener. 31.

Monachis prętereà multa alia obſunt impedimenta ne in clauſtro verſari permittantur;nã ſi ſæculariter uiuant,ideſt,
12 ſæculi curis ſint impliciti, & cum ſæcularibus,ac laicis nimium familiariter uiuant,& dum ab Epiſcopo ob id corrigãtur contradixerint,eijci poſſunt; immo ſi integrum,ac totum collegium,uel monaſterium hoc modo ſæculariter uiuat, oẽs illinc excludi poſſunt,admiſſis monachis alterius ordinis, c.relatum,ne cleri. uel mon. Et cum dicimus monachos à clauſtro eijci,non ita intelligas,ut uagari permittantur, quaſi non ulterius religioni,uel clauſtro obligati:quia quotieſcumque de monachis deponẽdis,& eijciendis agitur ob quoduis delictum, nõ fit actualis depoſitio, ſed in aliud arctiꝰ monaſterium detruduntur. c.ſi.de regular.tradit Dec. in cap.cum non ab hoĩe. col.1.uerſ.dicit Abbas. citat Anto.Butr. ibidem,uel in clauſtro ad ſæcularia officia deputantur nihil commune habẽtes cum alijs ſanctis monachis, ut conſtat apud Pallad.Cappad.cap.13.in uita Stephani monachi: nam incorrigibilis quidam monachus ibi hoc modo fuiſſe depoſitus commemoratur.

Sæculariter quoque uiuere uidentur ij,qui habitum non deferunt, nam etſi forſan iuſtam cauſam habeant illud dimittendi,quia forſan per uim, uel metũ profeſſionem emiſerint,tamen ſponte dimittere non debẽt;nec cum habitu clauſtrum deſerere, ſe coram ſuperiore ſuo, & ordinario cauſas ſuas deducere debẽt ante lapſum quinquennium;alioqui contrafacientes arctius in monaſterio detruduntur,& tamquam apoſtatæ puniendi.
13 Conc.Trid.Seſſio.25. c.19. quinimmo ſi monachus fiat Epiſcopus,in tantum tenetur uti habitu monachali, quòd ſi eũ depoſuerit rochetto utens, erit ipſo iure excõmunicatus. Card.in cle.ne in agro. in princ.in 3.q.de uit.& hon.cler p text. in c.2.ne cler.uel mon.lib.6.Iaſ.in auth. ingreſſi.col.3.in limi.2.ad fi.C.de epiſc. & cler.Viuere quoq; dñr ſæculariter illi, quos uulgus eremitas appellat, qui ſine ulla congregatione uagantur cum habitu ad libitum ſumpto: nam non ſunt pmittendi euagari;ſed cogendi, ut deſeruiãt certis pijs locis, uel aſſumant aliquẽ monachorum habitum ſub obediẽtia, ut patet ex 6.Synod. generali.c.42.

Ad eandem rẽ pertinet ſi monachus proprium peculium habeat: nam ſicut moriens intra clauſtrum nõ eſt ſepeliendus,nec pro eo oblatio fieri poteſt, ita uiuens ab altaris communione repellẽdus eſt ex Lateranen. Concil.& c.monachi. de ſtat. monac. Hodie uero nec quidem de ſuperiorum licentia monachis peculium concedi poteſt,nec ad uſumfructũ, nec ad uſum, nec ad aliquã adminiſtrationem uel commendam, nec in ſuperfluam ſupellectilẽ, alioqui biennio actiua,& paſſiua uoce priuatus eſt,ex Conc. Trid.Seſſio.25.c.2.præter alias Regulę, & conſtitutionum pœnas, ut ibi:eiſdem quoq; rationibus conſtitutum eſt,ne monachus unus tantum in Prioratu conſtituatur:dubium enim uidetur ne ſæculariter uiuat quamobrem canonice hoc illi interdicitur. Ex Conc.Lateranen.cap. monachi.de ſtat.mon.& de Capell.monac.c.ex parte.

Phyſicam quoq; legentes, uel iuri ciuili legendo operã dãtes monachi ultra duos menſes ab ordinum promotione deijciuntur omnino,& excõicati ab omnibus euitandi in choro, in menſa, cap. & ſimilibus.omnium poſtremi habendi

ſunt



ſunt ex Concil. Turon.c.non magnopere.ne cleric.uel mon.nec ſuper ijs ab Epiſcopo,uel Superiore diſpenſari poſſunt, ſed à ſolo Pontifice. gl.& text.in d.c.non magnopere.& ideo ex hoc ueram, ac ꝓpriam irregularitatem incurrunt.Specu. in tit.de diſpenſat.§.iuxta.uerſ.item irregularis,quæ pœna non ſolis impoſita eſt monachis,ſed & omnibus clericis in dignitate,uel perſonatu poſitis,cap.ult.ne cleric.uel mona.in ſexto. Specul.eodem loco.Silu.in uerb.irregularitas. uerſ.22. Diaz in praxi canonica. cap.54. Rebuff. in tractatu nominationum, q.5.nu.15. cum ſeq.Quæ intelligenda ſunt ſi principaliter phyſicam,uel iura ciuilia legant; alioqui ſi ſecundario,aut per occaſionẽ, nõ eſt locus iſtis pœnis.Gomeſ.in regul. Cancell.de non toll.ius queſ.q.3.

Monachi etiam,qui in eligendis ſuperiorib.media perſona procuratoris id faciũt,etiam ſi abſentes ſint,aut ſi ipſi præſentes,non ſecretis uotis electionem celebrent,irritam faciunt electionem: is uero q̃ eligi ſe forma hac nõ ſeruata paſſus eſt,fit inhabilis ad omnia officia in religione obtinenda,ex Concil. Trid.Seſſio. 25.cap.6.

Electione quoq; actiua,& paſſiua priuantur, & uere irregulares fiunt monachi,qui interdictum eccleſiaſticum non ſeruauerint.c.is qui. de ſent. excommu. lib.6. Armil.in uerb.interdictum.num. 57.& latius dicemus, cum de cẽſura interdicti agendum erit.

14 Illi etiam qui pœnitentiæ cauſa, ob commiſſa delicta, quantumuis occulta, aut leuia ingrediũtur monaſteria,prohibentur ſacerdotium adipiſci, cap.ſi ille. diſt.50. & ſunt inter irregulares adſcribendi.Speculat.in titu.de diſpenſ. §.iuxta.uerſicu.item accedens. quod intellige de eo,qui per iudicẽ cogitur ad eam pœnitẽtiam in monaſterio faciendam:alioqui ſi ſponte acceſſerit,nullo iure prohibetur ordinari ad maiores ordines, & ſacerdotium. tex.enim in d.c.ſi ille.loquitur,de eo,qui petijt ſibi imponi,non autem de eo qui ſibi ipſi hanc pęnitentiam impoſuit.

Quando igitur a ſuperiore in monaſterium mittitur etiam ad certum tẽpus, licet ad altiora non poſſit aſcendere, tamen in ſuſceptis adminiſtrare non prohibetur.glo.in dicto c.ſi ille.ſi ſit Epiſcopo inferior,alioqui ſi Epiſcopus,aut ſpõ
15 te, aut à ſuperiore iuſſus pęnitentiæ cauſa,monaſterium ſit ingreſſus, omnis ſpe deſtituitur defungendi ſuis pontificalib. muneribus, ex Concil.Conſtantinopol. de quo habetur,ſeptima quæſtio.prima. cap.hoc nequaquam.& in cap.poſt tranſlationem.de renunciatio. Aliquando tamen ex cauſa diſpenſaretur,ut olim Vrbicus Aruerniorum Epiſcopus,qui quoniam importunitate uxoris in ſæculo iam dimiſſæ rurſus copulatus fuerat,pęnitentia ductus monaſterium ſubiit lacrymis culpam diluturus: & tamen poſtea Epiſcopatum recepit, ut ſcribit Gregor. Turon.hiſtor. lib.1.c.39.

Apoſtaſia quoque plurimum officit monachis; nam ea durante ordinatus, ſuſceptum ordinem non adminiſtrabit, nec quidem poſt pœnitentiam,niſi à Papa diſpenſetur. Speculat. in titu. de diſpenſat.§. iuxta. uerſicu. decimo tertio. text.in capit. ultim. de apoſtat. & quinquageſima diſtinct.cap.placuit.cum cap. ſequen. quod uerum eſt in apoſtata à fide, uel totali religionis fuga; alioqui ſi unam religionem illicentiatus deſerat, & ad aliam tranſeat, nec prohibetur ordinari, nec ordinatus adminiſtrare,c.ex parte. de tẽp.ord.glo.in d.c.ult.de apoſt. ſed ſi in hoc tranſitu de una religione

ad

ad aliam ſit natum ſcandalum, uel alius
illicitus modus; non poterit adminiſtra
re,niſi à ſuperiorib.ſuis diſpenſetur, uel
abſoluatur;nam licet genus apoſtaſiæ ui
deretur,non tñ uera eſſet apoſtaſia, quę
adeo reddit irregularem,quod nec inter
monachos adminiſtrare quis poſſet,nec
inter clericos.Concil.Arelaten.II. c.25.
habetur,d.c.placuit. Diaz in praxi cano
nica.c.104. cui rei adſtipulať quod ſcri-
bit Auguſt.ad Aurelianum epiſt.76.Mo
nachum malum uix bonum clericum
eſſe poſſe,habetur 16.q.1.omnia etenim
miniſteria interdicuntur ijs monachis
monaſticam uitam deſerentib.ex Conc.
Tarracon.c.9.habetur 16.q.1. c.mona-
chi è monaſterio: Propterea nouo iure
monachi, qui ab aſcriptis conuentibus
ſponte recedunt,etiam prætextu accedē
di ad ſuperiores non uocati nec miſſi,
uel niſi per patentes in ſcriptis litteras,
de licentia fidem faciant, tamquam de-
ſertores, ſeu apoſtatæ puniendi ſunt, ex
Concil. Trident.Seſſ.15.c.4. Sed ij, qui
prætextu meticuloſæ profeſſionis ſpōte,
ac non petita licentia,clauſtrum, aut ha-
bitum deſerunt,apoſtatę iudicantur;nec
ulterius cauſas ſuas,etiam iuſtas præten-
dere,aut deducere poſſunt.Cōcil. Trid.
d.Seſſ.c.19.ut ſupra diximus. Illis uero
monachis, qui de una religione ad aliā
arctiorem ſpōte trāſeunt,nil obeſt, quin
& aſcendere ad altiores,& ſuſceptos ad-
miniſtrare poſſint diſpenſatione non cu
rata,d.c.ex parte,& ibi Abb.

Verum, quia hæc facilitas conceden-
dæ translationis inducere conſueuerat
abuſum Religioni pernicioſum,quia ui-
delicet per hanc occaſionem ſuperiores
licentiam concedebant monachis trāsla
tis ſtandi extra clauſtrum, ex quo uagan
di, & apoſtatandi materia tribuebatur,
conſtitutum eſt eod. Concil.Trident. ne
hæc tranſlatio ordinis ad ordinem fiat;
nec ad profeſſionem admittatur, niſi ut
in ordine ipſo,ad quem transfertur ſub
ſui ſuperioris obedientia perpetuo ma-
neat in clauſtro;ac taliter tranſlatus, etiā
ſi canonicorum regularium fuerit,ad be
neficia ſæcularia, etiam curata omnino
incapax exiſtat.Seſſ.14.cap.11.Propterea
qui extra clauſtra degunt,etiam cum ſu-
periorum ſuorum licentia ab ordinario,
ut Apoſtolicæ ſedis delegato puniri, ac
uiſitari poſſunt.eod.Concil.Trid.Seſſ.6.
c.3.Quamobrem ſicut nec ſacra myſte-
ria;ita nec prædicationis munus exerce-
re poterunt ij degentes extra clauſtrum,
& extra obediētiam ſuarum religionum
uiuētes.eod.Conc.Trid. Seſſ.5.c.2.ad fi.
multominus prædicare poterunt ij, qui
habitum penitus dimiſerint, cū apoſta-
tæ ſint.eod. Concil.Seſſ.25.c.19.

Sed & ipſi ordinum ſuperiores,ut pu
ta Abbates certa quædam habent impe-
dimēta canonica quominus officio ſuo
16 fungi poſſint:nam non omnes irregula-
ritates quæ obſunt clericis,obſunt Ab-
batib.nam Abbas fieri poteſt quantum-
uis infamis,uel aliter irregularis, ſi pru-
dēs ſit,admittetur ſaltim ex facili diſpē-
ſatione,gl.in c.tuam.de ætat.& qual.glo.
in c.expoſuiſti.de corpo.uitiat.argum.c.
accedens.diſt.50. sicut & illiteratus eſſe
poteſt Abbas.ſcribit.Pan.in c.ult.de ęta.
& qualit. Quinimmo Abbas eſſe poteſt
cæcus,sicut de S.Maiolo referunt,qui cū
Cluniacensis monaſterij monachus cæ-
cus eſſet ſapientiæ, ac ſanctitatis merito
factus eſt Abbas Maticenſis, nec illi ob-
fuit cæcitas, quin alios cæcos curaret,ſur
dos,mutos,ac claudos ſanaret, qui & ſe
ipſum proculdubio ſanaſſet,niſi patien-
tia eum reddidiſſet illuſtriorem. Matul.
lib.5.Andr.Eborens.tit.de patiēt.ſic etiā
reliqui mutilati manu, uel oculo effoſſo,
uel



uel claudi,uel ſurdi,ſi prudentes ſint,ad-
mittuntur,ut Abbates fiant. tex.& glo.in
d.c.expoſuiſti.& d.c.accedens. quod ta-
men ita intelligendum eſt,ſi ſcienter mu
tilatus fuerit in Abbatem electus, alioq.
ſi eum eligeretur Abbas tacuerit mutila
tionem, amouendus eſt ab Abbatia. id
expreſſum eſt in litteris Innocentij III.
ad Epiſcopum Militen. Sed ſi imprudēs
ſit, aut negligens in obſeruatione Regu-
læ,& ipſe, & grex ſibi commiſſus deponi
debet, c.cum ad monaſterium. de ſtatu
monac. argum. c.relatum. ne cleric. uel
monac.ſed nec ſolum ob negligentiam,
uerū etiam ob alia deijci Abbas debet,
nam ſi non ſit ſobrius,caſtus,miſericors,
obediēs præceptis diuinis,cautus, diſcre
tus,humilis,propter hos defectus depo-
nitur.c.ſi quis Abbas. 18.q.2.quod idē
eſſe in alijs omnibus prælatis probat ibi
Hug.Hæc autem forte non procederent
in Florentinis prælatis, quoniā præſu-
muntur diligentes.Gomeſ.in regul.Can
cell.de nō iud.iuxta formam, q.16. An-
charan.conſil.305. Tamen poſſumus di
cere illud procedere in cura rerum ſua-
rum priuatarum;ſecus in cura rerū ſua-
rum eccleſiaſticarum, ut expreſſim ſcri-
bit Gregor.habetur,diſt.85.c.Archidia-
conum Florentinum.

Inter negligentes, & inobſeruantes
Abbates ponuntur ij, qui monachos ad
profeſſionem admittunt ante legitimā
ætatem;nam ultra alias pœnas,ſunt ipſo
iure ſuſpenſi ab omni alia receptione ad
profeſſionem, c.non ſolum.de regular.
lib.6. cui ſuſpenſioni ſi contrauenerint,
non quidem uidentur fieri irregulares
ſecundum Gemin.ibi. ſed ab ea ſuſpen-
ſione abſolui à Papa debent,ſi tempora-
lis ſit ſuſpenſio, ſed ſi perpetua poſſunt
& à ſuperiorib.qui huius delicti partici-
pes non fuerint,gl.in d.c.nō ſolum.Silu.
in uerb.religio.3.quæſt.17.

Abbas autem quantumuis diligens,
& regulæ obſeruantiſſimus,diuerſis mo-
17 naſteriis præfici prohibetur: nec ei ſuf-
fragari poteſt ullus conſenſus,aut diſpē-
ſatio monachorum, uel cōuentuum.c.
ult.de relig. domib. quo loco aperte li-
quet, quòd ſicut multis locis monachus
unus pręfici non poteſt,ita nec multis lo
cis ſubeſſe, nec diuerſis monaſteriis ad-
ſcribi ex Concil.Lateran.c.13.quod ha-
betur, d.c.ult. Eadem ratione putarim
quòd ſicut duo Epiſcopi in una diœceſi
conſtitui non poſſunt,eodem Concil.La
teranen.c.9.c.quoniam.de offic.ord.ita
nec duo Abbates eidem monaſterio,per
illum text.& eius rationē; monſtrum.n.
uideretur: ſicut indecens quoque eſt, ut
duo monachi uno lecto decumbant,uel
in cella communi, non quia monſtrum
ſit, ſed ad ſuſpicionem tollendam de lai
corum mentibus. Concil. Turonen. II.
canon.10. quod etiam in clericis proce-
dere debet,ut ibi.

Habet quoq; monſtri ſpeciē,ut unius
ordinis monachus, alterius ordinis uel
habitus, clauſtrum inhabitet religionis
cauſa,clem.1.de elect.quod antea fuerat
Concil.Hiſpalen.conſtitutū. c.in noua.
16.q.7. Et quamquam multis locis uni-
ca Eccleſia duobus religionum inſtitu-
tis,ac regulis deſeruiat, ut Papiæ in ſan-
cti Auguſtini Ecclesia à monachis eius
ordinis,& alterius ordinis S.Petri in cel
lo aureo communiter ſeruitia Ecclesia-
ſtica, & diuina officia exhibeantur. Ta-
mē diuerſa ſunt clauſtra,alterum à dex-
tro,alterum à siniſtro latere Ecclesię: ità
quòd neutri ad alterius clauſtrum poſ-
ſunt accedere, habitationis cauſa; nec
habitus, nec uotum ſumi poteſt in alte-
ro clauſtro,quàm in eo, cui ſubijci uult,
propter tex. in d.Clem.1. cū gl.in uerb.
mona-

monaſterijs:quę dicit etiam Mediolani fuiſſe duo collegia, ad obſequia unius Eccleſiæ S. Ambroſij, uidelicet collegiũ monachorum,& collegium canonicorũ regularium ſub diuerſo habitu, atq; inſtituto, ita ut ſuas electiones pro more ſuo utrique faciant,ſine ulla commixtione. Ad hæc pertinet, quod conſtituitur in Conc.Trident.quòd beneficia diuerſarum diœceſum uniri ſimul prohibentur Seſſio. 14.c.9. ubi idem dicitur de monaſterijs,& de quibuſcũq; piis locis.

Iſtis concinne eſt,quòd monachus diuerſi habitus,uel inſtituti,non poteſt pręfici in Abbatem, uel præpoſitum (quocumque nomine nũcupetur) monachis alterius habitus, uel inſtituti, d.c.in noua.& d.Clem.1. Quod adeo uerum eſt, quod etſi cõmunis ſit Eccleſia, uel Chorus, ut in præfata Eccleſia Sancti Auguſtini Papiæ, uel in Eccleſia Sãcti Ambroſij Mediolani, nihilominus alter alteri ordini non præficietur.glo.in d.Clem.1. in uerb.monaſterijs: Hoc tamen non ꝓcedit in Epiſcopatu; nam ſi monachus in Epiſcopum ꝓmoueatur, poterit præeſſe non ſolum cathedrali clericorum ſæcularium, uerum etiam quorumcumq; regularium diuerſi habitus,& profeſſionis.d.Clem.1.ad fi.ubi gl.& Doct.

Ipſa quoque beneficia regularia,cum uacant,ſolis regularib. conferenda ſunt, eiuſq; ordinis,atq; habitus,quale eſt monaſterium ad quod ſpectant;tenentur.n. eum habitum gerere, & regulam ſeruare. Concil.Trid.Seſſ.14.cap.10.

Simili pręterea ratione monachis interdictum eſt,ne ea tractent, quæ ſęcularibus tantũ clericis,aut laicis congruũt: Nam nec baptizare poſſunt, nec in baptiſmo compatres fieri, 18.q.2. c.peruenit ad nos.& de conſecr.diſt.4. c.non licet Abbati, & c.monachi ſibi,& 16.q.1. c.placuit. ut habetur Concil.Antiſiodoren.c.25.diſpar enim eſt profeſſio monachi,& horum cõpatrum; nam commatres illos habere incongruum eſt. d.cap. non licet Abbati.deinde,qui fiunt compatres,quodammodo fideiuſſores fiunt eorum,quos de fonte ſuſcipiunt, cũ eos erudire in fide teneantur. c.uos ante. de conſecr.diſt.4.merito hoc pondus incõgruum eſt monachis,qui ſeſe de ſæculo exemerunt. Idem putarim dicendũ eſſe in compatre ratione chriſmatis;nam eadem militat ratio, & cauſa in utroque: nam quoad hoc parificãtur baptiſmus, & chriſma.c.in cathechiſmo.c.non plures.c.in baptiſmate. de conſecr.diſtin.4. Huc ſpectat quod religioſi parochiale officium uſurpare prohibentur,nam euchariſtiam,& extremam unctionem nemini dare poſſunt abſque proprij parochi licentia ſub Papalis excommunicationis pœna.Clem.1.de priuileg. eandẽ quoque pœnam incurrunt ſolennizantes matrimonia, uel abſoluentes excommunicatos in caſibus ſedi Apoſtolicę reſeruatis,uel excommunicatos a ſynodalibus uel prouincialibus ſtaturis,uel à pęna & à culpa:Iſtis enim omnibus caſib. excommunicationẽ Papalem incurrunt. d.Clemen.1.quam intellige iuxta declarata per Caietan.in uerb.excommunicatio.cap.64.

Beneficiorum quoq; incapaces ſunt monachi,& uix quibuſdam exceptis caſibus ad beneficia diſpenſantur, nam ad ſimplicia, & ea quæ cura animarum carent, non admittuntur niſi ex diſpenſatione Papę.Abb.in c.ſuper eo,de regula. nec ad canonicatum in ulla collegiata eccleſia. Abb. in c.quod Dei timorem. de ſtat. monac. Epiſcopi uero diſpenſatio non ſufficeret, ut ibi, quod non ſolũ in canonicatu procedit, uerum etiam in





omni præbenda,decanatu,uel quacumque dignitate, aut perſonatu in Eccleſiis collegiatis; nam ea obtinere nõ poſſunt. Ioann. Andr. in Nouell. ſuper d.c.quod Dei timorem, poſt Hoſtienſ.ibi, ut ſcribit Silu.in uerb.religio.7.uerſ.quinto. ſi autem collegiata Eccleſia ad regulares ſpectaret,monachus alterius monaſterij eiuſdem tamen ordinis, ad canonicatũ eius Eccleſiæ promoueri poſſet. Silu.loco citato, ex ſententia Abb.in d.c.quod Dei timorẽ. At ad curata beneficia conſueuerant monachi,qui ad prædicandũ erant idonei, & ad curam adminiſtrandam, charitate feruentes diſpenſari.d.c. quod Dei timorem.pręſertim ſi de ordine regularium canonicorum exiſterent,
18 ut ibi:nam ſiue curata parochialis, ſiue curata collegiata eſſet,pari ratione & facultate diſpenſabantur. Silu.in d.uerb. religio.7.q.3.& 4. hodie uero non niſi difficile diſpenſantur in curatis ſæcularibus; quòd ſi aliquando Epiſcopus ob clericorum penuriam forte diſpenſaret ut monachus alicui curatæ pręficeretur, id fieri non poſſet inconſulto Abbate, uel eo ſuperiore, penes quẽ eſt auctoritas diſpẽſandi ſuos monachos, ut extra clauſtrum degant, qui ſi conſentire nolint,& magna ſit clericorum penuria,cogi ad conſentiendum poſſent per Metropolitanum,uel alium. Ioan.And.in d.c. quod Dei timorem. Silu.in d.q.3. Ordinarij uero monachorũ,ideſt ij,qui guardiani, uel priores nuncupantur,conſentire non poſſunt, ut eorũ ſubiectus monachus obtineat curam animarum, etiã ab Epiſcopo delatam; ſicut nec facultatem habent concedendi, ut extra clauſtrum quis degat.Silueſt. dicta quæſt. 4. in fine.

Et tametſi regularia beneficia ſiue ſimplicia,ſiue curata, monachis ipſis pro arbitrio ſuperiorum conferri poſſint. cap. uiſis. 16.q.2. Silueſt. d. q.3. nec ſolum conferri poſſint, ſed etiam conferri debeant. Concil.Trident.Seſſ.14. cap.10. tamen in curatis illud obſeruandum eſt, ut ad eam exercendam monachi etiam à ſuperioribus electi, non admittantur, niſi conſenſus, & approbatio Epiſcopi per examen facta acceſſerit,eod.Concil. Tridentin.Seſſio. 25.cap.11.Epiſcopus enim non ſemper conſentiet, ut quilibet monachus,quantumuis idoneus admittatur; nam ſi quis monachus extra clauſtrum degat,etiam ſi canonicus regularis exiſtat, aut quiſpiam monachus de una ad aliam religionẽ minus canonice ſit tranſlatus, nullo modo admitti debet, nec ad curata, nec ad ſimplicia, etiam regularia, eodem Concil.d.c.11. d.Seſſ.decima quarta. Eſt enim hoc inſtitutum in pęnam extra clauſtra degentiũ, & eorum qui minus canonice de una religione ad aliam transferuntur, ut ibi conſtat.

Monachis præterea interdictum eſt, ne inter Curiales uiuãt,uel ut ratiocinijs publicis incũbant.c.de præſentium.16. q.1.Quinimo curiæ obnoxij, uel ad ratiocinia obligati, si ad religionem conuerti uelint,admittendi non ſunt, antequam illis ſe ſe nexibus eximant.cap.legem.diſt.53.Hug.in cap.si quis incognitus.17.q.2.Raym.in titu.de uot.monac. uerſicul.item ſeruus, quo loco hos obnoxios comparat ſeruis, quo ad religionis ingreſſum; præſertim si ſub perpetua obligatione teneantur, ut ſcribit Archidiac.in d.cto cap.legem. ex ſententia Bartholom. Brix. in quæſt. dominicali. incip. poteſtas quidam. & Hug.in dicto cap.legem. Propterea si de curiali quis fieri monachus nõ poteſt: quanto magis de monacho quis effici curialis non po-

terit;Concil.Calced. I.c.4.& c.qui uere. 16.q.1.& Clemen.1.§.quia uero,de ſtat. mon.ſed quia curia Epiſcopalis piã continet cauſam,monachus poteſt in ea uerſari, & magiſtratum pro Epõ gerere, & delegatus Papę fieri, ſi de monachatu in ſuis patentib.literis fiat mentio: imo ab Epõ de clauſtro educi poteſt pro Eccleſiæ negotijs, dumtñ hoc ipſius Abbas ſcierit,alioqui eo contradicente non liceret. Rot.deciſ.283. in antiquis & ſupra diximus.

Sed quia parum eſſet monachis noſſe impedimenta, quæ ipſis obſiſtunt, niſi etiam didicerint quibus modis eorum uita inſtituẽda ſit:ideo cum de ea re agere modo non ſit noſtri propoſiti, ſufficere putaui ſi referam qui de ea ſtudioſius ſcripſerũt: legat B.Ephrẹm Ediſſenæ Eccleſiæ diaconum,libro ſermonum eius: uideat B.Baſilium in tomo 2.operũ eius ſermone de Aſcéſi. eundem in libro de inſtit.monac.uideat Ioan.Chryſoſt.tom. 2.inter ſermones 25.ſerm.20.uideat Cęſarium Epiſcopum Arelaten.homil.9.uideat S.Bernardinum ſermon.63.in paruis: quos omnes recenſet Lipom. uit. Sanct.tom.2.in calce operis:uideat & S. Hieronym. ad Ruſticum monachum: Caueat autem à legendis libris gentiliũ, deterius enim uidetur quodãmodo eiuſmodi codices euoluere,quàm hæreticorum.Concil. Carthag. IIII.c.16. habetur diſt.37.c.Epiſcopum.

## *De Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & Patriarcharum proprijs Irregularitatibus.*

## CAP. II.

1 *Epiſcopi, & alij prælati ſuſpendentes,uel excõmunicantes,aut interdicẽtes, aliter quàm in ſcriptis,quomodo puniendi.*

2 *Epiſcopo Pontificaliter celebrare non licet, niſi in propria diœceſi.*

*Pontificalia quomodo liceant extra diœceſim.*

*Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi in Pontificalibus parificantur.*

3 *Benedictio ſolemnis extra diœceſim dari non poteſt.*

*Benedictio aufert peccata uenialia.*

4 *Pontificalia poſſunt exerceri in loco exempto cõſtituto infra diœceſim.*

5 *Epiſcopus in loco exempto non poteſt mandare, ut coram ſe Pontificalia exerceantur.*

6 *Epiſcopi in locis exemptis nullum actum contentioſæ iuriſdictionis exercere poſſunt, ſecus in uoluntarijs.*

7 *Pallium ubi,& quando deferri poſſit.*

8 *Pallio ſemper,& vbique vti,ſolius ſummi Pontificis eſt.*

*Pallio uti non licet in ſolemnibus miſſis mortuorum.*

9 *Patriarcha, utentes pallio ubi,& quando non debent.poteſt deponere.*

10 *Pallium ab Archiepiſcopo infra tres mẽſes debet peti.*

*Archiepiſcopum ſe nominare non poteſt,qui pallium non obtinuit, nec aliud Archiepiſcopale facere.*

*Pallium unius alteri commodari non poteſt.*

11 *Archiepiſcopis non licet deputare ſuffraganeos ſuos in uicarios,ut ipſi diſſidia ſtudeant.*

*Epiſcopus in ſeruitijs Archiepiſcopi non excuſatur à reſidentia.*

*Archiepiſcopus crucem ferre poteſt, ſolum in ſua prouincia.*

12 *Locus erectus in epiſcopatum non eſt exemptus ſed alterius diœceſis.*

*Patriarchæ quatuor Conſtantinopol. Alexand. Antioch. Hieroſolym. toto orbe crucem deferunt.*

*Patriarchæ quatuor ſolemniores non poſſunt crucem deferre præſente legato de latere inſignis utente.*

*Epiſcopi irregulares à quo ſint abſoluendi, ſeu diſpenſandi.*

*Paſtoralis liber S. Gregorij omnibus Epiſcopis neceſſarius.*

TAmetſi toto hoc opere pleraque ad irregularitatem ſpectantia in ordinibus ſuſcipiẽdis,uel ſuſceptis adminiſtrandis,etiã ad Epiſcopos, Archiepiſcopos,





Patriarchas,atque alios conſimiles pertinere poſſint; Tñ quædam ſunt canonica impedimẽta,quæ eis ſpecialiter obeſſe ſolent;nam aut locus,aut tempus conſecrationis eis canonicum adferunt impedimentum, ut dicemus cum de tempore, & cũ de loco propriis titulis agendum erit. Sed & ob perſonas in quas ꝓprium epiſcopale munus exercent,poſſent incurrere canonicam cenſuram, ut dicemus illis titulis, quib. de ordinatorib.tractandum erit,lib.3. ſicut & in modo exercendæ iuriſdictionis; nam ſi ueniant ad ſentẽtiam excommunicationis, ſuſpenſionis, uel interdicti non ſeruata forma iuris ſcilicet in ſcriptis, & cauſa
1 non cognita, ſeruatis terminis ſecũdum formam,c.ſacro.de ſentent.excommun. & c.1.de ſent.excommu.lib.6. peccant, & minime canonice, immo iniuſte faciunt,c.nemo 2.q.1.& d.c.ſacro:ſed ipſis Epiſcopis certa pœna à iure non imponitur ſicut impoſita eſt alijs prælatis inferioribus,qui ex tali omiſſione formæ fiunt ipſo iure ſuſpenſi per menſem, ita quod ſi interim tales prælati inferiores ſe miſceant diuinis,erunt ipſo facto etiã irregulares à ſolo Papa diſpenſandi.c.1. de ſent.excommu.lib.6.Silu.in uerb.excommunicatio, primo. §. ſciendum eſt quarto uerſ.quæ monitio.

At loquendo de uſu pontificalium in genere,circa quæ multa uerſantur impe
2 dimenta,certum eſt nemini licere pontificalibus uti,ideſt in pontificalibus celebrare, niſi in propria diœceſi & iuriſdictione;extra uero eam nequaquam, niſi acceſſerit conſenſus ordinarij,& hæc eſt uerior ſententia,quæ fuit Hoſtien.quam probat gl.magna in Clemen. Archiepiſcopo,de priuileg.quam etiam cõfirmat Concil.Trident.Seſſ.6.c.5.de reformat. & ideo chirotecas cum annulo, baculũ, & caudatam ueſtem,deferre non poterit niſi eodem ordinario conſentiente, ſiue ſit Patriarcha,ſiue Archiepiſcopus, ſiue Epiſcopus.Silu.in uerb. Patriarcha: iſti enim tres in hac parte Pontificalium pa
3 rificantur.Propterea etiam iſti omnes ſolemnem benedictionem impendere nõ poſſunt extra diœceſim,quia cum benedictio auferat peccata uenialia,pendet à iuriſdictione ſuperioris, c.quod autem. de pœnitent.remiſſio. Ideo extra iuriſdictionẽ hæc exerceri nõ poteſt, ut expreſſim docet Abb.in c.antiqua.de priuileg. Silu.in d.uerb. Patriarcha. quod & priſcis patribus placuit: nam Ioãnes Chryſoſtomus quaſi crimẽ, & contra regulas factũ Epiphanio obiecit,quod ſe inſcio, & non iubente Conſtantinopoli propria auctoritate ordinationem feciſſet, & ſacra celebraſſet.Caſſiodor.hiſtor.triparti. lib.10.cap.12.imo hęc prima cauſa fuit quæ diſſidium peperit inter Chriſoſtomum, & Epiphanium, licet aliæ cauſæ poſtea ſucceſſerint,ut ſcribit Sym.Metaphraſt.in Epiphanij uita, die 15. Maij, Lipom.tom.6.

Poſſet tamen tãta eſſe inter ipſos hos Epiſcopos familiaritas, ut ſpe ratihabitionis aliquid pontificaliter ageret:cuiuſmodi Gregorius Turonẽſis in Pictauiẽſium diœceſi abſente Epiſcopo altare cõſecrauit, rogatus à ciuibus & clero, ſub hac ratihabitionis ſpe, ut ipſe ſcribit in libro in glor.confeſſ.cap.106. & hac ratione uidetur motus ad ſic agẽdum Epiphanius, ut patet in eius Epiſtola ad Ioannem Hieroſolymitanũ,& uidetur tex. in cap. Lugdunenſis.cum gl.9.q.2.

Sed ſi aliqui ſint exempti,quorum loca, uel clauſtra Epiſcopis ſubdita non
4 ſint, tamen Epiſcopi infra quorum diœceſim exiſtunt,poſſunt pontificalia exercere in illis locis,irrequiſitis de ea re ip-

ſis exemptis, quia loca exempta licet nõ
ſint de diœceſi, tamen ſunt in diœceſi.
Felyn.in c.graue. de offic.ord.Ideo poſ-
ſunt prædicti omnes Epiſcopi, in locis
ſuæ diœceſis exemptis, diuina pontifica-
liter celebrare, & populum ſolemniter
benedicere, etiam ex Concil. Viennen.
habetur in d.clemen. Archiepiſcopo, cũ
gloſſ. ſed ſi ipſi non celebrent, at coram
ſe faciant celebrari, non poſſunt facere
5 celebrari põtificaliter; quia hoc eſſet uti
iuriſdictione, quam in eo loco non ha-
bent, nec Epiſcopi, nec Archiepiſcopi,
dicta clement. Archiepiſcopo: & ideo
ordinationes tenere non poſſunt in locis
exemptis, niſi conſenſerint exempti, ut
dicemus quando de loco tractandum e-
rit libro tertio. nec excommunicare, aut
alium actum contentioſæ iuriſdictionis
6 exercere ibi poſſunt, tamquam nõ ſub-
ditis locis, 9.q.2.cap. Epiſcopum. Abb.
in cap.nouit. de offic. leg. Abſolutiones
uero, collationes beneficiorũ, & alia uo-
luntariæ iuriſdictionis, quæ ſine plena
cauſæ cognitione fieri contingunt, exer-
cere poſſunt, ut latius Silu. in uerb. ab-
ſolutio. primo, uerſic. ſecundo, colum.
penultima.

Et ex ijs conſequitur, quòd quia pal-
liũ plus pertinet ad Pontificalia, quàm
ad iuriſdictionalia, iccirco Archiepiſco
pus, uel quiuis alius qui à Pontifice illud
obtinuerit, illo uti non poteſt, niſi infra
terminos ſuæ prouinciæ; ita quòd extra
7 prouinciam, nec etiam de conſenſu or-
dinarij, eo uti poterit, gloſſ. magna in fi.
in dicta clemen. Archiepiſcopo: nec etiã
ſi conſuetudo adeſſet. cap. ex tuarum. de
auctorit. & uſu pall. & propterea pallio
uti nemo poteſt, niſi in miſſis ſolemni-
bus. cap. cum ſuis. eod. tit. & c. pallium.
diſtinct. centeſima: non autem in pro-
ceſſionibus, & alijs diuinis miniſterijs,
aut extra eccleſiam, dicto cap. cum ſis.
& cap. primo. & c. ad honorem, eodem
8 titul. Solius enim Pontificis ſummi pri-
uilegium eſt, ſemper & ubiq; pallio uti,
dicto capit. ad honorem. Et ideo hoc
animaduertere debet, qui pallij uſum
obtinuit, ut impetrationis formam ob-
ſeruet diligenter, tam circa loca, quàm
tempora, & dies, quia tantum conceſ-
ſum putatur, quantum in priuilegio ex-
primitur, capit. ultimo. de auctorit. &
uſu pall.

Vnde illud conſequitur, ut in miſſis
mortuorum quantumuis ſolemnibus,
pallio uti non poſſit, niſi ex priuilegio
hoc conſtet, d. capitu. ultimo. parique ra-
tione, nec in prædicatione uerbi Dei eo
uti poterit, niſi infra miſſam forte præ-
dicaret, quia tunc propter indiuiſibili-
tatem prædicationis, & miſſæ, idem a-
ctus cenſetur: Si quis uero extra debi-
ta tempora, uel loca pallio utatur à Pa
triarcha deponi poteſt, octaua Synodo
generali Conſtantinopol. canon. uigeſi-
moſeptimo.

Hoc autem pallium maxime neceſſa-
rium eſt Archiepiſcopis; nam infra tres
menſes à die ſuæ cõſecrationis, tenentur
magna cum inſtantia à Sede Apoſtolica
impetrare: quod ſi non fecerint, priuan-
tur propria dignitate, quod depoſitio-
nem ſignificat, c. quoniam. & cap. priſca.
diſtinct. centeſima. & ante impetrationẽ
requiritur iuramentum fidelitatis præ-
ſtandum per ipſum Archiepiſcopum, ſi
præſens ſit, aut ſi abſit per legitimum
procuratorem ad hoc ſpecialiter conſti-
tutum, cap. optatum. & cap. in ea Syno-
do, diſtinc. centeſima. & cap. ſignificaſti.
de electio. Ideoq; ante impetratum hoc
pallium, Archiepiſcopum ſe nominare
non poteſt, c. niſi. de auctorit. & uſu pal.
nec aliqd Archiepiſcopali, uel Epiſcopa-

li au-



li auctoritate facere, ut puta indicere cõ-
cilium, Chriſma conficere, dedicare ba-
ſilicas, ordinationes tenere, aut Epiſco-
pos conſecrare, c. quod ſicut. §. ſuper eo.
de elect. Aliquando tamen ob nimiam
loci diſtantiam hic rigor temporis rela-
xari contingit de Apoſtolica benignita-
te: at ſolemnitas hæc pallij petendi, etſi
per diſpenſationem differatur, non tamẽ
prætermittitur; nam cum Malachias ſta
tim electus in Hybernia Romam ueniſ-
ſet, Palliumque ab Innocentio Secundo
poſtulaſſet magna cum inſtantia, & poſt
longam peregrinationem eius ſolius rei
cauſa, non obtinuit, ita reſpondente Pon
tifice. De palliis oportet ſolemnius agi;
conuocatis Epiſcopis, & clericis, & ma-
ioribus terræ celebrabis generale Con-
cilium, et ſi cõuenienti, & communi uo
to uniuerſorum per honeſtas perſonas
requiretis, pallium dabitur uobis: Quib.
uerbis conijcere poſſumus Concilium
tunc Papæ uiſum fuiſſe neceſſarium, ut
probaretur fides eius populi, in quo cha-
ritas ferme refrixerat: Et ideo maiore cũ
ſolemnitate petendum putauit Sanctiſſi
mus Papa: hæc narrat S. Bernard. Clare-
ual. in uita prædicti Malachiæ.

Præterea tanti momenti eſt uſus pal-
lij, ut canones prohibeant, ne alter alteri
ſuum poſſit accomodare: nam cum per-
ſona cui conceditur debet perire, ſimul
enim cum ipſo Archiepiſcopo ſepultu-
ræ traditur, c. ad hoc. eod. titu. Tempore
tamen Nicænæ Synodi pallium hoc Ar
chiepiſcopale ſucceſſori ſeruabatur: nã
Metrophanes Conſtantinopolitanæ ec-
cleſiæ Põtifex breui moriturus pallium
in ſacra menſa depoſuit ſeruandum ſuc
ceſſori Alexandro, ut habetur apud Sy-
meon. Metaphr. in Oratione de Nicæna
Synodo, poſt diem decimum Iulij retu-
lit Lipom. tom. ſexto uitarum Sanctorũ.
Et ideo ſi difficilis acceſſus ſit ad Sedem
Apoſtolicam pro eo impetrando, poteſt
à Patriarcha obtineri, dum tamen, & ip-
ſe Patriarcha medio iuramento fidelita-
tis à Sede Apoſtolica illud obtinuiſſet,
ex Concil. Lateranen. ſub Innocentio
Tertio, cap. 5. habetur. de priuileg. capit.
antiqua.

Aliud impedimentum patiuntur Ar-
chiepiſcopi, nam in eccleſiis ſuis uica-
rios deputent aliquem ex ſubiectis Epi-
ſcopis, ad epiſcopalia officia exercenda,
ut ipſi diſſidiæ, uel negligentiæ operam
dent, depoſitionis pœnam iucurrunt, ex
Synodo 8. capit. uigeſimo quarto. Nec
11 ſolus Archiepiſcopus ſic punitur, uerũ
etiam ipſe Epiſcopus ſuffraganeus ob
talem cauſam abſens. Nam Epiſcopus
deſeruiens Archiepiſcopo ſuo, non ex-
cuſatur à reſidentia. Silueſt. in uerb. re-
ſidentia, quæſtio. ſeptima. uerſic. ſecun-
do. in fin. citat cap. paſtoralis. de offic.
ordin.

Eſt & aliud præterea canonicum im-
pedimentum circa Archiepiſcopos, in
cruce ferenda, nam ſua ſola in prouincia
hoc poſſunt, incluſis locis exemptis, d.
clemen. ult. de priuileg.

Et licet Reuerendiſſ. D. Ferdinandus
de Loazes Archiepiſ. Tarraconen. cõtra
cõem opinionem ſenſerit, nulli Archie-
piſcopo licere eã deferre abſque ſpeciali
Pontificis indulto; tñ longe falli uidetur,
qm̃ ex Cõcil. Vienn. ut in d. c. Archiepõ.
conceſſum eſt id omnibus Archiepiſco-
pis per modum legis, & non per modũ
reſponſi, ut ipſe putat, cum ibi contrariũ
pateat ex uerbis conſtitutionis, in Con-
cilio illo promulgatæ. Difficultas eſt, an
etiã hoc poſſit in locis erectis in nouos
Epiſcopatus, ex ſua prouincia, & diſmẽ-
bratis à ſuo Archiepiſcopatu; in qua re
audeo ſentire cõtra eundem Dominum

Loazes, qui longa oratione probare uoluit ſe potuiſſe, & debuiſſe deferre crucem etiam in locis à ſua prouincia diſmembratis, quaſi exemptis. Sed fallitur, quia locus erectus non eſt ulterius de ꝓ-
12 uincia, & ideo non dicitur locus exemptus, ſed alienus, unde quaſi ſit extra ꝓuinciam, ea cruce ibi uti non poſſet, Hoſtienſ. Bald. Ancharan. Abb. in c. 1. ut lit. pend. Zab. in d. clem. Archiepiſcopo.

Patriarchæ uero ſolẽniores, qui quatuor ſunt, ſ. Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolymitanus, poſſunt crucem ante ſe deferri facere in toto orbe, præterquam Romæ, aut ubicumque Pontifex extiterit, ex d. Concil. Lateranen. & d. c. antiquæ: nec etiam poſſet deferri facere præſente Legato de latere inſignijs utente. d. Concil. & d. c. antiquæ. Speculat. in titul. de legat. §. ſequitur. in ſi.

Poſſunt præterea Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi irregulares eſſe, ſi cõtrauenerint cenſuris ſuſpenſionum, interdictorum, & excommunicationum, præſertim in crimine ſimoniæ, confidentiæ beneficiorũ, de qua Pius IIII. & Pius V. expreſſas bullas ſuper eis promulgarunt: ut dicemus latius infra lib. ulti. titu. de ſimon. Fiẽt etiam irregulares ex alijs pluribus criminibus, & apoſtolicis irregularitatib. de quibus toto iſto opere, & præcipue lib. ult. latius dicturi ſumus.

Eſt autem illud hoc loco non prętermittendum, quòd ab omnibus irregularitatibus, etiam manifeſtis Papæ non reſeruatis atque etiam Papæ reſeruatis, ſi tamen occultæ ſint, ſicut ipſi Epiſcopi, Archiepiſcopi & ſimiles poſsẽt ſubditos ſuos abſoluere, & diſpẽſare ex Cõcil. Trid. Seſſ. 24. c. 6. de reformat. ita ſane ſi ipſi egeant abſolutione, aut diſpẽſatione ab aliqua cẽſura, aut irregularitate poſſunt ſibi eligere confeſſorem, qui eos abſoluet, & diſpenſabit: nã talis confeſſor ab Epiſcopo electus habebit uicem ſuperioris, ſ. Archiepiſcopi, ut tradit Angel. in uerb. confeſſio. 3. §. ſed quam auctoritatem. Tabien. in uerb. abſolutio. 1. §. ad maiorem declarationem, & eſt ratio, qa Epiſcopis, & alijs pręlatis datur facultas eligendi confeſſorem propter periculũ animarum ſubditarum, c. ult. de pœn. & remiſſ. argu. c. quia periculoſum, de ſent. excommu. in 6. unde ſi non poſſent etiã diſpenſari, non uideretur conſultum tali periculo, ut ſcribit Silueſt. in uerb. confeſſor. 1. uerſic. 9. quæritur. Sed in caſib. Papæ reſeruatis nõ habebit talem facultatem confeſſor, niſi forte ſecundum formam Concil. Trident. d. Seſſ. 24. c. 6. de reformat. ſcilicet pro occultis tantum, & tunc etiam pro excommunicatione, uel qualibet alia cenſura, ut dicit Silu. in d. q. 9. de ſententia Archiep. & Pet. Palud. In ſumma ſupra ipſum Epiſcopum poterit talis confeſſor diſpenſare ſuper illis caſibus, ſuper quibus ipſe Eṗs cũ ſuis ſubditis poſſet. S. Anto. in ſuo defecerũt. c. 2. poterit etiam idem, quod poſſet ipſe ſuperior Epiſcopi, uel Archiepiſcopi, ut omnes prædicti Docto. ſcribunt dictis locis.

An autem Epiſcopi, ac reliqui paſtorali officio defungẽtes ſint ob ſolam negligentiam irregulares, agemus libro 5. Verũ quomodo oporteat eos erga ſubditos ſe gerere in corrigendis exceſſibus aut in plantandis uirtutibus, docet Gregorij liber paſtoralis, quem omnibus paſtoribus neceſſarium eſſe decernit Concil. Remenſe, c. 10. docent & libri, quos de ſacerdotio ſcripſit Ioan. Chryſoſt.





## De Cardinalium proprijs irregularitatibus.

### CAP. III.

1 *Cardinales ſunt pars Papæ.*
2 *Cardinalatus non eſt ordo.*
3 *In Cardinalibus creandis eadem requirũtur, quæ in Epiſcopis.*
*Cardinales ab initio ſeptem, poſtea uigintiquinque.*
*Multitudo onerosa nil habet honeſti.*
4 *Cardinales non fuiſſe ultra 25, an fuerit utile Eccleſiæ.*
5 *Cardinales à ſolo Papa eligi poſsũt, alioquin à Concilio.*
6 *Cardinalibus neceſſaria eſt legitima ætas.*
*Cardinales potius de ſtatu Eccleſiæ, quàm de Germania eligendi.*
*Cardinalis non debet eligi, niſi ſit ſingularis induſtriæ.*
*Cardinalis demens non eſt eligendus, ſed electo datur coadiutor.*
*Maſſeus Gherardus Card. curatores habuit.*
7 *Cardinalis eſſe non poſſunt ij, qui ſunt de ea linea, qui Cardinales offenderint, ut qui occiderint proprium Epiſcopum.*
8 *Cardinales nepotes ex fratre, uel ſorore Pontificis eſſe poſſunt.*
*Cardinalis Mantuanus duos nepotes uiuens habuit Cardinales.*
*Georgius Cardinalis Amboſiæ duos nepotes Cardinales uiuens habuit.*
*Cardinales duo germani fratres iure eſſe non prohibentur.*
*Stephanus Secũdus, & Paulus primus fratres germani ſibi inuicem in Pontificatu ſucceſſerunt, & uno die creati Cardinales.*
*Epiſcopi multi fratres germani eſſe ſimul poſſunt.*
*Baſilio multi fratres Epiſcopi.*
*Medardus, & Gildadus uno partu editi, & una die Epiſcopi pronuntiati, & una die mortui.*
9 *Cardinales teſtari non poſſunt ſine licentia Papæ.*
*Monachus factus Cardinalis, nullo modo teſtari poteſt.*
10 *Monachus factus Epiſcopus, uel Cardinalis non habet proprium.*
*Cardinales presbyteri, uel diaconi nõ poſſunt ſibi confeſſorẽ eligere, ſecus in Cardinal. Epiſcopis.*
*Cardinalis uenam ſecare ſibi non poteſt, Papa inconſulto.*
*Militibus ignauis olim ſanguis a uena emittebatur ignominiæ cauſa.*
*Cardinalis non debet abeſſe à curia.*
11 *Cardinalis habens beneficium, debet in eo reſidere.*
12 *Cardinalis quis non eſt, niſi habitis re ipſa inſignijs.*
*Cardinalibus duobus una die præconizatis præfertur ille, qui primo habuit inſignia.*
*Cardinalis eligens Pontificem ſimoniace, priuatur.*
13 *Papa per ſimoniam electus an deponatur omnibus ordinibus.*
*Cardinales non debent reuelare ſecreta conſiſtorij.*
*Concilij Lateranen. cenſuræ ſub Leone X nõ ligant.*
*Cardinales ſubditi principibus origine, uel ex poſſ. beneficiorum non interſunt conſiſtorio illorum negotijs peragendis.*
*Cardinales criminoſi à Papa correcti conſiſtorio carent.*
*Ludouicus Milanus Cardinalis criminoſus.*
*Thomas Brancatius Card. criminoſus.*
*Cardinales eſſe non poſſunt protectores principum.*
*Cardinales eſſe nõ poſſunt ſecretarij principũ.*
*Cardinales poſſunt eſſe cõſiliarij principum.*
15 *Cardinales plura incompatibilia habere non poſſunt.*
*Cardinalis ſanctæ Praxedis non fuit permiſſus adminiſtrare Eccleſiam Rauen. propter incompatibilia.*
*Cardinales non poſſunt obtinere beneficia centum ducatorum.*
*Cardinales puniuntur committentes crimen confidentiæ in beneficijs.*

POſtquam de Epiſcopis ſuperiore capite tractatum eſt, ordo expoſceret, ut ad Summum Pontificem tranſiremus: uerum qa Cardinales eius conſiſtorio aſſiſtunt, & dicũtur pars Papæ. c. ſi quis. 6. q. 1. operæ pretium eſt, ut prius de canonicis impedi-
1 mentis Cardinalium perquiramus: Cardinalatus inter ordines nec à iuriſtis, nec à Theologis adnumeratur; quando.
2 quidem ſolummodo dignitas eſt: pro-

pterea irregularitas non poteſt proprie pertinere ad hoc genus dignitatis, ſcilicet conſiderato Cardinalatu ipſo: ſed cõgrue de irregularitate agere poſſumus, 4 quo ad ordinem qui Cardinalatui annexus eſt, uidelicet, quo ad ſacerdotium, diaconatum, uel etiam Epiſcopatum: Ideo omnis irregularitas, quæ ſingulis ordinibus adfert impedimẽtum, adfert & Cardinalatui in conſequentiam neceſſariam: Quinimmo tanto diligentius ſcrutandæ ſunt irregularitates in promouendis ad ordines ipſis Cardinalib. quãto ea dignitas præſtantior eſt, & quæ cũ Pontifice totius Eccleſiæ pondus ferre debet; Ea præſertim ratione, quod in illis creandis ſunt exigẽda ea omnia, quę in Epiſcopis promouendis exiguntur, ſ. natalia, ætas, uita, doctrina, ut aperte ſtatuit. Concil. Trident. Seſſio. 24. cap. 1. de reform.

Sunt tamen præterea quædam canonica impedimenta nominatim Cardinalibus aduerſantia, quæ breui compẽdio huc referri poſſunt. Nam quoad numerum certum eſt ex Conc. Rom. ſub Silueſtro Papa non potuiſſe eſſe, niſi ſeptem, ſicut ſeptem diaconi ab Apoſtolis conſtituti: habetur illo Concil. c. 6. Act. Apoſto. c. 6. cum tamẽ longe antea à Marcellino quinq; & uiginti tituli Cardinaliũ in urbe Roma diſtincti fuiſſent: ſicut Diui Petri iuſſu Cletus uigintiquinque presbyteros in urbe conſtituerat; quos multi ſcriptores ad Cardinalatus dignitatẽ trahunt: & ſane hic numerus plurimum congruebat collegio. Nam nimia numeroſitate ſolet uileſcere tanta dignitas, diſt. 93. cap. legimus. §. ſed dices: rarum enim eſt omne, quod magnum eſt, cap. ſi officia. diſt. 59. Nam & multitudo oneroſa nihil hàbet honeſti. auth. de referen. ante ſi.

Sed ſane numerus tunc ſufficere poſſe uidebatur, quando Romanæ Eccleſię totus ferme orbis deuoto parebat obſequio; at poſtquam inſurrexerunt aduerſus eam tot hæreſes, tot ſchiſmata, tot hoſtes, auctum eſt Romæ negotium, dũ pro quacumque ingruente neceſſitate conſilium capiendũ fuit: propterea Cardinalium quoque numerũ augere oportuit, ut alij præeſſent inquirendis hæreticis, alij pœnitentibus, alij reformandis abuſibus, alij beneficiorum, atque Eccleſiarum prouiſionibus, alij reſcriptis, alij iudicijs, alij gratijs, alij regendo Vrbano Epiſcopatu, alij adminiſtrandis Eccleſiaſticis prouincijs, alij corrigẽdis expurgandiſque deprauatis ſcripturis, alij confœderandis principibus, alij fungendis legationibus; Sed & alios promouere neceſſarium fuit, ſcilicet Theologos, alios Iuriſtas, alios linguarum peritos, alios qui rerum uſu plurimum ualerent, alios qui in nationibus grati, nationes in officio & obſequio ſedis Apoſtolicæ cõtinerent, & uiciſſim ſedem Apoſtolicam ſua auctoritate nationibus benignam cõſeruarẽt: præter id quod uniuerſi orbis pondus omnes aſſidua cõſultatione ferre debent. Cum enim olim populi Epiſcoporum ueneratione deuincti ab ipſis pendentes, ipſorum regimini fideliter ſubijcerentur, nullum propemodum negocium fiebat Romano Pontifici, ꝓuidentibus per omnia paſtoribus gregi ſuo: At poſtquam populi Epiſcopis ne quicquam deferunt, nec ueneratione ulla proſequuntur, ne dicam, contemnũt; effectum eſt, ut cum olim Epiſcopi ſua ope Pontificem multis ſubleuarent laboribus; nunc quicquid negotiorum toto orbe ſuboritur, omiſſis Epiſcopis ad Apoſtolicam ſedem adducatur; quin & ipſi Epiſcopi coguntur negocium adde-

re



re domino Papæ, dum ſe tuẽtur aduerſus ſubditorum calumnias; ita fit ut auctis Romanæ Eccleſiæ laboribus, operariorum quoque numerus augendus fuerit; Quin (ut uideo) hodie tot fere collegijs eſt opus, quot olim Cardinalib. agũtur enim quotidie congregationes, quotidie cõſultationes, non uno tãtum loco, ſed pluribus diſtributiſque uicib. adeo quòd fateri oportet, hodie plurimos q̄dem eſſe Cardinales, ſed longe operoſiores, & negotioſiores, quam priſcis temporibus.

Propterea Iulius Tertius, qui reformationem cõſcripſerat, ne numerus 24. augeretur, abſtinuit ab ea, nec promulgauit, Tum ob prædictas cauſas; tum quia cõciliabulo Baſilieſi etiam ille numerus fuerat præſcriptus, nulla conſideratione habita, quod Eccleſiæ, tũc conſulendum foret, quando nõ ſolum merita, ſed etiã corpora ipſa hominum defecerunt, unde antiquorum canonum obſeruantia nõ poteſt uſquequaque ſuſtineri, capit. fraternitatis. diſtinct. 34. Nulla ergo ratione damnari poſſunt Pontifices, ſi intra eum numerum Cardinales non cohibuerunt.

Cardinalis quoque impedimentum patitur ratione eius, à quo eligitur; nam 5 à ſolo Papa eligi poteſt, ita quòd nec collegium Cardinalium poteſt ſede uacãte Cardinales eligere. Specul. in c. ubi periculum, in primo ſpeciali. uerſ. ſed nunquid tunc Cardinales. de electio. lib. 6. reiecta ſentẽtia Hug. contrarium ſentiẽtis: & hoc idem tradit Iacobat. in tracta. de Cõcil. libro ſexto. artic. ſeptimo. per glo. in c. Clem. ne Romani, in uerb. poteſtatis. & ibid. Doct. de electio. Quinimmo nec Concilium uniuerſale, poſſet urgẽte quauis neceſſitate Cardinales creare Papa uiuente, etiam ſequeſtrato, ut tradit Iacobat. in dicto lib. 6. arti. 7. uerſ. ſic uidetur dicendum. quo loco tamen putat ſede uacante Concilium uniuerſale, ob magnam Eccleſię neceſſitatem poſſe unum, aut ad ſummum duos Cardinales creare, quod tamen eſt maxime dubitabile, ut ille ibi diſputat per plurimas colũnas. At ipſe Papa poteſt per ſe Cardinales eligere, & creare etiam abſq; conſenſu collegij nec Cardinalibus requiſitis Io. And. in c. ſane. & Ant. ibid. de conuerſ. coniug. & ſequitur Iaſ. in l. placet. 1. lect. col. 3. uerſ. imo plus tenet. C. de ſacro. ſanct. Eccleſ.

In Cardinalib. quoq; requiritur ætas legitima, ſicut in Epiſcopis, & Conc. Trident. Seſſio. 24. cap. primo. de reformat. requiritur & uitæ ſanctitas, doctrina, natalia, eod. cap. primo. Propterea ſi Papa aliquem promoueat, qui huiuſmodi canonica impedimenta patiatur, id pręuia diſpenſatione facere uidetur, ut plurib. probat Iacobat. de Conc. libro ſeptimo. articu. 6. ubi pleniſſime de hac re: Inſuper tametſi ab omnibus terrarum partibus eligi Cardinales poſſint eod. Conc. ead. Seſſio. d. cap. 1. Tamen de Germanię prouincijs nõ conſueuerunt multi promoueri, ne ſecreta Eccleſiæ pandant Imperatorib. Archiep. Flor. 3. tit. 22. c. 2. §. 1. ideo communius de terris peculiarib. eccleſiæ aſſumũtur, quia ſunt liberiores in conſilijs ferẽdis, ut ſcribit idem Iacobat. de Concil. lib. 1. tit. de Card. & Patriarc. uerſ. & de Cardinalium ſtatu.

Oberit quoque Cardinali eligendo, ſi in eo non ſit induſtria ſingularis. Bald. in l. 1. ff. de offic. præfect. præt. ad fin. ſi tamen iam in collegio cooptatus ſit, & furor, ſeu dementia ſuperuenerit, priuandus aut deponendus non eſt, ſed illi coadiutor dãdus, perinde ac alijs clericis: Quod olim contigit Maffeo Gherardo

Veneto

Veneto,qui Camaldulen. ordinis ſolam ob ſingularem pietatē, & Patriarcha Venetiarum,& Cardinalis creatus eſt, ſed in agendis rebus ineptiſſimus fuit; non ſine ſuſpicione ingentis dementiæ: qm̄ Bullas Cardinalatus ad ſe trāſmiſſas ab Innocentio Octauo tāta negligētia aſſeruauerat,ut eas amiſerit, adeo quòd ſucceſſore Pontifice concedente eas renouari oportuit; quinimmo eo conclaui,quo Alexander VI. Pontifex creatus fuerat, huic conclaue ingreſſo tutores à Senatu Venetorum dati ſunt,Gregorius Niger, & Frāciſcus Paci,qui hominis, quaſi inſenſibilitati officio ſupplerent,ut referūt Annales.

Cardinalib. quoque eligendis obeſt genus; nam ſi ex eis deſcenderint intra ſecundam generationem, qui Cardinales offenderunt,ultra alias pœnas,omnibus beneficiis, & eccleſiaſticis dignitatibus ſunt inhabiles,& ideo nec Cardinales eſſe poſſunt,c.fœlicis.de pœnis,lib.6:
7 idem in deſcendentibus ab ijs, qui occiderint proprium Epiſcopum, etiā nondum conſecratum,Clement.1. de pœn. Illud autem quod Concil. Baſilienſi ab eccleſia repudiato ſtatutum fuerat,ne ex fratre,uel ſorore nepotes Romani Pontificis ad Cardinalatum aſſumerentur,nō eſt canonicum impedimentum; quia id
8 nullum ius dictat, ſi alioqui digni ſunt; ſicut & nepotes ex fratre,uel ſorore alterius Cardinalis uiuentis, recte aſſumuntur;quod cōtigiſſe legimus Georgio Cardinali Amboſia Gallo, cui⁹ nepotes duo illo uiuente Cardinales extiterunt:idem quoque uidimus in Cardinali Mantuano,qui in legatione Concilij Tridentini defunctus eſt, quo uiuente duo nepotes ex eodem genere à Pio Quarto Cardinales promoti ſunt: Quinimmo & Iulius Tertius Pont.cum putaſſet opportunius eſſe,ne duo germani fratres eodem tempore intra collegium Cardinalium admitterētur,& propterea ſuper ea re conſtitutionem decreuiſſet,tamen numquā legi illum eam publicaſſe, forte quoniā nil cognouit obeſſe, quin duo fratres ſi Pontifici uideantur digni in eodem collegio aggregari poſſint; nam olim legimus Stephanum ſecundum, & Paulum Primum fratres ſibi inuicem in Pontificatu ſucceſſiſſe:cum eodem die uterque Cardinalis ꝓmotus fuiſſet à Zaccharia Papa primo;ſcribit Plat.in Stepha. II. & in Paul.I. Et quamquā multum intereſt an duo fratres promoueantur in Cardinales,an in Epiſcopos: Tamen exēpli gratia Baſilio multi fratres Epiſcopi fuerunt,ipſe etenim Gæſareæ,Petrus alter illius frater Sebaſtæ,Gregorius horū quoque frater Niſſæ Epiſcopus fuit, & ij omnes celeberrimi & miræ ſanctitatis, ut ſcribit Gregor.Nazianzen.in Monodia, & nil obfuit quòd fratres fuerint, ſicut nec Petro,& Andreæ, Iacobo, & Ioanni Apoſtolis.

Sed etſi plures quàm tres eſsēt,adhuc nihil uideretur poſſe obſiſtere.Nam Polycrati Epiſcopo ſeptem alij conſanguinei Epiſcopi fuere, adeo ut ipſe octauus fuerit, ut refert Euſeb.hiſt.lib.5.c.23.

Quinimmo,& ſi uno partu editi fuiſſent,parui referre putarem, quoad hoc genus impedimenti, nam plerumque in iſtis ſumma eſt cum pietate iuncta communis eruditio, ut legimus apud Bapt. Fulg.lib.1.& And.Eboren.tit. de mirac. de Medardo Epiſcopo Nouiodunenſi, & de Gildado Epiſcopo Rothomagenſi, quos uno partu editos ferunt, atque poſtea una die Epiſcopatum adeptos, una alia quoque defunctos,atque ſub una alia ſanctis adſcriptos; quorum feſtiuitas celebratur 6.idus Iunij; in quorum lau-

dem



dem aliquando hoc carmen conſcripſimus, dum febre lecto diſtineremur ea die.

*Vna dies peperit, mitras dedit altera, mortem*
*Altera,& in ſanctos lectus vterque fuit.*
*Fœlices fratres,quorum communis origo,*
*Vita,corona,obitus,gloria feſta dies.*
*Quin cōmunis erat mens,& cor;dicite ſed uos*
*Corde uno ut poſſunt corpora bina regi?*

Sūt autem alia plurima canonica impedimenta, quæ Cardinalib. obſiſtunt: nam teſtari non poſſunt ſine licentia Pa
9 pæ, quia Cardinalis non eſt integra perſona ſine Papa,ꝓpter unionem,& incorporationem,quam habet cum Papa.Hoſtien.in ſumm.titu.de pœnit.& remiſſ.§. cui confitendum:Abb.in c.cum eſſes.de teſtam.Iacobat.tract.de Concil.lib.1.tit. de Cardin.& Patriarch.uerſ.item Cardinales dicuntur; declarans hoc circa bona eccleſiaſtica, ſecus quo ad bona patrimonialia,ut ibi per eum; & ideo monachi,uel regulares facti Cardinales,nullo modo teſtari poſſunt, niſi licentia habita.Bald.in auth.licet.C.de epiſc.& cle. Bertach.in tract.de epiſcop.lib.4.q.3. Iacobat.loco prædicto.Armill.in uerb.Epiſcopus.§.8.non enim poteſt habere proprium monachus factus Cardinalis,uel Epiſcopus,glo.in c.quia tua.12.q.1.nec
10 etiam poſſe eos ſibi confeſſorem eligere ſi ſint Cardinales preſbyteri,uel diaconi, ſecus ſi ſint Epiſcopi Cardinales dixit Hoſt.in ſumm. de pœnit. & remiſſ.uerſ. cui confitendum. Anton. Flor. in lib.in ſcripto defecerunt. c.3.de Cardinalib. Supplement.in uerb.confeſſio,3.uerſic. cui debent.Iacobat.d.tit.de Card.& Patriarc.d.uerſ.Item Cardinales dicuntur: quinimmo ſi in ægritudinē inciderint, nec uenam ſecare poſſe inconſulto Pontifice dixit Hoſt.in c.eccleſia ueſtra.2.de elec.& in d.§.cui confitendum.uerſi. cui Cardinales. Cui⁹ rei forſan ratio fuit qđ cum Cardinales purpura ueſtiantur ut indicent deuouiſse proprium ſanguinē effundendum pro Chriſto,& eius eccleſia,ita ſi aliam ob cauſam fundendus ſit, & præſentes in curia ſint, nec urgeat ſubitanea neceſſitas,meminerint, ut interueniat etiam uoluntas Papæ tamquam ueri domini,& Chriſti uicarij. Cōtraria ratio erat in ethnicis Romanis militib. quibus ignominioſum erat ſanguinem è uena emittere: Erat enim illud genus pœnæ quo ignaui,& delinquētes milites puniebantur,ut ſcribit Aul. Gel.lib.10.c.8. At in Cardinalib.non in pœnam, ſed in reuerentiam factum eſt.

Inſuper non eis licet abeſse à curia, nam ſi abſint,redire debent, ſi adſint diſcedere non ualent,niſi accedente Pontificis conſenſu ex Concil.Later. ſub Leone X. Seſſio.9.c.6. quod etiam ſtatuerat Alexand.VI.in reform.hodie uero ſi beneficium habeant, quòd reſidentiam re-
11 quirat,ibi reſidere iubētur. Conc.Trid. Seſs.23.c.1.de ref.

Cardinalis quoque ut effectualiter Cardinalis ſit,requiritur quòd Cardina-
12 latus inſignia habuerit: alioquin ſine illis,nil accipere uidetur, ex bulla Eugenij: quod olim in litem uenit: nám cum Cardinalis Sancti Seuerini fuiſset eodē die præconizatus cū Cardinale de Medicis,qui fuit Leo X. Tamen, quia non eodem die habuerunt inſignia, ille S. Seuerini ſemper ſuccubuit,prout facto pēdente determinauit Dominicus Iacobatius Cardin. ut ipſe idem refert in tract. de Concil.lib.1.tit.de ſenib. uerſic. ſimiliter & Doct.in ſi.

Quandoque uero,& poſtquàm receperint inſignia, priuantur multis priuilegijs, quæ Cardinalatui competunt ob

aliquam

aliquam culpam, unde ſuam dignitatẽ exercere non poſſunt: Primus caſus eſt, ſi Pontificem ſimoniace elegerint, ideſt pro quocumque bono temporali, uel ꝑ quocumque beneficio: nam ob id cadunt ab omnibus ordinibus & ab ipſo Cardinalatu, & quibuſcumque beneficijs eccleſiaſticis, etiam Patriarchatu: & conſequenter uoce actiua, & paſſiua, ut conſtat ex bulla Iulij Secundi anno Domini Milleſimo quingenteſimo quinto.
13 habetur Concil. Lateranen. ſub illo, Seſſ. 5. Ille quoque qui ſic ſe eligendum conſentit, aut paciſcitur, deponit̃, ita quod nec ulterius fuerit Cardinalis, nec Epiſcopus, nec ullam dignitatẽ retinere poterit ipſo iure, ac ſine declaratione priuatus, ut ibid. continetur. Iacobat. d. tract. lib. 4. art. 4. tit. de ſim. elect. declarando ut paulò inferius.

Sed & illud animaduertere debent Cardinales, ſ. ne ſecreta conſiſtorij uota reuelent, aut quæcumque ibi ſecreto geſta, ſi ob ſcandalum in alicuius præiudicium redundare poſſint; nam ſi contrafecerint, excommunicationis pœnam ipſo facto incurrunt, eod. Concil. Lateran. ſub Leon. X. Seſſ. 10. Ideo ea excommunicatione durante, ſuum munus exercere nõ poſſunt, cum ſint pluſquam ſuſpẽſi: Sed ex ſententia Caietan. in ſumma, in uerb. excommunicatio, iſtæ cenſuræ, quæ emanarũt ex eo Concil. Lateranen. non ligant, quia nec uſu ſunt receptæ; eumque ſequitur Bartholom. Caranza Miranden. in ſumm. Concil. in calce ipſius. Concil. & idem tradit Armill. in excommunicatione 76.

Ad hæc memini me legiſſe ꝙ plurib. caſib. Cardinales excluduntur, ne in conſiſtoriis interſint. Nam ex reformatione Alexandri Sexti quicumque Cardinales ſubditi ſunt ipſa origine alicui principi ſæculari, uel in territorio eius habẽt redditus ad minus mille ducatorum, ſi q̃d tractetur in conſiſtorio ſecreto, quod ꝑtinere poſſit ad eum principem ſimul, & ad Papam uel eccleſiam, non debet adhiberi in conſiſtorio, eo tempore quo illud negotium geritur, ſed interim egredi debet, & eo peracto redire. Sed ſi negotium non ad Papam, uel eccleſiam ꝑtineret, ſed ad alium principem, uel aliam perſonam etiam eccleſiaſticam, nil uidetur obeſſe, quin intereſſe poſſit, ex ſententia dictæ reformationis.

Memini quoq; me legiſſe eadem reformatione Alexandri quòd criminoſi Cardinales bis à Papa correpti, prohibẽtur ab ingreſſu cõſiſtorij, etiam ſi ea correptio fuerit tãtum circa uenationes clamoroſas, uel ludos illicitos, uel ſi interſint haſtiludijs, uel laruis operam dederint, aut ſi comœdiis popularib. interſint, aut ſi coram ſe gentilitatis actus obſcænos fieri permiſerint; iſtis enim caſib. ſi à Papa bis etiam uerbo correpti fuerint, ad conſiſtorium admitti non debere legitur in dicta reformatione. Idẽ ac multò magis ſi noctu incedant ſine lumine, Vrbem deambulantes: ut ibid.

Multa præterea interdicta ſunt Cardinalibus; nam ut liberius pro eccleſia conſulere poſſint, ex Martini Quinti decretis, anno octauo, non permittuntur aſſumere onus protectoris pro Regib. ac Principibus, ac quibuſuis communitatibus; quòd ſi aſſumpſerint incõſulto principe, prohibentur exercere; quod etiam conſtitutum fuerat ſupradicto Concil. Lateranen.

Et ob eandem cauſam ſicut nec protectores principum, ita nec eorum ſecretarij eſſe poſſe habetur in dicta reformatione Alex. Sexti, nec frequentare principum ſæcularium aulas, ſine licentia à Roman.



Roman. Pontif. in ſcriptis habita, ut ibidem continetur; nam ſicut alij clerici aſſumentes procurationem publicam caſtrorum, aut ciuitatum nomine, à clero habentur alieni, c. ſed nec. ne cler. ſæcul. neg. ſe im. & Vicereges, Vicecomites, Locumtenentes Principum eſſe nõ poſſunt, nec Gubernatores regni, uel adminiſtratores alicuius prouinciæ, c. clericis. §. 1. ne cleric. uel monac. ubi Abb. & Diaz in praxi Canonic. c. 56. ita nec Cardinales hæc poſſunt. Illud tamen unum licite poſſunt, ſ. eſſe conſiliarij principum, circa prudens Reipubl. regimen, & populorum in officio continendorum prouidentiam, ut ſcribit Bal. in authent. habita. C. ne fil. pro patr. Abb. & Ioã. And. in d. c. clericis.

Fuerat quoque prohibitum Cardinalibus ex reformatione Iulij Tertij non publicata, ne plures, quàm unam Eccleſiam in titulum, uel commendam, aut adminiſtrationem retinere poſſent, exceptis Cardinalibus Epiſcopis Sed hoc cõtraria conſuetudine uitiatum erat; At ex Concilio Triden. Seſſio. uigeſimaquarta, cap. decimoſeptimo, hoc aperte reſtitutum eſt, ut nec Cardinales plura titulata, aut commendata beneficia obtinere poſſint, ſi ſint incompatibilia; quod & iure ueterum patrum ſancitum fuerat: nã refert Leo Quartus Pontifex, Anaſtaſiũ Cardinalem in Synodo fuiſſe depoſitũ, quod pluribus beneficijs alienis occupatus, ſuæ non deſeruierit parochiæ: idem erit, ſi tot beneficijs proprijs occupatus ſit, ut omnibus reſidere non ualeat: habetur c. ſecundo, de cleric. non reſiden. comprobatur hoc Decretali Innoc. Tertij, qui cum clerus Rauenn. poſtularet in Archiepiſcopum ſuũ ſubrogari Cardinalem Sanctæ Praxedis, reſpondit, hæc ſimul non eſſe concedenda, ut Cardinalis eſſet, & Archiepiſcopus Rauenn. habetur in c. 3. de poſtul. prælat.

Eadem quoque Alexandri Sexti reformatione cõtinebatur, ne Cardinales in commendam perpetuã obtinere poſſent beneficia non excedentia ualorem centum: quod uel ideo factum erat, ne iſtis minimis occuparẽtur, uel ne quod congruit pauperib. clericis, ſua magna auctoritate ſibi concedi facilius obtinerent; aut forte, ut cogerentur, quod ipſi retinere non poſſunt, ſaltem minoribus clericis liberaliter condonarent.

Sũt & aliæ irregularitates, & canonica impedimenta, præſertim illa Apoſtolica de quibus S. Paulus 1. ad Timot. c. 3. ſed de eis dicemus infra poſterioribus libris. Rurſum omnes irregularitates, quę obſunt Epiſcopis, etiam obſunt Cardinalibus. Concil. Trident. Seſſio. 24. c. primo. de reform. Obſunt quoque Cardinalibus ſicut & alijs clericis omnia eadem crimina inducentia irregularitatẽ, ſicut homicidium, ſimonia, præſertim beneficiorum confidentia; ſed de hoc opportunius dicemus infra lib. 5. tit. de ſimonia. ſed & ob cõtemptum cenſurarum poſſent fieri irregulares, ut ſuis locis dicemus.

## *De irregularitatibus opponendis eligendo in Papam.*

### CAP. IIII.

1 *Papa debet eſſe irreprehenſibilis.*
*Irregularitates Apoſtolica obſunt Papa eligendo.*
*Papa eligendus poteſt excludi propter quamcũque irregularitatem.*
*Papa ut Epiſcopus Roma uenit appellatione Epiſcoporum.*
*Papa ipſe eligit in concurſu parochialium, non autem Cardinalis titularis.*

*Cardi-*

*2 Cardinales eligentes in Papam indignum, peccant.*
*Papa eligendus debet eſſe in ſacris.*
*Argumentum ab inferioribus cathedris, ad Romanam aliquando recte dicitur.*
*3 Papa iam electo, nulla omnino exceptio, aut irregularitas obijci poteſt.*
*Corpore uitiatus eligendus in Papam, exceptione repellitur, ſed non iam electus.*
*Idem ſi ſurdus, mutus, cæcus, demens.*
*Imperatori eligendo, & electo omnis canonica exceptio obijci poteſt.*
*Vxoratus eligendus in Papam reijcitur, ſed non iam electus.*
*4 Infans eligendus in Papam reijcitur, ſicut & electus, niſi euidenter appareret à ſpiritu ſancto electionem eſſe factam.*
*Mulier, & hermaphroditus etiam electus in Papam reijcitur.*
*Mulierem geſſiſſe unquam Papatum, authori uerum non uidetur.*
*5 Mulieribus ſacerdotium concedebant hæretici Pepuzziani, & Quintiliani.*
*Pepuzziani hæretici.*
*Quintiliani hæretici.*
*Dæmoniacus electus in Papam non reijcitur.*
*Papa crimino ſus eligendus reijcitur, ſed non electus, at in hæreſi uera, & propria eſt ipſo iure depoſitus.*
*6 Papa Iudæus, uel Paganus, uel Idololatra, aut quomodocumq; non baptizatus, eijcitur etiã electus.*
*Papæ iam electo non opponitur exceptio excommunicationis.*
*Electus in Papam forma non ſeruata deponendus.*
*Papa electus non canonicè, adminiſtrando omni ordine priuandus eſt ex c. licet. de electio. ideo talis incidit in irregularitatem.*
*Electioni Papæ nulla certa forma à iure datur.*
*7 Cardinales tractare non poſſunt de ſucceſſore eligendo ipſi Papæ uiuenti, nec ipſe Papa ſibi ſucceſſorem eligere.*
*Papa iã electus ſtatim poteſt omnia, nec requiritur confirmatio, uel conſecratio, imo impugnans ab eo taliter facta, ipſo iure eſt excommunicatus.*
*Extrauag. Quia nonnulli. de ſentent excommu. an ſit Clementis Quinti; an Benedicti Vndecimi.*
*Papa occidendo ſuis manibus, nullam irregularitatem incurrit.*
*Papa poteſt renuntiare papatui, etiam ſine conſenſu collegij, non ſic Epiſcopus poteſt renuntiare epiſcopatui.*
*8 Papa reſignans papatui non poteſt ad illum redire, niſi poſt nouam electionem.*
*Papa electus non incurrit irregularitates apoſtolicas. ſed peccat uiuendo contra eas.*
*9 Papa circa conſecrandum uerum corpus Chriſti, nil plus habet, quàm cæteri ſacerdotes.*
*Papa conſecrando impreparata conſcientia, peccat, ut cæteri.*
*Papa neminem ſuperiorem habet in terris.*
*Papa poſſet pati impedimenta aliqua circa celebrationem miſſæ*
*Leo I. Papa manum ſibi ſponte abſcidit, & poſtea precibus recuperauit.*
*Papa licet ſit ſolutus legibus, quomodo leges obſeruet.*
*Papa debet orare pro peccatis populi, & pro ſuis.*
*Papa eligendo ſibi confeſſorem facit illum ſibi ſuperiorem, & tenetur obedire illi, tamquam peccator.*
*11 Papa non poteſt facere ne ipſe aut alij teneantur confiteri peccata.*

QVoniam proximis ſuperiorib.
capitibus actum eſt de Epiſco
pis, & Cardinalibus operæpre
tium mihi uidetur hoc loco pertracta-
re, an irregularitatũ materia obeſſe poſ-
ſit ſummo Pontifici? In qua re non hoc
quæritur, an Põtifex poſſit ſubijci alicui
irregularitati. Sed an irregularitates poſ-
ſint impedire canonice aliquem, nec eli-
gi poſſit in ſummum Pontificem, & an
exceptione alicuius irregularitatis reijci
poſſit, ne eligatur. Propterea hęc quęſtio
trifariam cõſiderari poteſt: Primo enim
cõſiderandus eſt Pontifex antequam ſit
electus, & ſic eligendus: Secundo modo,
ut iam electus, & ut caput totius Eccle-
ſiæ, habito reſpectu ad corpus Chriſti my
ſticum: Tertio modo, ut ſacerdos habi-
to reſpectu ad corpus Chriſti uerum.
Primo igitur modo cum de eligẽdo Pa-
pa agitur, non eſt dubium quòd ſicut ca
put eſt omnium dignitatum ita lõge ma-
ior ſanctitas requirẽda eſt in eo, qui aſſu-
mitur in Papam: ſi enim irreprehenſibi-
lis



1 lis eſſe debet quilibet Epiſcopus 1. Tim.
c. 3. Tit. cap. 1. multo ſane magis eſſe ir-
reprehenſibilem oportet eũ qui in ſum-
mo Epiſcopatuũ apice conſtituitur: qa
cum ad curam omnium ſit poſitus, in ſe
ipſo debet oſtendere qualiter alios in do
mo Dei oportet conuerſari, ut docuit A-
lexand. III. in Conc. Lateran. habetur in
c. cum in cunctis. de elect. Et totius fami
liæ ordo nutabit, ſi quod requirit in cor
pore non inueniatur in capite, ut dicit
Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reform.
Propterea abq; dubio duodecim apo
ſtolicæ irregularitates recte obſunt ante-
quam eligatur ex uerbis Apoſtoli ad Ti-
mot. & Tit. ſed & omnes irregularitates
ex defectibus corporeis, ex cenſuris, ex
criminibus quibuſcumque oberunt etiã
ne eligatur. Nam ſi idoneum ſponſum
Cardinales tenentur eligere. cap. ubi. §.
cæteri de electio. in 6. non eſt reputan-
dus idoneus qui aliqua ſit notatus irre-
gularitate, unde cognita irregularitate
poteſt, immo debet quiſque Cardinalis
non cõſentire nominationi: peccat enim
grauiſſime quiſquis conſentit, ut irregu-
laris nõ diſpenſatus promoueatur, cum
ſit indignus, & promouentes indignum
ipſo iure priuantur eligendi facultate d.
c. cum in cunctis. §. clerici. immo peccãt
2 mortaliter c. perpetuæ. de elect. in 6. ut fu
ſius ſcribit in electionib. inferiorum di-
gnitatum. Silu. in uerb. electio. §. quis de-
bet eligi. & §. ſequen. ex S. Thom. & alijs
Doct. quocumque igitur ex capite, uel
ex quacumq; irregularitate ſit indignus,
qui eligendus nominatur, iuſte Cardina
les in illum conſentire non debent; præ-
ſertimque obſeruandum eſt quod ſi ex
Concil. Trid. promouendi in Epiſcopos
plene, & exacte prediti eſſe debent quali
tatibus, quas canones requirunt, ſeſſ. 22.
c. 2. de reforma. multo magis eligendus
in Pontificẽ. Nam & Cardinales, ex quo-
rum numero plerumque eligitur Papa
eiſdem qualitatibus exacte præditi eſſe
debent. eod. Cõc. ſeſſio. 24. c. 1. de refor.
ob quam rationem poſſumus defende-
re quòd quiſquis nominatur eligendus
in Papam debeat eſſe in ſacris ſicut alij
inferiores, qui aſſumuntur ad Cathedra
les. d. c. 2. ſeſſio. 22. Nam aliquãdo in pro-
2 uidendo gubernationi papatus, recte tra
hitur argumentum ab inferioribus ca-
thedris ad Romanam cathedram. Ant.
Butr. quẽ ad ſimile citat Iacobat. in trac.
de Concil. lib. 4. artic. 3. uerſicu. ſi autem
loquimur. argum. c. 1. de cler. ęgrot. lib.
6. Nam & Papa dicitur Epiſcopus Ro-
mæ, & Epiſcoporum nomine aliquando
comprehenditur, ut in particulari caſu
iudicauit fel. record. Pius V. cum enim
Romæ concurſus factus eſſet ſuper pa-
rochiali, multique fuiſſent idonei reper
ti, dubitabatur ad quẽ ſpectaret electio,
an ad Papã ipſum tanquam Romæ Epi
ſcopum ſecundum uerba concilij Trid.
an uero ad Cardinalem titularem. Re-
ſpondit præfatus Sanctiſſimus D. (me
præſente, & audiente) Papam contineri
ſub illis uerbis concilij præfati, ubi ab
Epiſcopo electio facienda eſt, & ideo ad
eundem pertinere talem electionem, &
ſic obſeruatum fuit. Si ergo Papa eligen
dus conſiderari poteſt ut Epiſcopus re-
cte dici poteſt requirendas in illo quali-
tates Epiſcopi. Sic itaque recte cõcludi-
tur eligendo in Summum Pontif. om-
nia irregularitatum genera obſtare poſſe
ſicut alijs inferioribus dignitatibus, &
ordinibus Eccleſiaſticis. Secundo uero
modo cum Papa iam electus eſt duabus
3 partibus conſentientib. tunc nulla pror-
ſus exceptio ei obijci poteſt, nec cenſu-
ra, nec obiectum ullum, nec ulla irregu
laritas, etiam ante electionem contracta;
licet

licet enim alijs dignitatibus, & Epiſcopis quælibet irregularitas obijci poſſit, etiam poſt electionẽ, c. ut circa. ubi Spec. de electio. in 6. Tamen in ſingulare priuilegium illius excelſæ ſedis Apoſtolicę, nulla exceptio electo obijci poteſt ex cõſtitutione Alex. III. c. licet. de elect. & ꝓſequitur late Specul. in c. ubi. in ſeptimo ſpeciali de elect. in 6. Ex quibus concludit plurima obijci poſſe quæ impediunt eligendum in Papam, quæ nõ impediũt electum. Nã ſi quis ſit corpore uitiatus, ſufficit hæc irregularitas, ut contra eum excipiatur ne Papa fiat, glo. in c. In nomine Domini. in uerb. gremio, diſt. 23. immo peccant Cardinales eligentes eum. At ſecuta electione hæc irregularitas, uel exceptio obijci non poteſt, & oppoſita non ſufficit, ad eum repellẽdum, ut tradit Cardinal. Alex. in d. c. in noĩe. quem probat Iacobat. in d. lib. 3. uerſ. quid autem. de corpore uitiat. art. 1. Surdus quoque, mutus, & cæcus, eligẽdus non eſt: nec tam ſtolidi putãdi ſunt Cardinales, ut huiuſmodi eligant in Pontificẽ. Bald. in d. c. licet. Sed ſi electus fuerit, non poterit ob eam cauſam deponi Papatu. d. c. licet. ſed etſi poſt electionem hęc eadẽ illi contigerint, non oberunt, quin perſeueret in Pontificatu. Anton. Butr. d. c. licet. Iacobat. eod. uerſic. & idem ſi ſit Furioſus. Propterea ſi ſit demens, aut furioſus, quamquam eligendus non eſt, ſi tamen à duabus partibus conſentientibus fuerit electus, deponi non poteſt. Specul. in d. c. ubi periculum. in ſeptimo ſpeciali. de elec. lib. 6. Quo caſu, ſicut & in omnibus alijs defectib. ei coadiutor dari debet. Iacobat. d. tract. de Conc. lib. 4. art. 3. uerſ. ſed ſi bene aduertantur, & latius in uerſ. ſi autem loquimur. Quod ius ſcilicet, ut eligendus per has exceptiones excludatur, electus uero non eijciatur, ꝓcedit in Papa: at contra eſt in Imperatore, contra quem iam electum, omnis canonica exceptio obiici poteſt, ultra illam, quòd catholicus non ſit, & quod ab Eccleſia Romana deſciuerit. Bald. in repetitione l. Barbarius. in fin. ff. de offic. præſid. tex. in capit. uenerabilem. de electio. Specul. in d. c. ubi periculum. in ſeptimo ſpeciali. lib. 6.

Vxoratus quoque in Papam eligẽdus non eſt, quia legitime ei hæc exceptio opponetur; præſertim ſi laicus, aut illiteratus ſit; at poſtquam fuerit electus admitti eum oportet, & deponi non poteſt ex communi ſententia, ut tradit idem Iacobat. in d. tract. de Concil. lib. 8. art. 9. glo. in c. ſi quis pecunia. diſt. 79. præſertim ſi uxor facile induci poſſit, ut monaſteriũ ingrediatur; ſed ſi uxor ei cohabitare uellet, & Papa uellet renuntiare papatui admitti poſſet. Mateſil. in addit. ad Anto. de Butr. in tracta. de ſchiſm. refert Iacobat. d. art. 9. Sed quia nulla tãta eſt auctoritas in terris, quæ præmineat Pontificatui, & propterea ad hoc cogi per neminem poſſet, multi putant neceſſe eſſe permittere hoc negotium totum Dei iudicio, ut ſcilicet poſſit Pontificatum adminiſtrare, ſi tamẽ ordinetur ad omnes ordines. Iacobat. d. artic. 9. idem lib. 3. arti. 1. uerſ. ſed ſi ſit uxoratus. Idem lib. 9. art. 12. in reſponſione ad undecimum motiuum; quod etiam uidetur ſentire Spec. in d. c. ubi periculum. in d. ſeptimo ſpeciali: tenebitur enim uxori debitum reddere. Silu. in uerb. excommunicatio. 9. in colum. 3. uerſ. ſeptimo, quòd cum textus: Licet cõſultius eſſet, quòd uxor ſuaderetur uouere, aut ſaltim continentiam in ſæculo promittere, cum ſeparatione tori, ut de plurib. Epiſcopis ſcripſimus ex Grego. Turon. ſupra lib. 1. c. 34. nam talem ſeparationem faciẽdam ex catho-





lica inſtitutione, & canonũ decretis iuſſam eſſe ſcribit idẽ Grego. Turon. in lib. in gloria confeſſorum. cap. 78. licet talia iuſſa non ligent Papam.

Infans uero, ſi in Pontificem eligẽdus proponatur, legitima exceptione repellitur, & electus deijci debet; quia cũ nullius ordinis ſit capax, multo minus poterit Pontificatus conſecrationem accipere, niſi forte talis electio de infante eſſet facta à ſpiritu ſancto, ut dicit Silu. in uerb. excommunicatio. 9. q. 2. uerſ. ſeptimo. unde quæcumq; electio facta in perſonam incapacem, ipſo iure irrita eſt, & nullius effectus, ut ſcribit Butr. in tracta. de ſchiſm. quẽ probat Iacobat. lib. 3. art. 1. uerſ. & idẽ in infante. Quæ uera ſunt in infante. At in minore doli capace iã electo, ætatis impedimentum obijci non poteſt. Spec. in d. cap. ubi periculum. in 7. ſpeciali. Eadem quoq; ratione mulier, aut hermaphroditus etiam incaleſcens in maſculum exceptione legitima à Pontificatu deijciuntur, etiam poſt peractã electionem, ſiue ſcierint id electores, ſiue neſcierint; nam cum ij incapaces ſint ordinis; & Pontificiæ poteſtatis, deponi debent. hoc in ſpecie tradit Bald. in c. licet, de elect. licet Iacoba. d. lib. 3. ar. 1. uer. de hermaphrodito. nõ nihil in hoc caſu dubitare uideatur.

Et tametſi aliquando hiſtorici fabellam retulerint de Ioanne Anglo fœmina quod Pontificatum geſſerit; doleo plurimum, id leuiter à plebecula rudi creditum fuiſſe; nam hoc eſt damnare Rom. Eccleſiam de hæreſi Quintilianorum, & Pepuzianorum, qui mulieribus ſacerdotium committebant, Aug. lib. de hæreſi. c. 27. quod non eſt ſentiendum de ſponſa Chri: in qua nulla umquam ruga, nulla umquam macula fuit: Sed de re hac latius diximus lib. 1. c. uigeſimo octauo.

Dæmoniacus autem electus Pontificatum adminiſtrare permittitur, Iacobat. d. lib. 4. art. 3. uerſic. ſed quid ſi Papa efficitur inutilis: propterea eadem ratione idem dicendum uidetur de lunatico, comitiali, aut patiente quamlibet animi, aut corporis ęgritudinem. argu. cap. ult. 7. quæſt. 2.

Criminoſus etiam in Pontificem eligendus canonica exceptione repellitur: ſed electus admittitur in Pontificatu. Si enim proprie, & indubitanter hæreticus ſit, & nolit corrigi, non eſt dubium eſſe deponendum; imo depoſitus eſt. Iacoba. latiſſ. hoc pertractat d. lib. 3. art. 1. per totum. & ſcribit Silu. in uerb. Papa. q. 4. & in uerb. excommunicatio. 9. q. 2. uerſic. ſeptimo, idem ſi idololatra. Iacobat. eodem tract. lib. 9. art. 1. in fi. uerſ. ſed qd ſi Papa. Idem ſi Iudæus ſit uel Paganus, aut quomodocumque non baptizatus.
6 Doct. in d. c. licet. & præcipue ibi Aegidius Bellame. in quinto quæſito, in uerb. abſque ulla exceptione. uerſ. ſexto dico. Si uero ſit alio quouis modo criminoſus ſimoniacus, adulter, homicida, uel illegitimus, deijci non poteſt, & in Põtificatu perſeuerabit. Spec. in d. c. ubi periculum. in ſeptimo ſpeciali. quinimmo etiam ſi eſſet excommunicatus, ſuſpenſus, uel interdictus, ut Spec. ibidem. Verum ſuper ijs omnibus quæſtionibus fuſius ſcribũt Doct. in d. c. licet. Sed non eſt hæc materia ſola canoniſtarum, ſed & Theologorum. Ideo uidendus Caietan. de auctor. Pap. & Concil. cap. 26. & ſeq. Silu. locis proxime citatis.

Sũt præterea quædã alia canonica impedimenta in Põtificatu obtinẽdo, quæ uerſantur circa electionẽ ipſam: ſi. n. electionis forma, quæ iure ſtatuta eſt, non obſeruetur quoad ſubſtantialia, electio annullat̃, quinimmo ſi ſic electus audeat

ſeſe pro Papa gerere, eſt deponendus c. in nomine. diſt. 23. uidetur enim ui Papatum rapere, qui indebite electus perſeuerare uult in adminiſtratione: propterea ſit irregularis, cum ſit deponendus. Specul. in ſuo Aureo Repertorio titu. de pœn. in rub. caſus in quibus promoti deijciuntur: Quinimmo ſi quādo duę partes in unum conſenſerint, & tertia in alterum, uelit hic electus à tertia ſeſe pro Papa gerere, incurrit ipſo facto excommunicationem, & omni ſacro ordine priuatur, quod irregularitatem ſignificat c. licet. de elect.

Et quamquam Specul. in d. c. ubi periculum in tertio ſpeciali dicat, nullam certam formam ſeruandam eſſe in eligēdo Pontifice; tamen certæ quædam obſeruationes ſunt animaduertendę, quę ſi omitterentur redderent nullam electionem; de quibus ille idem Specul. ſcribit in d. c. ubi periculum. Nam uidemus iure inductum eſſe, ne Pontifex ſucceſſor uiuo Pontifice eligi poſſit, ut dicemus poſterioribus libris, & quòd neque uiuente Pontifice Cardinales tractare poſſint de
7 ſucceſſore eligendo, quod ſi fecerint, irrita eſt electio, ex Concil. Antiochen. c. 23. & 8. q. 1. c. Epiſcopo. 1. in fi. & diſt. 79. c. ſi quis Papa. & c. nullus Pontifice. quinimmo ex Bulla Pauli IIII. eſt excommunicatio, atque aliæ pœnæ plurimæ, ſi quis ambierit Papatum Papa uiuente. At cū primum electio canonicè facta eſt, electus omnia ad Pontificatum ſpectantia adminiſtrare pōt; nec quo ad hoc eget ulla confirmatione, uel conſecratione. d. c. licet. & d. c. in nomine. Spec. in d. c. ubi periculum. in ſexto ſpeciali, & in 7. uerſ. Sed pone poſtquam, quinimmo ſi quis audeat adminiſtrationi tali ſeſe obijcere; & hac occaſione litteras, & alias Pontificias prouiſiones, ante conſecrationē factas, impugnare, ipſo iure excommunicatus eſt, per extrauag. quæ incip. quia nonnulli, ſub tit. de ſent. excomm. quam alij tribuūt Clemēti. V. ut habetur ī corpore iuris; alij tribuunt Benedict. XI. cuiuſmodi Piſanell. in uerb. Papa. §. ult. cuius teſtimonium, licet uideatur ueroſimile, quoniam circa illa tempora uixit Piſanell. ut conſtat, ex prooemio illius ſummę, tamen dicta Extrauag. uerius adſcribitur Clementi V. quoniam data fuit in diœceſe Burdegal. ubi degebat. d. Clemens; cum Benedictus XI. in Gallia non extiterit: Deinde data eſt anno ſecundo, cum tamē Benedictus non uixerit ultra menſes octo. At bene uerum eſt, quòd Benedictus præfatus ediderat ſuper eadem re Extrauag. Sed non incipiebat, quia nonnulli, at incipiebat; ſunt aliqui, ut tradit Supplementum in uerb. Papa, in ultimis uerbis: unde apparet quòd hæc quam habemus eſt Clementis V.

Contingit præterea in iure aliquādo apud Canoniſtas diſputari circa ſummū Pontificem, an ex homicidio poſſit cenſeri irregularis, ſi propriis manib. aliquē occiderit. de qua re Bald. poſt Innoc. in c. 2. de maior. & obed. ut refert Diaz in praxi canon. c. 56. in fi. & Fel. in c. ſi quando. §. 1. de reſcrip. Borgas. in tract. de irregul. p. 6. tit. de homicid. nu. 28. Et ueritas iſta eſt, q; licet Papa irregularitatē aut cenſuram ullam ex criminib. incurrere non poſſit, quo tñ ad peccatum & culpā poteſt fieri indignus altaris miniſterio, ſed in ſacramento confeſſionis omnem maculā abſterget: Ideo enim quoad irregularitates, & cenſuras non poteſt ligari, quia eſt ſuper ius poſitiuum, a quo irregularitates manarunt, ut diximus initio operis, & ideo fruſtra diſceptatur de Papa, an ſit immunis ab irregularitate homicidij.





Papa præterea non reperitur quòd clam, & ex abrupto debeat Papatū deſerere: reſignare tamen libere poteſt: licet enim Epiſcopus ſponte Epiſcopatum reſignare non poſſit occaſione contemplationis, & religionis, niſi de cōſenſu Papę: quia nemo ſcire poteſt, quid ſit eligēdū ſupra Epiſcopatum S. Paul. ad Philip. c. 1. ibi: ecce quid eligam ignoro &c. S. Th. 2. 2. q. 185. & q. ult. Papa tamen poteſt libere reſignare. c. 1. de renun. lib. 6. ut feciſſe conſtat Celeſtinum Quintum; quā renūciationem facere poteſt, etiam ſi iuraſſet ſe numquam renunciaturū; ut ſcribit Archiep. Flo. 3. tit. 23. Silu. in uerb. Papa. q. 3. Armill. in uerb. Papa. q. 8. nec erit expectandus cōſenſus collegij, circa admittēdam reſignationem; quoniam hoc iure nō probatur. Papa uero, qui ſeſe abdicauerit à Papatu, an redire poſſit ad
8 eundem fruſtra dubitandum eſt: quādoquidem per renunciationem omne ius ſuum pdit, ut exemplo eſt Marcellinus, & d. Celeſtinus Quintus: & pcipue Gregor. Duodecim. qui quoniam poſt renūciationem redijt ad adminiſtrationem; & depoſitus, & pro reiecto exinde habitus eſt: unde ut pontificatum reſignatū qs repetere poſſit, noua opus eſt electione, exemplo eſt Clemens Primus, ſecundum gloſ. in capit. non autem. 7. queſt. 1. in fin.

Pontifices quoque poſſunt pati defectus contra apoſtolicas regulas, de quib. Sanctus Paulus ad Timot. 1. cap. 3. & ad Tit. c. 1. ſed illis nihil obſunt, niſi ſicut cętera peccata.

Supereſt ut de tertio modo loquamur, ſcilicet quid conſiderandum ſit in ſummo Pontifice, ſi habeatur reſpectus tantum ad corpus Chriſti uerum, an aliqua irregularitas in ipſo reperiri poſſit, aut aliquod canonicum impedimentum: In qua re dicendum eſt quòd cum Papa circa corpus Chriſti uerum conſecrandum, nil plus habeat, quam cæteri ſacerdotes. S. Thom. 4. diſt. 25. q. 1. art. 1. Propterea in eo cōſecrando ſuam debet excutere conſcientiam, ſicut quilibet ſacerdos; nam ſicut peccare poteſt, ita impedimētū pati poteſt ex impreparata cōſcientia, 1. Corinth. c. 11. At irregularitas ſeu impedimētum canonicum in ipſo Papa conſiderari non poteſt, quia hęc ſunt à iure poſitiuo, à quo ipſe ligari nō poteſt, quia neminem ſuperiorem habet in terris c. nemo iudicabit 9. q. 3. hoc expreſſim tradit Tab. in uerb. diſpenſatio. uerſ. quadrageſimoquinto.

Illud tamen uerum eſt, quod quædā impedimenta poſſunt impedire etiā ipſum, ne adminiſtrare poſſit ſacerdotiū in miſſa dicenda, de quibus loquitur S. Thom. 3. q. 82. artic. fin. ad tertium. debilitas, inquit, uel ægritudo ſuperueniēs ordini ſacerdotali, ordinem non tollit, executionem tamen ordinis tollit, quantum ad conſecrationem Euchariſtiæ, quandoque quidem propter impoſſibilitatem executionis, ſicut ſi priuetur oculis, aut digitis, aut uſu linguæ: quandoque autem propter periculum, ſicut patet de eo, qui patitur morbum caducū, uel etiam quamcumque mentis alienationem; quandoque propter abhominationem, ſicut patet de leproſo: Hæc ille: Vnde, & ipſe Papa poſſet de facto pati hæc impedimenta: Exemplo eſt ſanctiſſimus Leo. I. cui cum de more die Paſchatis muliercula manum deoſculata eſſet, & ipſe non nihil perturbationis in animo ſenſiſſet, manum ipſam penitus ſibi abſcidit, & aliquandiu ſacrificium miſſæ prætermiſit, ita ut ob eam rē Populus Rom. obmurmuraret; ſed precibus ad Deum fuſis uir ſanctiſſimus ſibi

manum reſtitui impetrauit,ut ad ſacrificandum rediret, ſcribit Sabellic. lib. 5. Andr. Ebor. tit. de Caſtit. Quamquam ego cum alijs uerius ſentiendum puto Leonem præfatum non perturbatione libidinis manum ſibi abſcidiſſe, ſed potius ob peccatum manuũ impoſitionis, ideſt ordinationis. Nam cum totis quadraginta diebus ad ſepulchra Apoſtolorum oraſſet, ut ſibi peccata remitterentur, audijt Beati Petri reſpõſum ſe impetraſſe omnium peccatorum ueniam, pręter peccati ordinationis: Vnde ueriſimilius eſt ob hanc cauſam manum ſibi detruncaſſe ut cõſtat ex Prat. ſpir. c. centeſimo quadrageſimo nono. meminerat enĩ Sanctiſſ. PP. quòd Hieroboam, quia ſine delectu ſacerdotes indignos promouebat, à Deo percuſſus fuit, & domus ei⁹ euerſa, & deleta de ſuperficie terræ. 3. Reg. c. 13.

Præter hæc igitur naturæ, aut ſimilia impedimentorum genera, Papæ nulla irregularitas obeſt, præſertim illa, quæ ꝓficiſcitur ex ſuſpenſionibus, uel aliis quibuſcumq; cenſuris Eccleſiaſticis, etiam ſi à concilijs generabilibus, aut uniuerſalibus emanaſſent, quia cum neminem ſuperiorem habeat, ita à nullo ligari poteſt, ut iam diximus, ſcribit Tabien. d. uerſ. quadrageſimo quinto; quã ob cauſam reijciẽda eſt illorum calumnia, qui dixerunt, ſi Papam huiuſmodi præcepta nõ ligant, ergo licet illi impune plus peccare: reſpondemus etenim etiam ſi ille præceptis non ligetur, tamen ſua uoluntate ſanctior eſſe uult: Ideo enim ſolutus eſt legibus, ut quod rectum eſt propria libertate uoluntatis perficiat; non autem ut licentioſius peccet: quis enim ſanctũ eſſe dubitet, quem apex tantæ dignitatis extollit? ut habetur in c. non nos. diſt. 40. Si enim qui aliena debet corrigere peccata, maiora cõmitteret, non eſſet ueritatis diſcipulus, ſed ſupra alios erroris magiſter. c. nos ſi. 2. q. 7. quod eſt abſurdũ ſentire de ſanctiſſima illa ſede.

Quinimmo quod nullo canonũ præcepto Papa adſtringatur, excellentior & ſanctior res eſt, ut lubens nõ iuſſus ipſorum canonum mentem exactiſſime obſeruet: Leo Papa. 1. epiſt. 59. Et ſicut omnia Eccleſiæ membra tamquam ſubdita efficere debent quicquid legibus ſacris continetur: ita quoque caput ipſum nõ tamquam ſubditum, ſed ſuo exemplo membra bene diſponens, etiam ſecundum canones aget; eo etenim modo, & caput, & membra conformiter uiuent. Quin etiam dum caput ipſum canones obſeruabit, expreſſim fateri uidebitur ſe credere, & prædicare in canonibus contineri ſpiritus ſancti vocẽ: unde nil pręiudicabitur ſupremæ ſuæ auctoritati, dũ fatebitur ſe habere ſuperiorem ipſum ſpiritum ſanctum; ob quam rem populus quoque pronior fiet ad obſeruandos canones, ſi D. Papa cum ſit caput Eccleſiæ, incipiat etiam ipſe iura ſeruare, ut ſcribit Spec. in c. uſurarum in fi. de uſur. in 6. cuius uerba libuit ſubijcere. Debuit, inquit, à ſe ipſo D. Papa incipere; & hanc conſtitutionem in ſua curia facere obſeruari. Nam à capite ratio eſt reddenda l. argentarius. §. 1. ff de eden. licet enim legibus ſolutus ſit, decet tamen ipſum uiuere ſecũdum leges. C. de legib. l. digna uox. ſicut & Chriſtus, qui legem dedit, & ipſam carnaliter adimpleuit, 25. q. 1. §. ſi ergo. ut ſic cæteros ad ipſius obſeruationem inuitaret exemplo, ut in prædicto. §. ſi ergo. ante med. ſæpe enim clamant ſubditi, quod ipſe alligat onera grauia & importabilia, quæ ipſe digito tangere non uult, uigeſima ſexta q. 7. cap. alligant. & nihil cum ſcandalo eſt agendum; de præſcr. c. nihil. immo uitandum eſt ſcãdalum etiam puſillorum. de no. oper. nunc. c. cum ex iniuncto. & de reg. iur. c. qui ſcandalizauerit. hæc ille. Prædictis addi põt quod ſcribit S. Gregor. ſuper Ezech. homil. 19. Plus (inquit) plerumque exemplum quam ratiocinationis uerba compungunt, ſicut etiam illud Senecæ, longum iter per præcepta, breue per exempla, magis enim exẽplis trahimur quàm uerbis.

Poteſt pręterea Papa cõſiderari ut homo: quare cogitando ſe habere iudicem Deum, qui & ipſius, & omnium populorum eſt Dominus, Paul. ad Epheſ. c. 6. & quòd orare debet pro ſuis, & pro totius populi peccatis, Leuit. c. 16. Paul. ad Hebrę. c. 7. Ideo circa iſta poteſt habere ſuperiorem, ſcilicet eum, cui ſponte ſe ſubmiſerit. d. c. nos ſi. 2. q. 7. nã tenet̃ ſe ſubijcere confeſſori, quem elegerit, ut ſua peccata illi confiteatur; nõ enim poteſt Papa facere, ut non teneatur propria peccata confiteri. S. Thom. 4. diſtin. 17. ille igitur cõfeſſor ab ipſo electus erit ipſi ſuperior non ut Papæ, ſed ut peccatori. S. Thom. ibid. & tradit Silu. in uerb. confeſſio. 2. q. 6. & in eo, quod ipſe cõfeſſor præcipiet, ligabitur, & tenebit ſententia illius; & illi tenebitur parere gl. in d. c. nemo iudicabit. 9. q. 3 & comprobat Silu. in uerb. cõfeſſor. 1. q. 2. in princ. & in uerb. Papa. q. 4. circa princ. Vnde ex iſtis concluditur, quod nec ut ſacerdos poteſt eſſe irregularis. Sed in tantum habebit impedimenta ad adminiſtrãdum ordines, & ad exercenda Pontificalia in quantum prudẽs, & ſciens confeſſor rite, & canonice iudicauerit. Et prædictis modis intelligenda eſt materia irregularitatis circa D. Papã: ſalua ſemper meliori ſententia, cui reuerenter me ſubijcio.



*De Curiæ obnoxijs, & eorum irregularitate.*

## CAP. V.

1 *Curiæ obnoxius quis dicatur.*
*Curiales Aulici, non comprehenduntur ſub hac irregularitate.*
*Curiales plerumque infames, quales hic.*
2 *Curiales etiam liberati nexibus, manent aliquando irregulares.*
3 *Curiales, qui nil fœdi exercuerint, ſtatim quod eo nexu liberati ſunt, promoueri poſſunt.*
4 *Curiales non eximuntur à nexu curiali de iure ciuili per adeptionem ſacerdotij; ſecus de iure canonico.*
*Vaſallus; dicitur adſtrictus curiæ propter iuramentum.*
*Feudatarius promoueri non debet facile, etiam ſi dimittere uelit feudum.*
*Feudatarius dicitur adſtrictus curiæ propter iuramentum.*
*Feudatarij obligati domino ad onera perſonalia, non ſunt promouendi, ſi uolunt retinere feudum.*
5 *Feudatarius eo ipſo, quod fit clericus, amittit feudum.*
*Feudatarius neminem ſuo loco ſubſtituere poteſt, inuito domino.*
*Feudatarius dimiſſo feudo, ſi nil aliud obſiſtat promoueri poteſt.*
6 *Feudatarius, an inuito domino poſſit feudum repudiare.*
*Feudatarius habens feudum ob aliquod certũ ſeruitium; illud repudiare non poteſt.*
*Feudatarius iurans ſe non renunciaturum feudo, non poteſt promoueri, quia illud renunciare non poteſt.*
*Feudo cedere, eſt quoddam diuortij genus.*
*Feudum eſt contractus factus gratia utriuſq;.*
7 *Clericum eſſe ſubiectum ex feudo domino temporali; eſt abſurdiſſimum.*
*Iuramento fidelitatis ſemper uidetur excepta perſona Dei, Papæ, & ſuperiorum.*
*Angarij & perangarij qui ſint.*
*Opera quid ſit.*
*Angarij, & perangarij clerici fieri non poſſunt.*
8 *Militum plura genera ex Budæo.*
*Milites omnes iuramento adſtricti, promoueri non poſſunt.*

*Milites propter animum paratum ad necem, promoueri non poſſunt; nec ad monachatum facile admitti.*

9 *Magiſtratus iuramento adſtricti, promoueri non poſſunt.*

*Decuriones promoueri non poſſunt, etiam ſi cedant bonis.*

10 *Poteſtates non promouentur.*

*Priores ſeu Antiani promoueri non poſſunt.*

*Syndicatus quolibet in magiſtratu requiratur, impedit ne quis interim promoueri poſſit.*

*Magiſtratus fieri poſſe monachos, an ſit uerũ indiſtinctè.*

*Doctores, qui ad legendum iuramento ſunt adſtricti; promoueri non poſſunt*

11 *Magiſtratus Epiſcoporum uel Eccleſiarum nulla ratione prohibentur promoueri, et monachari niſi iudicium ſanguinis exercuerint uel niſi ad ſyndicatum teneantur*

12 *Aduocati, procuratores, & ſyndici uniuerſitatum iuramento adſtricti, non promouentur.*

13 *Canon Epiſt. Innocentij Primi, quo ſenſu capiatur.*

*Irregularitas ex iudicio ſanguinis quando cœpit.*

*Aduocatus, procurator, & defenſor Curiæ, Epiſcopalis, uel Eccleſiæ promoueri non prohibetur.*

*Aduocati, & procuratores cauſarum ciuilium qui libere id agunt promoueri non prohibentur.*

14 *Clericus non poteſt eſſe procurator pro ciuitate uel principe ad uniuerſitatem cauſarum.*

*Clericus unum negotium ualde arduum pro aliqua communitate, uel principe exercere non poteſt.*

*Clerici deponuntur, qui ſuſcipiunt uillarum, uel caſtrorum procurationes, niſi pro Eccleſiis, & locis pijs.*

15 *Clerici uicem principis, aut ciuitatis gerere non poſſunt.*

*Clericus Viceregem agere non poteſt, ſicut nec Vicecomitem, aut Locumtenentem.*

*Clerici gubernium, & adminiſtrationem Regni Prouinciæ, uel Reipubl. gerere non poſſunt.*

*Clericus nullum genus iuſtitiæ publicæ pro ſæcularibus adminiſtrare poteſt.*

16 *Clerici omnes etiam ſi Card. ſint, poſſunt eſſe conſiliarij principum.*

*Clerici poſſunt compilate ſtatuta, & ſuper eis conſulere, quod pœna ſanguinis imponatur.*

17 *Hiſtriones, mimi, ſcænici, moriones, ſunt quandoque curiæ adſtricti, & alij plures his conſimiles.*

*Ordines dicuntur honores.*

*Hiſtrionibus etiam cõmunio deneganda eſt.*

QVoniam a cruore Curia dicta
eſt; iure merito clerici Curiæ
obnoxij eſſe non poſſunt: hoc
enim illis interdictum eſt. Concil. Rom.
ſub Silueſtro act. 2. c. 16. Ideo hæc irre-
gularitas uetuſtiſſima eſt ex præfato Cõ-
cilio, & apertius de ea conſtat in Epiſto-
la Illyrici Cõcilij, quæ extat apud Theo-
doretum hiſt. lib. 4. c. 8.

Curiæ igitur obnoxij dicuntur ij, qui
quacumque ex cauſa curiæ publicã pote
ſtatem habenti, nexibus mancipati ſunt,
ſiue in perpetuum, ſiue ad tempus, ſiue
honeſtum, ſiue inhoneſtum munus ſit;
ea enim obligatio aduerſari uidetur liber-
tati Eccleſiaſticæ; & ideo curiales ij, qui
aulas principum ſequuntur obſequij, &
famulatus gratia, ad hoc caput non per-
tinent, quãdo nullus nexus, nullave obli
gatio eos adſtringit ad aulæ obſequia.

Illi igitur qui aliquo uinculo, uel iu-
ramenti, uel adminiſtrationis ratiocinio-
rum adſtricti ſint; ad ordines admitti
non debent, pluribus rationibus. Prima,
quòd plerumque infames ſunt, ut ſcæni-
ci, hiſtriones, citharœdi, lyriſtes, gladiato-
res, ſtadij curſores, qui publicis ſtipen-
dijs conducti ſunt; nam hæc infamia in
Eccleſiam non eſt inferenda, de conſecr.
d. 11. cap. pro dilectione. Innocent. I. ad
ſynodum Toletanam Epiſt. 24. canon. 2.
Secunda plerumque irregulares fiunt,
in illa frequentatione curiæ, Innocent. d.
Epiſt. quæ habetur diſtinct. 51. cap. ali-
quantos. Tertia ob moleſtiam, quam il-
lorum cauſa Eccleſia paſſura eſſet, quan-

do



do curia ipſorum domina eos repeteret
c. deſignata. & c. præterea. diſt. 51. Quar-
ta ob ſimulatæ promotionis ſuſpicionẽ,
ut à curię nexibus, per ſacerdotium libe-
rentur, d. c. præterea. & diſt. 53. c. legem.
Quinta propter præſumptionem quod
ad priſtinos mores relabantur, & ad cõ-
ſuetas ſcurrilitates reflectantur. d. c. præ-
terea. quas rationes tradit glo. diſtin. 51.
c. 1. & ante eam Raym. titu. de curial. Al
ber. in uerb. ordinandus. uerſ. Quintode
cimo. Et non ſolum dum eiſdem nexi-
bus diſtinentur, promouendi non ſunt,
uerum etiam, ſi iam liberati à curia ſint,
adhuc magna difficultate ad ordines
recipiendi ſunt: nam ſi turpia exercue-
rint, curiæ ſeruientes, eadem turpitudo
ſequitur eos, etiam Curia liberatos. c. cle
ricum. diſtin. 46. ſi etiam ſanguinis uin-
dictã, aut fecerint, aut participes fuerint,
eadem irregularitas manet, etiam poſt-
quam fuerint è curia liberati, glo. d. c. 1.
Silu. in uerb. ordo 4. Tabien. in uerb. or-
do 4. Alberic. d. uerſ. 15. Sed ſi nihil fœ-
di exercuerint, & nil aliud canonicũ obſi
ſtat, ſtatim atque curia liberati fuerint;
promoueri permittuntur: Doct. ibid. &
Raym. in d. titu. de curialibus tex. in cap.
Oſius diſt. 61. & diſt. 54. c. magnus. & de
obliga. ad ratiocin. c. 1.

Quæ omnia uera ſunt, ſi de eis ꝓmo-
uendis agatur; alioqui ſi promoti ſint in-
ſpecto iure ciuili, & de rigore per ipſum
curialem nexum adhuc obligati ſunt, &
per ſacerdotium non liberantur ab illa
4 obligatione, quam debent Curię; at ęqui
tate canonica ob ſacerdotij priuilegium,
exempti uidentur, glo. in c. ſi ſeruus ſciẽ.
te. diſt. 54. & ante eam ibi Hug. & idem
Hug. in c. præterea. diſt. 51. qui hoc præ-
ſertim procedere putat, ſi hic promotus
alium loco ſui poſſit ſubrogare ad eoſdẽ
nexus curiales.

Sed quia nimis generalia ſectari ui-
demur, operępretium eſt nos ad ſingula-
res ſpecies tranſire: Inter adſtrictos cu-
riæ is primus nobis occurrit, qui uaſal-
lus, uel Feudatarius dici conſueuit; quod
genus hominum magno adſtringitur
iuramento, quo iurat in nomen, & fidem
domini: Vnde difficile eſt, ut ſincere tran
ſeat ad miniſteria Eccleſiaſtica, in præiu
dicium prioris iuramenti; nam si domi-
no ad munera perſonalia præſtanda te-
neatur, quæ ordini eccleſiaſtico non con
ueniant, facile admitti non debet, etiam
si feudum dimittere uelit, si forſan irre-
gularis factus sit, militando in ſeruitijs
domino ſanguinem effundendo, uel au-
xilium præſtando, uel etiam ex ipſo ſolo
iuramẽto de uita exponenda pro domi-
no. argum. eorum, quæ dicturi ſumus in-
fra, cum de milite agemus.

Quòd si huiuſmodi Vaſalli onera ꝑ-
ſonalia debentes, ordines petant, uolẽtes
retinere feudum, ab ordinibus excludi
debent: propter repugnantiam quæ na-
ſcitur, ut tam feudo, quàm Eccleſiæ ſer-
uiant, duobus uidelicet contrariis domi
nis, Lucæ. c. 16. & præterea dominus ex
ipſa promotione poterit agere aduerſus
hunc Vaſallum, quòd feudum amiſerit;
5 ipſo enim facto, ex quo clericus fit, amit
tit feudum; de conſuetudine feudali in
tit. ſi de feud. fuer. cõtrou. ʃ. ſi clericus, &
tit. de feud. fœm. in fin. & in titu. de uaſal.
qui mil. arm. deſ. c. 1. nam per alium ſub-
ſtitutum ſeruire feudo non poteſt inui-
to domino. Bald. in tit. Epiſcop. uel Ab-
bat. §. mutus. in conſuetud. feud. Silu. in
uerb. feudum. q. 8. & q. 14. unde eius oc-
caſione Eccleſia pateretur multas lites,
& uexationes; merito recipere hos uaſal-
los, nõ debet. Sed si expreſſim uelint feu
dum dimittere, & cõſequenter ſe ea obli
gatione liberare, poſſunt ſuſcipi, tam ad

K 4 cle-

clerum, quàm ad religionem, ſi nullum aliud canonicum impedimentum, uel irregularitas obſtet. d. §. ſi clericus: Sed hæc ſententia pẽdet ab illa ancipiti quæſtione an uaſallus inuito domino poſſit feudum repudiare? Vnde quibuſcumque caſib. inuito dño renunciare feudo non põt, ijſdem caſib. non promouebit; quos caſus collige ex Imol. in cap. 1. de feud. & ibid. Panorm. Bartol. in l. is cum quo. ff. de aqua pluu. arc. quorum unus eſt, ſi uaſallus ob certum ſeruitium, feudum habeat; nam eo caſu repudiare nõ poteſt. glo. in titul. de Capitan. qui cur. uend. in ultim. gl. in conſuet. feud. Silu. in uerb. feudum quæſt. 28. cum alijs locis, quos ibi citat; merito hic non promouebitur: Ille etiam, qui iurauit ſe non renũciaturum feudo, promoueri non debet, nam inuito dño illud dimittere nõ poſſet Silu. d. q. 28. Idẽ quoq; erit in eo feudo, quod de ſui natura repudiari poteſt, ſed Vaſallus importune forſan illud repudiat; ut puta domino in bello exiſtente; quo tempore opera Vaſalli indigeat, cum per ſubſtitutum ſeruire non poſſit, non ualet ea importuna renũciatio, arg. l. filiæ meæ. ff. ſolut. matrim. nam cum cedere feudo ſit quoddam diuortij genus. Bald. in prælud. feud. conſequens eſt, ut eatenus ualeat ceſſio feudi, quatenus ſit conſultum indemnitati ipſius dñi. Silu. d. q. 28. pſertim ex eo quod dicit Abb. in c. 1. de feud. quod feudũ ponitur inter contractus factos gratia utriuſque; Ideo utriuſque conſenſus requiritur. glo. in c. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. quandocunque igitur repudiatio non ualet, abſurdum eſt admittere hos ad clerum: quid enim poteſt contingere abſurdius?
7 quã ut clericus ſubiectus ſit iuriſdictioni domini temporalis à quo propter feudum poſſit puniri; & feudo priuari, ut dixit Innocen. in cap. uerum. de for. compet. Stephan Aufrer. in clem. 1. in 2. q. principali. num. 7. de offic. ordin. iure igitur merito ne tam turpiter ſacerdotium ſuppeditetur, non debet promoueri niſi feudum legitime dimittat, cum dimitti poteſt, uel ſi non poteſt dimitti accedat etiam cõſenſus domini; Et quamquam in omni iuramento fidelitatis uideatur excepta perſona Dei, Papæ, & aliorum quorundam ſuperiorum c. uenientes. de iureiuran. Bald. in tit. de noua forma, cũ ibi additis; tamen poſſet Eccleſia uel Papa ſuſpicari, & non confidere in perſona tali quæ iurauit fidelitatem in manibus domini temporalis; ideo dicendũ eſt non eſſe admittendos ſicco pede ad clerum illos, qui iam principi laico feudi ratione iuramentum præſtiterint, niſi aut ceſſerint feudo, aut à domino licentiam obtinuerint iuxta iam dicta.

Sunt præterea alij Vaſalli paulo ignobiliores, quos angarios, & perangarios uocamus; eſt enim Angaria (authore Vegetio lib. 2. de re milit.) omne munus quod militibus imponitur, etiam ſi uile non ſit. Sed ex ſententia Lucæ de Penna, in l. cum te. C. de muner. patr. lib. 10. Angaria munus eſt præſtandarum operarum: opera uero eſt diurnum officium. l. 1. ff. de oper. liber. Ideo ij, qui ad hæc munera, uel operas tenentur ſacris ordinibus ſunt indigni, quod expreſſa conſtitutione Regni Neap. diffinitũ eſt. Incip. errores eorum, refert Capic. deciſ. 168. num. 7. quam conſtitutionem in hoc nõ eſſet inconueniens quod Eccleſia obſeruaret. argum. c. 1. de ope. no. nunc.

Huc proxime accedit quicumque miles; ſunt enim plurima militum genera, alij etenim iuramẽto ſunt adſtricti Reipubl. ut apud Aul. Gell. libro 16. c. 4. alij ſponte militant, alij iuſſi, nam trifariã

mili-



milites diuiſit Budæus in Pandectas. ad l. 1. §. 1. ff. depoſit. omnes igitur qui militant, canonicum patiuntur impedimentum ne pmoueri poſſint: nã ſi in Reip. nom. hac fidem iurarint, ob hoc uinculum non uidentur apti ſacris ordinibus, ſicut reliqui omnes obnoxij, de quibus iam diximus: quod expreſſim iure ciuili cautum eſt; nam primipilus centurio, & primipilares milites ullo iure promoueri non permittuntur ex l. quiſquis emenſis. C. de epiſco. & cleric. præcipue uerò ductores militũ promoueri non poſſunt ex Epiſtola Concilij Illyrici, quæ extat apud Theodoretum hiſt. lib. 4. c. 8.

Reliqui uero milites, quia homicidij participes facile exiſtere poſſunt, conſilio, ope, & re ipſa, irregulares ſunt hoc capite homicidij; unde promoueri non poſſunt, 19. q. 3. c. monaſterijs, ibi nullus ſine noſtro conſenſu ſuſcipiat, & diſt. 53. c. legem. ibi non ſunt temere ſuſcipiẽdi. & c. multos. diſt. 54. ibi probetur prius. & quamquam Archid. & gloſ. in d. cap. legem, putauerint, omnes milites, qui ſine iuramento militant, poſſe ad ordines promoueri; tamen ex prędictis locis conſtat uerius eſſe, ut diſpenſatione præuia id fiat, cognita cauſa, ut aperte probatur 1. Concil. Toletan. can. 8. habetur diſt. 51. c. ſi quis. Quinimmo eodem ex loco colligitur, non ſolos eos milites excludi ab ordine ſacro, qui ſanguinem fuderint, uerum etiam eos, qui hoc animo militant, ut ſi opus fuerit ſanguinẽ effundant; hic enim animus ad necẽ, aut uulnera paratus ſacro ordine eſt indignus: tex. & glo. in d. c. ſi quis. quod etiam tradit Specul. in tit. de diſpenſ. §. iuxta uerſ. Item litigioſus. quo loco ait, Papæ reſeruari hoc genus diſpenſationis, propter paratum animum ad facinora perpetrãda: & uidetur tex. in d. cap. monaſteriis. ideoque militis nomen exoſum eſſe debet Chriſtianis, ſi uelint ad clerum aſpirare; ad clericatum etenim admitti non debent, capit. ſi quis poſt remiſſionem. diſt. 50.

Quæ uera ſunt; ut non ſolum à clero arceantur, uerum etiam à monachatu, non enim facile in clauſtro admittuntur d. c. legem. d. c. multos. & d. c. monaſterijs, & alijs ſupradictis locis; plerumque etenim ij milites, etſi in bello homicidium, aut mutilationẽ non perpetrarint, tñ irregulares ſunt, ſi ad percuſſiones, quantum in illis fuit concurrerint. Spec. d. uerſic. item litigioſus. & uerſ. quid de iudice: quem approbat Soc. in c. ſententiam in 4. mẽbro principali uerſ. 7. quæritur. ne cler. uel monac. & ideo diſpẽſatione egerę putantur; ut ſupra diximus: Sed de militibus, qui in eccleſiaſtico bello militant, quãdo ab irregnlaritate ſint imunes opportunius dicturi ſumus. lib. poſteriore, quando de homicidij irregularitate tractandum fuerit.

Ad hos milites proxime accedunt ij omnes qui publicis ſtipendijs conducti, quaſi curiæ obnoxij ſunt; ita ut munere
9 ſibi impoſito defungi libere non poſſint, ſi clericali characteri intendant deſeruire; cuiuſmodi ſunt decuriones: nam qa ſtatuto tempore annuo, uel diuturniore, aut breuiore Remp. adminiſtrandã ſuſceperunt cum iuramento, pendente eo tempore non ſunt promouendi, niſi licentiam à Rep. obtineãt & ſuſcepta ſtipendia reſtituant, cum ratiocinijs. Archidiac. & Hug. in c. legem. diſtinct. 53. Adeo quòd ſi princeps, aut Reſp. eis licentiam concedere renitatur, promoueri nullo modo debeant, ante expletum tempus, ut conſulit. Hoſt. ea ratione, quod implere debeant, quæ promiſerunt. argum. cap. debitores. de iureiuran.

tra-

tradit Alberic.in uerb. religio ſecundo , circa med. quæ adeo uera ſunt, quod etſi bonis cedere uelint,non tamen ſunt admittendi.l.ſi quis curialis.C.de Epiſc. & cler.

Et hæc omnia de alijs Reip.magiſtratibus,uel publicis functionibus,intelligēda ſunt; ueluti ſi ſunt poteſtates , prætores, antiani, priores,& conſimiles; ij ete
10 nim, quia publicis nexibus ſunt implicati iuramento, non ſunt interim ad ordines eccleſiaſticos admittendi. Raym. in tit.de curial.uerſ.officiales obligati,& in uerſ.ultimo. quem citat Archid. in c. præterea.paulo ante fin.diſt.51.eam ob rationem quod præter iuramentum poſſunt teneri repetundarum,uel ad reddēdam adminiſtrationis rationem in ſyndicatu;unde abſurdum eſſet,quod iudicarentur à ſæcularibus iudicibus ſic ꝓmoti,ut dicit Innocen.in d.c.uerum.de for. compet. Stephan. Aufrer.in d.Clemen. 1.in ſecunda quæſt.prin.num.7.de offi. ord.Propterea & hoc capite,& ex illo de obligatis ad ratiocinia repellendi ſunt; qua ratione S.Thomas Cantuariēſis Archiepiſcopus,cōſcientię ſtimulos perſenſit,quod Cancellarij munus regia poteſtate exerceret,& Archiepiſcopatum obtinuiſſet,ideoque illi renūciauit: Sed Papa admiſſa quidem pia renūciantis Archiepiſcopi uoluntate,diſpenſauit inſuper cum illo, ut tutam eius redderet cōſcientiam,ut ſcribit Gulielm. Neubrigen. de reb. Angl.lib.2.c.16.Regis tamen ira efferbuit in ipſum Sanctum uirum, prętēdens aduerſus eum ut cogeretur iudicio ſiſti,ad ſyndicatum reddendum pro cancellariatus adminiſtratione: qua ex re totius Angliæ perturbatio , & S. Thomæ martyrium eſt ſubſequutum,uti eodem libro tradit idē Guliel. Vnde patet quanti periculi ſit illorum promotio , qui curialia officia adminiſtrauerint.

Et ideo uerum mihi non uidetur, q̄d dixerat Ray.in titu.de curiali in fi. quòd huiuſmodi officiales non obſtante iuramento poſſunt libere ad clauſtrum , & religionem tranſire,quia in melius deuouent ſemetipſos:arg. c.peruenit. de iur. iur. ſed hoc intelligendum eſt, quando nullum aliud canonicum impedimentum obſit; at ſi ratiocinia interueniant, & Syndicatus, uel ſimilis ratio adminiſtrationis ſit reddenda,nō admittentur, ut proximo capite dicemus: ꝙ pręcipue uerum eſt,ſiue temporalem, ſiue perpetuam adminiſtrationem ſuſceperint iſti officiales.Hug.& Archid.d.c.legem.niſi quod difficilius admittitur qui perpetuo eſt adſtrictus, quàm qui ad tempus, ut ibi: & diſputauit Bartholom.Brix. in q.dominic.incip.poteſtas quidā:de qua re etiā Abbas ſcribit in c.1.de obliga.ad ratiocin.prope fi.Alber.in uerb.religio, ſecundò circa med.

Illud tamen in hac re animaduertendum eſt, quòd huiuſmodi obnoxij accedentes ad religionis ingreſſum, non ſunt reijciendi illo prætextu, quòd Princeps ſæcularis edicto uel lege ſtatuerit ſuos curiales obnoxios, non poſſe in ullo uel certo aliquo monaſterio religionē profiteri , quia talis lex uel præceptū eſt negligendum, tanquam contra ſalutem animarum, ut deplorauit S. Gregorius. 1.contra Mauritium, qui ita ſtatuerat,ſ. ne quis militum aut eorum,qui publicā actionem egiſſent, in monaſterio conuerti poſſet: quam legem primus Iulianus apoſtata tulerat, ut ſcribit Ioannes Diaconus in uita S.Gregorij lib.3.capit.50. ubi habes quid de ea re ad Mauritium, & ad Theodorum medicum idē Gregorius ſcripſerit.

Debet igitur iſta ſuſcipiendi uel reij-
cien-



ciendi obnoxios facultas pendere à iudicio Eccleſiæ,cognitis moleſtijs, quas paſſura Eccleſia eſt; cognitiſq; alijs canonicis impedimentis.

Inter hos quoq; annumeramus Doctores,qui legendi munus acceperunt tēporale uel perpetuum;nam ij tamquam Curiæ obnoxij , non ſunt promouēdi ex ſententia Goffr.quem retulit Abb.in d.c. 1. niſi reſtituant ſtipendia , & licentiam obtinuerint,à Rep.uel Principe , uel niſi tempus ſit expletum ; quia cum non teneantur tunc ad ulla ratiocinia, poſſunt indiſcriminatim promoueri.Hoſtien.in ſumm tit.de oblig.ad ratiocin.quem refert Abb.in d.c.1.circa fi. Alberic. loco ſupracitato.

Hæc autem non procedunt in officialibus,& magiſtratibus quibuſcumq; Epiſcoporum,uel Eccleſiarum;quia ipſa Eccleſia cui deſeruiunt inconſulta promo
11 ueri poſſunt:cum etenim iſti Epiſcoporum uicarij de grege clericorum eſſe debeant.c in noua.16.q.7 & cogi debeāt, ut promoueantur.c.fi.de offic.uic. nullū patiuntur impedimentum ex eo magiſtratu; multoq; magis poſſunt libere trāſire ad religionē; ſicut quilibet clericus in quacumque dignitate poſitus infra Epiſcopalem, inconſulto Epiſcopo tranſire ad clauſtrum poteſt . Hug.ī d.c.legē. circa fi.S.Thom.2.2.q.ult.& quòd ꝓmoueri poſſint, uidetur text.in c.Oſius.diſt. 61.ubi Archid. Ceſſant enim in iſtis officialibus eccleſiaſticis rationes,quæ impediunt alios magiſtratus ſæculares : nam deſeruiunt cauſæ piæ , ideò excuſantur, ſicut tutores,& curatores cauſarum piarum,ut proximo capite dicemus. Deinde ſiue clerici,ſiue monachi fiant , ſemp ſubſunt Eccleſiæ ; ita quòd ab Eccleſia moleſtiam pati nō poteſt Eccleſia: Duobus tamen caſibus officiales Epiſcoporum,ſeu Eccleſiarum difficile promoueri poſſunt,uel ad clauſtrum tranſire; primus eſt ſi temporalem Eccleſiæ iuriſdictionem exercuerint circa ſanguinis uindictam,ut paulo inferius dicturi ſumus: Alter caſus eſt, ſi teneantur ad Syndicatum reddendum ; eo etenim caſu perinde ſunt obnoxij,atque alij magiſtratus ſęculares ; & ideo ad clauſtrum facile non admittuntur,nec ad curata beneficia,niſi redditis ratiocinijs,& Syndicatu peracto,ſi ad eum teneantur.

Publica quoque ſtipendia obſunt aduocatis, procuratorib.aut Syndicis Rei-
12 publ.ſi illud onus defendendarum ciuilium,aut criminalium cauſarum aſſumpſerint iuramento interpoſito ; nam ad clerum non permittuntur aſpirare.c.aliquantos.diſt. 51. ubi Lau. & Archid. & idem Archid.in c.præterea,ead.diſt. ubi generaliter loquitur de omnibus officialibus Curiæ ſæcularis ; & tametſi multi putarint.d.c.aliquātos. procedere in aduocatis , & procuratoribus circa uindictam ſanguinis , tamen toto errant cœlo illi,qui illum textū ſic intelligunt; quandoquidem illud cap.excerptum eſt , ex Epiſt.24.Innocent.I. ad ſynodum Toletanam. c.2. quo loco de obligatis curiæ nexib. expreſſim loquitur, nec ullo modo de uindicta ſanguinis loqui,aut intelligi potuit,cum ipſe Innocentius ibi atteſtetur nec per ſe,nec ꝑ anteceſſores ſuos aliquid fuiſſe diffinitum,circa prohibendam uindictā ſanguinis : declarat enim immunes,& Iudicē, & Dictatorem ſententiæ ; ut probatur in eiuſdem Epiſt. 9. ad Exuperium . c. 3.& cap. 5. Propterea patrocinium,quod obeſt homini ne ꝓmoueri poſſit ex d.cap.aliquantes.eſt qa Curiæ cum iuramento aliqui ſe ſe pro Curia,uel Repub.patrocinium præſtaturos pollicentur ; quo caſu ad ordines ꝓ
moueri

mouere periculoſum eſt, antequam deponant patrocinium, uel tempus labatur,uel ſtipēdia reſtituta fuerint. Et ideo non conſentio gloſſæ,& aliquib. Doctoribus, qui ut euitarent uim uerborum.
13 d.c.3.interpretati ſunt,ꝙ Innoc.præfatus ſenſerit prædictos eſſe immunes à peccato, non autem ab irregularitate, ut gloſ.in c.quæſitum. & c.illud etiam. 23.q.4.quorum ſententia non eſt uera, qa eſt minus uerisimile de peccato fuiſſe propoſitam ibi queſtionem quoniam nec iure ueteri,nec nouo umquam dubitatum eſt,an ſit peccatum exercere uindictam ſanguinis iuſto in iudicio: Sed de irregularitate ſenſiſſe ipſum Innocentium magis eſt uerisimile,quia cum ſuo tempore nullum ius eam induxiſſet,idē quoque inducere noluit:& ideo apparet quòd primo poſt eum in Antiſiodoren. Concil.& Concil.Toletan.IIII. & hæc irregularitas eſt introducta, forſan quia anteriorum temporum indulgentia frequentari nimium uindictam ſanguinis ꝑmiſerat;& paſſim ab ea ad ordines patebat acceſſus,ut proximo capite dicturi ſumus. Sic ergo manet concluſio, quòd aduocati,procuratores,ſyndici,& conſimiles publicis defenſionib. obligati ꝓmoueri non debent: quæ uera ſunt, ſi patrocinium hoc ſit pro foro ſæculari, ſecus ſi pro Curia eccleſiaſtica defenſionē acceperint;nam eo caſu promoueri poterunt tex.cum glo. & Archid.in c.Oſius. diſt.61.ex ſententia Ioannis gloſſatoris; ꝙ confirmari poteſt ea ratione quòd pia cauſa patrocinio adſtrictus non prohibetur promoueri, ut eo capite dicturi ſumus, quo de obligatis ad ratiocinia agēdum erit.

Qua ratione reliqui aduocati,procuratores, & cauſarum defenſores, qui in foro uerſantur, prout lubet, ſingulorū cauſas patrocinantes, quia nullo nexu obligati ſunt, nil prohibet, quominus promoueri poſſint; quia Eccleſia nullā moleſtiam paſſura eſt à Rep. uel principe,poſt iſtorum promotionem: At quando iuramento Reip.ſunt adſtricti, ſi qua in re præuaricati eſſent, quia ciuitas uel princeps ius ſuum aduerſus illos proſequeretur,abſurdum eſſet,ut ſæcularis poteſtas eum iam promotum puniret, ut ſcribit Inno.in d.c.uerum. de for.comp. Stephan.Aufrer.in d.clem.1.in 2.q.principali.num.7.de offic.ordin.ideo cauendum eſt,ne facile ad ordines admittantur, antequam ſint omni nexu liberati, quo caſu libere promoueri poterunt. d. cap.Oſius. Alberic.in uerb.ordinandus. uerſic.15.

Ad hæc opportune quærendum eſt, an pro ciuitate, uel principe clericus ge
14 rere poſſit procuratoris munus? Nā etſi clericis in minoribus ordinibus conſtitutis licita negocia ſæcularia non prohibeantur.Abb.in c.1.ne cler.uel mon. Tamen ſi ad uniuerſitatem negotiorū præponantur à laicis, hoc illis iure interdictum eſt Innoc. & Abb. in c.ſacerdotib. per illum text. ne cler. uel mon. & idem Abb.poſt Innoc.& Io.And.in c.ſed nec. colum.1.eod.titu.idem Inno.in cap.1.de oblig.ad ratioc. quem ſequuntur plures Doct.quos citat Philip. in c.cum 1. & a, de re iudic.Vnum uero negotium honeſtum poſſe clericus tractare. Abb.& Innoc.dicto loco. At ſi illud unum negocium ita diſtraheret clericum, atque ſi eſſent multa, non permittitur illud unū exercere.Philipp.in c.2.de iudic.colum. 2.nume.4.quod expreſſim colligitur ex Conc.Carthag.I.can.6.his uerbis. Nicaſius Epiſcopus Caluſtitanus dixit,credo placere ſuggeſtionem meam ſanctitati ueſtræ, & diſplicere uobis,ut qui ſeruiūt

Deo



Deo,& annexi ſunt Clero, non accedāt ad actiones,ſeu adminiſtrationem, uel procurationem domorum,& paulò inferius,aut clerici ſint ſine actionib. domorum,aut actores ſine officio clericorum: habetur hoc 21.q.3.c.credo. Diaz praxi canon.c.52.Propterea huiuſmodi ꝓcurationes publicas ſuſcipientes uillarū, aut caſtrorum, urbiumve nomine à clero habentur alieni, quæ uerba indicant depoſitionem ab ordinib.d.c.ſed nec.& ibi Io. And.Iſta autem prohibitio nō ꝓcedet in procurationib.pro Eccleſijs, miſerabilibus perſonis,ac pijs locis quibuſcumque:præſertim iuſſu Epiſcopi.c.qui uere.16.q.1.ex Concil.Calcedon.can.4. Diaz in praxi.canon.c.55.

Iure etiam interdictum eſt clericis, ne principis, aut ciuitatis uices gerant,ſ.
15 in negotijs adminiſtrādis, & in tēporalium iuriſdictionum cura.Cōcil. Toler. IIII.can.30.habetur 23.q.8.c.ſæpe principes:non enim poſſunt eo modo euitare pericula irregularitatum ob uindictā ſanguinis, quam uel ipſi forſan exercebunt,aut exerceri approbabunt; ideo bene eo canone dicitur, quòd deponūtur; per quem canonem etiam dicit Abb. in d.cap.ſed nec.quod omne iuſtitiæ genus clericis prohibetur. Quamobrem ſentit ille quod clericis omnino interdictum ſit Viceregem, Vicecomitem Locumtenentem Principis conſtitui:Eos quoque non poſſe gubernium, & adminiſtrationem Regni, Prouinciæ, Reipubl.uel cuiuſuis ciuitatis, aut caſtri ſuſcipere, eſt text. in cap.clericis. §.1. ne cler. uel mona.ubi idem Abb.atteſtatur,omne iuſtitiæ genus uice principis, aut domini tēporalis prohibitum eſſe clericis: quod etiam tradit Diaz in praxi canon. c.56. Vnum tamen eſt quòd clericis, Epiſcopis,uel etiam Cardinalibus non eſt uetitum circa obſequia principū; uidelicet meri conſiliarij munus; quod & licet, & laudabile eſt. Idq; intelligendum eſt cir-
16 ca prudens Reipub. regimen, & populorum in officio continendorum prouidentiam, ut ſcribit Bald.in auth.habita. C.ne fil.pro patr. Abb. & Ioan. And. in d.c.clericis. Diaz in d.cap.56.Conſulere quoque poterunt in condendis legibus, edictis, ac conſtitutionibus, etiam cum pœna ultimi ſupplicij,Sed de hoc opportunius agemus quando de conſultore in criminalibus tractandum erit.

Rurſum hoc intelligitur,ſi conſiliarij ſunt principum catholicorum: alioqui apoſtatarū aut infideliū eſſe non poſſunt abſque ingēti crimine,ſicut Iulianus apoſtata clericos in ſenatorum ordinem elegerat, ut eo modo chriſtianiſmus contemptior eſſet, ut ſcribit Niceph.lib. 10. cap. 13. tali enim caſu neceſſe foret multa indigne facere cum detrimento clericalis dignitatis, contra decreta Concil. Triden.ſeſſ.25.c.17.

Sunt præterea Curiales ideſt Curiæ obnoxij ij, qui publicis ſtipendijs aluntur ad faciēda ludibria, uel obſcœnas artes, cuiuſmodi ſunt hiſtriones, ſcænici,
17 mimi, moriones, quos uulgus Buffones nuncupat,aurigæ, gladiatores, curſores ſtadij,ludi olympij,coraules,citharœdi, lyriſtes, ſaltatores; nam omnes ij Theatralibus ſpectaculis adſtricti, excluduntur ab ordinibus ſacris, ut de ijs omnibus aperte conſtat apud Clementem I. libro octauo. capit.trigeſimo octauo. eo uolumine, qui ſub Apoſtolicis conſtitutionibus nuper editus eſt; tum quòd ob turpitudinem infames ſunt, ut ſuo loco de infamibus agemus;tum quòd ſtipendijs publicis adſtricti, indigni ſunt,qui ad clericatum adſpirent, anteaquam ſeſe à curia exemerint reſtituendo ſtipendia

pendia

pendia accepta, uel licentia obtenta.glo.
in cap.1.diſt.51.ubi Archidiac.& idem
Archid.4.q.1.c.1.Nam ſi ordines dicun
tur honores, ut probatur.c.cũ de tua.&
ibi Abb.de corp.uitiat.æquum non eſt,
ut hiſtrionibus hic honor conferatur; nã
ridiculi ſunt;referunt enim alienos mo-
res turpi geſtu deriſionis gratia.Archid.
d.quæſt.1.c.1. & iſtis omnibus ob utili-
tatem nulla dignitatis, etiam ſæcularis,
porta patere debet.C.de dignita.l.2.lib.
12. Quæ uera ſunt etiam ſi ſine pręmio
ludicram huiuſmodi artem exercuerint
uti diſertiſſimis uerbis tradidit doctiſſi-
mus D.Cęſar Coſta Archiepiſcopus Ca
puanus uar.ambig.lib.1.c.29.Quinim.
mo ex S. Cypriano ad Euaritium cõſtat,
hiſtrionibus,ac ſcænicis,etiã ipſam com
munionem eſſe denegãdam, habetur de
conſecr.diſt.2.c.pro dilectione. Et quia
tãtopere fœdatur pudor,& honor Eccle-
ſiæ per horum ludibria, ſtatutum eſt,ut
& clericus ſcurra deponatur c.clericũ.
diſt.46.Idem quoque iuris eſt in citha-
rœdis,& lyriſtis,circa obſcænas uolupta
tes;pari enim ratione procedunt gl.in c.
donare.diſt.86.

## *De iudicio ſanguinis, & eius irregularitate.*

## CAP. VI.

1 *Irregularitas ex iudicio ſanguinis, non admodum uetuſta eſt;& quando cœperit.*
2 *Iudex quicumq; fit irregularis ex iudicio ſanguinis.*
3 *Iudex aſſumens officium iudicandi, uſque ad ultimum ſupplicium,fit irregularis, etiam effectu non ſecuto.*
*Irregularitas ex iudicio ſanguinis eſt papalis.*
*Iudicare,uel parari ad iudicium ferendum paria ſunt.*
*Franciſcus Remolinus repudiatus fuit ab auditorio Rot.Rom. quia iudex criminalium extiterat.*
*Irregularitas nulla naſcitur ex ſola ſanguinis effuſione,ſine mutilatione.*
4 *Tabellio in iudicio ſanguinis, fit irregularis, etiam effectu non ſecuto,propter aſſumptionẽ eius officij.*
5 *Clericus aſſumens officiũ Tabellionatus à principe ſæculari,ſi exercere cæperit;priuatur ordinibus,& beneficijs.*
*Tabellionatus officium, quando clericis ſit interdictum.*
6 *Sententiam ſanguinis dictans, eſt irregularis.*
*Dictare ſententiam quis dicatur.*
7 *Clericus quomodocumque cooperator eſt circa ſcripturas, & proceſſum in cauſa ſanguinis fit irregularis.*
8 *Doctores informantes iudicem, & copiſtæ, & regiſtratores proceſſus, in cauſa ſanguinis ſunt irregulares.*
9 *Clericus aperiens, & legens domino ſuo literas,in quibus agitur de cauſa ſanguinis eſt irregularis*
10 *Clericus mittens literas ſuo, uel alieno nomine,in quibus agitur de cauſa ſanguinis eſt irregularis.*
11 *Epiſcopus habens officiales pro iuriſdictione temporali,quomodo fiet irregularis.*
12 *Epiſcopus ſua præſentia præſtans auctoritatem in executione ſanguinis,eſt irregularis.*
13 *Clerici præſente iudicio ſanguinis,peccant,ſed non fiunt irregulares.*
*Iuriſdictionem temporalem habentes quomodo effugiunt irregularitatem.*

HOc loco opportune uidentur
eſſe ſubnectendę illæ irregula
ritates quæ ad capitalia iudi-
cia pertinent. Nam cum ple-
rumque ſanguinis uindicta in eis exer-
ceatur:quam tantopere abhorret Eccle
ſiaſticus ordo,operæpretium eſt,ut ſedu-
lo ea res à nobis pertractetur; & ſane pri
ſcorum temporibus nil certi ſtatutũ fue-
rat circa hoc genus irregularitatis.Nam
& S.Petrus aurem Malco mutilauerat.&
nihilominus ſupremus Apoſtolorũ prin
ceps diuina diſpenſatione cõſtitutus eſt:
Sed & S.Paulus, qui in necem Stephani
per approbationem conſenſerat; factus
eſt uas electionis,& nullius irregularita-
tis



tis notam incurrerunt, tam ille, quàm
hic:ut ſcribit Specul.tit.de diſpenſ.§.iux
ta.uerſicu.nunquid ergo beatus Petrus:
Quinimmo etiam multis poſtea ſæculis
de hoc irregularitatis genere nihil fuit
conſtitutum. Quamuis ab omnibus le-
galibus pœnis,in quibus mortis ſuppli-
cium exercebatur,Epiſcopi abſtinerent,
ut ſcribit Origen.ſuper Leuit. hom. 11.
1 Nam Innocentij primi Papæ temporib.
anno (uidelicet à Chriſto nato quadrin-
genteſimo octauo) nihil omnino per Pa
tres, aut Pontifices ſuper hac re defini-
tũ fuerat, ut ille expreſſim ſcribit epiſt.
ad Exuperium Epiſcopum c.3.& 5. ha-
betur 23.q.4. c.quæſitum. Comperi ta-
men Antiſiodorenſe Cõcil.anno à Chri-
ſto ſexcẽteſimo decimo tertio,ita ſtatuiſ-
ſe in cano.trigeſimo tertio.Non licet(in-
quit)preſbytero, nec diacono ad Trepa
lium,ubi rei torquentur ſtare,& can.34.
Nõ licet preſbytero in iudicio illo ſede-
re,unde homo ad mortẽ tradatur:quib.
locis uindicta quidem ſanguinis interdi
cta eſt clericis,nondum tamen ad irregu
laritatis notam pertinebat.

Poſtea uero Toletano Concil. IIII.
can.30.conſtitutio emanauit, ijs uerbis,
ſi quis ſacerdotum,ubi ſanguinis ſenten-
tia præparatur,iudex extiterit,Reus effu
ſi ſanguinis ſit apud Chriſtum, & apud
Eccleſiam perdat proprium gradum:Ip
ſo quoque Toletano Cõcil.XI.anno Do
mini ſexcenteſimo ſexageſimo.canon.6.
cõſtitutum eſt per hæc uerba: His à qui-
bus Domini ſacramenta tractanda ſunt,
Iudicium ſanguinis agitare non liceat,
alias & ordinis honore priuetur,& loco,
ſub perpetuo quoq; damnationis tenea-
tur relegatus ergaſtulo: quem locũ Gra-
tianus intexuit 33.q.8.c.his à quib.pro-
pterea quicquid cõtinetur in c.clericis.
& c.ſententiã ne cler.uel mona.circa hãc
irregularitatem, non continet ius nouũ,
ſed ad ea uetuſtiora iura refertur;Vt au-
tem magis perſpicue de hac irregularita
te ratiocinari poſſimus,æquius eſt,ut ad
ſingularia capita deſcendamus.

Iudex igitur,uel aſſeſſor,aut quocum
2 que is magiſtratus nomine nuncupetur,
ob iudicium ſanguinis,ideſt ſi quempiã
ad mortem damnauit, uel membrũ ab-
ſcindi iudicauerit hoc ipſo irregularis
efficitur d.c.ſententiam.& 23.q.ult.c.ſæ-
pe principes. Specul.de diſpenſ.§.iuxta.
uerſic. item litigioſus.& uerſ. facto autẽ
ſi quis. Alberic.in uerb. homicidium.4.
in princ.quæres tam late patet hodie,ut
nulla iurium confirmatione egere uidea
tur ex longo illo tractatu Marian.Socin.
ſenioris in d.c.ſententiam.

Quod totum non ſolum uerum eſt,
ſi hoc ſanguinis iudicium effectum ſor-
tiatur ſuum. Verum etiam ſi non ſortia-
3 tur:Immo etſi iudicium non ſit pronun
ciatum,ſed hoc iudicandi munus,& offi
cium aſſumptum fuerit, ipſo facto qui
ſumpſit irregularis efficitur, habita di-
ſtinctione, quod tunc Epiſcopalis fuerit
diſpenſatio, cum tamen foret Papalis ſi
iudicium,& effectus ipſe ſequerẽtur,ſcri-
pſit docte.Hug.uetuſtiſſimus canonum
interpres in c.ſi quis poſt. diſt.51.quem
refert atque approbat Specu.in d.§.iux-
ta.uerſ.ſed quid de iudice. & uerſ.quan-
to autem. & eandem ſententiam tenet
Sum.conf.de homic q.23. & licet Soc.
in d.c.ſententiam contrarium ſenſerit,
uidelicet non fieri irregularem, ex ſola
aſſumptione officij, ut ibi tradit.4.mem
bro principali.uerſ.quarto quæritur: ex
ſententia Hoſt. in c.ſignificaſti.2. de ho-
mic.tamen tutior eſt cõtraria opinio,di-
ſpenſationem ſcilicet eſſe neceſſariam,
quam tamen Epiſcopus facile concedet,
& eſt ratio quia pari ratione hæc proce-
dunt,

dunt, quoad irregularitatem iudicium ferre, uel parari ad iudicium ferendum, Concil. Tolet. IIII. cano. 30. ſupra citato. habetur 23. q. 8. d. c. ſepe principes: quod olim contigit Franciſco Remolino Hiſpano, qui quoniam criminalium iudex extiterat, nulla umquam ratione adduci potuit Rotę auditorium, ut illum in ordine patrum Rotæ ſuſciperent, nec quidem Alexandro VI. id deſiderante: quāquam poſtea expreſſim ad omnes ordines, & dignitates eſt diſpenſatus.

Hęc uero irregularitas ad duo ſola capita refertur, ad mortem ſcilicet, & ad membrorum mutilationem; at ob ſolā effuſionem ſanguinis ſine ulla membrorum mutilatione, aut nulla inducitur irregularitas in Iudice, aut ſaltim Epiſcopalis erit, argum. c. petitio. de homic. & c. 1. de cler. pugn. in duel. Spec. d. §. iuxta. uerſ. quanto. cum alias ſemper ſoli Papę competat. Specu. ibidem ut ſeruat Curię Romanæ ſtylus.

Eandem irregularitatem incurrit etiā ipſe Tabellio: nam ſi ſe Curię dediderit,
4 iuramentoque ſit adſtrictus, etiam ſi nihil egerit, quod ad iudicium ſanguinis pertineat; tamen quia Curiæ obnoxius eſt, promoueri non poteſt ſicut cæteri obnoxij, de quibus ſupra proximo capite diximus; quo nexu ſi liberetur, & nihil aliud obſtet canonicum impedimētum promoueri non prohibebitur, ex ijs, quę eodem loco dicta ſunt. c. Oſius. 61. diſt. & gl. in diſt. 51. in princ. At ſi etiam ſine uinculo iuramenti, notarij munus & officium gerat ſub eo Iudice, qui uindictā ſanguinis exercere uelit, promoueri non poteſt ſiue adhuc Curiæ ſit obnoxius, ſiue ab ea abſolutus fuerit. glo. diſtin. 51. in princ. gl. in c. aliquantos. ibidem Alberic. in uerb. ordinandus. uerſ. decimo qnto. Spec. d. §. iuxta. uerſic. item litigioſus. & uerſ. facto autem ſi quis. Et hæc eadē irregularitas incurritur ex ipſa officij aſſumptione; etiam ſi nullum iudicium ſanguinis prolatum fuerit, ſicut proxime diximus in Iudice: Nam & in clerico in minoribus ordinibus conſtituto, ſi
5 criminalium cauſarum Tabellionatum acceperit ſub principe ſæculari, eo ipſo beneficiis, atque ordinibus priuatus uidetur: tradunt Vincent. Ioan. Andr. & Abb. in c. ſicut. ne cler. uel monac. quod ita uerum eſt, ſi iam officium exercere cœperit: alioqui priuſquam exercere cœperit, non uidetur uerū, ut ſcribit Diaz in praxi canon. c. quinquageſimo tertio: Quādo autem Tabellionatus officium, clericis ſit interdictum profuſe tradit Iaſ. in l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iur. numero 8.

Inter hos annumerandi etiam ſunt ij, qui ſententiam ipſam dictauerint tex. in d. c. ſententiam. ubi omnes Doct. etiā ſi laici ſint, quibus tametſi cauſa ſanguinis non uideatur iure interdicta eſſe; tamen ob hoc genus iudicij fiunt indigni ipſo clericatu. ſcribit Ioan. And. in d. c. ſententiam. Dictare autem eum accipimus, qui uel ut aſſeſſor, uel Iudex, uel ut iuris peritus, uel ut quilibet nudus miniſter, ſententiæ formam extendat, aut extenſam legat in iudicio. Nam ex hoc ſi ſequatur mors uel mutilatio, ipſe dictator fit irregularis, etiam ſi non ipſe, ſed alius pronuntiet. Hoſt. in d. c. ſentētiam. ut refert ac probat Socin. ibid. quarto membro prin. uerſ. ſecundo quęritur.

Ad eoſdem Tabelliones proxime accedit ſi clericus in cauſa ſanguinis nihil omnino fecerit ut iudex, aut Tabellio: ſed aliqua ſimpliciter ſcripſerit, utputa teſtes recipiendo, etiam in forma nō authentica, & in eo iudicio poſtea fiat uin-
7 dicta ſanguinis, hic clericus erit irregu-





laris, tamquam cooperator iudicij: nam qualiſcumque ſcriptura, aut dictatio ſufficit ad inducendam hāc irregularitatē. Io. Andr. & Petr. in d. c. ſententiam. quos refert, ac probat Socin. in dicto quarto membro principali. uerſicul. quinto quæritur.

Propterea Doctores uel Notarij, qui iudicem de cauſa, uel proceſſu informāt,
8 uel Regiſtrum ſummant, ad faciliorē iudicis inſtructionem, uel eliciunt dubia pro fiſco, uel cōtrarietates, aut exceptiones, & nullitates ad fauorem fiſci, eandem irregularitatem incurrunt, quaſi cooperatores ex ijs, quæ ſcribit Socin. illo loco: hoc tamen uerum eſt, quod huiuſmodi copiſtæ, Summiſtæ, & ſimiles informatores, non efficiuntur irregulares, niſi cum ſententia ſanguinis ſortita eſt effectum ſuū: quia huiuſmodi nuda ſcriptura; & alia adminicula ſine exitu mortis, uel mutilationis non inducere poſſunt irregularitatem. Socin. eodē loco ex ſententia Inno. & Doctorum ibi; niſi uelimus cautius agere ex ſententia Guliel. quem probat Archiep. Flor. lib. de cenſuris. c. 97. §. 1. ſcilicet, ut omnes prædicti cenſeantur irregulares, etiam effectu non ſecuto, ſaltim quo ad hoc ut Epiſcopalem diſpēſationem obtineant: ſic igitur in iſtis nudis miniſterijs, ut qs dicatur irregularis ſub diſpenſatione res pendet à futuro euentu: Tamen mea quidem ſententia ſi clericus in minoribus ordinibus poſitus, circa hæc uerſatus ſit, quia ſeſe euidenter ſubiicit periculo irregularitatis Papalis, maiori pœna fit dignus, ut difficilius ad altiores ordines promoueri permittatur.

Huc ſpectat ille caſus, ſi clericus clericali officio principi, uel iudici crimina-
9 lium deſeruiat; & iudici delatæ fuerint litteræ, quibus cōtinebatur, ut aliquem capiat & ad mortem damnet; Iudex uero ignarus eorum, quæ in litteris continebātur iuſſerit huic clerico, etiam ignaro, ut eas litteras aperiret, ac coram eo legeret, ipſe clericus ſi aperiat, & palam legerit, & inde captura, & ſanguinis uindicta ſequatur, irregularis efficitur, ſicut alij ſcribentes, pronunciantes, & dictantes ſententiam propter cooperationem. Ioan. Andr. in d. cap. ſententiam. quo loco ita in facto contigiſſe atteſtatur, & ita reſponſum fuiſſe à Clemente Papa IIII. uidetur enim clericus in culpa, quod prius ipſas litteras apud ſe ſecreto non legerit, ſeu ſi tantum temporis illi conceſſum non uidebatur, urgente domino ſubſiſtere debuerat, honeſtam petens excuſationem, cum perueniſſet ad ea uerba, in quibus de captura, & morte agebatur; facile enim uenia apud dominū dignus fuiſſet, quod res illa contraria eſſet clericali officio; ideo faciendo contra hoc ſuum officium, eſt in culpa, arg. cap. ſicut dignum. de homic. & cap. clericis. ne cler. uel mon. & ſi ea ignorantia illum non excuſat: hunc caſum refert, ac probat Socin. in d. 4. membro princip. uerſ. ſexto quæritur.

Cui deciſioni illud non fuerit abſurdum addere quòd tunc demum prædicta deciſio ꝓcedat, ſi in literis expreſſim de morte, uel mutilatione mentio facta erat, uel delictum exprimebatur, quòd morte uel mutilatione dignum erat. At ſi in litteris de ſola captura erat facta mētio, etiam ſi poſtea captus, fuerit ultimo iudicio dānatus, (quia hic nihil uidetur cooperari) poſſet defendi quod non uideatur eſſe irregularis.

Ad eādem irregularitatem pertinet, ſi clericus litteras mittat ad iudicem
10 cauſarum criminalium, quibus illū mo-

neat,roget,aut mādet,ut quempiam cer-
to expreſſo delicto in carcerem trudat:
ex qua captura,& incarceratione illo cō
perto delicto, mors inſequatur, uel mē-
bri mutilatio: clericus ipſe irregularis ef
ficitur, ex ſentētia Hoſt. quam approbat
Silu.in uerb. homicidium. 3.q.5.uerſic.
ſeptimum.quod uerum eſt,non ſolum ſi
nōie ſuo litteras ſcribat, uerum etiam ſi
alieno,ſ.ut ſcriba, ut ſecretarius;ſemper
enim putatur cooperator; &ideo irregu
laris eſſe uidetur: ſicut reliq. dictatores,
& ſcribæ accuſationum, uel ſententiarū,
circa uindictam ſanguinis,arg.d.c.ſentē-
tiam.ex quo textu cōſequitur, quod idē
erit,ſi ipſe non ſcribat,ſed alteri dictaue-
rit ipſas literas.

Qua ratione fit, ſi Eps, aut quam-
uis clericus iuriſdictionem temporalē
11 habeat,& iudices ſuos deputauerit ad
iuſtitiam exequendam, ex hoc ſolo non
efficitur irregularis;at ſi ſpecialis aliquis
caſus contigerit,in quo agatur de uindi-
cta ſanguinis, omnino abſtinere debet
ab omni cōſilio,uerbo,uel ſcripto,iuſſu,
mandato, ipſis magiſtratibus faciendo;
nec licentiam dare debet ſuis clericis,
uel familiaribus, etiam laicis, ut in pen-
dente cauſa ſanguinis examinari ſe per-
mittant, quia ex iſtis ſolis cooperationi-
bus ipſe Epiſcopus, aut clericus fieret ir-
regularis. Quin ſi hæc ſola uerba profer-
ret malum eſt hoc facinus eſſe impuni-
tum, & ijs uerbis Iudex & magiſtratus
moueatur ad ſupplicium mortis uel mu
tilationis, eo ſolo fieret irregularis, ſicut
ille Iudex, qui ſententiam tulerit. Specu.
titu.de diſpenſ.§.iuxta. uerſ.quid ſi Epi-
ſcopus.in fin. per tex.in cap.ex litteris.de
exceſſ. prælat. Quod genus uerborum
reddit ſemper irregularem Epiſcopum,
ac clericum non ſolum ſi ore proprio ꝓ-
ferat,uerum etiam, ſi per nuncium, aut
per Epiſtolam, ob eandem rationem.
Quinimmo etſi nec uerbo, nec ſcripto
hæc protulerit; ſed ipſi executioni præ-
12 ſens ſit, quaſi auctoritatem præſtando
negocijs ſuorum iudicum, efficitur irre
gularis.d. cap. ex litteris.ubi Abb. quod
confirmat. Tabien. in uerb. irregulari-
tas.2.num.5.

Non tamē per hoc dico quòd ſi Epi-
ſcopus, uel clericus extra propriam iu-
13 riſdictionem interſint ubi ſanguinis uin
dicta exercetur,fiant irregulares,ſed pec-
cant grauiter: crudelis enim nimium eſt
qui lætus ad ſpectacula mortis uadit,
Greg.dialog.lib.3. capit.37. at ſi coope-
rentur, aut auctoritatem præſtent,etiam
tūc fierent irregulares,ſola enim præſen-
tia nuda in iudicio ſanguinis irregulari-
tatem inducere non poteſt. Anton.Flor.
in lib.de cenſur.cap.97.Conſilium ergo
opportunum fuerit, ut Epiſcopi,uel cle-
rici iuriſdictionem temporalem haben-
tes,cum caſus contigerit, quo uel mor-
tis, uel mutilationis pœna immineat, ut
caſte, ac ſuccincte loquantur, ne urgeāt
magiſtratum ad ſupplicium ſumendū
de reis; ideoque uerba hæc facient eum
tutum ab omni irregularitate,ſcilicet,In-
quire ueritatem,& iuſtitiam facito, pro-
batur text. in cap. Epiſcopus. ne cleric.
uel monac.lib.6. Alberic.in uerb.homi-
cidium 4.poſt princip. Silu.in uerb.ho-
micidium 3.quæſtio. 5. in princ.Raym.
in titu.de hom.uerſic. item nota quòd ſi
Epiſcopus.

## *De Accuſatore, ſeu delatore in cauſa ſanguinis.*

## CAP. VII.

*1 Furem exhibens,uel deferens fit irregularis.*
*2 Furem exhibens Iudici, pro recuperandis rebus, non eſt irregularis, ſi proteſtetur nolle de eo ſupplicium ſumi.*
*3 Furem ciuiliter conueniens, nō eſt irregularis ſi ille poſtea ſupplicio afficiatur.*
*Fur pro leui delicto captus, ſi poſt grauiora delicta confiteatur,& occidatur, accuſans non eſt irregularis.*
*4 Accuſatores in cauſa ſanguinis ſunt irregulares, etiam ante ſententiam.*
*Accuſatores etiam inuiti,& ex officio adſtricti,ſunt irregulares.*
*Delatores delictorum faciendorum, ut illis obuietur, non ſunt irregulares.*
*Accuſatores omnes cauſarum criminalium dum pendet cauſa, promoueri non debent.*
*Accuſator componens cum reo innocente, promoueri poteſt, ſecus ſi non eſſet innocens.*
*5 Accuſans Epiſcopum,& deficiens in probatione promoueri non poteſt.*
*Accuſator deficiens in probationibus fit infamis.*
*Accuſator in probationibus deficiens deponitur.*
*Calumnioſam exceptionem opponens, & non probans,non eſt promouendus.*
*Iudices qui facile credunt calumniatoribus, non ſunt facile promouendi.*
*Accuſatores quando cauſa pendente promoueri non poſſint.*



PRædictis concinne eſt,ſi cleri-
cus iudici furem exhibeat,
aut deferat: nam ſi captus la-
queo ſuſpendatur, aut mutile
tur,fiet irregularis, qui exhibuit & qui
1 detulit, ſicut alij omnes accuſatores, ut
paulò inferius dicemus.

Quod genus irregularitatis iam circi-
ter annos mille in uſu erat. Nam apud
Gregor.Turon.lib.in glor.plurim. mar-
tyr.c.72.traditur,ſacerdotem cui equus
furto ſublatus fuerat, adiuiſſe iudicem,
& furem indicaſſe,qui cum ultimo ſup-
plicio fuiſſet damnatus, ſacerdos con-
ſcientiæ ſtimulis permotus,cenſuræ me-
tu,rei ſuæ perſecutionē omiſit, ut ille fur
liberaretur:ſed cum iudex ſacerdotis in-
terceſſionem nihili faceret, illumq; pati-
bulo ſuſpēdiſſet: ſacerdos culpæ ſuæ cō-
ſcius ad B. martyris Quintiani tumulū
proſtratus, lachrymabundus pœnitētiæ
ſui ſigna edebat: factumque eſt ut funis
abruptus fuerit,unde ſuſpēſus uiuus de-
cidit in terram: qua re motus Iudex li-
berum illū dimiſit, ſed ne furta,& deli-
cta maneant impunita, ſi metu irregula-
ritatis clerici deſiſtant ab accuſationib.
conſultum eſt clericis; quòd ſi furem in-
tercipiant, & detineant, poſſunt eum iu-
dici exhibere, ob eam ſolam cauſam ut
res ſublatæ recuperentur; nam ſi nō intē
dant ad mortem,uel mutilationem, non
efficiuntur irregulares,etiam ſi iudex de
eo ſupplicium ſumpſerit. Specu.titu.de
diſpenſat. §.iuxta, uerſ.item ſi clericus,
quod adeo uerum eſt, ꝙ etſi clericus in
mente ueriſimiliter putauerit,furem ex-
hibitum morti adiudicandum eſſe, ſi
ipſe illud non intenderit, irregularis nō
efficitur, quando recta intentio eſt ſola
ad res recuperandas. Abb.in c.poſtula-
ſti.de homic. Tabien.in uerb.irregulari-
tas. 3.nume.8. qui etiam illud addit, ꝙ
nec fiet irregularis,etſi in corde mortem
furis deſideret.

Propterea quandocumque furem iu-
dici exhibemus petentes,ut citra ſangui
nis, uel mutilationis uindictam illū co-
erceat, nullam incurrimus irregularita-
tem, quia huiuſmodi expreſſa proteſta-
tio purgat hanc labem in materia furti.
2 c. 2.de homic.lib.6. Hinc fit,quòd dādo
interſignia furis,uel rerum ablatarū,nul
la incurritur macula irregularitatis.cap.
tua.§.1.de homic. Silu.in uerb. homici-
dium.3.q.5.uerſ.ſextum quia abeſt intē
tio uindictæ ſanguinis, uel mutilationis;
quæ res ſufficit in materia ſolius furti ne
quis poſſit incurrere irregularitatem, ſi
expreſſim fiat proteſtatio.c.poſtulaſti. de
homicid.Tabien.in uerb.irregularitas,3.

num.8.Alberic.in uerb.homicidium.4.
argum.c.in Archiepiſcopatu.de raptori-
bus.Specul.d.§.iuxta. uerſ.quid ſi cleri-
cus.& ibi Io.And.in additione. & idem
Ioan.And.in d.c.2.& Abb.in d.c.poſtu-
3 laſti.Eadem ratione agentes iudiciali uia
aduerſus furẽ ciuili actione,ſi iudex hac
occaſione rem requirat, & ad ſanguinis
uindictam proceſſerit; non fiunt irregu-
lares,qui rem ſuã perſequebantur, etiã
ſi non fuerint proteſtati.gl.in c.Maximia
nus.23.q.3.Specul. d.§.iuxta. uerſ.quid
ſi clericus. Ad idem quoque pertinet, ſi
quis coram Iudice procurauerit furem
capi, ob leuem forſan cauſam, qua nul-
la mors,uel mutilatio debebatur, ſed in
proceſſu cauſæ reus falſus fuerit alia de-
licta, ob quæ ſit ultimo ſupplicio dam-
natus, uel mutilatus, certe ex eo incogi-
tato euentu,non redditur irregularis, ꝗ
procurauit reum capi.Specul.d.§.iuxta.
uerſ.& ſunt hæc.in arg.glo.in d.c.Maxi-
mianus. Cautius tamen aget, quiſquis
res ſuas iudicio proſequi uolet,ſi expreſ
ſim, ac ſcriptura interueniente proteſte-
tur,ut conſulit.d.c.2.gl.& Doct.ibid. de
homic.lib.6.

Declaranturprædicta procedere etiã
in quocumque crimine in quo non ue-
nit pęna mortis uel mutilationis,ſi quis
faciat capi delinquentem à Iudice ſæcu-
lari,non obid efficitur irregularis, ſi ex
illa captura poſtea repertis maiorib. cri-
minib.ultimo ſupplicio damnetur reus,
uel mutiletur,ut tradit Spe.in d.§.iuxta.
in uerſ.& ſunt hęc in augmentum.

Idem quoq;irregularitatis genus in-
curruntaccuſatores cuiuſcunq; delicti,
qui præcipue cooperatores putantur ip-
4 ſius iudicij.d.c.ſententiam. ne cleric.uel
mon.& c.clericis.eod.tit.gl.& Doct.in c.
aliquantos. diſt.51. Socin.in d.c.ſenten
tiam.in quarto membro principali.uerſ.
ſecũdo quæritur.Nam ſecuta morte,uel
mutilatione eadem irregularitas ab ipſis
incurritur. Specul.d.§.iuxta.uerſic.item
percuſſor. & in uerſ.facto autem ſi quis.
Quæ res adeo uera eſt, quod etſi non-
dum ſit lata ſententia ſanguinis, tamen
dum cauſa pendet, accuſator promoue-
ri non debet, odio eius periculi, quod
imminet,ſcilicet ne fiat irregularis,ſi ſan
guinis ſententia ſequatur,ut ſenſit Hug.
in c.ſi quis poſt:diſtinc.51. quem refert
ac probat Specul.in d.§.iuxta.uerſic.ſed
quid de iudice.& uerſ.quanto autem. li-
cet contrarium uideatur ſentire Soc.in
d.c.ſentẽtiam. in 4.membro princ.uerſ.
quarto quærit.ſed cautior eſt prior ſen-
tẽtia,ut nõ ꝓmoueatur;ne ſi promouea-
tur,& poſtea ſententia ſanguinis feratur,
uideatur irregularis factus, & inutiliter
promotus.

Inter Accuſatores non ſunt annume-
randi Epiſcopi,aut prædicatores uel alij
quicumque corripiunt, aut obiurgant
delicta publice etiam nominatim : nam
si iudices,ob id procedant,& iudicium
ſanguinis ferant,corripientes ; & obiur-
gantesnon ſunt irregulares, habetur exẽ
plum Ioannis Chryſoſtomi,qui popula-
ri homilia Eutropium conſulem publi-
ce præſente Arcadio Imperatore obiur-
gauit, qua re motus Impator Eutropio,
& Conſulatus dignitatem,& caput iuſſit
amputari ob eius crimina,ſcribit ex So-
crate Caſſiod.hiſt.tripart. lib.10.c.4.&
eſt ratio quia correctio etiã publica eſt
de iure diuino,Clama ne ceſſes, annũtia
populo huic ſcelera eius. Iſa.cap.58. &
Paul. ad Timot.1.c.5.Peccantes coram
omnibus argue.& ad Tit.cap.1. increpa
illos dure:non igitur debet ceſſare incre
patio ob hoc ipſum, quòd ſcilicet magi
ſtratus ſit poſtea dãnaturus reũ ad mor-
tem.





Huc ſpectat quæſtio de qua in contin
genti cauſa rogatus reſpõdi. Vir probus
ſacerdos detulit ad Epiſcopũ inceſtuo-
ſum quendam iam diffamatum, uti cor
rigeretur canonicè: Epiſcopus teſtes exa
minauit : acta illa furtim fuere ſublata,
delataque ad Iudicem ſæcularem, unde
ſecuta eſt mors inceſtuoſi : certe neque
accuſator, neque teſtes ſunt participes
mortis ex actis coram Epiſcopo,ſecus ſi
adijſſent ſæcularem Iudicem.

Illud uero eſt paulò minus dubitabi-
le ſi(ut in Tuſcia)publici quidam conſti
tuantur uicorum rectores; quorum mu-
nus eſt ꝗcquid infra eius uici terminos
delinquitur, ſcripto deferant ad iudicẽ
ex officio per iuſiurãdum aſſumpto; de-
ferunt enim delictum,& delinquentem,
ſi nouerint; quam ob delationem iudi-
ces procedunt ad plenariam inquiſitio-
nem, uſque ad uindictam ſanguinis; ꝓ-
pterea omnes hos puto effici irregula-
res, etiam ſi nullius mortem intendant:
Nam ſi quis conſultus de iure ſuper ca-
ſu pendenti reſpondeat, Reum cuius no
men ignoret, dignum eſſe ſupplicio,
conſultor efficitur irregularis, ut latius
dicemus infra cum de aduocato agen-
dum erit.

Delatores uero delictorum, quæ fa-
cta non ſunt,ſed fieri parantur,ut illis iu
dices obuient, ſi proteſtentur ſe deferre
eo animo, ut faciendo delicto obuiari
poſſit, & non de reis ſupplicium ſuma-
tur,effugiunt irregularitatem ex Nauar.
de irregul.num.117. quem recte ſentire
puto ex uerbis S.Thom. quodl.1.artic.
16. ubi dicit de peccato futuro, quòd
ęſt periculoſum multitudini,uel ſpiritua
liter, uel corporaliter culpa occultari nõ
debet; tunc enim ſtatim periculo occur
rere oportet,reuelando prælato: quia in
talibus caſibus ceſſat monitio Euangeli-
ca, quæ dicit,ſi peccauerit de præterito,
non autem ſi peccare intẽdat de futuro:
& cum eadẽ ſententia trãſeunt canoniſtæ
ut tradit Dec.in c.cum non ab homine.
col.3.uerſ.& ſacerdos de iudic.

Accuſatores quoque extra ſanguinis
uindictam, ab ordinibus excluduntur,
aliam ob cauſam, ſi adhuc accuſatio pẽ-
deat: Nam quia imminet periculũ de-
ſertionis, uel defectus probationis, aut
præuaricationis, unde forſan calumnia-
tores declarari poterunt, uel ad talionẽ
dãnari, aut infamia notari,ideo iure de-
bent interim ꝓhiberi, ne promoueant̃.
Spec.d.§.iuxta.uerſ. itẽ accuſator; quod
fecit S. Aug. nã cum Bonifacius preſby-
ter de impudicitia alterum accuſaſſet,
idque non probaret, dum cauſa impro-
bata penderet, miniſterium aliquandiu
ei interdixit,ut cõſtat ex Aug.epiſt.137.
ad clerum Hippon.uerſ.Proinde cariſſi-
mi.retulit & Lipom.uit. SS. tom.2.in ui
ta S.Felicis. Sed ſi ante ſententiã, cũ reo
accuſato concordauerint, quia forſan
innocens erat reus, poterit hoc caſu ꝓ-
moueri, quia ſicut reus illo caſu habe-
tur pro abſoluto,ita & ipſe accuſator, c.
ſi quem pœnituerit, 2.quæſtio.3. Sed ſi
reus non eſſet innocens, tunc accuſator
cõcordando fieret præuaricator, & tam-
quam infamis reijceretur d. c. ſi quem
pœnituerit in princ.

Hinc illud conſequitur, quod qui-
cumque accuſat Epiſcopum, ſi in pro-
batione defecerit,non ſolum ab ordini-
bus arcetur, ſed & ab ipſa communio-
ne, probatur in cap. ſi quis Epiſcopum
2.q.3. & nec quidem poſt pœnitentiam
promoueri poterit. Conc.Carthag.IIII.
c.quinquageſimo quinto. habetur diſt.
46.capit. accuſatores. Nam deficiens
in probatione huiuſmodi accuſationis,
fit infamis, ſaltim per ſententiam. text.

& glo. in c. ſi quis circa. 2. q. 3. Quinimmo non ſolum accuſator calumnioſus Epiſcopi, ſed & cuiuſlibet inferioris ordinis, ſi in probatione defecerit, ab ordine deponitur, c. 1. & 2. de calum. Quod etiã uerum eſt non ſolum in accuſatore, ſed & in proponẽte calumnioſam exceptionem, in qua probanda deficiat, argum. eorum quę ſcribit Spec. in c. ſi forte per illum text. de elect. lib. 6. Idem quoque erit in omni falſo delatore. cap. delatori, 5. quæſt. 6.

Nec ſoli iſti falſi delatores, accuſatores, uel falſas exceptiones opponentes, culpam incurrunt prædictam; uerũ etiã iudices qui facile eis credunt c. non ſolũ. 11. q. 3. ſæpe enim ex huiuſmodi præcipiti credulitate uiri Sanctiſſimi uexãtur iniuſte, & propterea cum S. Agapitus Papa cognouiſſet ſe nimis præcipitem fuiſſe in credendo calumnijs contra quendam Epiſcopũ, ſtatuit non eſſe quicquã agẽdum per ſolas ſurreptiones, ſed ſemper maturo iudicio, & cum longanimitate procedendum, ut conſtat prat. ſpirit. c. 150. Lipom. tom. 7.

Eadem ratione cum ſanctimoniales Tabenneſiotę facile crediđiſſent calumniæ aduerſus unam ex ſororibus, ſeptennali pœnitentia, ut ab Euchariſtia abſtinerẽt punitæ ſunt, ut ſcribit Pallad. Cappad. in uita Tabẽneſiotarum fœminarũ, ſed in cauſis Epiſcoporum qua cautione agendum ſit, ne temere calumniam patiantur, docet Euſeb. I. Papa Epiſt. 1. ubi copioſe de ea re tradit.

Conſiderandum eſt igitur, & diligenter animaduertendum circa hos accuſatores, quando accuſationis cauſa fuerit deſtituta, an per deſertionem ſolam, an per pactionem cum Reo, qui uere deliquerat, quia forte hoc caſu, ut diximus, infamiam incurreret, gl. in c. Euphemiũ. 2. q. 3. & in d. c. ſi quem pœnituerit. in princ. eſt enim turpius media pactione cum reo cauſam deſerere, quàm ſpõte liti cedere, ex gl. in d. c. Euphemiũ in prin. & C. ad Turpil. l. 2. ſed ſi alio modo cauſam deſeruerit, quàm pactione, ut calumniator punitur d. c. 1. & 2. de cal. & infamis fit. 6. q. 1. c. ex merito. & d. cap. ſi quis circa. unde perinde erit irregularis, atq; alij infames.

Quod uero diximus, accuſatores cauſa pendente promoueri non poſſe, id uerum eſt præcipue in illis cauſis, quib. pœna talionis, uel infamia, uel alia ſimilis pœna debetur accuſatori, in euentũ deſertionis, uel trãſactionis cum reo: Ideo accuſans eum, qui ob publica, uel priuata ratiocinia eſt obligatus, licet ad dolũ agere uideatur, tamen quia eo caſu accuſator ad talionem teneri non poteſt, lite pendente poterit promoueri, ex ſententia Archid. in c. tantis. diſtinc. 81. ſed mea quidem ſententia, etſi talionis ratio non habeatur, poſſet declarari calũniator, ſeu præuaricator, ideo ſicut alij deſertores, calumniatores, & præuaricatores quaſi infames interim promoueri nõ poſſe, magis tutum eſt, ne ordo facer ſubijciatur periculo incurrẽdæ infamiæ, ut ſupradiximus.

## *De teſtium irregularitate in cauſa ſanguinis.*

## CAP. VIII.

1 *Teſtis in cauſa ſanguinis eſt irregularis.*
2 *Teſtis etiam coactus, incurrit irregularitatem.*
*Teſtis interrogatus extra iudicium, quomodo reſpondebit, ut euitet irregularitatem.*
*Teſtis uidetur eſſe, qui indicat uiam, qua reus iuit, ut capiatur.*
3 *Reum prodere, uel contra eum teſtificari, quo ad irregularitatem paria ſunt.*





4 *Furem prodere etiam iure canonico, nemo tenetur, ubi imminet periculum mortis*
5 *Teſtis ſententiæ ſanguinis. & teſtes torturæ, & teſtes de mala fama ſunt irregulares.*

NEmo tantum cooperatur iudicio ſanguinis, quantum ipſe teſtis, à quo totius criminis ueritas elicitur; & ſuper cuius atteſtatione firmatur ſententia: unde ſicut iudex, ita & ipſe teſtis irregularis efficitur, arg. d. c. ſententiam, ne cler. uel monac. hoc ſcribit Specul. in tit. de diſpenſ. 3
1 §. iuxta. uerſ. item litigioſus. & uerſ. facto autem ſi quis. Socin. in d. c. ſententiã. in 4. membro principali. uerſic. ſecundo quæritur. & ita cõcludunt omnes Summiſtæ: Nec ſuffragari poteſt teſti, quòd inuitus teſtimonium tulerit, quaſi ex iudicis præcepto coactus, nam etiam ſi quis per uim, uel metum, qui in uirum
2 conſtantem cadat, cogatur delinquentẽ exhibere, & reuelare, ſemper erit irregularis, ſi ille puniatur ad mortem, uel mutilationem; quia illa uis excuſat quidem à peccato; ſed non ab irregularitate. Tabien. in uerb. irregularitas. 2. nu. 22. & ſic eſt caſus notabilis, quo quis per uim efficitur irregularis.

Ideo ad euitandum hoc genus irregularitatis conſulunt Doct. quòd ſi quis extra iudicium cogatur iudicare furem, utatur ancipiti locutione, & cauilloſis reſponſis, ut nec mendacium aſſerat, nec furem indicet. Spec. in d. §. iuxta. uerſ. q̃d ſi iudex. Alioqui ſi dum ſatellites furem inſequuntur, & tibi iubeant ut illis indices qua ierit, ſi indicaueris, & illi inſequẽtes interceperint eum, unde damnatus ſit ad ultimum ſupplicium, tu qui uiã indicaſti effectus es irregularis. Silu. in uerb. homicid. 3. q. 7. uerſ. ſexto. Imo etſi non expreſſim indicaſti, ſed ex uerbis tuis conijciunt ubi fur ſit, adhuc es irregularis: exemplum eſt, ſi conſtitutus in biuio te ſatelles interroget, qua uia ierit, tu reſpondeas hac non iuit, certe conſequens eſt quòd altera uia ierit, ideo indicaſſe uideris. Silu. d. uerſ. ſextum. Hæc uera ſunt extra iudicium, nam cauillari licet, ſicut etiam nolle reſpondere; at in iudicio ubi ueritas ſola explicanda, & non reticenda, ambiguis uerbis non eſt utendum p ropter periurium.

Et tametſi inter prodere, uel reuelare delinquentes, & ſuper delicto teſtificari magnum ſit diſcrimen; tamen quo ad labem irregularitatis, ſunt eiuſdem effectus. Abb. in c. qui cum fure. de fur. Ideo licet de iure canonico unuſquiſque prodere, & indicare teneatur furẽ domino. d. c. qui cum fure. Tamen illud procedit, quoad hoc ut ſubminiſtret dño quomodo, & a quo rem ſuam poſſit repetere, ut innuunt uerba illius c. & ibi gl. & Doct. at ſi timeri ueroſimiliter poteſt de morte, aut mutilatione furis, nec ipſo iure 4
canonico tenetur quis indicare furem. Hoſt. in d. c. qui cum fure, quẽ ibi Abb. refert.

Teſtes ꝓterea accipere debemus eos; non ſolum qui ad delictum probãdum ſunt inducti; ſed etiam illi qui adferuntur in pronuncianda ſentẽtia. Nam ſicut notarius irregularis eſt, quaſi publicus teſtis ſententiæ, ita & reliqui omnes teſtes, eadem ratione. Et ideo teſtes in tortura
5 uel alijs partibus proceſſus præiudicialibus reo, rogati, non carent ſcrupulo irregularitatis ſi ille moriatur, uel mutilet, ſicut diximus ſupra in cooperatoribus, ſummiſtis, copiſtis, atque alijs huiuſmodi: & ideo dico quòd teſtis, qui non depoſuit de delicto quia ignorat, ſed interrogatus de fama, de ea deponat, eſt cooperator iudicij: idem de eo, qui interrogatus an reus ſit ſolitus ferre arma, uel

noctu uagari, & de iis reſponderit, quia per hoc aggrauatur opinio rei, teſtis eſt cooperator: idem dico de illo teſte, qui interrogatur de minis, atq; aliis uerbis, ſuper quibus iudex fundat ſuam inquiſitionem homicidij, ſemper enim iſtis caſibus teſtis efficitur irregularis, ſecuta morte, uel mutilatione, ex iuribus ſupra citatis, & ob eandem rationem.

### *De Aduocatis, procuratoribus, & ſollicitatoribus fiſci, uel Accuſatoris.*

## CAP. IX.

1 *Aduocatus fiſci à quo primum inſtitutus.*
*Fiſci procurator eſt irregularis, ex aſſumptione ipſius officij tantum.*
*Fiſci patrocinium, & iudicium aſſumentes, an ante executionem ſanguinis ſint irregulares.*
2 *Reorum patroni ſunt irregulares ex periculo talionis.*
3 *Clerici, quando non debeant patrocinari pro reis.*
*Clerici exemplum, qui factus eſt irregularis ob patrocinium præſtitum pro fratre.*
*Clericis Forenſes exercitationes interdictæ.*
4 *Clericis cōſilia dantur, quomodo pro reis patrocinium præſtare poſſint.*
*Clericus non debet exceptiones obijcere libello accuſatoris, nec exceptionem calumniæ.*
*Clericus nō excuſatur in iudicio exhibens ſcripturas aduocatorum.*
5 *Clericus etiam in minoribus prohibetur forenſis exercitatio in criminalibus.*
6 *Appellans pro reo, quando fiat irregularis.*
*Appellatio extinguit iudicatum, ſeu ſententiam,*
7 *Doctor conſultus de pœna delicti, fit irregularis; idem ſi conſulat pro reo, ut damnetur accuſator.*
8 *Inquiſitiones ſancti officij nunquam ſubſunt periculo irregularitatis, etiam ſi de ſanguinis uindicta agatur.*
*Doctor conſultus de pœna delicti, quod non pendet in facto, non eſt irregularis.*
9 *Clerici poſſunt leges, & ſtatuta condere, in quibus ſit pœna ſanguinis.*
10 *Principes imponentes pœnam ſanguinis delictis non ſunt irregulares, ſi facto ſecuto iudices poſtea exequantur.*
*Doctor referens uarietates opinionum in iudicio ſanguinis, non fit irregularis.*

SAnè ſicut accuſatorem iam demonſtrauimus irregularē effici, ita quoque eius patroni, aduocati, uel procuratores, eodem iure cenſeri debent, quodcūque illis officij nomen imponatur, per quod fiſco, aut accuſatori aſſiſtant: fiſci enim aduocatus iure inſtitutus eſt, & primus omnium eum inſtituit Hadrianus,
1 ut refert Spartianus; ideo qui deficientibus accuſatoribus, delicta conquirēda ſuggerit, & aduerſus reos pro fiſco ad mortem, uel mutilationem cauſam agit, tantam irregularitatis notam contrahit, quantam ipſe fiſcus, uel magiſtratus, tex. glo. & Doct. in cap. aliquantos. diſtin. 51. Innocentius I. Papa in epiſt. 24. ad ſynodum Toletanam. cap. 2. & uidetur text. in c. illud. 23. quæſtio. 4. quamobrem ſicut in iudice dixeramus, quòd per aſſumptionem ipſius officij, etiam ſi nullum adhuc iudicium ſanguinis pronunciauerit, fit irregularis ex ſententia Hug. in cap. ſi quis poſt. diſtin. 51. quem probat Specul. in titu. de diſpenſat. §. iuxta. uerſ. ſed quid de iudice. & uerſ. quanto autem, ita quoque in hoc patrono, aduocato, uel procuratore officium aſſumentibus, in iudicio ſanguinis; nam ipſo officio pendente irregulares uidentur, & promoueri non debent: quòd ſi aliquandiu officium exercuerint, & pro fiſco, uel accuſatore patrocinati ſint in iudicio, quo debebatur uindicta ſanguinis, quæ nō habuerit effectum, ſaltim Epiſcopi diſpenſatio requiritur, cum Papæ eſſet requirenda, ſi fuiſſet executio ſanguinis facta; ut diximus cum de iudice age-





remus. Et licèt Socin. in d. c. ſententiā. teneat contrarium, ibi in quarto membro principali. uerſ. tertio quæritur. & uerſic. quarto quæritur, ſcilicet quòd ipſa acceptatio officij non inducat irregularitatē; tamē Hugutionis opinio eſt tutior, ideo tenenda; ut in ſimili dicit glo. in d. capit. aliquantos. & argum. eorum, quæ diximus in eo, qui acceptat officium iudicis ſupra hoc libro. Ideo dum in hoc officio perſeuerant nullo modo ſunt promouendi, nec ab Epiſcopo diſpēſari debēt: nam poſſent præuaricari, deſerere cauſam, calumniari; unde quia infamia notari poſſent, non eſt conferendus ordo ſub tanto periculo; poſſet etiam ſequi ipſe effectus ultimi ſupplicij in cauſis, pro quibus patrocinantur, ideo nullo modo ſunt admittendi, ne contingat cum fuerint ordinati ex dicta cauſa inutiliter uideri eos ordinatos.

Nec ſolum hæc uera ſunt in patrocinio accuſatoris; Verum etiam in patro-
2 cinio rei falſo accuſati; nam irregulares efficiuntur, ſicut patroni accuſatoris. gl. in dicto cap. aliquātos. ibid. Archidiac. Specul. dicto §. iuxta. uerſic. item litigioſus. & uerſ. facto autem ſi quis. & idem Specul. in titu. de aduocat. §. obijcitur. uerſ. in cauſa autem. Propterea dicebat Hoſt. in cap. 1. de poſtul. quod etſi accuſati defenſio aliquando ſit clericis permiſſa, argum. c. reos. v. 23. q. 5. & cap. inter alia de immuni. eccleſ. tamen eos abſtinere hortatur; cōtingere enim poteſt, quod ipſorum culpa, uel imperitia, aut negligentia, accuſatus damnetur: uel ſi nocens reus ſit, nimijs ſubtilitatibus, aut cauilloſis allegationibus, accuſatus abſoluatur; accuſator uero ad talionem damnetur, uel ad mutilationem; quibus caſibus ſemper accuſati defenſor fieret irregularis, ut ille ibi ſcribit, ſi uidelicet in ſacris erat & beneficiatus. Abb. in d. capit. ſententiam. & Nauarr. de irregul. capitu. uigeſimo ſeptimo. num 217. in fin. Qua ratione idem Hoſtien. in capit. ad audientiam. de homicid. narrat clericum in criminali cauſa ſuſcepiſſe fratris ſui patrocinium, atque adeo ſolerter cauſam defendiſſe, ut abſolutus fuerit, ſed ipſum clericum irregularem effectum, quoniam accuſator decapitatus eſt, etiam ſi clericus defenſor, nec cogitarit, nec intenderit; quia in culpa fuit dando operam negocio, à quo facile mortis cauſa ſequi poterat, eſt enim interdicta clericis, hæc forenſis exercitatio, & rei illicitæ operam dare uidentur propter hoc periculum: Idem Hoſtienſ. in ſumm. in titu. de obligat. ad ratiocin. §. quod ſi quis obligatus. uerſic. quid de criminalibus. & in titu. de poſtulatio. §. ad quem pertinet. uerſicu. illud tamen. & in titu. de homicid. §. quæ pœna. uerſicul. illud autem certum eſt. ut fuſius ſcribit Socin. in dicto cap. ſententiam. in quarto membro princip. uerſicu. tertio quæritur, & ante eum Ioann. And. hanc eandem retulit quæſtionem in additio. ad Specul. titul. de aduocat. §. obijcitur uerſiculo. in cauſa autem.

Sed ne nimia impietas uideatur, ſi hac uia reorum defenſio prohibeatur,
4 quatuor modis defenſores reorū irregularitatem euitabunt. Primus eſt ſi initio rei defenſionē ſuſcipere uelle prædicet, cum tamen non ſuſcipiat; nam forſan ob id accuſator deſiſtet, uel negliget. Ideo ſi hac intentione ſeſe defenſorem ſcribi permittat, non erit irregularis; Secundus eſt, ut extra iudicium omni conatu ſtudeat accuſatori perſuadere, ut cauſam deferat ante inſcriptionem; nam eo caſu accuſator deferens non dici-

dicitur deſertor, ſi ante inſcriptionẽ de-
ſerat.c.licet.de accuſ. Tertius modus eſt,
ut poſt hanc præmonitionem coram iu-
dice proteſtetur ſe nullam accuſatoris
pœnam intendere, ſed ſolã rei defenſio-
nem. Propterea contra accuſatoris libel-
lum non debet excipiendo petere, quòd
inſcriptio fiat, quia eo modo induceret
accuſatorem ad periculum Talionis:
ſufficit autem excipere ſe non teneri re-
ſpondere: Ideo hanc proteſtationem ſę-
pius iterare debet,& nihil contra eam fa
cere ſecundum not.in c.cum M.de con-
ſtitut. Eadem quoq; ratione nõ obijciet
exceptionem calumniæ accuſatori; quæ
omnia ſi diligẽter obſeruabit, tutus erit
ab omni irregularitate. c.2.de homicid.
lib.6.aut ſaltim ſumma facilitate diſpẽ-
ſabitur. Sed ſi huiuſmodi exceptiones
inſcriptionis, uel calumniæ, ab aduoca-
tis fiant pro conſuetudine,& ſtylo aduo-
catorum, clericus uero defenſor,& ſolli-
citator harum rerum ignarus permittat
in iudicio deduci, in culpa eſt tamquam
particeps, & cooperator, ſi per iſtas exce-
ptiones accuſator uſque ad ſanguinem,
uel mutilationem puniatur. Eſt etiam
quartus modus euitandæ irregularitatis
prædictæ, ſi reo abſoluto, clericus defen-
ſor nitatur omni nixu, ut pœna corpora-
lis, quę accuſatori debetur ob deſertio-
nem, uel defectum probationum, uel ob
calumniam aut præuaricationem cõuer
tatur in exilium, aut pecuniariam, aut
in carcerationem, honorumve priuatio-
nem: quod cautius fecerit, ſi ab initio aſ-
ſumptæ defenſionis à iudice impetraue-
rit;& hæc tam pie, quàm docte ſcripſit
Hoſt. quem ſequendo retulit Socin. in
d.uerſ. Tertio quæritur: quorum ſenten
tiam, quia magnæ auctoritatis eſt; ſequẽ-
dam eſſe nemo dubitabit: quin etſi ali-
quibus uideri poſſit hæc uera eſſe in illis

clericis, qui in ſacris ordinibus conſtitu-
ti ſint, tamen uerius eſt procedere etiã
5 in minoribus ordinib. nam illis quoque
hæc forenſis defenſio criminalis interdi
cta eſt. Abb.in c.fi.de poſtul.

Ex ijs illud notatu dignum conſequi-
tur; ut non ſolum rei accuſati defenſor
fiat irregularis, ſi accuſator dãnetur; ue-
rum etiam ille qui nullam pro reo egit
defenſionem, ſed ipſo reo damnato, ap-
pellauit; nam ſi recognita cauſa abſolua-
6 tur, & poſtea accuſator damnetur, non
effugit irregularitatem hic qui appella-
uit.gl.in d.c.aliquantos.ex ſententia Baz
ziani gloſſatoris uetuſtiſſimi; refert tamẽ
ibi Archid. ꝙ Lau. ſentiebat clericũ ap-
pellare quidem poſſe, ſed cauſam appel-
lationis proſequi nõ poſſe; cuius ſenten-
tia æquiſſima eſt, ſi ꝓcurauit nudũ actũ
appellationis, ſ. ſi fuit factus procurator
ad unum iſtum actum appellationis; &
eſt ratio quia appellatio reſcindit præte-
rita,& extinguit pronunciata. l. 1.in fi.ff.
ad Turp. Ideo nullum præiudicium fa-
cit actori appellans: Idemque erit ſi ſine
mandato appellaſſet, & infra terminum
legitimum fuiſſet ratificata appellatio,
eſt enim eadem ratio: ſed ſi mãdatum fa
ctum fuiſſet ꝓ tota cauſa appellationis,
& ipſe clericus appellaſſet, eo caſu acce-
ptauit mandatum,& onus defenſionis;
quare ſiue proſequatur, ſiue ſubſtituat
alium procuratorem loco ſui, fieret irre-
gularis, ſi per illam ꝓſecutionem appel-
lationis actor fuerit damnatus ad mor-
tem; uel mutilationem ex d. gloſ.& Baz-
ziano.

Ad hoc caput opportune accedit illa
irregularitas, quam incurrit iuriſconſul
tus, qui de iure interrogatus, quæ pœna
debeatur alicui delicto deducto in iudi-
cio; nam ſi reſponderit deberi uindictã
ſanguinis, uel mutilationem, fit irregu-
laris,



laris, ſi iudex ſequatur reſponſum eius;
& effectum ſortiatur ſentẽtia: arg.d.cap.
ſententiam.Spec.d.§.iuxta.uerſ.ſed quę-
ritur quando.quo loco ait id etiam uerũ
eſſe, ſi diu poſt ſententia effectum ſortia-
tur. Idque non ſolum procedit in cõſul-
tore contra reum, ſed etiam in conſulto-
re pro reo, ita quòd conſulendo pro ab-
ſolutione perſuaſus iudex puniat accuſa-
torem; nam damnato accuſatore hic cõ-
7 ſultor in culpa eſt, & irregularis efficie-
tur, ſicut aduocatus, & patronus rei, de
quo paulò ante diximus: tradit Abbas in
c.clericis.ne cler. uel monac.cogitare. n.
debuit, poſſe imminere periculum mor
tis, uel mutilationis in accuſatore, ut ibi
ipſe dicit.

Hæc autem limitanda ſunt, ut nõ ꝓ-
cedant in ſacro officio inquiſitionis hæ-
8 reticę prauitatis. Nam quiſquis ſiue cle-
ricus, ſiue Epiſcopus, ſiue Cardinalis, in-
terſit in congregationibus inquiſitionũ,
in quib. tractatur de aliquo delicto de-
ducto in iudicium, in quo ueniat impo-
nenda pœna ſanguinis. conſulendo, dã-
do uotum, uel decretando nullam incur
runt irregularitatem, quaſi diſpenſati
fauore sãcti Officij inquiſitionis, ut de-
creuit fel.recor.Paul.IIII.die 29. Aprilis
1557. ut refert iudiciale inquiſitorum,
in decreto 4.

Regula igitur iſtius irregularitatis ꝓ-
cedit extra cauſas ſacri officij inquiſitio-
nis,& quotieſcumque hic conſultor con
ſulit ſuper facto contingenti, & in iudi-
cio deducto: alioquin ſi extra contingen
tiam facti, quæſtio in dubium trahatur,
nulla incurritur irregularitas; Nã & cleri
ci de iure reſpondere poſſunt, & opina-
ri, quòd certis caſibus ultimum ſuppli-
cium, uel mutilatio debeatur; propterea
componentes tractatus, commentarios,
uel conſilia criminalia, quibus iudices

inſtruunt pro futuris caſibus de infligen
dis pœnis corporalibus, de modo,& for
ma procedendi, aut iudicandi, nullam
incurrunt irregularitatem, etiam ſi iudi
ces ſequentes consilia, & opiniones illo-
rum uindictam ſanguinis exerceant: Nã
9 clericis non eſt interdictum leges & ſta-
tuta facere, uel compilare, aut principi
conſulere, ut certis delictis irroget pęnã
ultimi ſupplicij, uel mutilationis: nulla
enim ĩcurritur irregularitas per hęc In-
noc.in c.ad audientiam.de homic.Bald.
in auth.habita.C.ne fil.pro patr.Specul.
in d.§.iuxta.uerſ.quid si iudex.gl.in cap.
omnis, diſt.3.ubi Archi.Hoſt.in c.ex lit-
teris.de exceſſ.pręla.Abb.in c.1.de furt.
Hug.in d.c.omnis. *Silu.*in uerb. homic.
3.q.5.uerſ.quartũ. *Sicut* enim ipsi prin-
cipes leges condentes, per quas uindictã
ſanguinis comminantur, numquam fiũt
10 irregulares, etiam si per iudices ipſorũ
executioni mandentur. Archid.23.q.5.
cap.officia.Silu.in d.uerb.homic.3.q.7.
uerſ.nonum. Tabien. in uerb.irregulari-
tas.2.num.4. ita clerici, qui principi de
condendis legib. & earum pœnis conſu-
lũt, irregulares non fiunt, etiã si in iudi-
cio caſus poſtea euenerit, & legis pœna
fuerit obſeruata, ſcribit Dominic.in c.fi.
diſt.3.Bald.d.auth.habita: quem refert
Io.de Anan.in d.c.ad audientiam. col.3.
uerſ.tertio quæritur.

Nam licèt Papa propriis manib. ali-
quem occidens etiam legem exequẽdo,
uideatur indigne agere: tamen legem
condere ſub pęna mortis, aut mutilatio-
nis, ut princeps ſupremæ poteſtatis, abſ-
que omni controuerſia poteſt. Innoc. &
Bald.in cap.ſecundo.de maior.& obed.
Diaz in praxi canon. cap. 56. eandemq;
auctoritatem alijs delegare poteſt, ne
illi irregularitate notantur.

Quod uero diximus iuris peritos
conſu-

conſulentes, aut tractatus facientes, in quibus cōſulunt, aut docent iudices certa quædam delicta ultimo ſupplicio punire, non offici irregulares, falſum erit ſi inique reſponderint, aut ſcripſerint, uel docuerint: Nam ſi iudex ſequatur illorũ iniquam ſententiam, etiam ipſi efficiuntur irregulares, quia in culpa ſunt. Spec. in d. §. iuxta. uer. quid ſi iudex. Tabien. in uerb. irregularitas 2. nume. 10. illi uero conſultores, qui diuerſas ſcriptorum ſententias referunt, etiam circa caſum contingentem, & in iudicio pendentem, nullam contrahunt irregularitatem. Specu. d. uerſic. quid ſi iudex. at ſi relatis hinc inde ſententijs diuerſis, ſuam adferant, aut quam ſequātur, fiēt irregulares, ſi ex eorum concluſione iudex ſumpſerit ſupplicium de reo. d. cap. ex litteris. de exceſſ. prælat. Specul. dicto uerſicu. quid ſi iudex. Raym. titu. de homicid. uerſicu. item nota.

## *De executore, uindictæ ſanguinis.*

## CAP. X.

1 *Executor curia, propter iuramentum quo aſtringitur illi, eſt irregularis.*
*Executor ex officio ſanguinis, etiam ſine iuramento, eſt irregularis*
*Executor propria ſententia, etiam ſi princeps ſit, fit irregularis.*
*Samuel non fuit irregularis occidendo Agag.*
2 *Bargelli, & alij ſatellites ſunt irregulares.*
*Tortura miniſtri ſunt irregulares.*
*Gladios funes, & ſimilia commodantes, & ligna dantes, ac ſimiles ſunt omnes irregulares.*
3 *Executoris cooperatores dicuntur etiam, qui ſolis uerbis cooperantur, ideo irregulares.*
*Campana ſonitus an cauſet irregularitatem.*
4 *Executori aſſiſtentes ut defendant ſunt irregulares.*
5 *Inquiſitores mandantes comburi hareticos non ſunt irregulares.*
*Inquiſitores, & conſultores numquam ſunt irregulares ex uotis in iudicio ſanguinis.*
6 *Nuncij, curſores, mandatarij in iudicio ſanguinis ſunt irregulares.*
7 *Purgatio per ignem, uel ferrum ignitum inducit irregularitatem iudicibus.*
*Benedicens pugiles, aut gladios pro purgatione canonica, eſt irregularis.*

NVnc de executorum irregularitatibus agendum eſt, quorũ duo genera in iure reperiuntur, unum eorum, qui curiæ per iuſiurãdum adſtricti ſunt, & ij ob hunc nexum ab ordinibus excluduntur, etiam ſi nil egerint circa ſanguinis uindictam; nam, ut promoueri poſſint, debent ab eo nexu liberari, ut diximus ſupra in alijs curiæ obnoxijs. Alterum genus eſt eorum, qui ꝓprio corpore ſanguinis ultionem, aut exercent; aut exercendæ præfecti ſunt; & ij etiam ſi nullo nexu adſtringantur, omnino irregulares fiunt, ſicut iudex accuſator, ac reliqui ipſius iudicij participes. tex. in cap. ſententiam. ne cler. uel mon. Specul. in tit. de diſpenſ. §. iuxta. uerſ. itē litigioſus. Quod uſque adeo uerum eſt; quod ſi quantalibet quis dignitate Eccleſiaſtica emineat, & legem ſuam, uel alterius, quæ ſupplicium comminatur, exequi uolens propriis manibus occiderit, aut mutilarit, incurret irregularitatem. Innoc. & Bald. in c. 2. in fi. de maiorit. & obed. ut refert Diaz in praxi canon. cap. quinquageſimo ſexto. & licet hoc cōtingere nunquam poſſit in perſona egregia, tamē Samuel Agag Regem propriis manibus in fruſta partitus eſt, impetu ſpiritus Dei. 1. Reg. capitu. decimoquinto; quod propterea non eſt in exemplum trahendum.

Nec uero ipſe, qui ultimum ſupplicium proprio corpore exequitur ſolus fit irregularis, uerumetiã omnes ipſius
2 Comites, ſatellites, milites iuſtitiæ, lictores,

res,



res, quos vulgus birros, & bargellos vocat, qui quoniam executorem aſſociantur, quando vindicta ſanguinis exercetur, & parati ſunt ad defenſionem contra eos, qui reum damnatum liberare voluerint, & quia reum captura Iudici exhibuerunt, ſemper ſunt irregulares. Tabien. in verb. irregularitas. 2. nu. 20. & in uerb. irregularitas 3. num. 24.

Inter executores eos quoque adſcribimus, qui damnati ad mortem in tortura funem traxerunt, aut alligarunt vt rei confeſsionē extorquerent, aut aliud quid ſimile torturæ fecerint Innoc. I. Papa Epiſt. 3. cap. 3. habetur 23. q. 4. cap. quæſitum, ſicut & illos, qui inſtrumenta deferunt ad exercendam vindictam ſanguinis parata, vt funes, malleos, gladios, cippos, tigna, dolabras, ſcalas: nam ij omnes cooperatores ſunt, ideo irregulares. Silu. in verb. homicidium, 3. q. 2. verſ. ſecũdũ: ille etiã, ꝗ gladios, aut dolabras acuit, executioni paratas, fit irregularis. Tab. ĩ verb. irregularitas, 3. n. 25.

Illos quoq; dicimus irregulares, qui comburendis viuis hæreticis, vel aliter criminoſis ligna dant, aut deferunt, aut ignem; ſi ea ligna aduſtioni viuentis rei cooperata ſunt; nam ſi iam mortuum comburant nulla imminet irregularitas: Archiep. Flor. 3. parte, titu. vigeſimonono, cap. 2. §. 4. Specul. in d. §. iuxta, verſ. quid de ijs qui propter: Tabien. in verb. irregularitas 3. nu. 23. qui omnes vſque adeo hac nota irregularitatis inuruntur, vt à ſolo Papa ſint diſpenſandi, tam ad ordines ſuſcipiendos, quàm ad ſuſceptos adminiſtrãdos, etiam ſi de irregularitate non ſint certi, ſed dubij Silu. in verb. homicidiũ, 3. q. 7. verſ. decimum, citat. Veruec. & tex. in c. hi qui, diſt. 50. & de homicid. c. ad audientiam, & de tempo. ordin. c. ad aures.

Sed & inter cooperatores executorum illi aſcribuntur, qui ſolis verbis adminiculati ſunt; finge ſi quis ob ſummã pietatem adhortetur executorem, vt rei mortem acceleret, vel ſi, dum moritur reus, dixerit executori attolle caput morientis, vel alia ſimilia verba, quibus motus executor, aliquid egerit, quod mortem acceleret, adhortator efficitur irregularis; idem ſi adhortetur ſatellitem, vt ſecurim, aut dolabram aptet, opportuno loco, aut ipſa hæc inſtrumenta exacuat, vt promptius ipſum opus perficiatur; nam ij omnes conſultores, & adhortatores in hunc modum irregularitatem incurrunt: Silu. in verb. homic. 3. q. 2. verſ. Tertium ſentit Archiep. Hoc 3. parte, tit. vigeſimonono, c. 2. Tabien. in verb. irregularitas 3. num. 13. Sed & quando famoſus latro, ad mortem vel carcerem ducitur, qui clamando facile potuiſſet eripi per amicos, fautores de manibus ſatellitum, ſi quis conſuluerit executori, vt latronis os obſtiparetur, ne clamare poſſet, & per eam oris obſtructionem, ceſſauerit defenſio fautorum amicorum, & propterea iudicium ſanguinis ſortiatur effectum, is qui conſuluit efficitur irregularis, ex ſententia Veruec. quem refert, ac probat Silu. in verb. homicidium. 3. q. 7. verſic. Quintum: eamque irregularitatem incurrit etiam ille, qui dixerit, cauete ne vobis latro eripiatur, quo conſilio moniti lictores diligentius colligarint, & cuſtodierint, & hac diligentia euitauerint, ne eripi potuerit, fiet irregularis qui conſuluit ſi latro plectatur morte, Tabien. in verb. irregularitas. 2. nu. 18.

Et ex ijs abſoluitur illa dubitatio, an ſonitus campanæ cauſet irregularitatem pulſanti: nam ſi pulſet ad conuocãdum populum, ad capiẽdos rebelles, vel

effugien-

effugientes à carceribus, & ex eo ſonitu reus captus ſit, & ſupplicio, uel mutilatione dãnatus fuerit, irregularis eſt, qui pulſauit, uel pulſari iuſſit; idem erit in pulſante ut conuocetur populus, quãdo reus ducitur ad ſupplicium: ſcilicet, ſi ideo pulſet, ut reus ſecurius adducatur ad mortem; ſed ſi pulſet tantummodo ad ſignum, & publicum exemplum, non fiet irregularis, licet peccet clericus hoc faciens, uel fieri concedens, maxime ſi campana ſit conſecrata, ut conſtat ex Cõcil. Mediolan. ſub Pio Quarto. per Reuerẽdiſſimum Card. Borromęum celebrato, parte 2. tit. de eccleſ. in fi. cui nos ſubſcripſimus tunc gerentes uicem & locũ R.P.D. Epiſcopi Aſtenſis abſentis, & legitime impediti.

Quinimmo qñq;, nec facto, nec uerbo intercedente quis fit irregularis, ex ſola uidelicet aſſiſtẽtia, auctoritatem præſtando, per ſuam præſentiam, ut executio tutius fiat. c. ex litteris. de exceſſ. prę l. ubi Abb. Tabien. in uerb. irregularitas. 2. num. 5.

Huc trahi poteſt ille caſus, de Inquiſitore hæreticæ prauitatis, qui cum reum de hæreſi damnaſſet, ita quod brachio ſæculari fuerit interceptus, & detentus in carceribus ſæcularib. & non ſit de illo ſumptum ultimum ſupplicium, ſi inquiſitor hic poſtea carceres uiſitando, hunc reperiat uiuere, redarguat iudicem ſęcu-
5 larem, quod illum reum uiuere permittat, & propterea nuper iubeat eum comburi, quæritur an hic inquiſitor fiat irregularis. Fel. in c. ad abolendam, ultimis uerbis. de hæret. dicit non fieri irregularem, quia hoc iure cautum nõ eſt, at idẽ Fel. in c. ſeq. ibi dubitat, ſed Tabien. in uerb. irregularitas. 2. num. 9. & num. 15. dicit inquiſitorem non fieri irregularẽ, & ita eſt uerius: quia tenor commiſſionis ipſorum inquiſitorum eximit eos ab omni irregularitate, ut probat Armil. q̇ approbat dictum Fel. in uerb. irregularitas. num. 30. Socin. idem ſentit in d. cap. ſententiam. ne cleric. uel monac. Et ideo ad tollendam hanc dubitationem fel. recor. Paul. IIII. die 29. Aprilis 1557. Decreuerat, quòd quicumque clericus uel regularis, Epiſcopus uel Cardinalis, aut quiuis alius, qui intereſſe ſolet in congregationibus ſacri officij inquiſitionis, ubi tractetur de aliqua cauſa, in qua ueniat imponenda pœna ſanguinis, quòd nec ex conſilio, nec ex uoto dato in dicta congregatione fiat irregularis, ita refert Iudicial. inquiſit. in decreto 4.

6 Redeundo ad executorum cooperatores, ſunt inter eoſdem locandi mandatarij, curſores, in iudicio ſanguinis deputati; nam præter id, ꝙ curiæ adſtricti ꝓmoueri non debent, niſi liberentur à curiæ nexu, ſunt etiã irregulares, quaſi cooperatores iudicij ſanguinis: ſunt enim teſtes publici, in ipſorum officio adminiſtrando, & illis creditur ſicut & notarijs. Specul. tit. de citat. § ſequitur. Bart. in extrauag. ad reprim. Guid. Pap. deciſ. 618.

Ad eãdem rem pertinet illa uulgaris purgatio, quæ per ignem uel ferrũ ignitum fit, aut feruenti aqua: nam quia inhumanitatem quandam præ ſe fert, lege canonica fieri ꝓhibetur hoc genus purgationis, & contrauenientibus imminet pœna irregularitatis: nec ſolũ ſi ipſi imponant, hanc purgationem, ſed ſi auctoritatem, auxilium, aut conſilium præſtẽt: tex. in d. c. ſentẽtiam. ne cler. uel monac. tex. in d. c. ex litteris. de exceſſ. præl. Spec. d. uerſ. item litigioſus. Socin. in d. c. ſentẽtiam. in 4. membro principali. uerſ. ſecũdo quæritur. & inter hos etiam connumerantur illi, qui aquam feruẽtem purgationi prædictę deſtinatam, uel ferrum
7 ignitum, uel quoſcumque gladios, aut pugiles benedicere, auſi ſint; nam ſequuta morte, uel mutilatione irregulares erunt ex ſententia Raym. & Rod. quos approbat. Silu. in uerb. homicidium. 3. q. 5. uerſ. nonum. Tabien. in uerb. irregular. 3. num. 17.



*De obligatis ad ratiocinia.*

## CAP. XI.

1 *Ratiocinijs implicati, nec promoueri, nec ſæcularibus honoribus fungi permittuntur.*
2 *Ratiocinijs implicato, quiſque obijcere poteſt, ne promoueatur.*
*Tutores, & ſimiles aliena negotia tractantes, non debent promoueri.*
3 *Ratiociniorum irregularitas, an ſit perpetua.*
4 *Dolum committentes in ratiocinijs, Epiſcopus ſponte abijcere poteſt.*
*Ratiocinia priuata inducunt irregularitatẽ, duobus caſibus & deijciunt promotum.*
5 *Culpa lata in ratiocinijs, non inducit irregularitatem.*
6 *Epiſcopus promouens eum, quem ſcit priuatis ratiocinijs implicitum, pro eo tenetur.*
7 *Collegium unum, ſi totum in ratiocinijs doloſe uerſetur, nemo de illo promoueri poteſt.*
*Collegium unum, ſi uſuram fecerit, nemo illorũ promoueri poteſt.*
8 *Actores Eccleſiarum, uel miſerabilium perſonarum non prohibentur promoueri.*
9 *Debitores Reipublicæ ex contractibus, nõ ſunt irregulares.*
10 *Tutores priuatarum perſonarum, ſi de dolo conueniantur, promoueri non poſſunt.*
11 *Clericum nominans tutorem pupillis ſuis diuitibus, eſt indignus oratione fidelium.*
*Negotiorum geſtores ſunt irregulares ijſdem cauſis, quibus & alij actores priuatarum perſonarum.*
12 *Debitores facti, in quo eſt electa induſtria perſonæ, promoueri non poſſunt, niſi ut hic.*
13 *Litibus, qui impliciti ſunt promoueri non debent.*
*Hæres obligati ad ratiocinia promoueri non poteſt.*
*Vſura præſumpta crimen impedit; ne quis promoueatur.*
14 *Ratiocinijs impliciti, oblato fideiuſſore promoueri poſſunt, & quando id procedat.*
*Ratiocinijs obligati per conſtitutum, aut Nouationem poſſunt promoueri.*
15 *Ratiocinijs obligatus qui notorie eſt non ſoluendo poteſt promoueri.*
*Ceſſio bonorum iure canonico, non inducit infamiam.*
16 *Ceſſio ignominioſa inducit irregularitatem.*

AD ſuperiores titulos, quib. Curiæ obnoxios pertractauimus, proxime accedunt ij, qui ratiocinijs obligati ſunt: exemplum ducitur à publicis laicorum Theſaurarijs, atque æris publici depoſitarijs: nam quia tot curis diſtrahuntur, tot ratiocinijs implicantur, liberum uſum ordinis habere poſſe non uidentur; cum præterea doli forſan redargui poſſint, & in reddenda ratione magnis litib. uexari; quod quotidie contingit, & omnib. notum eſt, iccirco ad ordines iure admitti non debent, quia irregulares ſunt toto tit. de oblig. ad ratiocin. Raym. tit. de Curial. Alberic. in uerb. ordinandus. uerſ. ſextus decimus. & idem Alberic. in uerb. obligatus. Nec mirũ eſſe debet, ſi eiuſmodi ratiociniis implicati ab ordine ſacro excludantur; nam nec ad ciuiles honores admitti de-
1 bent. ff. de mun. & hon l. reſcripto §. debitores & c. 1. & 2. ne cleric. uel mon. Et tanti habetur iſta irregularitas, ut quaſi ad exemplum actionis popularis, omnis
2 Eccleſiaſtica perſona excipere poſſit ne promoueatur ille, qui ratiocinijs diſtinetur; multoque magis excipere poterit quiſquis ſua intereſſe putauerit ipſum non ꝓmoueri. Abb. in c. 1. q. ult. de oblig. ad ratiocin.

Et quamuis multa genera ſint eorum qui ad ratiocinia obligant, ut ſunt actores, procuratores, executores, tutores, curatores negotiorum geſtores, & ij oẽs tã publici quam priuati; tamen de ijs omnibus

nibus vno contextu tractabimus, quia
vna eademque ratione nituntur: omnes
enim promoueri prohibentur, antequã
ab illo onere liberentur, & obligatione
ſoluantur: Concil. Carthag. I. c.8. habe-
tur diſt.quinquageſ.quarta, c.magnus:
Procuratores igitur, vel actores, præſer-
tim publica exercẽtes ratiocinia, ſiue ad
certum tempus, ſiue perpetuo, admini-
ſtratione durante promoueri prohiben
tur, tota diſt.quinquageſ.prima; Archi-
diac. ibi in c.præterea, & tametſi Guil.
3 Naſo. & Alan. perpetuam putauerint
eſſe irregularitatem, etiam ſi temporalia
fuiſſent ratiocinia, etiam poſt rationem
redditam; tamen æquior eſt ſententia,
vt poſtquam nexu liberati ſint admittã-
tur Bern.Goff.& Hoſt. in c.1. de oblig.
ad ratioc.quos ſequitur Arch.diſt.quin
quageſima prima, in princ. ſcilicet ſi per
petua eſt adminiſtratio, ſit perpetua ir-
regularitas; ſin temporaria, deſinat hoc
impedimentum ſtatim, cum abſolu-
tio ratiociniorum ſecuta fuerit: Archid.
d.c.præterea, & ibid. glo. & cap.priſcis,
diſt.quinquageſima quinta: Hæc autem
locum habent, ſi publicam adminiſtra-
tionem quis geſſerit ſine dolo, quia for-
ſan de reddenda ratione lis pendet: ſed
4 in eo qui dolum commiſerit, etiam ſi
nemo aduerſus eum de dolo litem mo-
uerit Epiſcopus ſua ſponte, quando do-
lum nouerit, quaſi infamem repellere,
& poteſt, & debet, 6.q.1. cap.infames,
gl.in cap.alieni, 2.q.7. Raym.tit.de Cu-
rialib.verſ.ſequitur: Ex quibus colligo
hæc tria paria eſſe circa hoc impedimẽ-
tum ordinis, ſiue pẽdeat adminiſtratio,
ſiue finita ſit, ſed nondum redditæ ſint
rationes, ſiue redditæ ſint, ſed dolus in-
terceſſerit: iſtis enim tribus caſibus pro-
moueri nemo debet, locis citatis Ray.
d.verſ.ſequitur.

In priuatis quoque ratiocinijs hæc
vera ſunt, duobus tantum caſibus; Pri-
mus eſt, ſi de dolo lis mota ſit; Secundus
ſi in procinctu ſit, vt moueatur; nam ob
hunc doli prætextũ obligatus ad priua-
ta ratiocinia ante exitum litis promoue-
ri non poteſt; immo ſi interim promo-
ueatur deponendus eſt, etiamſi poſtea
in cauſa vicerit.gl. in cap.tantis, diſt.81.
per iſtum tex. & ibi Archid. & arg. tex.
diſt. 23.cap. illud. Ideoque ne forſan, ſi
diuturnior ſit lis iſta de dolo, & pro-
pterea æquum non ſit differri tamdiu
promotionem ad ordines ſacros iſtius,
qui de dolo cõuenitur, iure cautum eſt,
vt certus actori terminus pręfigatur, in-
fra quem cauſa terminetur, arg. c.lator,
qui fil.ſint legit.& C.de ingen.manum.
l.diffamati, quo tempore lapſo ſi nil re-
leuans ab actore fuerit deductum, ſicut
reus conuentus abſolui debet, ita quoq;
promoueri poteſt, tex. in d.Concil. Car-
thag.I. c.8. & d.c.magnus, & d.c.1. de
oblig.ad ratio. glo. in d.c.præterea, glo.
& Abb.in d.c.1.

Diuerſum ius eſt in lata culpa, quæ
etſi dolo cõparetur l.quod Nerua, ff.de
5 poſ.tamen lite ſuper culpa lata penden-
te in priuatis ratiocinijs, non prohibe-
tur quis promoueri, etiam ſi creditor
plurimum ſe opponat promotioni, atq;
plurimum reclamet; quia nil oberit illi
quin promotus ad ordines eccleſiaſticos
ſatisfacere poſſit de omni eo, quod cul-
pa commiſerit, vel etiam poterit cede-
re bonis Archid.in d.c.præterea; vel ipſe
Epiſcopus, qui ſciens eum promouerit,
6 pro ipſo tenebitur; quoniam ipſe illi vi-
detur abſtuliſſe negociandi facultatem:
vnde ſibi imputare debet, argu. c.forni-
cari, diſt.88. Abb.in d.cap.1.col. penul.
verſ. Quæro quid.

Illud vero eſt notatu dignum, quod





ſi totum unum collegium teneatur ob
publica ratiocinia, uel etiam in priuatis
doloſe uerſetur, nemo de collegio lite,
uel adminiſtratione pendente promoue-
ri debet. Archid.in d.cap.tantis.& argu.
d.cap.illud. Nam ſicut communitas, uel
collegium ob uſurariam prauitatem to-
tum afficitur, ita quod ſinguli rei fiunt
eius prauitatis, & ad reſtitutionem tenen
tur, de uſur. cap.conqueſtus. argum. 7.q.
1.cap.ſicut uir.& 23.q.4.cap.ſicut homi
nes.& ff.quod met.cauſ.l.metum. §.ani-
maduertendum: expreſſim Raym. titu.
de pign. uerſic.quid de communitatib.
ita ſinguli irregulares ſunt, dum pendet
publica adminiſtratio: uel dum pẽdet lis
de dolo circa priuata ratiocinia.

Inter hos non connumerantur acto-
res, procuratores, uel quicumque admi-
8 niſtratores rerum eccleſiaſticarum, aut
miſerabilium perſonarum, aut cuiuſli-
bet alterius piæ cauſæ publicæ, uel priua
tæ: nam ſi nullum aliud impedimẽtum
canonicum obſiſtat, etiam adminiſtra-
tione pendente promoueri poterũt, text.
in cap.1.ne cler.uel monac.diſt.86.cap.
peruenit.diſt.89.c.iudicatum. 16.q.1.c.
monachi. Raym.d.uerſ.ſequitur. Cõcil.
Calcedon.cap.tertio. Diaz praxi canon.
cap.55.

Rurſum inter hos obnoxios, nõ aſcri
buntur ij, qui Reip. debitores ſunt, ſine
9 ulla adminiſtratione forſan ex mutuo,
ex conducto, ex emptione, aut ſimilib.
contractibus adminiſtratione carentib.
nam etiam lite uel obligatione penden-
te promoueri non prohibentur, etiam ſi
in hac ciuili actione damnentur. Silu.&
Tabien. in uerb.ratiocinia. Raym.dict.
uerſicu.ſequitur per l. quiſquis emenſis.
C.de epiſcop. & cleric. & d.l.reſcripto.
ff.de mun.& honor.glo. diſtin.quinqua-
geſima prima. capitul.præterea. & ibid.
Archid. probat Abb.in d.cap.1.quęſtio.
antepenult.

Tutores quoque ſi de dolo conueniã-
tur, uel ſi publicam principis tutelam,
10 uel curam adminiſtrauerint promoueri
prohibentur, ſicut reliqui ad publica ra-
tiocinia obnoxij. dicto cap.1. de obligat.
ad ratiocin. Specul.in titu.de oblig.ad ra
tioc. Niſi coacti ſuſcepiſſent tutelam, uel
curam, aut pro miſerabilibus perſonis,
præſertim ſi Epiſcopi iuſſio, aut conſen
ſus acceſſerit, poterunt promoueri. Silu.
& Tab.in d.uerb.ratiocinia. ſicut enim
promoueri, ita & promoti ſuſceptos or-
dines exercere permittentur. 15.quæſt.
1.cap.monachi.diſtin.86.cap.peruenit.
& licet ſanctus Cyprianus libro primo.
11 Epiſto. 9. negat offerendum eſſe ſacrifi
cium pro eo, qui moriens clericum no-
minaſſet ad tutelam, uel curam, quaſi
quòd clericus huiuſmodi ratiocinijs im
plicatus, ab ordinum ſuorum admini-
ſtratione diſtrahi uideretur, ut probatur
in cap.Cyprianus. 21. quæſtio.tertia. ut
refert etiam Oſius epiſcopus, & Card.
Varmien. in cõfeſſ.tit.de cęremon.ſum-
ptis à rebus, c.89. Tamen illud uerum
eſt in pupillis opulentam hæreditatem
poſſidentibus: alioqui pro pauperibus
pupillis tutela, uel cura legitime ſuſcipi
poteſt, etiam à clerico, ut S.Petrus docet
apud Clementem in Epiſtola 1.ad Iaco
bum fratrem Domini. Leo enim Papa
primus in ſermo. 2. de Ieiunio decimi
menſis, Studeamus (inquit) uiduarum
defenſioni pupillorum utilitati, lugen-
tium conſolationi, diſſidentium paci:
Vnde pro pauperibus pupillis tutelam,
uel curam gerere ſaltim cum conſenſu
Epiſcopi, pium opus eſt; nullum adfert
canonicum impedimentum; quinim-
mo hoc ipſius Epiſcopi officium eſt.
Auguſt. de uerb. Apoſt. ſerm. 10. Idem

dicendum erit, de negotiorum geſtorib. nam hæc omnia officiorum nomina, eodem iure cenſeri debent, quoad hæc, ut ſentit Specul. tit. de oblig. ad ratiocin.

Debitores etiam priuatarum perſonarum ad aliquid dandum, uel faciendum ſub iuramento, ſi illud implere, aut ſatisfacere non poſſint, in ordine clericali promoueri non debent: differri enim debet ordinis collatio, in illud tempus, quo ſatisfecerint; aut de conſenſu creditoris alium ſui loco ſubſtituerint ad promiſſa adimplēda: ſentire uidetur Raym. tit. de curial. q. ult. ſcribit Alber. in uerb. obligatus: eſt enim neceſſarius creditoris conſenſus in hac ſubſtitutione, quan-
12 do perſonę induſtria electa eſt. Goffred. quem refert Abb. in dicto cap. 1. prope fin. Alberic. in uerb. religio 2. circa med. qua ratione etiam ad religionem non admittetur: uerſatur etenim eadem ratio impedimenti. Raym. d. q. ult. colligi poteſt ex glo. in d. c. præterea. & ibid. Archidiac. & idem Archid. in cap. legem. diſtinctio. 53. ubi etiam Hug. Alberic. in uerb. religio ſecundo, circa med. de qua re fuſius traditur per Abb. in d. cap. 1. col. penult.

Debitores quoq; ad certum tempus aliquid præſtare obligati, ſub iuramento, cum eadem diſtinctione admittentur, ſcilicet, ſi in ordine, uel religione adimplere poterunt, admitti poſſunt etiam ante temporis aduentum; alioqui ſecus; admitti etiam poterunt ſi conſentiente creditore ſubſtituerint alium ad promiſſa præſtanda. Hoſt. in ſumm. de oblig. ad ratioc. refert Abb. in d. cap. 1. de oblig. ad ratiocin.

Ex prædictis illud conſequitur quòd ſi quis tanto diſtineatur ære alieno, ut
13 urgeatur litibus inextricabilib. nec ad ordines, nec ad religionem ſit admittendus, rationibus iiſdem, de quibus ab initio diximus: Nam & Theodorus Alexandrinus, cum ſe monachum fieri poſtulaſſet, hac exceptione repulſus fuiſſet, ſi onus æris alieni habuiſſet: præfectus enim Monaſterij priuſquam eum admiſerit hoc pquiſiuit, ut eſt apud Metaph. 10. Septemb. circa princ. Lipom. tom. 6. Ideo hæredes eorum, qui obligati ſunt ad reddenda ratiocinia, ab ordinibus excludendos puto eadem ratione. Nam & hæres uſurarij ordinari non poteſt, ut dicemus cū de uſurario agendū erit.

Huc ſpectat caſus ſi quis fundum pignori habuerit à quo fructus perceperit, quia uſurarum exceptionem patitur, ut fructus in ſortem compenſentur, lite ſuper hac re pendente, non debet promoueri, ſi magna erit controuerſia ſuper ratione reddenda, & computatione fructuum, tradit Hoſt. in ſumm. in titu. de oblig. ad ratioci. Silu. & Tabien. in uerb. ratiocinia. Abb. in d. capit. 1. prope fin. argum. text. in cap. ſignificante. & capit. cum contra. de pignor. moleſtia enim ingens fieret Eccleſiæ, ſi promoueretur, ex dictis locis.

Eſt autem illud notatu dignum, quòd pdicti omnes qui ob ratiocinia promo-
14 ueri prohibentur, ſi idoneum fideiuſſorem exhibeant, ad ordines admittentur ex ſententia Vinc. quem refert Abb. in d. c. 1. q. antepen. quod ita demum uerū eſſe intelligo, ſi fideiuſſor rem ſuam, & caſum proprium fecerit, alioqui non uidetur ſufficere ſimplex fideiuſſio; qm̄ nil releuaret, quandoquidē prius diſcutiendus eſſet principalis, auth. pręſente. C. de fideiuſſ. Hæc quoque intelligi poſſunt in conſtituto, & in nouatione; nam iſtis interuenientibus ille principalis obligatus quaſi alium ſubſtituerit, poterit ad ordines admitti.





Illud quoque non eſt prætermittendum, quod quocumque nomine ad ra-
15 tiocinia obligati, ſi ſoluendo non ſint tā notorie, quod nulla opus ſit bonorum diſcuſſione, poterunt promoueri ex ſententia Vinc. nam cedere bonis poſſunt clerici. Archid. in d. c. præterea. Raym. d. q. ult. per quam ceſſionem ab omni poſtea moleſtia liberantur. tex. & Doct. in c. Odoardus. de ſolut. unde cōſequens eſt, quòd ceſſante cauſa irregularitatis, ceſſet irregularitas: nec oberit, quod cedendo bonis fiat infamis; quia in iure non eſt cautum, quòd hoc genus infamiæ faciat irregularem: nam clerici cedunt bonis ſecundum formam. d. capit. Odoardus. ut ibi per Doct. & non fiunt irregulares, aut infames per illam ceſſionē: unde ſufficit iuratoria cautio: quòd ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit, ſatisfaciet: nec oberit quòd factus clericus negotiari ulterius non poſſit diſt. 88. c. fornicari. quia ſuis honeſtis laboribus acquirere aliquid poteſt, ut creditoribus ſatisfaciat. Raym. d. q. ult.

Quæ omnia uera eſſe intelligo in ceſſione iuxta dictū capit. Odoardus. at in
16 ceſſione ignominioſa, quæ in ſæculari foro fieri conſueuit, ſi quis eo modo ceſſerit, dixerim eum non admitti ad ordines, ſicut nec reliquos infames; & ita intelligo dicta Abb. in d. c. 1. col. penultim. uerſ. quæro quid de obligato: præſertim ſi fuerit manifeſtus uſurarius, qui bonis ceſſit; quia de iure canonico, hic non habet beneficium ceſſionis; ſemper enim conueniri poterit in ſolidum. gl. in cap. cum tu. de uſur. Bald. in ſuo Peculio in littera C, uerſic. cedens bonis.

*De medicorum irregularitate.*

## CAP. XII.

1 *Medici iuramento adſtricti curiæ promoueri nō poſſunt.*

2 *Medici non adſtricti, ſi non habeant ſcrupulū conſcientiæ circa ægrotantium mortes ex culpa, promouentur.*

*Medicus ob leuem mortis culpam, non promouetur.*

*Medico bene diſponente pharmacum, non imputatur, ſi corruptio pharmaci mortem attulerit.*

*Aromatarij ſunt irregulares ex morte, quæ prouenit ex corruptis pharmacis.*

*Chirurgi fiunt irregulares, ob imperitiam.*

*Medicorum appellatione ueniunt Chirurgi.*

3 *Medicus à publico ſtipendiatus in culpa eſt, circa omnes, qui ſine cura eius ſunt mortui.*

4 *Medicus, qui priuato ſtipendio cæpit curare, ſi deſinat in culpa eſt, & fiet irregularis.*

5 *Voluntarium etiam dicitur id, a quo quis non remouet, quod remouere debet.*

6 *Medico non imputantur contumaciæ ægroti, niſi medicamenta ſint talia, quæ etiam inuito dari poſſunt.*

7 *Clerici etiam primæ tonſuræ, nec Medici nec Chirurgi eſſe poſſunt.*

*Clericus exercens medicinæ artem, non excuſatur ſi pharmaca ſint corrupta, uel ægrotus contumax.*

*Regulares eodem iure cenſentur, quo & clerici, circa medicinæ artem.*

MEdicorum quoque ars plurimum habet periculi ad incurrēdam irregularitatem; Ideo non ſunt facile promouendi, ſi medicandi uſum exercuerint; ſiue etenim publico ſtipendio conducti ſint, tamquam curiæ obnoxij, nō ſunt prius promouēdi, quàm ex nexu liberati ſint,
1 eadem ratione, qua & alij omnes Curię adſtricti, ſiue priuatis ſtipendijs artem exerceant; nam forſan per imperitiam, aut negligentiam, mortis, aut mutilationis cauſam dederunt, unde in culpa

ſunt, ſi quid tale acciderit l. imperitia.
ff.de regul.iur. & ff.ad leg.Aquil. l.idem
iuris. Ideo conſequens eſt, ut inter reli-
quos irregulares ex homicidio, uel mu-
tilatione per imprudentiam cauſata, ad-
ſcribantur.text.& gloſ. in capit. ſi quis à
medicis.diſt.25.

Si autem nulla omnino eis imputari
2 poſſit imperitia, uel negligẽtia, & ipſam
artis ſcientiam opportune adhibuerint,
& intrinſecus nulla mordeantur conſciẽ
tia, poterunt legitime promoueri, etiam
ſi ſub eorum cura multi mortui ſint, cap.
ad aures.de ætat.& qual.argum.l.ſi me-
dicus.ff.de uar.& extraord.cog. uidetur
tex.de homic.cap.tua.ubi Abb.Sed ſi in
conſcientia aliqualiter mordeatur, non
debent promoueri, d.c.ad aures. Nam ſi
quęlibet leuis culpa imperitiæ, uel negli
gentiæ illis imputari poſſit, ab ordinibus
excludi debent, ſi mors, uel mutilatio ſit
ſubſecuta Hug.in c.ſæpe.diſt.50. Specu.
in titu.de diſpenſat.§.iuxta. uerſic.facto
autem ſi quis. & uerſic. item exercens.
Raym.in tit.de homicid.uerſic.quid de
phyſicis.

Propterea ſi medicus medicamenta
facienda rite diſpoſuerit, ſed corruptio
pharmacorum effectum noxium indu-
xerit, non eſt hoc imputãdum medico,
qui ſua diligentia uſus eſt in perſcrutan-
dis pharmacis. Alberic.in uerb.homici-
dium.6.Summa conf.eo.tit.q.36.ſed ip-
ſe Aromatarius erit irregularis, quoniã
legitimis, & purgatis pharmacis non eſt
uſus.

Chirurgi quoque, & uenæ ſectores,
ideſt phlebotomantes, ſi quam culpam
incurrunt, ob imperitiam, uel negligen
tiam ita quòd uel mors, uel mutilatio
contingat, eandem incurrunt irregula-
ritatem; ipſi etenim, ac medici pari paſ-
ſu ambulant. Silu.in uerb.homicidium.
2.quæſt.decimatertia, & decimaquarta.
Medicorũ etenim appellatione ueniunt
Chirurgi, & quilibet alij certam corpo-
ris partem curantes. Alex.conſil. 15.co-
lum.ult.num. undecimo.uerſ. & medici
lib. 1.

Eſt autem illud animaduertendum,
quòd medicus, qui tenetur ex publico
ſtipendio curare uniuerſum populum,
3 quotquot moriuntur ſine eius cura, ab
ipſo occidi dicuntur.c.abſit, diſtin. 50.
Silu. in uerb.reſtitutio.3.quæſt.5.uerſic.
ſecundum. Idem quoque erit in eo, qui
priuatis ſtipendijs medicinæ artem exer
cet; nam ſi requiſitus etiam à diuite, qui
pecuniam, uel mercedem ei non aſſi-
4 gnat, negligat eum curare (poſtquam
curare cœpit) aut eum deſerat, in cul-
pa eſt, ſi ægrotus deſertus moriatur, &
ideo promoueri non debet, quia licet
merces illi non ſolueretur, poterat poſt
conualeſcentiam, uel etiam mortem,
ſumptus, & ſtipendia petere, & obti-
nere; Armill.in uerb.medicus.num.2. &
glo.diſtin.octuageſima tertia.in princ.in
uerb. inferas. Corſettus in ſing.in uerb.
expenſæ: peccat enim mortaliter ne-
gligens curam, quam aſſumpſit; Armil.
in uerb.homicidium.quæſtio.6. Et ideo
licet S. Anton. in lib. de cenſur.cap.no-
nageſimo ſeptimo, ſentiat medicum nõ
curantem, non effici irregularem, tamẽ
illud uerum eſſe poteſt in medico, qui
non aſſumpſit curam, aut curare nõ cœ-
pit, at ſi cœperit, neſcio quomodo excu-
ſetur ab irregularitate, ſi deſerat curam
cognoſcẽs expreſſe, quòd deſerta cura,
ille moreretur; Vnde implicite uidetur
uelle mortem ægroti: nam qui non re-
5 mouet quod remoueri debet, ex quo ſe-
quitur homicidium, illud eſt quodãmo-
do uolũtarium. S.Thom.2.2.quæſt.64.
quem refert Silu. in uerb.homicidiũ 2.





in princ.unde ſe ſe abdicando à cura in-
firmi, eſt perinde ac ſi in aere ſuſpẽſum
hominem manu teneas, nam ſi manum
ſubtrahis, certe occidiſti, & irregularis fa
ctus es, ita & in medico ſaluari etiam po
teſt S. Anton.in eo loco ubi medicorum
copia eſt, ita quod qui cœpit, et ſi curam
deſerat licentia petita, aduocari poſſunt
alij: tunc mihi placet ea ſententia, quòd
mors, quæ poſtea ſequitur, ægroto impu
tari debeat, qui ſciens hunc diſcedere, a-
lium non aduocauit. Sed hanc q. fuſius
tractabo lib. 5.c.48.§.homicid.omiſſio-
ne, uide ibi.

Quandocumque uero ægrotus ino-
bediens eſt medico, nulla culpa eſt eius
ſi ille moriatur, niſi in illis medicamẽtis,
6 quæ inuito dari poſſunt: nam quia eo ca-
ſu medicus inuitum curare tenetur, in
culpa erit ſi inuito ægroto medicamen-
ta non dederit gl.in d.uerb.inferas.

Sunt autem hæc omnia uera in medi
cis, ac Chirurgis laicis; alioquin clerici
7 etiam primæ Tonſuræ, adeo has artes
exercere prohibentur, quòd nec pro mi-
ſerabilibus perſonis, nec pro conſangui-
neis exercere permittuntur: quinimmo
ſi exerceãt, de rigore iuris ſuſceptum or-
dinem ſacrum adminiſtrare ꝓhibẽtur,
etiam ſi mors, uel mutilatio uacet omni
culpa.c.tua.de homic.ſemper enim ſunt
in culpa clerici medicãtes, etiam ſi ęger
fuerit inobediens, uel pharmaca corru-
pta, quia dant operam rei illicitæ. tex. in
d.c.tua.moriẽtes enim ſub eorum cura,
ſemper præſumuntur mori ipſorum cul
pa, ut ibi, & in c.ſententiam.ne cleric.uel
monac.uide ad hæc Silu.in uerb.homi-
cidium 2.q.12.& Tabien.in uerb.irregu
laritas 3.num.11.Raym.loco ſupra cita
to; & quodcumque hic diximus de cle-
ricis, idem eſt & in Regularibus, d.c.tua.
Silu.d.q.12.

## *De irregularitatibus ob ægritudinem animi prouenientibus.*

### *De Mentecaptis.*

### CAP. XIII.

*1 Mentecapti ſunt irregulares, etiam ſi hodie nõ ſint, ſi aliàs fuerunt.*
*2 Mentecaptus, qui antequam inſaniret, erat diſpoſitus ad capiendos ordines, ordinatus ſuſcipit characterem.*
*Inſanire quomodo quis deprehendatur.*
*Aphranij dictum elegans.*
*Fatuus quis.*
*Stultus quis.*
*3 Amentia quandoque fit ob nimiam pſalmorũ decantationem.*
*Mente quomodolibet alienati, non ſunt promouendi.*
*4 Ceſſante cauſa irregularitatis, ceſſat irregularitas.*
*5 Mentis recuperatio, ut tollat irregularitatem, quantum tempus ſit expectandum.*
*6 Febris inſaniam cauſans, non inducit irregularitatem:*
*Bardi qui.*
*Stolidi qui.*
*7 Simplices nimium ſunt deponendi, & irregulares.*
*8 Ruſtico loco poteſt conſtitui ſacerdos hebes.*
*Rudes ſæpe numero pleni ſpiritu ſancto.*
*Clericorum penuria ſi ſit, tolerabuntur minus idonei.*
*9 Dementibus non ſemper deneganda communio.*

QVoniam hactenus per plures proſecuti ſumus irregularitates ex hominis ſtatu, uel profeſſione ꝓuenientes. Nunc ordo expoſtulat, ut eas perquiramus, q̃ ab animi, uel corporis ęgritudine naſcunt. Primum autẽ de morbis animi agẽdum eſt. Hi ſunt amentia, dementia, fatuitas, deliratio, ſtultitia, inſania, furor. Nam quoniam iſta patientes mẽtecapti ſunt, ſuſceptio ordinum illis interdicta eſt. Rationis etenim uſu opus eſt, ut quis ad ordines admittendus ſit; quandoquidẽ

carentes perpetuo uſu liberi arbitrij characterem ſacrum non ſuſcipiunt. S. Tho. 4. diſt. 25. art. 1. refert Tabien. in uerb. ordo. 4. quicquid enim agitur alienata mẽte, fletu potius dignum eſt, quàm Eccleſiaſtici ordinis honore, ut ſcribit Grego. in Regiſtro ad Eleutherium: habetur in cap. quamuis. 7. q. 1. Nulla etenim ratio patitur, ut qui ſanam non habeat mentẽ, aut intellectũ ad Eccleſiaſticos ordines promoueatur. c. infames. 6. q. 1. Quinimmo nec promouendus eſt is, qui nunc
1 non inſanit, ſi aliquando inſaniuit. Aug. lib. de dogmat. Eccleſiaſt. c. 72. habetur c. maritum. d. diſt. 33. & eſt tex. Gratian. in c. fin. 16. q. 1. Si tamen quis mente ſanus ordines præuia diſpoſitione poſtulauerit, & poſtea amẽs ordinatus ſit, cha-
2 racterem ſuſcipit. c. maiores. de baptiſm. Angelic. in uerb. ordo 3. in princ. Catechiſm. Pij V. in tractat. de ordinis ſacramento.

Deprehenduntur autem inſanire homines multis modis, primo quidem ſi ita mente transferantur, ut nõ quod præ oculis habent intueãtur, ſed ſola ſuæ paſſionis phantaſmata inſequantur. S. Ambroſ. ut refert Gratian. in c. ſicut. diſtinct. 47. Rurſum inſaniunt ij, qui quod dicãt neſciunt, aut quod uelint, aut nolint neſciant exprimere c. 1. de cler. ægrot. lib. 6. Ex ipſo enim ſermone, ac linguę explicatione ſtultitiam conijcimus. Iſa. c. 32. ſtultus, inquit, fatua loquitur: quod carmine pereleganti quodam emblemate explicauit Andreas Alciatus.

*Cũ tacet, haud quicquam differt ſapientib. amẽs,*
*Stultitiæ eſt index linguaque, uoxque ſua.*

Sanctus quoq; Hieronymus ad Euandrum, fatuum ex locutione ipſa cõiecit, habetur diſtin. 93. c. legimus. qui enim diſſona rationi dixerit, inſanire putatur. Iob cap. 2. & c. conuenior. 23. q. 8. Ipſo quoque lapidum ictu; ac corporis motu inſaniam quiſque ſuam demonſtrat, ut latius de ſignis inſanientium ſcribit Archid. in d. c. legimus. & præ cæteris fuſius tradit Iaſ. in l. furioſum. C. qui teſta. fac. poſſ. Differunt autem alia, atque alia ratione inter ſe, qui inſaniunt: alij enim fatui ſunt, & inſulſi quaſi ſine condimento diſcretionis ex ſententia S. Auguſt. ut refert Archid. d. c. legimus. & Iſid. lib. 1. Etym. ut refert S. Thom. 22. q. 46. art. 2. Hinc fertur Afranium dicere ſolitum, ſe ſe ſtultum exiſtimare, fatuũ ſe eſſe non opinari: ſcribit Archid. in c. de Conſtantinopolitanæ. diſt. 22. plus enim afficitur mente fatuus, quàm ſtultus: fatuus enim caret ſenſu, ſtultus autem non omnino caret ſenſu, ſed hebeti ſenſu eſt, S. Tho. d. q. 46. artic. 1. Alberic. in uerb. ſtultus. Et licet quandoque eæ animi ægritudines natura fiãt, aut uitiatis moribus. Tamen quandoque etiam à nimia pietate proficiſcuntur; nam quandoque ob immoderatam innocentiam, atq; indiſcre-
3 tam pſalmorum, & officiorum decantationem contingit amentia, atque inſania ex ſentẽtia S. Hieronymi. habetur de cõſecr. diſt. 5. c. non mediocriter.

Quiſquis igitur quamlibet mẽtis alienationem patitur, non ſolum ab ordinibus ſuſcipiendis arcetur, uerum etiam à ſuſceptis adminiſtrandis propter ſacramenti reuerentiam. & maximum periculum. S. Thom. 3. q. 82. art. fin. ad 3. refert Tabien. in uerb. corpore. Propterea Ephraim Syrus cum nouiſſet ſe eligendũ in Epiſcopum, ſimulauit mentecaptum publice indecore gradiens, ueſtem poſt ſe trahens, uenalia rapiens ac comedẽs: ob quæ cum putaretur demẽs, dimiſſus eſt. Niceph. lib. 9. c. 16.

Verum quia aliquando qui deſipuerunt, poſtea reſipiſcũt, quia facile in eandem inſaniam poſſent reincidere, non
4 ſunt ſtatim promouẽdi. Nam etſi ceſſante cauſa irregularitatis ceſſet irregularitas c. ſtatuimus. & c. Neophytus. diſt. 61. Tamẽ quia certa debet eſſe epiſcopi opinio hunc eſſe ab inſania liberatum, ad hoc, ut eum promouere poſſit, ideo an-
5 nus expectãdus eſſe uideretur ab adepta animi ſanitate, ſicut in furioſo canones decreuerunt c. communiter diſt. 33. Verumtamen uerior illa eſt ſentẽtia, quòd hoc totum reſideat arbitrio Epiſcopi; q̃re perfecte cognita deliberabit an ad ordines admittat, an excludat, ſicut dicimus in eo, qui iam eſt promotus, & inſanit; nam ſi reſipiſcat, eſt expectandũ tantum tempus, ut adminiſtrare poſſit, quãtum uidebitur Epiſcopo, ut certus eſſe poſſit, de recuperata mente. Archid. d. c. communiter. Archiepiſ. Flor. 3. part. tit. 29. c. 5. Roſel. in uerb. uitiatus. Alber. in uerb. uitiatus. Propterea ſi ob inualeſcentem febrem, quis inſanierit, aut delira-
6 uerit, ſublata febre reſtitutaq; corporis incolumitate, & ceſſante inſania, ac delirio, nil oberit, quin ſtatim ꝓmoueri poſſit, ut ipſo uſu apud omnes de hac re cõſtare poteſt.

Quæ hactenus diximus, de mentecaptis reijciendis, eadem quoq; congruere poſſunt illis, qui ſtolidi, Bardi, aut hebetes dicuntur; nam quia perſpicaces non ſunt, ſed inepti, & plerumque plus æquo ſimplices, debent excludi. Illi etenim, qui in humanis negocijs inepti, at-
7 que imprudentes ſunt, deponuntur etiã ab adepto ordine, ut apud Gregor. conſtat his uerbis: Petrus diaconus, quem à nobis electum aſſeritis, omnino ut dicitur, ſimplex eſt, & noſtis, quia hoc tẽpore, talis in regiminis arce debet conſtitui, qui non ſolum de ſalute animarum, uerum etiam de extrinſeca utilitate, & cautela ſciat eſſe ſolicitus; habetur c. Petrus, diſt. 39. quo loco glo. putat huiuſmodi ſimplices eſſe irregulares, ſunt. n. imprudentes, unde excluduntur, ut dicemus cum de irregularitatibus apoſtolicis agemus; nam & hos ſimplices ſeuere redarguit Chryſoſt. lib. de ſacerd. dignit. 4. c. 4.

Quandoque tamen tam ſilueſtris eſt populus, & in ſummis alpibus ut craſſioris ingenij, & hebetioris ſenſus homines admittere poſſit, quaſi inter cæcos monoculus Rex conſtituatur; quippe,
8 cui tantum ſufficere poſſit ingenium, quanto præcellat ſibi commiſſis populis, ut ſicut populus, ſic & ſacerdos Iſa. c. 24. Plerumque uero in his rudib. ſumma habitat charitas, & magna Spiritus ſancti dona, ut conſtat ex Greg. dialog. lib. 3. in uita Sanctuli presbyteri: qui nec decem præcepta, nec elementa litterarum bene nouerat; ſpiritus etenim domini implet piſcatorem, & prædicatorẽ facit; implet publicanum, & Euangeliſtã facit: O qualis eſt ille artifex ſpiritus, nulla ad diſcendum mora agitur, & in omne quod uoluerit, mox ut tetigerit mentem docet, ſolumque tetigiſſe docuiſſe eſt. Greg. in homil. 30. ex quadraginta: ideo ad huiuſmodi loca ſilueſtria, quando idonei non reperiuntur, tolerãtur minus idonei. exemplum haberi poteſt ab illo Coepiſcopo Auguſtini, à quo ipſe aliqua acute dicta didicerat, cum multa admiratione, quem quidem dicit fuiſſe Deo amicum, ſed in uilla natum, & enutritum, & non multæ lectionis ut ſcribit Poſſidonius in uita S. Auguſtini: Vnde iſti ad ordines admittentur non habita exactiſſima examinis diligentia, propter clericorum penuriam, ac neceſſitatem. tex. & gl. in c. priſcis. diſt. 55. & gl. in c. 1. diſt.

diſt. 57. ibi, raritas, &c. Stoliditas etenim
hæc, & hebetudo non pertinet ad priua
tionem ſenſus, & rationis, ſed ad tardita
tem, & mentis obtuſam conditionem,
unde non eſt incongruum in ſiluestri lo-
co eos adminiſtrare poſſe. gl. in d. cap. de
Conſtantinopolitanæ. diſt. 22. ſunt enim
aliquo modo dociles; nam & dementes,
qui aliquo modo dociles ſunt ad fidem,
pœnitentiam, & ſacramentorum deuo-
tionem, communionem ſuſcipere poſ-
ſunt ex ſententia S. Thom. ſuper 4. ſent.
ut refert Silu in uerb. Euchariſtia 3. uerſ.
nonum. dumtamen huiuſmodi demen-
tes propter ægritudinem facti ſint, & dũ
corpore ualebãt pij & deuoti extiterint.
Silu. ibid. uerſic. decimum. multo igitur
magis ſtoliditas, & hebetudo admitti
poteſt ad ſacramenta, præſertim ſi mo-
dica fuerit.

## *De Furioſis.*

## CAP. XIIII.

*1 Furioſus qua cauſa quis fiat.*
*Furioſi triplices ſunt.*
*Furioſus Maniam patitur.*
*Comitialis ex bili flaua peraduſtæ cauſari nõ poteſt.*
*2 Furioſus, lunaticus, & comitialis, ſæpe pro eodẽ accipiuntur.*
*3 Dauid Lunaticum, & comitialem ſimulaſſe Baſilius putat.*
*Herculeus morbus.*
*Cambiſes laborauit comitiali.*
*4 Furioſus promoueri non poteſt, etiam ſi ille poſteà liberetur, uel etſi habeat dilucida interualla.*
*5 Febris inducens furorem, non inducit irregularitatem.*
*6 Furioſus per interualla, nec ad minores promouendus.*
*7 Furor ſuperueniens, non aufert characterem.*
*Furor non aufert magiſtratum.*
*Furor impedit Papam promouendum, ſed non promotum.*
*8 Furioſus perquam raro poteſt exercere ſuſceptos ordines, aſſiſtente collega.*
*Furioſus, qui in ſanitate ordines poſtulauerat, recipit characterem.*

FVrioſos bilis facit, ſiue ea ſit
atra, ſiue flaua dũmodo adu-
ſta ſit, eleganti ſtylo hoc pro-
bat Hieronymus Gabuccinus Fanenſis
Medicus de comitial. morb. li. 1. fol. 16.
1 & ſeq. nã ex Hippocratis, Galeni & Ari-
ſtotelis, quos ille refert ſentẽtia furioſos
triplices accipere poſſumus, furentes, lu
naticos, & comitiales, qui uarijs inter ſe
differunt modis; furit enim quis aliquan
do ob flauæ bilis aduſtionem: quæ cum
petat caput debacchari hominẽ cogit;
hominum quoq; ſocietatem diffugere,
errareque per inuia, & ſolitaria. Ariſtot.
ſect. 30. problem. 1. exemplo fuit Belle-
rephon, de quo poeticum illud:

*Qui miſer in campis merens errabat aleis.*
*Ipſe ſuum cor edens, hominũ ueſtigia uitãs.*

Ij igitur cum Maniam patiantur nun
quam tamen cadunt, unde nec lunatici,
nec comitiales ſunt, ſed ꝓprio nomine
furioſi dicuntur. Nam ex flaua bili pera-
duſta comitialis cauſari non poteſt. Ga-
bucci. eod. lib. 1 & lib. 2. fol. 38. At cum
atra bilis furere cogit, id fit, qa hæc atra
bilis tardius irrepit ad corripiendum ca
put, & alia membra; quæ humoris tardi-
tas, & mora, ita mentis abalienationem
incutit, ut debacchari cogat, priuſquam
caſum inducat, unde ĩ iſtis terminis ſtat
furoris nomen: at ſi uſque ad capitis, &
membrorum correptionem humor in-
ualuerit, fit caſus, qui uel lunaticus dice-
tur, uel comitialis, ſecundum cauſæ di-
uerſitatem. Apud ſcriptores uero ple-
rumque iſta commiſcentur, uidelicet,
furioſus, lunaticus, & comitialis. Volater
ran. libro 24. de inſania. Nam Baſil. ho-
mil.



mil. 20. ſuper Pſalm. 33. circa princ. ſcri-
3 bit Dauid cum caderet ore ſpumãte lu-
naticum, & comitialem uiſum fuiſſe ex
libro 1. Reg. c. 21. Herculem etiam fe-
runt furioſum, & comitialem fuiſſe, un-
de hic morbus herculeus dictus: filios
etenim proprios furens necauerat. Cam
biſes quoque Perſarum Rex eodẽ mor-
bo laborauit; chariſſimos etenim in ip-
ſo furore interfecit: Verum tamen quia
furioſum diſtinximꝰ à lunatico, & comi
tiali, uidetur magis opportunum, ut de
ſingulis, ſingula capita ſubijciamus.

Furioſus igitur nulla ratione promo-
ueri poteſt. cap. communiter. diſtin. 33:
quem textum. Archid. ibi intelligit ſpeci
fice loqui in furioſo, ex ſententia Lau. &
Hug. idem ſcribit Alberic. in uerb. uitia-
tus. Roſel. in uerb. uitiatus. Archiep. Flor.
3. parte tit. 29. cap. 5. Idque adeo uerum
eſt, quòd etſi furore liberetur (fieri enim
hoc poteſt, præſertim in furore ob flauã
4 bilem) tamen promoueri non debet. gl.
& Gul. in d. capit. communiter. Alberic.
Roſel. & Floren. locis prædictis. Summa
conf. de homic. quæſt. 45. text. in capitu.
maritum. 33. diſtinc. (qui locus excer-
ptus eſt ex Auguſt. in lib. de dogmat. ec-
cleſiaſtic. capitu. 72. licet Gratianus per
errorem tribuat Gregorio.) Quandoq;
etenim dilucida ſunt interualla furoris,
Ideo ſicut dum quis furit, cum rationis
uſum non habeat, non debet ordinari.
S. Thom 4. diſtin. 25. artic. 1. Tabien. in
uerb. Ordo. 4. nullus enim adeſſe poteſt
conſenſus. 32. quæſtio. 7. cap. neque fu-
rioſus. & ibidem glo. ita ſi dilucida inter-
ualla habeat, corripi à furore poſſet, uel
tempore promotionis uel tempore ad-
miniſtrationis. Ideo non eſt committen-
dus ordo ei qui facile relabi in furorem
poſſet, niſi forſan furorem quis patiatur
5 ob inualeſcentem febrem, eo enim caſu
ſublata febre, & furor penitus ſublatus
uidetur: unde & ad ſacros ꝓmoueri non
prohiberetur.

Ad minores uero ordines promoue-
ri poſſet ille, qui dilucida habeat inter-
ualla ex ſententia Archid. in cap. 2. & 3.
per illum text. 33. diſt. ibi, de ſacro miſte
rio. Sed meo quidem iudicio, nec ad
minores facile admittẽdum puto; deho
6 neſtaretur enim ordo clericalis; qui etſi
non deſeruiat altari tamen circa altare
uerſatur; unde res tota pẽdebit arbitrio
Epiſcopi conſiderata qualitate furoris,
an leuis ſit, an perraro corripiat.

Si quis autem ſana mente promouea
tur, poſtea uero furor ſuperuenerit, om-
nis ordinum executio illi aufertur; nam
7 etſi character ob furorem non deleatur,
uſus tamen impeditur. S. Thom. 3. q.
82. artic. fin. ad 3. Tabien. in uerb. corpo-
re: quod etiam Iure ciuili cautum eſt.
Nam ſi quis in magiſtratu poſitus fure-
re ceperit, non deponitur à magiſtratu;
quin illi integre permittitur. l. qui fure-
re. ff. de ſtat. homi. ubi glo. & Doct. Ideo
concludo, quod furor impedit quidem
Papam eligendum, at non deijcit electũ.
Anton. de Butr. in capit. licet. de electio.
Iacobat. in tract. de Concil. lib. 3. articu.
1. uerſic. & idem ſi ſit furioſus: ſola enim
nuda adminiſtratio impediri uidetur:
quæ quia ſine rationis uſu exerceri non
poteſt, ideo per coadiutorem ſupplere
ſufficiet.

Contingit autem aliquando eum qui
ſana mẽte promotus eſt furore corripi,
& poſt tempus ad priſtinam mẽtis inco-
lumitatẽ reſtitui, dubitatur an facile ſit
reſtituẽdus ad adminiſtrandos ordines,
quos ob furorẽ exercere ꝓhibitus fuit,
& ſanè uerba d. cap. maritum. & Aug. d.
cap. 72. uidentur probare non licere re-
ſtitui propter illa uerba, qui quandoque
inſa-

inſaniuit, maxime ſi ſæpius fuerit corre-
ptus. 7. q. 2. c. in litteris. ſed æqor eſt ſen-
8 tentia, quòd ſi perraro fuerit moleſtatus ex leui furore, ac ſine ſcãdalo, ſiue clamore, aut alia horribili perturbatione, poterit admitti ad celebrationem ſuſcepti ordinis; dummodo ſecum collegam habeat ſacerdotem, qui, ſi contingeret cũ inter celebrandum furore corripi, poſſit ſupplere, & perficere miniſterium. 7. q. 1. cap. illud. & c. nihil. Alberic. d. uerb. uitiatus. Archiepiſc. Flor. d. cap. 5. in fin. Non eſt autem illud prætermittendum, quòd furioſus, qui ſana mente ordines poſtulauerat, præuia diſpoſitione ſuſcipit characterem etiam ſi in furore ordinetur. text. in cap. maiores. de baptiſm. Angelic. in uerb. ordo 3. in princip. Catechiſm. Pij Quinti, in tract. de ordin. ſacramento.

### *De Lunaticis.*

## CAP. XV.

1 *Lunaticus eſt, qui naſcitur interlunio:*
*Lunaticum mancipium morboſum eſt.*
*Argumentum ab edilitio edicto ad irregularitatem rite trahitur.*
*Lunatici à dæmoniacis longe differunt.*
2 *Lunaticus myſtice eſt, quiſquis ſordeſcit peccatis*
3 *Lunaticus iam promotus, non amittit characterem.*
*Lunaticus morbus, ut incipit ipſo uitæ ortu, ita concomitatur ad mortem.*
4 *Lunaticus leuiter affectus, an promoueatur.*
5 *Lunaticus leuiter affectus, an exerceat ordines.*
6 *Lunaticus à comitiali dignoſcitur tempore.*
*Lunaticus ad minores facilius admittitur.*
7 *Lunaticum ſe ſimulans, an poſſit promoueri.*

QVa ratione furioſi non promoueãtur, ut proximo capite diximus, eadem quoq; & lunatici; nam mentis ſummam alienationẽ patiuntur, uſque adeo, ut inſaniant, merito ob hanc inſaniæ cauſam ordines illis conferri nõ debent. argum. diſt. 33. cap. maritum. etiam ſi dilucida habeant in-
1 teruualla, ut ibi in illis uerbis, quandoque inſaniuit: Lunaticus enim ille eſt, qui interlunio genitus eſt, nam cum luna defectum patitur, uel quamlibet mutabilitatem, ipſe quoque patitur, & mente abalienatur, ita ut inſaniat; quo fit ut ethnicorum iure lunaticum mancipium pro maxime morboſo haberet͠, ita ut redhibitioni locus eſſet. ff. de ædil. edic. l. bouẽ. §. aliquando. multo ergo magis Deo hoc morboſum mancipium adſcribi nõ debet. 33. diſt. cap uſque adeo. nam affirmatiue ab ædilitio edicto ad irregularitatẽ ualet argumentum, ut alias diximus in regulis generalibus, & quòd ſit irregularis probat Alberic. in uerb. uitiatus. & Archiep. Flor. 3. tit. 29. cap. 5. Lunaticus etenim morbus ſæpe comitiali coniungitur, unde Sirenus Poeta.

*Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo,*
*Quod fieri nobis ſuffragia iuſta recuſet.*
*Sæpe etenim membris atro languore caducis*
*Concilium populi labes horrenda diremit.*
*Ipſe Deus memorat dubia per tempora lunæ,*
*Conceptum talis, quem ſæpe ruina profudit.*

Propterea Archid. Phyſicarum rationum ignarus lunaticos eos eſſe putabat, quos dæmon uexat in interluniis, ut ille ſcribit in c. communiter. diſt. 33. ſed longe fallitur: nam Dæmoniaci toto cœlo differũt à lunaticis, ut ſuo loco dicemus. Fateor tamen, & lunaticos aliquando à dæmone uexari, ut Matth. cap. 17. Phyſici etenim ferunt lunaticos plerumq; ſine dæmone ſola luna aduerſante uexari ipſo interlunio, quo tempore, & dæmon facilius ſeſe immiſcet, ut humanam naturam



ram uexet, quando mens & ratio debilior eſt, ut ſcribit Silu. de ſtrigimag. lib. 1. c. ult. uerſ. decimum. & eſt ratio quia defectu Lunæ, quaſi terræ humiditate decreſcente fit naturæ imbecillitas, unde eos perfacile uexat dæmon naturalium effectuũ peritiſſimus. S. Tho. ſup Matth. ad c. 4. in fin. & ante eum Origen. ſuper Matth. hom. 4. col. 3.

Spirituali autem ſenſu lunaticos accipere debemus eos, qui inſtabiles ſunt, ut
2 recte Beda interpretatur ijs uerbis, lunatici, inquit, ſunt qui ut luna mutãtur per diuerſa uitia creſcentes, & decreſcentes. refert S. Thom. in catena aurea ſuper Lucam cap. 9. Inſtabiles enim ſunt lunæ motus, & alios, atq; alios in dies effectus parit in inferiora corpora, ut diſerte ſcribit Baſil. in exemero homil. 6. & iccirco quaſi lunatici, qui fluctuant in uitijs, aut fide promoueri non debent. Si quis autẽ promotus ſine hac uexatione poſtea in
3 hunc lunaticum morbum inciderit, characterem quidem non amittit: ſed ordinibus inſeruire non permittitur ob ſacramenti uenerationem, & ob ſcandalũ, ſentit S. Tho. 3. q. 82. art. fin. ad 3. quamquam ſi phyſicis credimus, uix quiſquã lunaticus exiſtit, qui non id ab ipſo ortu patiat͠, quia ſit interlunio natus, quinimmo, ut ab ipſo ortu morbus hic incipit, ita numquam niſi morte deficit, infecta naturæ radice. Gabuccinus de comitial. morb. lib. 1. fol. 4. & 16. & ſeq.

Propterea illi mihi uidentur impoſſibilem dubitationem proponere, qui dubitant an promotus ſi lunaticus efficiatur aliquandiu, & poſtea conualuerit, ſit ad exequendos ſuos ordines reſtituendus. Tamen, ut omnium curioſitati ſatiſfiat, duplex conſideratio fieri poteſt. Prima eſt, ſi quis lunaticus extiterit, & poſtea ægritudine illa liberatus, aut ſi leniꝰ
4 uexetur uelit promoueri, non eſt audiendus: promoueri enim non debet, ſicut nec ille, qui aliquando inſaniuit. text. in d. c. maritum. & ita ſenſerunt ueteres, ſ. Gul. & glo. in c. communiter 33. diſt. Archiep. Flor. d. c. 5. Roſel. in uerb. uitiatus. Alberic. in uerb. uitiatus. Secunda conſideratio eſt, ſi quis iam promotus in hũc morbum inciderit, & poſt aliquod tempus iſta uexatione lunatica ſit liberatus, ſi per teſtimonia medicorũ Epiſcopus nouerit ipſum eſſe ſanatum, reſtitui pote-
5 rit ad exeqũẽdos ordines ſuſceptos, etiã ſi per ſingulos menſes aliquid uexationis patiat͠, ſi nullus adſit uocis clamor, aut horribilis commotio, aut ſcandalũ: ſufficit enim ſi ſecũ ſacerdotem aſſiſtentem habeat, qui ſi in ſacrificio uexaretur poſſit ſubuenire, & miniſteriũ perficere, argum. 7. q. 1. cap. illud. & c. nihil. Alber. in uerb. uitiatus. Roſel. & Floren. ubi ſupra. Sed non ſtatim Epiſcopus eum debet reſtituere, quin expectato aliquo tempore poſſit dignoſcere an uere lunaticus morbus ſit, an comitialis; nam ut dignoſcatur an dęmoniacus, an comitialis,
6 menſis expectandus eſt. Ad dignoſcendum autem an uere liberatus ſit, annus expectari debet. 7. q. 2. c. fin. & d. c. communiter. Sed uerius eſt, ut hæc omnia reſideant arbitrio Epiſcopi. Archidiacon. d. c. in litteris. 7. q. 2. Roſel. Alber. & Flor. ubi ſupra.

Sunt autem prædicta uera in maioribus ordinibus, at in minoribus perquã facile admitti poſſunt, non ſolum ut ſuſceptos exerceant, ſed etiam ut ad illos promoueãtur, tex. in c. 2. diſt. 33. ubi Archid. & Lau. hoc dicunt, per illum text. in illis uerbis, ſacro miniſterio. Iccirco extra ſacrum miniſteriũ, & ſacrificium altaris, ſi Epiſcopus arbitrabitur, poſſe eos promoueri, pendebit ab ipſius iudicio,

cio, inſpecta magnitudine, uel turpitudine uexationis: cuius rei exemplum trahere poſſumus, à S. Malcho Epiſcopo Hybernico qui (ut utar uerbis auctoris) puerum mente captum, ex ijs, quos lunaticos uocant, inter confirmandum ſacra unctione ſanauit, & illum mox conſtituit oſtiarium domus ſuæ; hæc ſcribit S. Bern. Abbas Clareuall. in uita S. Malachiæ.

Si autem quis uere lunaticus non extiterit, ſed ſimulauerit, ut Dauid 1. Reg. c. 21. ſi ob cauſam piam id fecerit, non prohibebitur ordinari, Dauid enim qui ſe lunaticum finxit, ut ſcribit Baſil. in homil. 20. ſuper Pſalm. 33. non reperitur ob hãc cauſam fuiſſe a ſacerdotio excluſus: ſed ſi ob turpem quæſtum quis ſe lunaticũ ſimulauerit, indignus erit omni Eccleſiaſtico ordine, argum. Conſtantinopol. Synodi ſextæ. c. ſexageſimo, quę reddit irregulares eos, qui ſe dæmoniacos ſimulãt, perinde ac ſi eſſent uere dæmoniaci.

## *De comitialis morbi irregularitate.*

## CAP. XVI.

1 *Comitialis unde dictus.*
*Comitialis, Herculeus morbus, maior, ſacer, denominatur.*
*Epilepſia morbus, & cauſa.*
2 *Coitus paruus comitialis uidetur.*
*Comitiales fuere multi inſignes uiri.*
*Iulius Cæſar comitialis.*
*Dauid comitialem finxiſſe uidetur Baſilio*
3 *Comitiales promoueri non poſſunt.*
4 *Comitiali morbo liberatus, quando promoueri poſſit, uel ad ſuſceptos exercendos reſtitui.*
5 *Comitialis eſſe quis quanto tempore dignoſcatur*
6 *Dæmoniacus eſſe quanto tempore, quis dignoſcatur.*
7 *Comitialis deprehenditur cornibus ceruorum aduſtis.*
*Comitialis deprehenditur carnium promiſcuo uſu.*
8 *Hœdinis carnibus, ſuſcitati dæmones ridiculũ eſt.*
9 *Hircina, uel caprina caro ſuſcitat comitialem.*
*Capra & hircus comitiales ſunt.*
*Sacerdotibus olim caprinis carnibus ueſci uetitum fuit.*
*Hircinum iecur ſuſcitat comitialem.*
*Dæmoniacis auferendus eſt uſus carnium.*
10 *Dæmones eſu carnium, ad uitia nos prouocant.*
*Carnium eſus, non natura nobis inditus.*
*Vulturibus, nec natura eſus carnium inditus.*
11 *Coturnicum uſus in cibo ſuſcitat comitialem.*
*Aniſum impedit comitialem ex Pithagora.*
*Comitialis, quibus modis ſanari poſſit.*
*Simon Tridentinus puer iugulatus.*
*Aſtenſis puer iugulatus.*
*Cataphriga, & Pepuziani Euchariſtiam conficiunt ſanguine infantis iugulati.*
12 *Comitiales ad minores ordines facile promouentur.*
*Comitialis morbus hæreditarius; ideo inficit hæredes, etiam quo ad irregularitatem.*
*Vertigo parua epilepſia, affinis comitiali, ac nihilominus promoueri non impedit.*
*Gregorius Magnus ſincopen ſæpe paſſus eſt.*

COmitialem morbum ideo antiqui denominaſſe dicuntur, quod hac ægritudine laborãtes, in agendis comitijs maxime detegi
1 ſolerent; quamobrem comitia dimittebãtur, ſi eo tempore hac uexatione, quis fuiſſet correptus, ut Sirenus Poeta ſcripſit, de quo ſuperiore capite diximus.

Sed aliquando herculeus morbus dictus eſt, quod Herculem uexarit: aliqñ ſacer, aliquando lunaticus, illo eodem loco diximus: Aliquando epilepſia dicitur, quaſi membrorum correptio, & cõtractio; Nam ex phyſicorum ſententia, in hoc morbo tanta eſt capitis, & membrorum contractio, ut aut hominem celeriter conſumat, ſi recens & uehemens ſuperueniat, aut ſi lenius hominẽ graſſetur, familiaritate quadam, uſque ad ultimum uitæ exitum concomitetur; propterea inſanabilem putant; præſertim ſi hydropiſi miſceatur. Gabuccin. de comitial. morbo lib. 2. fol. 55. atque ante eum Hippocrates lib. de Choacæ prẹnotionibus: cauſam huius morbi ſcribit idem Gabuccin. libro 1. fol. 10. & 16. & ſeq. Et tametſi de hac re multa dicat, Archi. in cap. communiter. diſtin. 33. tamen non illi credendum eſt homini phyſicarum rerum ignaro; ſed conſulendus eſt Hippocrates lib. de ſacro morbo. & Ariſtot. in problem.

Habet hic morbus horroris plurimum; Nam qui ex eo concidunt rugitum emittunt, qui rugitus inde naſcitur, quòd ſtipatis uenis difficilis eſt aeris reſpiratio. Gabuccin. eodem lib. 2. fol. 45. ex ſententia Auicennæ: præterea ſpumã præmaximam ore mittit; quia pulmo ualde afficitur nimia interni motus uehementia. Idem Gabuccin. eodem lib. 2. fol. 46. Tãtum enim fœda res eſt aſpectui hic caſus, quantum ipſe uenereus
coitus; quandoquidem ex Hippocratis
2 ſententia coitus comitialis morbi teterrimi pars eſt, imo paruus comitialis; quod eleganti ſtylo ſcripſit Aul. Gell. lib. decimo nono. capit. 2. Eſt uero tam abominabilis etiam ſtomacho, ut uidentibus timori ſit; nam Plin. libro 10. cap. uigeſimotertio, dicit morbum hunc deſpui conſuetum, perinde ac ſi contagione eſſet inuaſurus. Gabuccin. libro primo. fol. 3. Hoc morbo correpti ſunt uiri præſtantiſſimi: nam Iulium Cæſarẽ ferunt in agendis rebus bis hoc morbo fuiſſe correptum. Dauid quoque, ut Baſilius refert homil. 20. ſuper pſalm. trigeſimum tertium; talem ſe eſſe ſimulauit.

Qui igitur hoc morbo corripiuntur, ad ſacros ordines promoueri non poſſunt. d. ca. communiter. quem canonem Gratianus tribuit Pio Papæ; cum tamen ſit excerptus ex Concil. Toletan. XI. cap. decimo tertio. & ſicut ille tex. de promotis loqui uidetur, ut non ualeant in ſuſceptis ordinibus miniſtrare (ut ſenſerat Bartholom. Brix. & probatur ex inſcriptione illius capituli in d. Concil. quæ habet, de ſacerdotibus qui uexantur à ſpiritu) tamen idem erit in promouendis; nam ſi ſecundum S. Thom. tertia. quæſt. 82. art. fin. quilibet patiens quamlibet mentis alienationem ordine quidẽ non priuatur, ſed executio illi interdicitur, tum ob periculum, tum ob ſcandalum circa ſacramenta; maiore ergo ratione qui hæc patitur promoueri non debet: quoniam quicquid deijcit promotum, multo magis impedit promouendum, uulgata ratione. Idque non ſolum uerum eſt in Comitiali; ſed & in oĩ ægritudine caſum ſimilem cauſante. Archid. in d. cap. communiter, ex ſententia Lau. & Hug.

Dubium erit, ſi comitiali morbo liberatus quis ſit, an poterit ad ordines admitti; ſed ſane ſi ſequamur illorum ſententiam, qui putant morbũ hunc incurabilem eſſe, abſoluta eſt reſponſio, ipſum nũquam admitti poſſe, tametſi diu ab illo nõ fuerit uexatus: ſed ſi phyſicis uidetur ſanari poſſe, aut ad leniorem moleſtiã duci; poterit Ep̃s conſilio cum medicis habito, illum ꝓmouere, ſi tantũ temporis effluxerit, quo ulterius dubitandũ non ſit, quòd morbus inuadere poſſit, ut proximo anteriori capite diximus. Si quis autem iam promotus, in hunc morbum inciderit, nec poſtea ab ipſo liberatur, abſtinere cogitur 7. q. 2. in c. in litteris. Tabien. in uerb. corpore. præſertim ſi cum clamore ac ſpuma exagitetur,

tur,etiam ſi ſemel tantum in anno;ex ſen
tentia Goff.in d.cap.in litteris, & refert
Archid.ibi, ſed ſi leniter afficiatur ſine
uociferatione, ac ſpuma in terram colli-
datur, ad ſuſceptos ordines exercendos
reſtitui poterit, dummodo aſſiſtentem
ibi ſacerdotem habeat, qui ſi caſus con-
tigerit ſuccurrere,& perficere poſſit.7.q.
1.c.Illud. & c.nihil. Alberic.in uerb.ui-
tiatus. Archiep. Flor.3.titu.29.c.5.in ſi.
Roſel. in uerb.uitiatus. Tabien.in uerb.
corpore,qui tamen caſus quando,& ſpu
ma,ac uociferatione caret,potius ad ſin-
copem pertinere uidetur, de qua paulò
inferius hoc eodem capite dicemus.

Verum quia nonnullis uiſum eſt cu-
rari hunc morbum poſſe, aut ſaltim oc-
cultari ad tempus,tractandum eſt,quan-
tum temporis Epiſcopus expectare de-
beat, ut deliberare poſſit an reſtituenda
5 ſit illi ordinum adminiſtratio.Duo tem
pora de hac re in iure reperiuntur,men-
ſis,& annus, menſis quidem quoad di-
gnoſcendum,an ſit comitialis, an ſit dę-
moniacus.Annus uero,an perfectè ſit li
beratus, ita intelliguntur illi duo cano-
nes,qui uidentur contrarij ſcilicet c.ult.
7.q.2.& diſtin.33.c.communiter, & ita
intelligere uidetur Hug. in d.c.ulti. per
quam diſtinctionem conciliantur con-
trariæ opiniones Doctorum ſcilicet Ar-
chid.in d.c.in litteris.Alberic. Roſel. &
Flor.locis citatis: quomodo autē infra
mēſem Comitialis,à dæmoniaco digno-
6 ſci poſſit, phyſica ratione probatur: Nā
ceruorum cornua ſi accendantur,odore
7 per aduſtionem fragrātē,comitiales de-
prehendūtur.Plin.lib.8.c.32.ſed & car-
nium uſu poteſt deprehendi hic morb.
Gelaſius enim Papa,ut comitialem poſ-
ſet dignoſcete à dæmoniaco,iuſſit ut ue-
8 xatus omni carnium genere ueſceretur,
c.fin.7.q.2.Ideo monendus eſt lector ne
ridicule cum gloſſa ſentiat,quod hędinæ
carnes prouocēt dæmones,ut ipſa dixit,
in d.c.ult.non enim ad hanc rationē Ge-
laſius omnes carnes admiſit,ſed ob aliā;
nam hœdinæ carnes nihil tale poſſunt,
quale eſt illud,quod illa glo. dixit: Hoc
autem putauit Gelaſius prudenter ſi is,
qui uexatur paſſim omnibus utatur car
nibus,forte caprinas: aut hircinas edet,
& morbus comitialis excitabitur;capræ
9 etenim atq; hirci hoc morbo laborant,
Hippocr.lib.de ſacr.morb.quem Auicē
na ſequitur,ut ſcribit Hieron.Gabuccin.
de comit. morb. lib. 1. tradidit quoque
Clemens Alexandrinus ſtromat. lib.7.
ante med. libri. Olim etenim ſacerdoti-
bus interdictus erat caprinæ carnis uſus,
quod præceteris animantibus comitiali
morbo uexetur;indeque guſtātibus,aut
tangentibus aliquid eius morbi affrice-
tur, ex ſententia Plutarchi,quem eodem
lib.refert Gabuccin.Nam & iecur capri-
num,aut hircinum cibo potuve deſum
ptum,aut odoratum ſuſcitat hunc mor-
bum, idem Gabuccin. lib. 3. fol. 62. &
hanc ob rationem ſcilicet, ut deprehen-
deret Comitialem à Dæmoniaco Gela-
ſius omnes carnes admitti uoluit, non
autem ob eam cauſam, quòd hœdinæ
carnes irritent dæmones, ut ſuperſtitio-
ſe putauit glo.prædicta. Quinimmo di-
cendum eſt, quòd ſi ſit certum hunc eſ-
ſe dæmoniacum non eſt dandus ei liber
uſus carniū: quin potius ei omnino in-
terdicendus eſt, ut olim fecerat S.Bene-
dictus cuidam clerico uerè, & palā Dæ-
moniaco, cui omnem uſum carnium
interdixerat,ut ſcribit Greg.Dialo.lib.2.
in uita illius: idē fecerat Macharius Ale-
xandrinus, nam dęmoniaco liberato,
quadraginta diebus uino,& carnibus in-
terdixit, ut tradit Pallad. Cappad. in ui
ta duorum Machariorum.

Et



Et tametſi ex ſentētia Euſeb. Pamphi.
de præpar. Euang. lib.4. c.duodecimo,
& ex Porphir.lib.de abſtin.à carnib.dæ-
mones uſu carnium prouocentur; tamē
10 illud accipiendum eſt,quoad ſuggeſtio-
nem uitiorum, non autem, quoad hoc
genus ægritudinis:certum eſt. n. quoad
uſum carnium nos natura ab initio non
docuit,quinimmo nec uultures ipſi,nec
cætera animātia hoc inditū à natura ha-
bent,ut carnibus ueſcantur, ut eleganti
ſtylo ſcribit Baſil.in exemero homil.11.
& Hieronym.in cap.ab exordio diſt.35.
fruges enim,ac fructus nobis dedit Deꝰ
in cibum.Gen. 1. Sed poſt expletum di-
luuium,ut etiam carnibus ueſceremur
conceſſit dominus;Gen. cap. 9. facit ad
hoc Euſeb. de præparatio. Euang.lib. 8.
capit.ultim.

Alijs præterea modis hic comitialis
ſuſcitatur, quos ſcribit Gabuccin. eodē
lib.3,fol.96. Coturnicib. enim ſi nimiū
quis in cibo utatur, facile in hunc mor-
bum incidit. Sunt enim Coturnices co-
11 mitiales.Plin.lib.10.c.23.

Et quamquam ſupra diximus morbū
hunc inſanabilem eſſe:tamen nonnullis
uiſum eſt leniri poſſe,aut etiam purgari.
Nam Pithagoras putabat aniſum ī ma-
nu habentes corripi hoc morbo nō poſ-
ſe:refert Plin.lib.20.c.17.Olaus quoque
Archiepiſcopus hiſt. ſeptentrio. lib. 18.
cap.31.dicit pueros,ſi continue uulpini
cerebri cibo utantur,ſecuros eſſe perpe-
tuo à comitiali morbo. Alij impijſſimè
huic morbo mederi putarunt,ſi uexatus
ebiberit ſanguinem iugulati hominis;
ſic miſera auxilia,miſeriora faciunt ma-
la.Tertull.apolog.c.22.

Quamobrem ſæpe pueri clam iugu-
lati comperti ſunt,forſan ad huius mor-
bi impiam medelam, ſicuti cōtigiſſe Si-
moni Tridentino memorāte Bergomas
& Naucler.anno Domini 1475. quod
etiam alij puero Aſtenſi contigit meo tē
pore, quamquam ob inuidiam aduer-
ſus Chriſtianorum pietatem uerosimi-
lius ſit,à Iudæis fuiſſe iugulatos, uti po-
ſtea miracula indicarunt. Nam frequen
tiſſimè hæc ſcelera Iudæi cōmiſiſſe com
perti ſunt,etiam priſcis ſæculis, uti ſcri-
bunt Socrat.hiſt.lib.7.c.16. Trip.hiſtor.
lib.11.c.13.Surius anno Domini 1510.
Sed & ab hæreticis Cataphrygis & Pe-
puzianis perimi pueri conſueuerunt,
qui de infantis anniculi ſanguine,quem
de toto eius corpore minutis punctionū
uulneribus extorquent, quaſi Euchari-
ſtiam ſuam conficere perhibentur, mi-
ſcentes eum farinæ; panemque inde fa-
cientes,ut refert S. Auguſt.lib.de hæreſ.
c.26. nam prędicto modo duo pueruli
prænominati extincti ſunt: & forſan ad
eum finem,& effectum.

Quod uero ſupra diximus comitiales
ad ordines promoueri non poſſe,uerum
eſt ad maiores; alioquin ad minores per
Epiſcopum admitti ex diſpēſatione poſ
ſunt. Archidiac.& Lau.in d.c.2. diſt.33.
12 per illum text.in cap.3.ibidem,quia ille
text.utitur uerbis illis,ſacra myſteria,per
quæ non excludūtur alij ordines,qui nō
uerſantur circa ſacra myſteria, quales
ſunt minores.

Illud prętermittendum non puto qđ
hoc impedimenti genus,quod ex comi-
tiali naſcitur, non ſolum excludit eum,
qui ipſo affectus eſt, uerum etiam prolē
ipſius: hic enim morbus hęreditarius
eſt, & ad prolem tranſducitur, Gabuc-
cin. eodem libro primo. folio 34. Iure
igitur merito Epiſcopus non admittet
ad ordines ſacros prolem eius, qui fue-
rit hoc morbo exagitatus, niſi lōga tem
poris intercapedine prolem nō pati ani-
maduerterit.

Ad

Ad comitiales proxime accedunt, qui uel uertigine uexantur, uel ſyncope exagitantur, pari quodam ſymbolocũ illo morbo: ueteres enim græci uertiginẽ micran Epilepſiam appellarunt, quaſi paruum comitialem; ſunt enim affines morbi, & eiſdem propemodum cauſis proueniunt, ita ut uel peritiſſimis phyſicis cognitu difficile ſit, utra ſit affectio, teſte Gabuccin.eod.lib.1.fol.24. Sũt præterea uertigines quandoque huius ſacri morbi prænuntiæ. Idem lib.2.fol.36.nã & uertigines, proxime antecedunt comitiali eod.lib.2.fol.59. Qui igitur hęc patiuntur, non ſtatim, aut ſicco pede ab Epiſcopo promouendi ſunt, ſed pẽſanda eſt res tota ex phyſicorum conſilio; quia ſi comitialis immineat, periculum grande incurritur, dum hic promouetur ad ordines ſacros: nam omnes iſtę alliſiones, & correptiones, ſeu caſus etiã leues debent expectare prudens conſilium, & deliberationem Epiſcopi, antequam conferantur ordines ſacri; arg.d.c.communiter.diſt.33. & ſentit ibi Archid.Laur. & Hug. Sed ſi certus Epiſcopus ſit ſolam eſſe uertiginem, uel ſyncopen, tunc humanè ad quoſcumque ordines admittere poteſt; nam & diuum Gregorium ſummum illum Pontificem conſtat perquã ſæpe eam grauiter fuiſſe uexatũ, ut ſcribit Ioann.diaconus, ad Ioannem Papam Nonum in uita eiuſdem S.Greg.lib.1.c.7.refert à Lipom. tom.4. quin apertius ſcribit ipſe idẽ Greg.dialog.lib.3. c.30. in uita Eleutherij: Hortandi tamen ſunt, qui has leues affectiones patiuntur, uidelicet ſyncopen, uertiginem, animi deliquium, ac ſimilia, ne temere ſe exponãt altaris miniſterio, niſi ſecũ coadiutorem habeãt, qui ſi oporteat, ipſorũ uice myſteria perficere, & ſuccurrere poſſit.7.q.1. c.illud.& c.nihil: ubi caſus expreſſus.

## *De Dæmoniacis.*

## CAP. XV.

1 *Dæmoniacum comitialem dici, phyſicis uidetur ſtultum.*
*Dæmones eſſe bonum eſt.*
*Dæmones multi nos ſingulos ad mala prouocant.*
*Stagirius monachus dæmoniacus apud Chryſoſtomum.*
2 *Dæmoniacus perpetuo irregularis, etiam ſi liberatus.*
3 *Dæmoniacus non eſt quis temere iudicandus.*
*Dæmoniacus promotus ordines exequi nõ poteſt niſi liberatus, at non aſcendet.*
*Dæmoniacus quibus ſignis dignoſcatur.*
4 *Dæmoniacum eſſe liberatum, quibus ſignis dignoſcatur.*
*Dæmonem diſceſſiſſe annali tempore præſumimus.*
*Dæmoniacus ad minores diſpenſari quando poſſit.*
*Dæmoniaco non negatur ſacra communio.*
5 *Energumeni ijdem qui & dæmoniaci.*
6 *Maleficiati in genitalibus, promoueri non prohibentur.*
7 *Maleficiati à dæmoniacis, quomodo differant.*
*Dæmoniacum ſe ſimulans eſt irregularis.*

TAm longè diſtat hic tractatus à proxime allegatis uexationibus, quàm ſpiritus à corpo-
1 ribus differre ſolent, ſtultum enim phyſicis uidetur, ſi dæmoniacos audeat quis appellare comitiales. Nam Hippocrates ueteres quoſdam medicos putauit ſtolidos, q morbi comitialis uexationẽ dęmonibus attribuerẽt; refert Gabuccin. de comit.morb. lib.1.fol.3. Ideo has dęmonum moleſtias ad philoſophiæ naturalis rationem non pertinere ſcribit idẽ Gabuccin. eod.lib.1.fol.15. Diuina etenim uoluntas à dæmonibus nos infeſtari ſumma ratione permittit; nam & dæmones eſſe bonum eſt, tũ ad noſtrã exercitationem tum ad uindictam furoris, & irę Dei, ſentit S.Hieronym.ſuper Iob, habetur in c.nõ ſolum 23.q.5.iuncta gl. ſicut & bonum eſt, ut etiã mala ipſa ſint S.Aug.in enchirid.ad Laurẽ.c.96. Sunt autem circa unumquemque noſtrũ dæmones multi, ad mala nos prouocantes Greg.in lib. 1.Reg.c.7. Auguſt.lib.1.de diuinat.dæmon. & quandoq; etiam humana corpora torquendi poteſtas illis à Deo conceditur, conſtat Iob, cap.1.& 2. Matt.8.ubi Chryſoſt. quorum dæmonũ naturam ſi quis curioſius perſcrutari uelit ex ſacris ſcriptorib. habet Tertul.apolog.c.22. Aug.lib.1.de diuin.dæmon.S. Thom.2.ſent.diſt.7.& 8. Gratian.26.q.3.c.ſciẽdum. Lactantium in 2.lib.diuin. Inſtit.c.15.16.& 17.& fuſius quã oẽs. Silu.de ſtrigim.lib.1.c.13.& duob.ſeq. & Guliel.Pariſien.tractatu de dęmon. Ex profanis habet Platonem in ſympoſio: Porfirium in lib. de abſtin.à carnib. cuius meminit Euſeb.Pamph de præpara. Euãg.lib.4.c.12.ſunt autem (inquit) corpora hominum iſtis dæmonibus plena, & maximè illorum, qui delicatis cibis uiuunt, comedentib. enim nobis adueniũt, & inhęrent corpori. Iccirco ieiunium, & caſtitas maxime laudantur, non qa principaliter ac per ſe Deus bonus iſtis placetur, ſed ut recedant illi, qui ſanguine, & immunditia gaudentes, ut ijs fruãtur, utentium corpora aggrediuntur. Certũ eſt enim, quia uehemens caducarum rerum cupiditas, & appetitiui ſpiritus impetus non aliunde, quam ex præſentia iſtorum maxime creſcit. Quare cum appetitio nimium inflammata eſt, & uoluptatis ardor animum ita exagitat, ut omnis cogitatio ad exteriora uagetur, tunc huiuſmodi dæmonum præſentiam eſſe cognoſcas; quorum prę́ſentia facit, ut appetitiuus ſpiritus, i corpore noſtro multiplicetur. Hæc ille, ex quo nihil aliud intelligimus, quam dęmones nobis omnia



mala ſuggerere; de qua ſuggeſtione nos hic nõ agimus; ſed de ea uexatione, quæ ad obſeſſa corpora pertinere poteſt; de qua longo tractatu ſcribit Silu. in uerb. Maleficium: nam quandoq; dæmon diuina permiſſione ita humanum corpus obſidet, ut ſenſum impediat, mentẽ abalienet, atque ad furorem cogat Matth. c.8. cuius rei exemplum eſt apud Chryſoſtomum de prouid.Dei.lib.1. Nã Stagyrius monachus illi neceſſarius uir piorans, à dæmone corripiebatur, & ꝓſter nebatur: eidemque diſtorquebantur manus, torui erãt oculi, os deſpumabat, horrenda, & confuſa uox erat, atque omnis ſenſus tremebat, ut diſerte explicat ille lib.1.circa princ. & de hac ſpecie eſt tractandum à nobis.

Qui igitur aliqñ hoc uexationis genus paſſi ſunt, uidelicet ſi ex dæmonis
2 exagitatione in terram allidantur perpetuo ab ordinũ ſuſceptione excluduntur, ex Cõcil.Tolet.XI.c.13. habetur diſ.33. c.cõiter (qui canon.à Gratiano per errorem Pio Pontifici attribuitur) hoc etiam ſcribunt gl. & Archid.in c.communiter. Alberic.in uerb.uitiatus. Archiep.Flor. 3.tit.29.c.5. Quod uſque adeo uerũ eſt, ut etiam liberati, uel poſt longum tẽpus, nullo modo ad ordines admittẽdi ſint. Tab.in uerb.corpore. Silu. in uerb. corpore. uerſ.octauo. pro quorum ſentẽtia eſt text.in c.clerici.diſt.33. quo loco ille promoueri prohibetur, qui in adoleſcentia paſſus fuerat dæmoniacam uexationem: ſcripſit & Aug.lib.de dogm.eccl. c.72. habetur ead.d.c.maritum. Propterea S.Benedictus clerico cuidã Aquinenſis Eccleſiæ, cuius dæmonium expulerat iuſſit ne umquam ad ſacros ordines ꝓmoueretur: ſed quia multis annis lapſis homo præcepto non paruit, & ad ſacros auſus fuerat aſcendere, idem dæmon ad obſi-

obſidendum eum redijt, uſque adeo, ut nō niſi morte poſtea fuerit liberatus. ſcribit Greg. dialog. lib. 2. in uita S. Benedicti: In qua re hæc uexatio differt ab alijs ſupradictis: nam lunatici, comitiales, furioſi, ſi liberati ſint, eos admitti poſſe iā diximus: at dæmoniacus numquam ſacerdotio dignus eſſe poſſe putatur, aduerſus quem dæmon tantam poteſtatem à Deo acceperit, ut colligitur ex dictis Archiepiſc. Flor. d. c. 5. in fi. Roſell. in uerb. uitiatus. poſſet tamen liberatus adeo dignus eſſe, quod diſpenſari poſſet. can. apoſt. 78. non ergo omnes, qui hos caſus patiuntur, temere debent iudicari dęmoniaci propter hanc irregularitatem; ſed mature agi oportet ieiunijs, & orationibus, ut reuelet Deus, & ut opportuna remedia doceat.

Sed ſi is, qui iam promotus eſt à dæmone corripiatur, dum uexationes exagitāt actu ſuſceptos ordines, adminiſtrare non pōt, propter mentis ab alienationem. argu. S. Thom. 3. q. 82. artic. fin. ad 5. at ſi liberetur, poſtea non prohibetur adminiſtrare, ſed aſcendere non permittitur. d. c. communiter. qui canon excerptus eſt, ut dixi ex Concil. Toletan. XI. cap. decimo tertio. ubi inſcriptio ipſa loquitur de iā ꝓmotis, uidelicet de ſacerdotibus, qui à dęmone uexātur: Propterea Doctorum contrarietates in hac re ſoleo hoc modo cōciliare: nam qui paſſus eſt dæmoniacam uexationem, & liberatus eſt, nō pōt promoueri: ſed promotus poterit exercere; ſed non aſcendere.

Eſſet autē hoc loco opportunum tractare, quibus ſignis dignoſci poſſit, quod dæmoniacus ſit, non autem comitialis; ſed iam fuſius dictum eſt ſupra c. ſuperiore de comitiali. Dignoſcuntur etiam dæmones ex reſponſis, ex litteratura in homine, uel muliere imperita; nocturnis, uel diurnis terriculamentis, ex atteſtatione patientis, ex phyſicorum rationibus; quando membra patiuntur, aut torquentur ſine ullius ægritudinis lege, uel ratione. Sed longe apertius demonſtrantur exorciſmo, ut pleno lib. ſcripſit Sil. de Strigimag. & exorciſm. & in Sūm. in uerb. maleficium. Nam & Lactant. in lib. 2. diuin. Inſtitut. cap. 16. Dæmones (inquit) iuſtos cultores Dei metuunt, quorum uerbis tamquam flagris uerberari, non modo dæmonas ſe eſſe confitentur, ſed etiam nomina ſua edunt. Hæc ille.

Ad hæc etiam opportune eſt tractandum, quib. ſignis dignoſci poſſit, quòd
4 quis à dæmone liberatus ſit: In qua re
moneo, ne quis cū gl. leuiter & ridicule ſentiat, carnium uſum indicare poſſe, an quis à dæmone liberatus ſit, ut ab unde diximus proximo anteriore capite: Nam ex Euangelica doctrina cōſtat dæmonem diſcedere iuxta ſignū per exorciſtā iuſſum: ſcilicet, ut de uno corpore, in aliud tranſeat, & ſimilia, ut Chriſtus iuſſit tranſire in porcos, Mat. c. 8. uerūtamen, quia ſępe numero, aut egreſſi dęmones redeūt, aut ſe egreſſos cōfingunt, ut ueritas habeatur expectandus annus eſt; nā per tam longum tempus certum uidetur Eccleſię hunc dæmone liberatū eſſe; ſi numquā intra annū uexatus fuerit, propterea qui anteq̄ uexaretur ꝓmotus erat, & poſt uexationes quieuerit per annū, poterit ſuſceptos ordines exercere. d. Conc. Tolet. XI. c. 13. & d. c. cōiter. Archid. in c. in litteris. 7. q. 2. Saluo tn̄ ſemper peritorū phyſicorum conſilio & arbitrio, quos conſulere debet Epiſcopus, ut ſentit Archid. ibid. Flor. d. c. 5. Alberi. in uerb. uitiatus. Roſel. in uerb. uitiatus. Tabien. in uerb. corpore.

Hæc autem irregularitas ad ſolos ſa-





cros ordines pertinet; nam ad minores facile poterit ꝓmoueri ille, qui à dæmone ſit liberatus, probari uidetur in d. ca. clerici. diſ. 33. ubi uerba illa, de ſacro myſterio, aperte indicant, extra ſacrum myſterium nullam eſſe prohibitionem, ſi liber à uexationib. factus fuerit, ut ſentiūt ibi Archi. & Lau. qua ratione ſi dæmoniacus uelit ſacram communionem accipere, quia non pertinet ad exercitationem ſacri myſterij, uel ordinis, iſta ſimplex communionis acceptio, ſi in eo uigeat aliquod lumen rationis, negari nō deberet. S. Thom. 4. ſenten. diſt. 9. quem ad hoc refert Silu. in uerb. Euchariſtia. 3. uerſ. decimum.

Et tametſi hoc capite toto de dæmoniacis tractauerimus, idem tn̄ eſt, & de
5 Energumenis, qui à dæmoniacis ſolo uo
cabulo differunt, ut expreſſim conſtat Concil. Elibertano c. 29. his uerbis: Energumenum, qui ab erratico ſpiritu exagitatur, huius nomen neq; ad altare cum oblatione eſſe recitandum, neq; permittendum ut ſua manu in Eccleſia miniſtret, Baptiſmus tamen, & cōio eis non denegatur, eod. Concil. c. 37. De ijs Energumenis frequens eſt memoria in libris Dionyſij Areopagitæ, & Clem. I. Papæ, & pro dæmoniaco Energumenum accipi ſcribit Aug. de dogm. eccleſ. cap. 83.

Maleficiati autem in ſolis genitalibus
6 non mihi uidentur ab ordinibus exclu-
dendi: quandoquidem ob eam cauſam caſtiores ſunt, at maleficiati alijs membris excludi debent, ea ratione, qua reliqui corpore uitiati: ſed ſi maleficiati ſint in ſenſibus, quia uel torquentur, uel mēte abalienantur, pro dæmoniacis habēdi ſunt, etiam ſi non obſideantur, ſed tantum uexētur: & in hoc differt maleficiatus à dæmoniaco, ut colligitur ex Silu. in lib. 2. de ſtrigimag. c. 2. & c. 5. in uerſ. in hominib. uero, & c. ult. uerſ. ſexum, & in Summ. in uerb. maleficium. q. 3. nam quandoque dæmon ipſe eſt homini, uel membro alicui alligatus per maioris dęmonis poteſtatem. S. Thom. quodlib. 2. artic. 13. & tunc dicitur dæmoniacus arreptitius, quia ſubſtantialiter dæmon in ipſo corpore inhabitat. S. Thom. quodlibet 3. artic. 8. quandoque uero non eſt alligatus dæmon, ſed dæmonis uirtute ſunt impediti naturales effectus hominis, puta immittendo infirmitates, hoc enim ipſe dæmon poteſt, ut patet in Iob, & in muliere curua decē & octo annos. Luc. cap. 13. & tunc proprie dicitur ad maleficium pertinere. Silu. in uerb. maleficium d. quęſt. 3. & lib. 2. de ſtrigim. c. 2. quod nō uirtute propria dęmonis fit, ſed Dei ſola permiſſione. Aug. ſuper Ioā. tract. 7. ad cap. 1. Vel clarius dic maleficiatus eſt ille, qui à dęmone aliquo ſenſu uel membro ligatus eſt per cooperationem hominis: actus enim ſolius dæmonis non conſtituit maleficium, ſed unà cū cultu, uel opere hominis dicitur maleficium. Et ideo Iob, & mulier per fluxū ſanguinis non habuerunt ex maleficio, ſed à dęmone Dei permiſſu.

Arreptitius autem eſt, quando ſuperabundant uires ſenſitiuę, & ex ſuperiore impreſſione ligatur ratio, & mouetur: nam dęmon habet poteſtatem imprimendi in phantaſiam, cum ſit potentia affixa organo; & in tantum poteſt in eam aliquid imprimere, quod ex impreſſionis abundantia ratio efficitur quaſi ligata (non tamen cogitur ad conſenſum) & tunc homo arripitur à ſpiritu maligno. hęc S. Thom. ſuper Ioann. cap. undecimo. ad illa uerba prophetauit Caiphas.

Ad eandem irregularitatem pertinet, ſi quis Dęmoniacus non ſit, ſed ſe eſſe

ſimulet; nam promoueri non poterit, perinde ac ſi uere dæmoniacus eſſet; ut iuſſit ſexta Synodus Generalis Cōſtantinopol. c. 60. his uerbis. Eos, qui ſe dæmone correptos eſſe ſimulant, & morū improbitate eorum figuram, & habitum ſimulate præſeferunt, uiſum eſt omni modo puniri, & eiuſmodi afflictionibus, & laboribus eos ſubijci oportere, quib. ij, qui à dęmone uere correpti ſunt, ut à dæmonis operatione liberentur, uere ſubijciantur. Hæc ibi.

*De irregularitate proueniente ab ægritudine corporis, & primo*

*De Lepra.*

## CAP. XVIII.

1 *Lepra olim excludebat ab ingreſſu Eccleſiæ.*
*Leproſus in occulto celebrare poteſt. ſi non impediatur uſus liber omnium membrorum.*
2 *Leproſus promotus poteſt priuari beneficio, ſi populus ſentiat ſcandalum.*
*Epiſcopus leproſus, non deponitur, ſed datur ei coadiutor.*
*Leproſus myſtice dicitur, qui eſt ſymoniacus.*
3 *Scabies multa impedit promouendum.*
4 *Pſora quæ & ſcabies herculea, impedit promouendum.*
*Scabies affinis lepræ, & cenſetur Dei maledictio.*

NVnc ordo expoſtulat, ut poſt animi morbos, etiam corporis ægritudines ſubijciamus, quarum prima nobis occurrit lepra, quā vſq; adeo uetus lex deteſtata eſt, ut q illa
1 laborarent, non ſolum ab Eccleſia; ſed & ab hominum cætu excluderentur. Leuit. c. 13. 14. & 22. Num. c. 12. Deuteron. c. 24. Propterea quaſi abhominabilis in conſpectu hominum ad ordines promoueri non debet. S. Thom. 4. ſent. diſt. 9. art. 4. quod ita intelligo, ut nullo modo ſit promouendus, nec quidem ut inter leproſos adminiſtrare poſſit, nec ut ſecreto: nā quia claritas, integritas, & dignitas perſonæ requiritur ad ſuſceptionem ordinis ut S. Tho. d. art. 4. ſequitur, ut leproſus nullo modo ſit admittendus. Eadem ratione ſi iam ꝓmotus à lepra inuadatur, eſt remouendus ab adminiſtratione. de cler. ægrot. c. tua nos. Spe. in tit. de diſpenſ. §. iuxta. uerſi. item percuſſor. Tanti etenim ſacramenti celebritas non patitur, ut inter ſanam plebem leproſus ſacerdos deſeruiat, qui ceſſare ob reuerētiam debet, Gul. & Hug. diſt. 49. c. hinc etenim. Tabien. in uerb. corpore; quod etiam tradit S. Tho. 3. q. 82. art. fin. ad 3. Alberic. in uerb. leproſus, citat Summa confeſſ. lib. 2. tit. de homicid. q. 43.

Illud tamen uerum eſt ex ſententia S. Thom. in allegata. diſt. 9. quod etſi leproſis promotis ſit interdictum adminiſtrare iam ſuſceptū ordinem loco publico; tamē in occulto, & inter leproſos admitti poſſunt, ad adminiſtrationem ordinis ante lepram ſuſcepti: niſi forſan tā grandis lepra foret, ut uel manus, uel labia corroſa eſſent, uel liberā ſacramenti contrectationē impediret, quia penitus etiā in ſecreto adminiſtrare non ſunt permittēdi: quod etiam ſcribit Tabien. in uerb. corpore. Si quis autem iam aſſecutus ſit eccleſiam parochialem, & promotus ad ſacerdotium in lepram inciderit; nō eſt quidem parochia priuandus, ſed interdicenda illi omnis adminiſtrario, ſi hæc duo concurrant, ſcandalum populi, &
2 plebis abominatio; nam p uicarium ab Epiſcopo conſtituendum ſub congrua portione Eccleſia accipiet debita obſequia. c. de rectorib. de cler. ægrot. Aut ſi opportunius uideatur, etiam ab ipſo beneficij parochialis titulo, eſt remouēdus hic leproſus, & alius eius loco inſtituendus, reſeruata portione fructuum ipſi leproſo ad victum, & neceſſaria vitę, capitul. tua nos. de cleric. ægrot. Roſell. in verb. leproſus: Si vero fructus ad vtriuſque victum non ſufficiant, agendū erit vt docet Abb. in d. c. tua nos: Sed hæc diuerſum ius habent in Epiſcopo, qui iam promotus lepra percuſſus eſt; nam vnus vel duo coadiutores eligentur à maiore parte capituli, cum conſenſu ipſius Epiſcopi; ipſo autem inuito ſolus Pontifex coadiutorem dabit, ſic capitulo, aut clero poſtulante, cap. 1. de cler. ægrot. lib. 6. Alberic. in verb. Vitiatus: caſus eſt in cap. penul. de cler. ægrot. cum autem leproſus ſanatus fuerit, nil obſtat, quin promoueatur, & promotus exerceat: Nam Simon leproſus à Domino ſanatus Epiſcopus Cenomanenſiū fuit in Gallia ſub nomine Iuliani, vt referunt Annales.

Leproſus ēt ſpiritali quodam ſenſu accipitur, qui ſimoniace ꝓmouetur; nā ſimoniacum promouens nō officium, ſed lepram confert. 1. q. 1. c. cum ordinaretur. Alberic. in verb. leproſus §. fin. quæ lepra incurritur à petente ordines, per ſolam pecunię oblationem. c. maritum, diſt. trigeſ. tertia, ſed de hoc latius dicemus, cum de ſimoniacis agemus.

Ad lepram proxime accedit ſcabies; Nam & teſtamento veteri, qui impetiginē, vel iugem ſcabiem patiebatur, ad Sacerdotiū promoueri non poterat, Leuit. cap. vigeſimo primo: nam, & hodie ſcabioſi non ſine ſuſpitione luxuriæ ſunt, vnde ea cauſa nō erunt facile admittendi. Specul. in d. tit. de diſpenſ. §. iuxta, verſ. Item in veteri, & c. hinc etenim diſt. quadrageſ. nona: Gregor. in paſtorali lib. 1. capitulo vndecimo.

Poteſt ēt ſcabies eſſe tam grandis, vt etſi ſine ſuſpicione luxuriæ inuaſerit; tamen quia liberum vſum manuum valde impediat, & ſacramenti contrectatio non ſit tuta, non debeat promoueri, nec promotus ad exercendum admitti, ſicut nec leproſi, ex S. Thom. d. diſt. 9. exemplo eſſe poteſt illud ſcabiei genus, quam Pſoram phyſici dicunt, quę alio nomine ſcabies herculea à Suida nominatur; qua ſe laboraſſe ſcribit Greg. Turon. lib. in gloriam confeſſ. c. quadrageſimo quarto; Eſt enim ęgra ſcabies, & non niſi magna diligentia excutitur, eſt quę lepræ affinis & ex atra bile, ſicut & lepra originē ducit: vt ſcribit Hieron. Gabuccin. de Comitial. morb. lib. 2. fol. quinquageſimo tertio; quę quandoque tantum pruritū habet, vt Dei maledictio cenſeatur, Deuteron. cap. vigeſimo octauo. Grammat. deciſ. quinquageſ. ſexta, num. 6.

*De morbo Gallico.*

## CAP. XIX.

1 *Morbus Gallicus ante hoc ſeculū non auditus;*
*Morbus Gallicus ſimillimus lepræ.*
*Morbi Gallici ſpecies duæ.*
2 *Lepra incurabilis, præterquam à ſolo Deo:*
*Morbus quilibet incurabilis, & apparens inducit irregularitatem.*
*Morbum habens contagioſum, non eſt permittendus vbicumque miniſtrare.*
*Morbum Gallicum habens certo caſu, promoueri permittitur.*
3 *Morbus Gallicus magnam inducit debilitationem.*
*Vxor non tenetur cohabitare viro morbum habenti contagioſum.*
*Morbus Gallicus quandoque hominem conſumit:*
*Marcus Antonius Sabellicus morbo Gallico cōſumptus.*
4 *Barba, aut pili ſi cui ceciderint ob venerem, promoueri non debet.*
*Barba, & pili quandoq; ſine venere decidunt.*
*Pili in homine ſunt ornamenti loco.*

EX ſcriptorum ſententia nouũ
morbi genus eſt, quod Galli-
cum dicunt, nec ante hoc ſæ-
culum auditum eſſe ijdem atteſtantur;
1 Marc. Anto. Nat. Aſtenſ. de Pulchro lib.
4. ad medium. & fuſius ſcribit, ac demõ-
ſtrat Iouius hiſt. lib. 4. qua ratione fit, ut
hactenus de eo nemo tractarit, quoad ir
regularitatis inueſtigationem. Quoniã
uero nonnulli ad impedimenta matri-
monij, hanc ægritudinem adduxerunt;
poſſumus & nos pari ratione ad ordinũ
eccleſiaſticorum impedimenta referre:
habet enim hic morbus magnam cum
lepra ſimilitudinem, ut expreſſim lon-
ga quæſtione ſcripſit Bartholomæus Spi
na, ſacræ Theologiæ profeſſor in opuſcu
lis ſuis, in quæſtione matrimoniali. Sunt
autem ex phyſicorum ſentẽtia, duę mor-
bi gallici ſpecies, una horribilis ualde
propter ulcera per corpus diffuſa, & ꝓ-
pter extrinſecam deformitatem, adiectis
acribus doloribus. Altera eſt, quæ maio-
rem internum cruciatum habet, cũ arti-
culorum inflatione, membrorum, ac ner
uorum attractione, decoloratione uul-
tus, & cutis, ſine ullo extrinſecus ulcere:
Harum utraque magna ſimilitudine le-
præ comparatur. Incurabiles enim ſunt,
2 ſicut & lepra, quam ſolus Deus curare
dicitur, 4. Reg. cap. 5. ibi, Numquid Deꝰ
ſum ego, ut curem hominẽ à lepra ſua?
Ideo hæc morborum genera, quia incu-
rabilia ſunt reddunt hominem irregula
rem; omnis enim morbus apparens, &
incurabilis irregularitatẽ inducit. Specu.
in c. ſi forte. de elect. lib. 6. nu. 5. per text.
in cap. penul. de cler. ægrot. Eſt enim hic
morbus lõge deterior lepra. Nam & per
ſolam cohabitationem inficit, ſicut & le
pra; & ideo prima huius morbi ſpecies
excludit ab ordinibus eccleſiaſticis ſuſci
piendis, ſeu exercendis, ſicut & lepra: q̃a
ſcandalo eſt, & horrori, præſertim, quia
contagione inficit; quiſque enim ſibi ca
uere debet, ne cõtagione inficiatur. Ideo
permitti non debent paſſim administra
re. argum. Abb. in cap. 2. de coniug. le-
proſ. præſertim, quia turpitudinem fœ-
dæ libidinis, unde morbus cauſatur, prę-
ſefert in conſpectu hominum; & hoc
multo magis uerum erit, quando articu
li, & nerui ita contrahuntur, ut libere ſa
cramenta tractari non poſſint: ſicut de
lepra diximus capite antecedenti, & tra-
didit ſacerdotale tit. de miniſt. ſacramẽ.
Euchariſt.

Alterũ genus quod ulceribus caret;
poteſt (ſed perquam raro) inuadere ſine
uitio, aut turpi libidine; unde ſi liberũ
habeat omnium membrorum uſum, ſi-
cut nil impedit, quin promoueatur, ita
ut promotus exercere poterit, quia ſoli
illi interni cruciatus, nil obſunt admini
ſtrationi ordinis ſacri, quaſi occultus de-
fectus ſit, uel ægritudo: Sed ſi propria li-
bidine in hunc morbum inciderit, pote
rit de eo idem conſilium ab Epiſcopo
ſumi, quod ſumendum eſt de fornica-
toribus, & concubinarijs, ut ſuis locis
dicendum erit. Nam ſi publice notus ſit
hic ipſius morbus, nõ eſt admittendus,
quaſi publicus fornicator, & publicus
concubinarius. text. in capit. ſacerdotes.
diſt. 50. in his uerbis, ſacerdotes ſi in for
nicationis ceciderint laqueum & crimi-
nis manifeſtus, ſiue oſtenſus ſit actus, ſa-
cerdotij honorem habere non poſſunt,
ſecundum canonicæ inſtitutionis aucto-
ritatem. Et ideo quia quandoque clau-
dicatio inde prouenit, uel uocis ingens
debilitatio ex interna corroſione uuæ,
faucium, uel narium, uel quid ſimile, un
de uulgus ſcandalum patitur, abſtinere
ab adminiſtratione debet, & multo ma-
gis non debet promoueri quantumuis
pœni-



pœniteat; quia iſtę debilitationes corpo
rales per ſolam pœnitentiam, non ſanan
3 tur; quod autem magnam debilitationẽ
inducat hic morbus, probat Gramm. de-
ciſ. 56. num. 6.

Præterea ferunt hunc morbum, quaſi
contagione libros, ueſtes, ac uaſa conta-
ctu inficere; unde repellendus ex com-
mercio hominum, qui illo laborat; nã
ſicut mulier reddere debitum non tene-
tur, ob contagionis periculum, interue-
niente medicorum conſilio, & ob eandẽ
cauſam non tenetur cohabitare uiro. S.
Thom. 4. ſentent. diſtin. 36. artic. 1. Tab.
in uerb. matrimonium. 3. num. 6. ad fin.
Archiepiſcop. Florent. 3. titul. 1. cap. 21.
uerſ. quartus caſus eſt in leproſo; certe
eadem ratione ſi idem periculum infe-
ctionis ex contagione immineat, admit-
ti non debet, quæ omnia ad Epiſcopi, &
phyſicorum arbitrium referenda ſunt.
Contingit enim aliquando hunc mor-
bum tam grauiter homines graſſari, ut
eos interimat; cuiuſmodi fertur de Mar
co Antonio Sabellico, qui cum nimium
uaga uenere uteretur, hoc correptus
morbo interijt. Iouius Eulogio 38.

Ad hoc impedimenti genus ſpectare
poteſt, ſi cui ob uenerem, atque laſciuiã
4 barba, aut capilli exciderint, nam ob ſcã
dalum, quod ex illa euidenti turpitudi-
ne, quaſi publico teſtimonio naſcitur,
promoueri non debet, nec promotus ad
ordines adminiſtrandos eſt permitten-
dus, 50. diſtin. c. ſacerdotes. eſt præter-
ea ridicula deformitas: unde ſicut cæte-
ræ deformitates, præſertim ex turpi cau-
ſa, ſolent inducere irregularitatem, ita
& iſta. Abb. in cap. 2. de cler. ægrot. Sed
& quaſi publicus, & manifeſtus crimino
ſus uidetur, & ideo infamis, & ab ordi-
nibus repellendus, ut reliqui infames:
Contingit tamen aliquãdo ut ſalſus hu-
mor tam ardenter ad cutem hominis
accedat, ut ſine ulla libidine, aut uene-
re pili ſponte corruant, quod phyſicorũ
arbitrio reſidet; ſed & hunc quoque ab
altari repellendum dicam, non criminis
ratione, ſed ob deformitatem, quæ ple-
bi riſum mouere ſolet, cum magna ſa-
cerdotij, & ſacramenti contumelia. Pili
etenim à natura ideo inſtituti ſunt, ut
corpori ſint propria quædam, & peculia-
ris munitio; nam per lineamẽti circum-
ſcriptionem, decorem præbent, & utili-
tatem ſimul quoque exhibent, ut diſſe-
rit Baſil. in Exemero homil. 11. & Aug.
de ciuit. Dei, lib. 22. cap. 24. Pilos enim
Deus tantifecit, ut eos ſimul cum pru-
dentia iubeat adeſſe hominibus, ut ſcri-
bit Clemens Alexãdrinus in pædag. lib.
3. capit. 3. cum inuehitur in eos, qui ob
mollitiem pilos barbæ ſibi penitus abra
dãt. Hic uero qui ex ſalſi humoris ægri-
tudine pilos amiſit, ſtatim atque libera-
tus extiterit, & rurſum ſuccreuerint, nil
prohibet, quominus promoueri poſſit,
& ſuſceptos ordines adminiſtrare; uel
etiam ſi non ſuccreuerint, ſi tamẽ homi-
nis ſanctitas omnem riſus cauſam ex-
cludat: tunc enim nihil prohibet, uel ꝓ-
moueri eum, uel adminiſtrare iam pro-
motum, ut contigit S. Gallo Epiſcopo,
de quo Grego. Turon. in uitis Patrum,
in ipſius Galli uita.

### *De Phtiſis, & Peſtilentię contagione.*

### CAP. XX.

1 *Morbus quilibet incurabilis, apparens inducit irregularitatem.*
*Phtyſis alitu ſolo inficit libros, ac veſtes.*
2 *Peſtis contagioſa duplex, corporalis, & ſpiritualis.*
3 *Epiſcopus, uel parochus non tenetur exponere*

*vitam ſuam, pro uita corporali plebis ſui.*
*Peſtis tempore parochus, an teneatur curare cum periculo corporis ſui.*
*Saluianus Epiſcopus neglecta peſte ſuos ſubditos uiſitabat.*
4 *Mortuum tangens olim promoueri non poterat.*
*Suſpicio ſola peſtis impedit promouendum.*
5 *Peſtilentiam non ſentiunt ſenes ex Plinio.*
*Pelagius* Papa *II. peſte mortuus.*
*Ioannes Andreæ peſtilentia ſenex defunctus.*
*Camillus dictator octogenarius peſte mortuus eſt.*
6 *Peſtilentia quibus locis communius inualeat.*
*Peſtilentia quandoque durat trimeſtre, uidelicet, hieme.*

QVemadmodum prędictorum morborum cõtagio impedit, ne quis promoueri poſſit, ita & phtiſis; præſertim ea quæ, & cognitu eſt difficilis, & curatu impoſſibilis; om-
1 nis etenim morbus, qui incurabilis eſſe apparet, hominem reddit irregularem, c. penult. de cler. ægrot. Specul. in c. ſi forte. nu. 5. de elec. lib. 6. quod præcipue uerum, ubi contagione alij infici poſſunt, phyſicis enim uidetur ueſtes, libros, ac reliqua uaſa phtiſi ĩfici poſſe ſolo halitu; unde ne is morbus in alios ſerpat, non ſolũ ab ordinib. ſed & à communione plebis arceri debet, ſicut de contagione leproſorũ ſupra diximus: omnis enim contagio, per quam fœdari poteſt Eccleſia, hominem excludit cõmunione. c. pro dilectione. de conſec. diſt. 2. Arbitrabitur igitur Epiſcopus, ex phyſicorũ atteſtationibus, quantum periculum ſit contagionis, aut quãtus ſit hominis halitus, aut fœtor, uel etiam tuſſis, quæ nõ reddat tutam ſacramenti ſuſceptionẽ.

Peſtis quoq; miſerrima contagio, ea duplex eſt, altera ſpiritualis, utputa hęre-
2 ſis, & oĩs ſuperſtitioſa doctrina, ex Cõci. Anciran. c. 23. & diſtin. 27. q. 5. c. Epiſcopi. in princ. de qua ſuo loco dicemus. Altera eſt, quæ corpora inficit, quam peſtilentiam uocant, de qua elegantem edidit tractatum Franciſc. Ripa Papienſis: Hanc igitur qui patiuntur, i. qui corpore languent, promouendi non ſunt, ſicut nec reliqui ægroti. Eſt enim hic morbus humana arte incurabilis, ideo reddit irregulares. Spec. d. c. ſi forte. num. 5. lib. 6. tum etiam, quia maxime cõtagioſus, facile enim ſerpit in plebem. Vnde hac ratione etiam admitti non debent ad ordines, ſicut de leproſis ſupra diximus. Nam ita euitandi ſunt iſti, ut nec parochus, uel Epiſcopus teneantur illis
3 aſſiſtere in obſequio pręſtando: quãdoquidem uitam propriã, pro uita corporali plebis ſuæ nemo exponere tenetur, peſtis tempore. Tabien in uerb. Epiſcopus. nu. 5. ex ſententia. S. Tho. in Opuſc. de perfect. uit. ſpir. c. 14. ſed pro uita ſpirituali, etiam tempore peſtis, parochus uitam propriam debet exponere periculo, utputa pro baptizãdis pueris, quorum animæ ſalus propriæ uitæ anteponi debet: idẽ ſi immineat ęgroti deſperatio, ſi à parocho negligatur: Idem ſi immineat periculum, ne ægrotus ab hęreticis ſeducatur, uel caſtitas uioletur: Iſtis enim caſib. peſtis excuſatio nõ ſufficit, ut officium paſtoris deſeratur. Tabien. ibid. & pro his. S. Tho. 2. 2. q. 26. art. 5. Et ideo ſanctus Saluius Albingenſis Epiſcopus inualeſcente inguinario morbo contagionẽ non metuit, ut ęgrotantium ſaluti cõſuleret, ſed aſſidue ſingulis miniſtrabat; nec ĩde ſtatuit unquã ſecedere, tametſi ille populus ad pauciſſimos iam adductus eſſet nimia illa cõtagionis lue, ut narrat ſe uidiſſe Gregor. Turon. hiſt. lib. 7. c. 1.

Quo igitur ad impedimentum, ne quis promoueri poſſit, non ſolum ſufficit uera peſtilentiæ lues: uerum etiam

omnis



omnis de peſtilentia ſuſpicio; nam plurimi bene valere videntur, qui ob contactum eius, qui peſtilentia eſt infectus, vel veſtium eius facile poſtea moriuntur. Euagr. hiſt. lib. 4. cap. 28. & ignorantes peſtilentiam diſſeminant, vnde ſicut olim qui mortuum tetigiſſet, ſanctificatis veſci non poterat, Leuit. c. 22. ita ob ingens periculum in communione plebis, iſti admittendi non ſunt; & conſequenter nec ad vllum ordinem minorẽ, donec ea purgetur ſuſpicio. Nam qui ab infecta regione proficiſcuntur, aut in ea domo verſati vbi inualuit hæc ægritudo, aut res, vel veſtes inde habuerit, vbi de infectione periculum fuit, ita arceantur ab hominum cohabitatione, vt omnino deſpiciantur, ac negligantur, etiam vſque ad mortem: quòd ſi per vim inter alios habitare velint, etiam armis arceri poſſe iure probatur, vt ſcribit Rip. in d. tractat. de peſte; facile etenim ij ſuſpecti homicidij rei fieri poſſunt, ſi incauti peſtilentiam populis intulerint; iure igitur merito non ordinabuntur, nec ordinati exercere permittentur.

Et tametſi ſenes peſtilentia ſoleant immunes eſſe, quia eam non ſentiunt, vt
5 ſcribit Plin. lib. 7. c. 50. tamen ſi hoc verum eſt, vt ipſi non ſentiant, poterunt alios contactu inficere ex veſtibus, atque alijs rebus infectis; quamquam in hac re Plinio minime credo; quandoquidem Pelagius II. Papa ſenex ipſa hac lue interijt circa annos dñi 590. Nam dum pro peſte litanias iudixiſſet in ipſa proceſsione correptus interijt cũ ſeptuaginta alijs vt ſcribit Io. Belethus c. 122. & Ration. diuin. tit. de Rogation. Sed & Ioannes Andreæ, cum ad ſeptuageſsimum annum vixiſſet, peſte mortuus eſt anno domini milleſimo trecenteſs. quadrageſs. octauo, vt ſcribit Abbas Trithemius in catalogo ſcriptorum. Quin ẽt Camillus dictator peſte mortuus eſt iam octuagenarius, Liu. dec. 1. lib. 7. Quod genus irregularitatis omni loco cõe eſt, ſed cõmunius in meridianis, & occidentalibus regionibus, quæ plurimum hac lue vexãtur; obſeruatum. n. eſt à meridianis partibus ad occaſum ſolis peſtilentiam ſemper ire, vt refert Plin. d. c. 50. In oriente rarius inualet; quinimmo alicubi nunquã fuit, videlicet Locris; & Crotonæ ſcribit Plin. lib. 2. c. nonageſimo ſexto.

Prudens igitur Epiſc. ſemper vtetur phyſicorum conſilio, vt dignoſcatur nõ ſolum ipſa inualens lues, ſed etiã qui de ea ſint ſuſpecti: expectabitq; tantum tẽporis, quantum ſufficere videbitur ad ſuſpitionem purgandam, quadraginta ſcilicet dies; vel etiam trimeſtre; nam inuadere ſolet hic morbus quandoq; ad ternos menſes, p̃ſertim hyeme. Plin. d. c. 50.

## *De Podagra.*

## CAP. XXI.

1 *Podagra reddit hominem inhabilem ad Eccleſiaſtica miniſteria.*
*Podagra vehemens reddit irregularem.*
2 *Podagram habens alia ſacerdotalia exercebit vt prædicare, confeſsiones audire.*
3 *Podagra, & chiragra non ſemper ſunt ſigna intemperantiæ, eſt enim quoque hæreditarius morbus.*
*Iulianus Martyr Alexandrinus, cum podagra ad martyrium delatus.*
*Mauritius Epiſcopus podagra laborauit.*

POdagra, & chiragra, canonicũ præbent impedimẽtũ, ne quis promoueri poſsit; nam tam grauis morbus eſt, vt ad omne Eccleſiaſticum miniſterium reddat inhabilem; merito efficit irregularẽ, quia incurabilis eſt, & apparens c. penul. de cler. ægro.

Specu.

Specu.in c.ſi forte,num.5. de elec.lib.6.
curari non poſſe: nemo eſt qui dubitet,
quod & poetico carmine ꝓbatur.Ouid.
2.de Pont.

*Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.*

Tam igitur podagra, quàm chiragra
ſub eodem impedimento ſunt; nam ob
claudicationem, ob quam altari cōmo-
de ſtans deſeruire quis non poteſt, nec
promouebitur,nec promotus exercebit;
uelut claudus,de quo diximus 1.libro.
Abb.in cap.2.de cler.ægrot.text.cum gl.
in cap.ſi quis infirmitate.diſtin.55.Chi-
ragra uero,ſi manus uſum uel impediat,
uel deformem efficiat, indeque ſcanda-
lum timeri poſſit, aut ſacramenti admi-
niſtratio ícommoda uel aliud periculū,
oberit ne promoueri poſſit, nec promo-
tus exercere, cap.1.de corp.uitiat.& ibi
Innoc.Specul.in d.c.ſi forte.num.5.quæ
omnia reſidebunt arbitrio Epiſcopi, ut
docet Abb.in d.c.1.qui iam promotum
non excludet ab omnium ordinum ad-
miniſtratione, ſed eorum tantum, quæ
impediente chiragra, uel podagra exer-
ceri non poſſunt, argum. S.Thom.3.q.
82.art.fi.

Iccirco ſi ſacra myſteria peragere nō
poterit, confeſſiones audiet, prædicabit
uerbum Dei.Abb.in d.c.2.de cle.ægrot.
de quo etiam diximus ſupra,quando de
mutilatis ſcripſimus lib.1.Nō enim hic
morbus ſemper ſignum eſt intemperan-
tiæ, quandoquidem is ſæpe natura nos
īuadit,ex paterno ſanguine,& ideo quo-
dāmodo hæreditarius morbus dicitur,
quo laborauit S.Iulianus martyr Alexā-
drinus,qui cum hoc morbo impediente
ad martyrium pedibus ſuis non ualeret
accedere,delatus eſt ſella ad iudicem,&
camelo impoſitus flagris uſque ad necē
laniatus eſt.Niceph.lib.5.cap.30.dies fe-
ſtus celebratur Alexandriæ decimo ter-
tio cal.Martij: laborauit quoque eadem
ſanctiſſimus Mauritius Caturceſiū Epi-
ſcopus:de quo Greg.Turon.hiſt.lib.5.c.
quadrageſimo ſecūdo: ſed & alijs q̃ plu-
rimis martyribus in perſecutione Van-
dalica podagram infeſtam fuiſſe ſcribit
Victor Epiſcopus Vitenſis, de perſecut.
Vandal.ſub Hunnerico lib.2.laborauit,
& Gregor.Nazianzenus,ut idem ſcribit
in Monodia.

## *De Febricitantibus.*

## CAP. XXII.

1 *Morbus quilibet impedit liberum uſum corporis, impedit quoque ne quis promoueatur.*
*Febris motum habet contra naturam.*
2 *Febris quandoque tam eſt familiaris, ut nihil obſit.*
*Febris quartana non dat locum ædilicio edicto.*
*Quintus Fabius quartana multis annis laborauit.*
3 *Febris quartana non impedit promouendum.*
*Febre quartana laborantes, comitiales eſſe nō poſſunt.*
*Febriculæ in iure non conſiderantur.*
*Caius Mœcenas perpetuam habuit febrem.*
*Antipater Sidonius quotannis natali die febre corripiebatur.*
4 *Febris quartana pubertate deponitur.*

SI Febris ita hominem uexet,
ut libera ſenſuum officia nō
ſint,canonicum eſt impedi-
mentum, ne quis promoueri
poſſit:omnis enim ęgritudo quæ liberū
eſſe corpus non permittit, impedit pro-
mouendum.c.Archidiaconum.diſt.85.
in princ.nam ſi tantus ſit febris æſtus,ut
mentis alienationem inducat,nō ſolum
non promouebitur, ſed nec promotus
exercebit,de mente S.Thom.3.q.82.art.
fin. eſſet enim grande periculum ſacris
ſeſe ingerere miniſterijs, in ea febrium
agitatione,quæ motum contra naturam
habere dicitur.l.quæſitum.ff.de re iudic.
quod uerum eſt in febre continua; at in
febribus intercalaribus, quæ ſua habent
quietis interualla, nullum uidetur impe-
dimentum obſtare, ne quis promoueri
poſſit, ſi liberum corporis uſum permit-
tant,præſertim ea hora,ac die qua uacat
febris.



Promoti uero non aliter ſeſe expone-
re debent periculo in altaris miniſterio,
niſi ſecum coadiutorem habeant, qui ſi
inualuerit febris poſſit ſuccurrere, & mi-
niſteria ſi opus fuerit, perficere.argum.
7.q.1.c.nihil.&c.illud. Aliquando uero
2 febris tam leuis eſt,& familiaris,ut nihil
propemodum moleſta uideatur. Quar-
tana etenim quandoque ita inueteraſcit,
ut ſperni poſſit, & redhibitoriam actio-
nem ex ędilitio edicto non inducit, ex
ſentētia Vlpiani in l.1. §.proinde. ff.de
ędil.edict. Nam ipſa reum conuentum
non excuſat, ſi in ius uocatus tempore
opportuno non comparuerit, ut Iulia-
nus Iuriſconſultus ſcribit in l.quęſitum.
ff.de re iudic.ſupra citata:nullum enim
negotijs agēdis impedimentum adfert,
ut ibi Iulianus putat; Quintus enim Fa-
bius multos annos hac febre familiari-
ter correptus eſt,nec umquam re bellica
abſtinuit, imo aduerſus Allobroges pu-
gnans, uſque adeo furens exarſit, ut illa
liberatus incolumis poſtea perpetuo ex-
titerit, ſcribit Plin.lib.7.c.50. Ille igitur
3 qui inueterata quartana detinetur, nec
promoueri prohibebitur,nec promotus
adminiſtrare;ea prȩſertim ratione,quòd
quartana comitiali morbo finem impo-
nit, ex Hippocratis ſententia, ut refert
Gabucci. in lib. de Comitiali morb. 2.
folio 51. quinimmo ea laborantes hoc
morbo corripi nequaquam poſſunt,au-
ctore eodem Hippocrate, ut refert idē
Gabuccin.in fol.52.

Sūt pręterea quędam leuiores febres,
quę obeſſe non poſſunt ordini ſuſcipien-
do, uel ſuſcepto, quoniam huiuſmodi
febriculę in iure non conſiderantur, ut
Vlpianus ſcribit in dicta l. 1.& in l.ob
quę.ff.de ædil.edic.Cuiuſmodi ea febris
fuit, quę perpetua extitit in Caio Mœce-
nate, ut ſcribit Plin. eod. libro 7.capit.
quinquageſimo primo. Sicut etiam fe-
bricula dici poterat, qua Antipater Si-
donius Poeta omnibus annis, uno die
tantum Natali corripiebatur,quo etiam
die conſumptus eſt longa ſenecta. Plin.
eod.cap.51.

Erit quoq; in puero leuis febris quar-
4 tana ſi proximus pubertati ſit;nam inue-
teraſcere non poterit, quia quartana fe-
bris pubertate deponitur. Plin.eod.lib.
7.cap.50. ſicut & poſt ſexageſimum an-
num neminem ſolet arripere: ob corpo-
ris frigiditatem, ſicut nec hyeme, nec
bruma, aut hybernis menſibus ſolet
umquam incipere, ut uidetur eidē: ſed
in ijs omnibus Epiſcopus conſulto aget
adhibitis phyſicis, ut deliberare poſſit
an expediat ordines his conferre, an
negare.

## *De dolore Capitis*

## CAP. XXIII.

1 *Dolor capitis quandoque impedit ordinis executionem.*
*Ioannes Chryſoſtomus, magno capitis dolore laborabat.*
2 *Dolore capitis, adeò laborauit Epiſcopus Ariminen. ut illi coadiutor datus fuerit à Gregorio.*

Qui

QVi dolore capitis tam grauiter
anguntur, vt liberum naturæ
vſum non habeant, compa-
rantur ægrotantibus reliquo corpore;nã
his quoque coadiutor dari debet,c.qua-
liter 7.q.1. propterea in tã graui capitis
moleſtia,ſicut deponi promotus poteſt,
1 ita nec facile promoueri debet: verum
tamen hoc per quam raro cõtingit; pro-
pterea non omnis capitis dolor à Sacer-
dotio excludit; nam Ioannes Chryſoſto
mus grauiter perpetuo laborauit, vt ille
ſcribit lib. de prouid. 1.in princ. & Caſ-
ſiod.in hiſt.tripart.lib. 10.cap.3.quinim
mo tantus fuit in eo hic dolor, vt interie
rit; quod Theodoretus ſcriptũ reliquit:
Caſsiod. eod. lib. cap. decimo octauo;
arbitrabitur igitur Epiſcopus quanta ſit
iſtius doloris moleſtia,vt deliberet an ex
cludat an admittat eum qui illo laborat,
cuiuſmodi fecit Gregor. in Regiſt.c.tre-
centeſ. trigeſ. octauo: qui Ariminenſi
Epiſcopo coadiutorem dedit, ob hanc
vnam cauſam doloris capitis.Sed,& Epi
ſcopo Primæ Iuſtinianæ ob hanc eandẽ
cauſam doloris capitis,coadiutorem de
dit: noluit tamen iudicare deponẽdum,
vt ſcribit idem Gregor. ad Anatholium
Conſtantinopolitanum ſubdiaconum,
vt refert Ioannes Diaconus in vita eiuſ-
dem Gregorij lib.4.cap.39.

*De Paralyſi.*

## CAP. XXIIII.

1 *Paralyſis alia ſpiritualis, altera corporalis:*
*Paralytici ſpirituales ſunt irregulares.*
*Paralytici corporales ſunt irregulares.*
*Felix Abdiritanus Epiſcopus ſanctiſsimus,per nicioſiſsima paralyſi diu percuſſus:*
2 *Apopletici ſunt irregulares,*
*Conſtantinus Imperator Apopleſia mortuus:*
*Stephanus Papa II. Apopleſia mortuus.*
*Leo IIII. Imperator ob gẽmas frigidiores incidit in Apopleſiam.*
*Paulus Secũdus Papa nimium delectatus gẽmis frigidioribus in Apopleſiam incidit.*
*Eugenius Carthagin. Epiſcopus ſanctiſs. ab Apopleſia ſanatus eſt.*
3 *Irregularitatis cauſa ceſſante, ceſſat irregularitas.*
*Tremor manuum,vel pedum, an inducat irregularitatem.*

PAralyſim duplicem accipere
debemus, ſpiritalem ſcilicet,
& corporalem; Paralytici .n.
ſpiritales ſunt ij, quibus ob nexus culpa-
rum animæ virtutes diſſoluuntur, vt Be-
da ſcribit ſuper Luc.c.5.vt refert S.Tho.
in Caten. aurea eod.loco: ſed & id pro
bat Auguſt. lib. de quæſt. Euangel. qui
Paralyticam dicit animam ita diſſolutã,
vt bonis careat operibus: & hoc Paraly
ticorum genus irregulare eſt, ſicut cri-
minoſi de quibus vltimo libro agemus:
Alterum Paralyticorum genus eſt, quo-
rum membra corporea ita diſſoluũtur,
vt illorum vſu careant; & ij ſine dubio
vere irregulares ſunt, ſiue diſſolutę ſint
manus, ſiue pedes, ſiue lingua, ſiue alia
quælibet corporis pars, de mẽte S.Tho.
3.par.q.octuageſima ſecunda, artic. fin.
Tabien. in Verb.corpore, nec enim pro-
moueri poteſt,nec promotus exercere c.
fin. de cleric. ægrot. vbi omnes doct.ex-
preſsim dixit Specul. in cap. ſi forte nu.
quinto de Elect. lib. ſexto. At hic, qui
iam ꝓmotus inciderit in paralyſim, nõ
eſt ob id deponendus, ſed dandus coa-
diutor ſeruato illi honore: Nam San-
ctus Felix Abdiritanus Epiſcopus para-
lyſi percuſſus, nec ſentiens, nec loquens
in Epiſcopatu perſeuerauit, & cum alijs
nongentis Epiſcopis,& presbyteris cum
in exilium mitteretur,humeris Epiſcopo
rum eſt delatus reuerenter, vt ſe adiuuaſ
ſe ſcribit Victor Vitenſis Epiſcopus de
perſecut. Vandal. lib. 2.

Ad



Ad eiuſdem morbi ſimilitudinẽ per-
tinet Apopleſia, qua membra ita corri-
piuntur, ut uel inutilia reddantur, uel
mors ſubſequatur;nimia etenim cogita-
tione, aut ſomnolentia,uel crapula inua-
dit apoplepſia; nam Conſtantius Impe-
rator hac correptus fuiſſe fertur. & tan-
dem interijſſe. Caſſiod. hiſt tripar.lib. 5.
c. 50.Platin.in Felice.II.Stephanus quo-
que II. Põtifex ſomno ſurgens,hoc mor-
bo correptus eſt;& tandem mortuus Pla
tin.in Stephan.II.

Quandoque hic morbus cauſatur à
frigiditate nimia, præſertim ſi gemmæ
ſint frigidæ naturæ,ut de Leone IIII.oriẽ
tis Imperatore narratur,quod ob huiuſ-
modi gemmas, quas capiti imponebat
apopleticus interierit. Idem quoque de
Paulo II.Pontifice Max. ſcribit Platin.in
Hadr.I.Hi igitur apopletici ſuperuiuen-
tes,nec ꝓmouebuntur, nec promoti ad-
miniſtrabũt,ſicut nec paralitici; una enĩ
eſt in utriſque impedimenti ratio. Ve-
rum ſi quis poſtea conualuerit (quòd ſæ
pe fit)quaſi ceſſante impedimenti cauſa,
ceſſare debebit hæc irregularitas arg. c.
Neophytus.& c.ſtatuimus.diſ.61. quod
contigit ſancto Eugenio Carthaginenſi
Epiſcopo,qui cum nimio fletu ſuper nu
dam humum dormiens in apopleticam
paralyſim incidiſſet,ab ea tamen poſtea
liberatus eſt,ut ſcribit idem Victor ibid.
lib. 3. unde abſurdum fuiſſet eum ſana-
tũ haberi pro irregulari.In omni etenim
corporali impedimento ſi quis repulſus
ſit,illo poſtea ſublato admitti poteſt;ap-
te tradit Bern.in c.cum inter canonicos.
& ibi Io.Andr.de elect.& eſt alia apoſtil.
Io.And.in c.ſuper eo.ĩ gl magna.de elec.
plene gl. in uerb.ceſſante in c. poſt tranſ-
lationem.de renunc.

Prædictis morbis etiam ille eſt confi-
nis,qui caput,aut pedes, aut manus, ita
leniter inuadit ut ſolum tremorem per-
petuum inducat, non autem diſſolutio-
nem; nam quia inde ſcandalum popu-
lo affertur,& periculum eſt in ſacramen
ti adminiſtratione(ſi quando manus tre
mulæ ſunt) merito ab ordinib.ſuſcipien-
dis,& ſuſceptis adminiſtrandis excludi
debet, quiſquis mẽbra tremula habeat;
expreſſim dixit Specu.in c.ſi forte.nu.5.
de elect.lib.6.

*De Abſtemijs, & alijs, qui uino non utuntur.*

## CAP. XXV.

1 *Sacrificium non dicitur perfici plene,ſi ſolus panis in miſſa offeratur.*
*Aqua modica eſt uino miſcenda in miſſa.*
2 *Abſtemius promotus ad ſacerdotium, omnia ſacerdotalia faciet præter miſſam.*
*Vino abſtinere qui uouit, uel cui ex pęnitentia onus hoc impoſitum eſt, non prohibetur promoueri*
3 *Abſtemius reijcitur à ſacerdotio, quia imminet periculum nauſea in ſumendo calice.*
*Irregularitas quãdoque minor ex uitio, quam ex uirtute.*
4 *Papa an diſpenſare poſſit, ut quis conſecret in ſola aqua,uel omnino etiam ſine calice.*
*Aquarij hæretici.*
*Hydroparaſtæ, hæretici.*
*Papa non poteſt mutare integritatem ſacramẽtorum.*
*Abſtemius poteſt paulatim aſſueſcere uino.*
*Vino calicis nil omnino niſi paulum aqua miſceri poteſt.*

COntingit aliquando, ut uel le-
uis morbus obſit, ne quis ſa-
cerdos fieri, uel ſacerdotio
fungi poſſit in ſacrificio altaris,cuiuſmo
di exemplum adferre poſſumus in eo,
cui uini potio medicorum conſilio inhi
betur: erit enim imperfectum ſacrificiũ,
ſi ſolus panis in miſſa offeratur S. Tho.
in 3.q.64.Quin etiam immane ſacrile-

gium

gium eſt,ſolo in pane conſecrare. Silu.in uerb.Euchariſtia.1.nu.5.nõ enim omitti poteſt calicis,& vini conſecraiio,ex decreto Alexandri I. Papæ in Epiſtola ad omnes orthodoxos. & ex Gelaſio Papa, de conſecra.diſt.2.cap.comperimus:unde ne hic cui inhibita eſt uini potio, ſe exponat periculo uomitus,uel ægritudinis,abſtinere à ſacrificio debet, quandoquidem tam modicum uinum aqua dilui non poteſt, niſi lõge pauciſſima.cap. pernicioſius.cum gl.de celeb.miſſ.Eadẽ quoque ratione non debet ab Epiſcopo ad ſacerdotium promoueri, ne ſit inanis ſacerdotij collatio: qua in re peritorum conſilio uidendum eſt, num parua quantitas uini periculum adferre poſſit, quo imminente periculo excludi ab ordinibus debet, ſentit Tabien. in uerb. uinum.

2 Promotus tamen reliqua oĩa ſacerdotalia munera adminiſtrabit, ut cõfeſſiones audire,ꝑdicare,& ſimilia ex ijs, quæ tradit Abb.in c.2.de cleric.egrot.

Ille uero,cui uel confeſſor ob pœnitẽtiam uinum inhibuit, uel ipſe ſponte uino abſtinere deuouit,non prohibetur ꝓmoueri,nec promotus adminiſtrare, tũ quod nec confeſſor, nec ipſe uoto ſuo alterare putatur uelle formam,& materiã ueri ſacrificij; tum quod ſumptio calicis non eſt ſumptio uini;cum tranſubſtãtiatio facta fuerit.

Abſtemius autem,quia ipſa natura uinum abhorret, maiori ratione ad ſacerdotium admitti non debet.glo. in c.ipſi Apoſtoli.2.q.7.quam approbat Archiepiſc.Flor.in 3.tit.29.c.5. Alber.in uerb.
3 ordinandus.uerſ.18.Eſt autem maximũ periculum, ſi abſtemius calicem conſecret, quem forſan natura aſſumere non poterit,aut aſſumptum euomet: ꝓpea nõ eſt illi ſacerdotium conferendum,quod integrum ſacrificiũ perficere non poſſit. Tabien.in d.uerb.uinum.unde illud notatu dignum hic colligitur, plus irregularitatis quandoq; in uirtute eſſe, quam in uitio;ſicut in habente duas uxores ſucceſſiue uirgines, uel unicam uiduam eſt irregularitas, non autem ſi plures concubinas, cap.quia circa.ubi glo.de bigam. & diſtin.34. cap.fraternitatis.in glo. Ita hic abſtemius irregularior eſt ipſo uini potatore.

Nec fuerit importunũ, ſi quæramus
4 an Papa diſpenſa re poſſit,ut iſti, qui uinum non bibunt,ſola aqua, aut omnino etiã ſine ea cõſecrare poſſint;ſed quia de hac re olim coram Alex.VI. diſceptatũ eſt,nõ uidetur ulterius dubitãdũ; qñquidem eo tẽpore ſuper diſpenſatione concedenda nihil eſt deliberatum:refert Tabien.in uerb.Euchariſtia.1.num.19.qui palam negat Papã ſuper aqua ſola diſpẽſare poſſe.Quin ſi poſſet non deberet, ne uideatur approbari hæreſis eorũ qui dicti ſunt Aquarij, qui ſolã aquam in calice offerebant.S.Aug. de hæreſ. c.64. qui etiam appellabantur hydroparaſtæ,quos damnauit ſexta ſynod.c.32. Quòd uero etiam ſine ea, & toto calice per Papã diſpenſatio concedi poſſit,putauerat olim Piſanel. & Angelic.ſed Tabien. dubitauit.at Silu.aperte negat Papã hoc poſſe: quia Papa immutare non poteſt integritatem ſacramẽtorum.S.Tho.3.q.64. ex Theologorum communi ſententia: de qua ille atteſtatur in uerb. Euchariſtia 1. q.5. hoc unũ tñ in abſtemio ſperandum eſt,quòd lõgo uſu poterit aſſueſcere potioni uini, maxime in tam parua quantitate,ꝙ multis contigiſſe apertiſſimũ eſt: An autẽ poſſit aliquis liquor immiſceri uino calicis, ut abſtemius ebibere poſſit, uel ut æger non patiatur ex ui uini,dicemus proximo capite ſeq.

De



## De Vomitu.

## CAP. XXVI.

1 *Vomitus impedit promouendum;& promotum. Vgo à ſancto Victore quicquid ſumebat ſtatim euomebat;& obiter de ſancta eius morte:*

2 *Vomenti Euchariſtiam nulla ſuffragatur excuſatio,nec quidem infirmitatis. Vomitus prouocatus conſilio medicorum, non eſt culpabilis.*

3 *Vomitus cauſatus à cibis ſumptis ſtatim poſt ſumptam Euchariſtiam, inducit peccatum.*

4 *Vino calicis nil cõmiſcendum ad cohibendum uomitum.*

5 *Vino calicis aliud immiſceri nec Papa diſpenſat,nec eſt poſſibile.*

PRoximo ſuperiori capiti aptiſſime congruit, ſi quis ob humidam frigiditatem, aliamve ob cauſam ſtomachi lãguorẽ patiatur: nam miſſam celebrare tuto nõ
1 poteſt,ſi periculum ſit uomitus:Si enim ſacroſancta communio, quæ uel dæmoniacis, uel amentib.conceditur, uomentibus negatur, quanto magis ſacerdotij adminiſtratio neganda eſt uomitum patienti? Cum & ipſa ſacerdotij collatio per ſacræ communionis ſumptionẽ fiat; cõtigit autem hoc perquam ſæpe ob ſtomachi lãguorem,ſicut Annales referunt de Hugone à ſancto Victore uiro æque doctiſſimo,atque ſanctiſſimo,qui Eugenio Tertio Pontifice floruit, quòd tantus fuerit eius ſtomachi lãguor, ut quicquid ſumeret, ſtatim euomeret; Ideoque cum ardenter Euchariſtiam poſtulaſſet,à fratribus de uomitu dubitantib. deluſus eſt, allata enim fuit hoſtia ſimplex non conſecrata, quam ille diuina inſpiratione cognoſcens, omnino reſpuit,tantumque facinus fratribus condonauit;at cum poſtea uera Euchariſtia adoranda allata fuiſſet, reuerenter abſtinuit, & ſtatim orans expiraſſe fertur, ipſa uero Euchariſtia nuſquam amplius uiſa eſt, quaſi animæ ſancti hominis migrantis adhæſerit: referunt Annales de initijs Regnorum fol. 138. Quamobrem ſi uiro alioqui ſancto uomitum patienti Euchariſtia neganda eſt,an non magis ſacerdotium poſtulanti, quòd ſine Euchariſtia non cõfertur, negari debet? ſicut ipſa quoque ſacerdotij iam ſuſcepti adminiſtratio, præſertim, quòd nulla excuſatio conceditur ijs, qui Euchariſtiam euomunt, ſiue per ebrietatem, ſiue per infirmitatem;ſemper enim pœnitentia iniungitur cap. ſi quis per ebrietatem. de conſecr. diſtin.ſecunda. quamquam ipſe uomitus per ſe non ſit peccatum, ſi ex infirmitate procedat, ut dicto cap. ſi quis per ebrietatem. aut ex phyſicorum conſilio, & irritatione, ut alijs morbus purgetur: nulla enim eſt culpa.S.Thom.2.2.quæſtio. 150.artic. ſecundo, Alberic.in uerb. gula. At propter Euchariſtiam uomitu eiectam ſemper uidetur peccare, qui ob infirmitatẽ, uel culpam præcedentem euomuerit, quinimmo etiam peccatum eſt, ſi per actus ſequentes Euchariſtiam euomat, puta ſi ſtatim,& poſt communionem cibum ſumat.cap. tribus. ubi gloſ. Archidiac. & Hug. de conſecratio. diſtinctio. ſecunda.at non omne leue periculum iudicandum eſt canonice impedire poſſe ſacerdotij collationem, uel adminiſtrationem, ſed ad id adhibebit Epiſcopus phyſicorum conſilium, pro languoris magnitudine.Nec eſt temere credendũ licere aliquod pharmacum uino calicis immiſcere,ad uomitum compeſcendũ: nam hoc immane ſacrilegiũ eſt. Alex.I. Papa in Epiſtola ad omnes orthodoxos; quinimmo ipſo facto per huiuſmodi diuerſi liquoris cõmixtionem, fieret irregularis: nam deponitur, nec reſtituitur

niſi

niſi poſt peractam pœnitentiam. c.cum omne. & in c.ſacramento. de conſecrat. diſtin.2. ſiue commixtio fiat ante conſecrationem, ſiue poſt, c.non oportet. ead. diſt.2. Tabien.in uerb.aqua. S.Thom.3. q.77.artic.8. Nec ex lege, aut conſtitutione Papæ id diſpenſari poſſet, propter ſacramenti impoſſibilitatem. Nam ſi liquor qui admiſcetur plus uirtutis habet quam uinum deſinit eſſe uinum, ſi par uirtus, fit tertia ſpecies, ſi ſit minor uirtus, in eo, quod ipſe liquor uim habet, deſinit eſſe ſanguis Chriſti. Vnde ſemper ſacramentum uel non eſt aliqua ex parte, uel ſumma iniuria afficitur per illam commixtionem. S.Thom. ibidem. Tabien. in dicto uerb. aqua. Silu. in uerbo Euchariſtia. prima q. quarta. Abb. in cap. cum Marthæ. colum. 3. de celebr. miſſ.

*Explicit Liber Secundus.*



# DE IRREGVLARITATIBVS ET ALIIS CANONICIS IMPEDIMENTIS

## *LIBER TERTIUS.*

### *De Infamibus, & eorum irregularitate.*

### CAPVT PRIMVM.

1 *Infamis eſt, quiſquis ordinari, uel exercere non poteſt.*

2 *Ordo Eccleſiaſticus honor dicitur, uel iure ciuili.*

*Dignitates infamibus patere non debent.*

*Infamia aliquando ob uitæ merita naſcitur.*

3 *Infamis ex delicto in iudicio declarato, fit irregularis.*

*Infames in foro ſæculari, ſunt etiam infames in foro Eccleſiæ.*

*Irregularis eſt, quiſquis eſt infamis de facto uel de iure.*

4 *Infames ſunt deſcendentes ex parentibus reis læſæ Maieſtatis.*

*Infamia qualibet purgatur Baptiſmo.*

*Infamis in Abbatem eligi poteſt.*

5 *Hiſtriones, & ſimiles ſunt infames, ideo non promouentur.*

*Meretricis maritus, ut infamis non promouetur.*

*Vxorem habens ignominioſam, ipſe quoque ignominioſus eſt*

*Vxorem ducens ancillam ſuam, promoueri nõ poteſt*

*Carnifices ſemper irregulares.*

6 *Macellarij infames ſunt.*

*Tabernarij infames ſunt.*

*Balnearij infames ſunt.*

*Fullones infames ſunt.*

7 *Ignobilitas parentum non obeſt filijs, quin promoueantur.*

*Aleator infamis eſt, & deponi debet.*

*Aleatori facta collatio beneficij nulla eſt.*

8 *Infamis promotus adminiſtrando non fit irregularis.*

9 *Artifices mechanici non ſunt infames.*

*Paulus ſutor tabernaculorum, & pelliũ fuit, & artifex.*

*Iudas Apoſtolus, & Iacobus fuerunt agricolæ.*

10 *Excommunicati, omnes ſunt infames.*

11 *Domeſtici criminoſorum, ſunt infames.*

12 *Inceſtus ſolus rumor reddit infamem.*

13 *Inceſtuoſorum filij ſunt infames.*

14 *Matrimonium contrahens, ſine benedictione ſacerdotali, eſt infamis*

*Vxores duas ſimul habens, uel etiam ſponſus, eſt infamis.*

*Tutor contrahens duo matrimonia pro ſua pupilla, eſt infamis.*

15 *Libellum famoſum inueniens, & non lacerãs, eſt infamis.*

*Princeps non poteſt tollere infamiam facti.*

*Infamis, qui ſemel eſt ſemper durat; donec diſpenſetur.*

*Pœnitentia non aufert infamiam manifeſti criminis*

*Infamia facti tollitur contraria probatione.*

*Infamia tollitur purgatione canonica.*

*Infamia facti non impedit promouẽdum, ſi ita lege, uel canone ſtatuatur.*

ACcidunt per plura homini, quę
eum ab ordinibus, ſuſcipien-
dis, & ſuſceptis adminiſtran-
dis ſolent excludere, de quibus hoc loco
opportune dicendum uidetur; Primũq;
1 ab ipſa infamia exordiemur; & quam-
quam generaliter omnes, quibus ordi-
nes, uel eorum executio interdicitur, in-
fames ſint. c. omnes uero, 6. q. 1. ubi Ar-
chid. tamen ſpeciali quadam nota, non-
nulli notantur infamiæ, qui ob eam ſolã
cauſam ordine ſacro indigni efficiũtur;
de quibus hoc capite agendũ putamus.
Cum etenim ordo eccleſiaſticus honor
dicatur. c. 1. ubi Abb. de oblig. ad ratioci.
2 l. officiales. C. de Epiſcop. & cler. & diſt.
54. cap. admittũtur. incongruum eſt, ut
infamibus hic honor tribuatur; nullius
etenim dignitatis, uel honoris, porta in-
famibus patere debet, etiam iure ciuili,
C. de dignit. l. 2. lib. 12. & cap. inter dile-
ctos. de exceſſ. prælat. Sola enim infamia
prodeſt homini ad ſuſcipiendos ordi-
nes, quæ ob uitæ meritum, & Chriſti a-
morem apud impios exoritur: & hoc eſt
quod dicebat S. Paulus, exhibere nos o-
portere miniſtros Dei per gloriam, &
ignobilitatem, per infamiam, & bonam
famam ut 2. ad Corint. cap. 6. nam hoc
genus infamiæ lucrum eſt, & magna di-
gnitas pro nomine Ieſu contumeliam
pati. Act. Apoſt. cap. 5. Eſt etenim beati-
tudinis pars, ſi quis patiatur propter iu-
ſtitiam, & maledicatur propter nomen
Chriſti, ſi falſum ſit maledictum. Matt.
cap. 5. Ideo de hoc genere infamię, quod
glorioſum eſt, hoc loco non loquimur,
ſed de eo, quod ex turpitudine ſurgit,
apud graues, & honeſtos uiros: Nam
qui aliquo delicto in iudicio deducto,
& per ſententiam declarato notatur, quia
3 infamis efficitur, nec ordinari permitti-
tur, nec ordinato adminiſtrare concedi-
tur, nec quidem poſt pœnitentiam, cap.
ſi quis hæretice. §. ecce. 1. q. 1. & 2. q. 3. §.
hinc colligitur. Specul. in tit. de diſpen-
ſat. §. iuxta. uerſ. 17. Abb. in cap. licet He-
li. de ſimon. iudic. Inq. in uerb. infamia,
num. 5.

Eſt autem adeo uerum infames ordi-
nari nõ poſſe, ut nec ij infames ordinen-
tur, qui ex ipſo ſæculari foro infames ef-
fecti ſunt; nam eadẽ infamia eos ſequi-
tur in foro Eccleſiæ, quoad honores ec-
cleſiaſticos, & ipſos ordines. Archidiac.
poſt Hug. in c. ſi quis cum militibus. 6.
q. 1. pro quibus eſt text. in d. c. omnes ue-
ro. 6. q. 1. Sed etſi infamia ſit ſolius facti,
uel ſolius iuris, eadẽ irregularitas incur-
ritur: de ea quæ eſt facti habetur text. in
c. omnipotens, de accuſat. & in d. §. hinc
colligitur. de ea quę eſt iuris habet text.
in c. qui in aliquo. diſt. 51. & hanc rem
tradit Spec. in d. uerſ. 17.

Quinimmo, etſi hic iure ciuili infa-
mis à ſæculari principe ad famam reſti-
tuatur; tamen ex ea reſtitutione non eſt
reſtitutus in foro Eccleſiæ, ad hoc ut ꝓ-
moueri poſſit Archid. in c. lege. diſt. 10.
poſt Hug. & Lau. ibi: quod tamen limita
tur in illa infamia, quæ ſurgit ex facto
alieno; exempli gratia, deſcendentes uſq;
in quartam generationem, ab eo, qui cõ
miſit crimen læſæ maieſtatis, ſunt infa-
4 mes ex facto alieno, hos ſi ſęcularis prin
ceps reſtituerit ad famam, uidentur etiã
reſtitui in foro eccleſiæ, etiam quo ad or
dines. Archid. diſt. 10. c. 1. idem Archi-
diac. in cap. ſi quis cum militibus. circa
med. 6. q. 1.

Alio præterea caſu infamia nõ obeſt,
quoad ordines ſuſcipiendos, ea ſcilicet,
quam quis incurrit ante baptiſmum: nã
cum omnis infamia purgetur baptiſmo,
glo. & Doct. in c. ſine pœnitentia, de con
ſecrat. diſtin. 4. quam probat Tabien. in





uerb. baptiſmus. 8. in fi. Silu. in uerb. ba-
ptiſmus. 6. num. 2. ſequitur ut ordinari
poſſit ſine ullo impedimento infamiæ.
Præterea hęc infamiæ irregularitas, non
obeſt Regularibus: nam infamis in Ab-
batem promoueri poteſt. glo. in c. tuam.
de ætat. & qual. ſaltim ex diſpenſatione,
ut fuſius dictum eſt libro ſuperiore, cũ
de monialibus agendum fuit.

Ad eandem infamiæ notam proxime
accedit ignominioſæ alicuius artis pro-
feſſio; & omnis perſonæ uilitas: non tan-
tum ſeruorum, de quibus ſuo loco dixi-
mus, uerum etiam uilitas, quacumq; ex
arte uel ꝓfeſſione hominis naſcatur. gl.
in cap. nihil. in uerb. ſuſpẽdatur. de elect.
argum. cap. de ſeruorum. ultimis uerbis,
& cap. admittuntur. diſtinc. 54. nam (ut
iam diximus) cum ordines, eccleſiaſtici
honores dicantur. cap. cum de tua. & ibi
Abb. de corp. uitiat. iniquum eſt uili arte
eos labefactare. Propterea hiſtrio, mi-
5 mus, ſcenicus, ioculator, morio, & con
ſimiles ab ordinibus excluduntur, ob ui
litatem, & ignominiam, ut iam diximus
ſuperiore lib. cap. 5. in horum numero
ſunt Aurigæ, gladiatores, curſores ſta-
dij, ludi olympij, coraules, citharœdi, ly
riſtes, ſaltatores, caupones; quoniam pu-
blicis quæſtibus & uilibus inſeruiunt,
indigni ſunt honoribus, ut de ijs omnib.
expreſſim recenſuit Clemens I. in inſti-
tution.

Ob eandem quoque cauſam, ſi quis
meretricis maritus fuerit, ad ordines nõ
admittetur; non ſolum quia bigamus,
ſed etiam quia ignominioſus, & uilis eſt.
Vilem etenim uxorem ducens, uilis ipſe
efficitur. cap. ſi quis uiduam, & eiectam.
ubi gl. diſtin. trigeſima quarta. quo ex lo-
co etiam colligitur uilem dici eum, qui
eiectam, ac repudiatam uxorẽ duxerit,
ioculatricem, publicis ſpectaculis dedi-
tam, ſaltatricem, ſcęnicam; nam iſtę om
nes, tametſi uirgines ſint, tamen ob artis
turpitudinem ipſarum mariti ignomi-
nioſi etiam ſunt, & ideo ad ordines non
admittentur, tex. in d. c. ſi quis uiduam,
& eiectam; cum interpretatione Hug. &
Ioan. de Fauẽt. Archid. & Alber. in uerb.
ordinatus. 4. Copulatus enim uili uxori
ſemper manet irregularis. Specul. in tit.
de diſpenſ. §. iuxta. uerſic. Item qui con-
traxit, citat cap. ſane. 2. de cleric. coniug.
Idem dicit Silu. in uerb. irregularitas.
uerſ. 16. Ideo quiſquis uxorem ducit an
cillam ſuam, quia matrona nõ eſt, ad cle
rum admitti non debet, S. Auguſt. libro
de dogmat. eccleſiaſt. cap. ſeptuageſimo
ſecundo, his uerbis, Maritum duarum
poſt baptiſmum matronarum, clericum
non ordinandum, nec eum, qui unam
quidem, ſed concubinam, non matronã
habuit: Intelligendo uerbum illud, con
cubinam, non ꝓ fornicaria, ſed pro uxo
re ſeruilis ſtatus, ut docet S. Tho. 4. ſent.
diſt. 33. art. 2.

Inter hos ignominioſos annumeran-
tur & carnifices; nam præter id quod
ſanguinis uindictam exercent, unde fiũt
irregulares, ſunt etiam uiliſſimi, & igno-
minioſiſſimi, ita ut nec quantalibet ſan
ctimonia, aut pœnitentia auferri poſſit
hęc irregularitas: text. & glo. & Doct. in
clemen. 1. de uit. & honeſt. cleric. quod
mea quidem ſententia procedet etiam
in eo qui ſemel tantum hoc officiũ exer-
cuerit, etiã ſi per uim id facere coactus
fuerit.

Macellarij quoque, Tabernarij, Bal-
nearij, cloacas emundantes, Pelles ex-
purgantes, & quos fullones dicimus,
quia uiles iudicantur ab Eccleſia, nõ de-
bent admitti ad ordines, quinimmo ꝓ-
moti, ob has artes deponuntur, ex Con-
cil. Vienn. habetur in dicta clemen. 1. de

ACcidunt per plura homini, quę
eum ab ordinibus ſuſcipien-
dis, & ſuſceptis adminiſtran-
dis ſolent excludere, de quibus hoc loco
opportune dicendum uidetur; Primũq;
1 ab ipſa infamia exordiemur; & quam-
quam generaliter omnes, quibus ordi-
nes, uel eorum executio interdicitur, in-
fames ſint. c. omnes uero, 6. q. 1. ubi Ar-
chid. tamen ſpeciali quadam nota, non-
nulli notantur infamiæ, qui ob eam ſolã
cauſam ordine ſacro indigni efficiũtur;
de quibus hoc capite agendũ putamus.
Cum etenim ordo eccleſiaſticus honor
dicatur. c. 1. ubi Abb. de oblig. ad ratioci.
2 l. officiales. C. de Epiſcop. & cler. & diſt.
54. cap. admittũtur. incongruum eſt, ut
infamibus hic honor tribuatur; nullius
etenim dignitatis, uel honoris, porta in-
famibus patere debet, etiam iure ciuili,
C. de dignit. l. 2. lib. 12. & cap. inter di-
ctos. de exceſſ. prælat. Sola enim infamia
prodeſt homini ad ſuſcipiendos ordi-
nes, quæ ob uitæ meritum, & Chriſti a-
morem apud impios exoritur; & hoc eſt
quod dicebat S. Paulus, exhibere nos o-
portere miniſtros Dei per gloriam, &
ignobilitatem, per infamiam, & bonam
famam ut 2. ad Corint. cap. 6. nam hoc
genus infamiæ lucrum eſt, & magna di-
gnitas pro nomine Ieſu contumeliam
pati. Act. Apoſt. cap. 5. Eſt etenim beati-
tudinis pars, ſi quis patiatur propter iu-
ſtitiam, & maledicatur propter nomen
Chriſti, ſi falſum ſit maledictum. Matt.
cap. 5. Ideo de hoc genere infamię, quod
glorioſum eſt, hoc loco non loquimur,
ſed de eo, quod ex turpitudine ſurgit,
apud graues, & honeſtos uiros: Nam
qui aliquo delicto in iudicio deducto,
& per ſententiam declarato notatur, quia
3 infamis efficitur, nec ordinari permitti-
tur, nec ordinato adminiſtrare concedi-
tur, nec quidem poſt pœnitentiam, cap.
ſi quis hæretice. §. ecce. 1. q. 1. & 2. q. 3. §.
hinc colligitur. Specul. in tit. de diſpen-
ſat. §. iuxta. uerſ. 17. Abb. in cap. licet He-
li. de ſimon. iudic. Inq. in uerb. infamia,
num. 5.

Eſt autem adeo uerum infames ordi-
nari nõ poſſe, ut nec ij infames ordinen-
tur, qui ex ipſo ſæculari foro infames ef-
fecti ſunt; nam eadẽ infamia eos ſequi-
tur in foro Eccleſiæ, quoad honores ec-
cleſiaſticos, & ipſos ordines. Archidiac.
poſt Hug. in c. ſi quis cum militibus. 6.
q. 1. pro quibus eſt text. in d. c. omnes ue-
ro. 6. q. 1. Sed etſi infamia ſit ſolius facti,
uel ſolius iuris, eadẽ irregularitas incur-
ritur: de ea quæ eſt facti habetur text. in
c. omnipotens, de accuſat. & in d. §. hinc
colligitur. de ea quę eſt iuris habet text.
in c. qui in aliquo. diſt. 51. & hanc rem
tradit Spec. in d. uerſ. 17.

Quinimmo, etſi hic iure ciuili infa-
mis à ſæculari principe ad famam reſti-
tuatur; tamen ex ea reſtitutione non eſt
reſtitutus in foro Eccleſiæ, ad hoc ut ꝓ-
moueri poſſit Archid. in c. lege. diſt. 10.
poſt Hug. & Lau. ibi: quod tamen limita
tur in illa infamia, quæ ſurgit ex facto
alieno; exempli gratia, deſcendentes uſq;
in quartam generationem, ab eo, qui cõ
miſit crimen læſæ maieſtatis, ſunt infa-
4 mes ex facto alieno, hos ſi ſęcularis prin
ceps reſtituerit ad famam, uidentur etiã
reſtitui in foro eccleſiæ, etiam quo ad or
dines. Archid. diſt. 10. c. 1. idem Archi-
diac. in cap. ſi quis cum militibus. circa
med. 6. q. 1.

Alio præterea caſu infamia nõ obeſt,
quoad ordines ſuſcipiendos, ea ſcilicet,
quam quis incurrit ante baptiſmum: nã
cum omnis infamia purgetur baptiſmo,
glo. & Doct. in c. ſine pœnitentia, de con
ſecrat. diſtin. 4. quam probat Tabien. in





uerb. baptiſmus. 8. in fi. Silu. in uerb. ba-
ptiſmus. 6. num. 2. ſequitur ut ordinari
poſſit ſine ullo impedimento infamiæ.
Præterea hęc infamiæ irregularitas, non
obeſt Regularibus: nam infamis in Ab-
batem promoueri poteſt. glo. in c. tuam.
de ætat. & qual. ſaltim ex diſpenſatione,
ut fuſius dictum eſt libro ſuperiore, cũ
de monialibus agendum fuit.

Ad eandem infamiæ notam proxime
accedit ignominioſæ alicuius artis pro-
feſſio; & omnis perſonæ uilitas: non tan-
tum ſeruorum, de quibus ſuo loco dixi-
mus, uerum etiam uilitas, quacumq; ex
arte uel ꝓfeſſione hominis naſcatur. gl.
in cap. nihil. in uerb. ſuſpẽdatur. de elect.
argum. cap. de ſeruorum. ultimis uerbis,
& cap. admittuntur. diſtinc. 54. nam (ut
iam diximus) cum ordines, eccleſiaſtici
honores dicantur. cap. cum de tua. & ibi
Abb. de corp. uitiat. iniquum eſt uili arte
eos labefactare. Propterea hiſtrio, mi-
5 mus, ſcenicus, ioculator, morio, & con
ſimiles ab ordinibus excluduntur, ob ui
litatem, & ignominiam, ut iam diximus
ſuperiore lib. cap. 5. in horum numero
ſunt Aurigæ, gladiatores, curſores ſta-
dij, ludi olympij, coraules, citharœdi, ly
riſtes, ſaltatores, caupones; quoniam pu-
blicis quæſtibus & uilibus inſeruiunt,
indigni ſunt honoribus, ut de ijs omnib.
expreſſim recenſuit Clemens I. in inſti-
tution.

Ob eandem quoque cauſam, ſi quis
meretricis maritus fuerit, ad ordines nõ
admittetur; non ſolum quia bigamus,
ſed etiam quia ignominioſus, & uilis eſt.
Vilem etenim uxorem ducens, uilis ipſe
efficitur. cap. ſi quis uiduam, & eiectam.
ubi gl. diſtin. trigeſima quarta. quo ex lo-
co etiam colligitur uilem dici eum, qui
eiectam, ac repudiatam uxorẽ duxerit,
ioculatricem, publicis ſpectaculis dedi-
tam, ſaltatricem, ſcęnicam; nam iſtę om
nes, tametſi uirgines ſint, tamen ob artis
turpitudinem ipſarum mariti ignomi-
nioſi etiam ſunt, & ideo ad ordines non
admittentur, tex. in d. c. ſi quis uiduam,
& eiectam; cum interpretatione Hug. &
Ioan. de Fauẽt. Archid. & Alber. in uerb.
ordinatus. 4. Copulatus enim uili uxori
ſemper manet irregularis. Specul. in tit.
de diſpenſ. §. iuxta. uerſic. Item qui con-
traxit, citat cap. ſane. 2. de cleric. coniug.
Idem dicit Silu. in uerb. irregularitas.
uerſ. 16. Ideo quiſquis uxorem ducit an
cillam ſuam, quia matrona nõ eſt, ad cle
rum admitti non debet, S. Auguſt. libro
de dogmat. eccleſiaſt. cap. ſeptuageſimo
ſecundo, his uerbis, Maritum duarum
poſt baptiſmum matronarum, clericum
non ordinandum, nec eum, qui unam
quidem, ſed concubinam, non matronã
habuit: Intelligendo uerbum illud, con
cubinam, non ꝓ fornicaria, ſed pro uxo
re ſeruilis ſtatus, ut docet S. Tho. 4. ſent.
diſt. 33. art. 2.

Inter hos ignominioſos annumeran-
tur & carnifices; nam præter id quod
ſanguinis uindictam exercent, unde fiũt
irregulares, ſunt etiam uiliſſimi, & igno-
minioſiſſimi, ita ut nec quantalibet ſan
ctimonia, aut pœnitentia auferri poſſit
hęc irregularitas: text. & glo. & Doct. in
clemen. 1. de uit. & honeſt. cleric. quod
mea quidem ſententia procedet etiam
in eo qui ſemel tantum hoc officiũ exer-
cuerit, etiã ſi per uim id facere coactus
fuerit.

Macellarij quoque, Tabernarij, Bal-
nearij, cloacas emundantes, Pelles ex-
purgantes, & quos fullones dicimus,
quia uiles iudicantur ab Eccleſia, nõ de-
bent admitti ad ordines, quinimmo ꝓ-
moti, ob has artes deponuntur, ex Con-
cil. Vienn. habetur in dicta clemen. 1. de

ex decreto Caliſti Papæ, in illis uerbis, infames efficiuntur; quo loco non ſolũ inceſtuoſi ipſo iure infames eſſe declarãtur, uerum etiam.

Conſentientes.
Approbantes.
Defendentes.
Patrocinium præſtãtes, ut expreſſim gl. ibi dicit.

Sunt præterea alij infames, quos uarijs locis Gul. Durant. annumerat: nam in Specul. titu. de ſenten. lib. 2. §. ſpecies autem, hos ponit uidelicet.

Quiſquis mulctatur in iudicio criminali, in quo infamia irrogatur.

Qui de crimine paciſcitur cum accuſatore, l. athletas. in fin. ff. de ijs qui not. infam.

Quiſquis eſt ſimpliciter damnatus in crimine famoſo, etiã ſi de pęna nil fuerit dictum, C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. furti. & l. ſi te.

Quiſquis damnatur ex crimine famoſo, etiam ſi in ſententia minor pœna impoſita fuerit.

Quiſquis damnatur ex famoſo crimine, etiam ſi in ſententia pecuniaria pœna aucta fuerit.

Iſtis enim caſibus ſiue ordinarię iudicium agatur, ſiue extra ordinem ſemper infamia irrogatur. Specul. in d. §. ſpecies. uerſ. quid de iſtis. & uerſ. & ad huius articuli.

Sunt autem longe maiori in numero infames illi, quos idem Specul. retulit in ſuo Aureo Repertorio, tit. de pęn. §. ante omnia, uidelicet,

Compellẽtes aliquem ad peierandũ, aut iniquum iuramentum faciendum, c. inter cætera. 22. q. 4. imo ſi ſolum ſolicitent ad tale iuramentum, ut c. ſi quis conuictus. 22. q. 5.

12 Solus rumor de inceſtu reddit hominem infamem, ſaltim apud uulgus. c. notificamus, 35. q. 6. & cap. ſeq.

Inceſtuoſi, & illis conſentientes.

13 Nati ex inceſtuoſis omnes ſunt infames 3. q. 4. c. conſanguineorum. & 35. q. 3. c. coniunctiones.

Iniuriam de facto inferens, de facto eſt infamis. c. inter cætera. 22. q. 4.

14 Matrimonium contrahens ſine dote, & ſine bñdictione ſacerdotali, fit de facto infamis. 3. q. 4. c. conſanguineorum.

Duas uxores ſimul habens, uel ſpõſas, de bigam. c. nuper. C. de inceſt. nupt. l. 2.

Qui duo contrahit matrimonia nomine eius quẽ, quamve in poteſtate habet. Ibid. & in l. 1. in fin. ff. de ijs qui not. infam.

Increpatus à patre in teſtamẽto fit de facto infamis, ſcilicet increpatus, ut ſe reformet ad frugem melioris uitæ.

Increpatus à iudice cauſa cognita fit de facto infamis. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. ea quæ. & ff. eod. l. ob hæc.

Sodomita. C. de adult. l. cum uir.

Locans operas ſuas ad pugnandum cum beſtijs. c. infames. 3. q. 7. in princ.

Improbus aduocatus. ff. de poſtul. l. 1. & 3. q. 7. c. 2.

Rei læſæ maieſtatis. l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt.

Filij reorum læſæ maieſtatis. c. ſi quis cum militibus. 6. q. 1. & intercedentes p eis. ibid.

Homagium faciens pro beneficio ſpirituali, de ſimon. c. ex diligenti.

Illegitimi, C. de inoff. teſtam. l. fratres uel ſorores.

Famoſum libellum dictans, &

15 Inueniens, ſi illum inuentum non ſtatim corruperit, &

Qui quodiſmodo facienti conſenſerit,



rit, infames ſunt 4. q. 3. c. 2. §. ob carmẽ, & 5. q. 1. c. 1. 2. & ult.

Condemnatus iniuriarum, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter eſt infamis, & eget diſpenſatione c. cum te. ubi etiam Abb. de re iud. quod procedit etiam in iniuria uerbali dicta cũ ueritate, ut ibi Diaz in praxi canon. c. 60.

Hæretici.
Fautores.
Receptatores.
Defenſores. de hæret. cap. ſi aduerſus, & cap. excommunicamus. §. credentes.
Schiſmatici.
Iudæi.
Pagani.
Omnes infideles infames ſunt. capit. alieni 2. quæſt. 7. & 4. q. 1. cap. definimus.
Ille, cum quo mulier nubit infra tempus luctus.
Ille etiam, qui ipſam nuptui tradidit.

Sed iſti duo poſtremi licet iure canonico non uideantur infames, de ſecun. nupt. c. ult. & 2. quæſt. 3. cap. Euphemiũ. tamen id uerum eſt, quoad infamiam canonicam, aut iudicialem, uel quæ dicitur iuris, & facti; at quo ad infamiam facti tantum, nulli dubium eſt eos labefactatos eſſe apud honeſtas perſonas, quæ res ſufficit, ut quis facile promoueri nõ poſſit. Ideo bene dicitur in text. d. capit. ult. legalis infamiæ, quaſi dixerit iuris, & facti infamiam eos non pati, ſcilicet ut nec iure ciuili, nec iure canonico puniantur, ſed non ceſſat illa famæ ſugillatio, & diminutio, quæ ſurgit ex illis acceleratis nuptijs apud graues uiros, glo. d. cap. Euphemium. cui rei text. in dicto capit. ult. prouidere nõ potuit: princeps enim non poteſt tollere infamiam facti. Iudic. Inquiſ. in uerb. infamia num. 7. Vnde bene concludimus, quòd de facto fama illorum integra non ſit.

Crimina illa committentes, quibus lex capitalem pœnam comminatur, fiũt infames, ut

Turbãtes diuinum officium in eccleſia. C. de Epiſc. & cler. l. ſi quis cum ſuo auth.

Omnes excõmunicati ſunt infames, c. illi. 6. q. 1.

Omnes illi, de quibus loquitur S. Paulus ad Galat. cap. 5. uidelicet.

Fornicatores.
Immundi.
Impudici.
Luxurioſi.
Idolis ſeruientes.
Venefici.
Inimicitias nutrientes.
Contentioſi.
Aemulatores.
Iracundi.
Rixoſi.
Diſſenſiones nutrientes.
Sectas nutrientes.
Inuidi.
Homicidæ.
Blaſphemi.
Ebrioſi. &
Commeſſationibus incumbentes.

Nam hos omnes eſſe infames ſtatuit Fabianus I. Papa, habetur 6. q. 1. c. illi: ſed multi iſtorum ſola ſacramentali pœnitentia ab infamia purgantur, ut ipſe idem Fabianus docet.

Illi etiam, cum quibus S. Paulus 1. Corinth. c. 5. dicit non eſſe cibum ſumẽdum, infames ſunt. uidelicet

Fornicarij.

O 4 Auari.

Auari.

Rapaces.

Idolis ſeruientes.

Maledici.

Ebrioſi; quos eſſe infames idem Fabianus eodem loco dicit, ſed ſola ſacramentali pœnitentia purgari aliquando poſſe, ut ibid.

Omnes exiſtentes in crimine notorio ſunt infames.glo. in d.c.illi.iuncto text. 6.queſt.1.

Corrumpens,&

Corruptus ad falſum teſtimoniũ reddendum.c.ſi quis conuictus.22.q.5.de quo ſupra diximus.

Contraueniens pacto, uel tranſactioni iuratæ.l.ſi quis maior. C.de tranſac.

Leno. ff.de ijs, qui not.infam. l. 1.& l. 3.§.2.

Pecuniam dãs ne actione famoſa conueniatur.ff.de his,qui not.inf.l.1.ibi pactus.&c.& l.athletas.§.ult.

Epiſcopi,& alij prælati, qui procurationes exigũt,pro uiſitatione, cum tamẽ non uiſitent.10.q.1.c.relata.

Monachus,uel

Monialis impudici,& filios procreantes,27.q.1.c.impudicas.

Corruptores morum bonorum,&

Detractores contra pias perſonas, infames ſunt ex decreto Anacleti Papę, habetur.6.q.1.c.Deteriores.

Omnes inobedientes Epiſcopo proprio, ſiue pſbyteri,ſiue clerici, ſiue principes ſint, infames fiunt, ex Clementis I.Papæ decreto, habetur 11.q.3. cap.ſi autem.

Aduocatus paciſcens de quota litis 3.q.7.c.infames.§.arceantur.

Aduocatus, qui probris non ratione cauſam defendit. d.§.arceantur.

Conſules,& rectores ciuitatũ, in qua Papa moritur non ſeruantes conſtitutionem Gregorij X. quæ habetur in c. ubi periculum.de elect.lib.6.

Conſpirantes contra proprium prælatum,& ipſis

Conſentientes. cap.conſpirationum, 11.queſt.1.

Inſidias ſtruens proprio Epiſcopo, & illi infeſtus, infames fiunt, c.ſtatuimus, 11.queſt.1.

Occupantes Epiſcopatum,beneficiũ, uel quemlibet locum uiuentis, 3. q.2.c. audiuimus.

Balneatores,uel qui in balneis utũtur miniſterio mulierum.l.athletas.ff.de infam.gloſ.in cap.non oportet,diſt.octuageſima prima.

Hiſtriones, Mimi, & omnes in ſcena ludentes.ff.de his qui not. infam. l. 1.& 2.§.ult.

Ludibria facientes.Ibid.& 4.queſ.1. cap.1.

Miles remiſſus ignominioſe ab exercitu.ff.de ijs qui not.infa.l.1.& 2.§.ignominioſe.

Appellans malitioſe,ut iudicem fatiget, &

Diffamans iudicem, fiunt infames de iure,& de facto ſecuta ſententia declaratoria. C.de appellat.l.à proconſulibus, in fin.

Simoniaci, dãtes,& recipientes,emẽtes,& uendentes,&

Mediatores ſimonię incurrunt infamiam 1.q.3.c.ult.& 15.q.3.c.ſane.

Apoſtolicę ſedis pręcepta ſciẽter tráſgrediens. c.alieni.2.q.7.

Confitens contra ſe aliquod delictũ, quod non commiſit; licet non incurrat ueram iuris infamiam, ſi metu id fecit; tamen incurrit infamiam facti, ſi metus fuit leuis,& ita intelligitur tex.cum gl.in uerb.erroris.15.q.6.

Exi-



Exigentes uſuras uſurarum etiam Iure ciuili ſunt infames. C.ex quib.cau.infam.l.improbum.

Miles aliena p̃dia conducens,& multo magis clericus.l.ult.C.locat.

Senator contrahens matrimonium cum muliere ſcenica. C. de natural. lib. l.1.glo.& tex.in c.ſi quis uiduam, & eiectam.diſt.34.

Aleatores publici,& pro ludo mutuãtes,c.inter dilectos.de exceſſ.præl.

Iudex iudicans, uel aliquid aliud faciens contra conſcientiam per gratiam, uel ſordes in præiudiciũ alterius partis. c.cum æterni.de ſent. & re iud.lib.6.

Cõdemnatus interdicto unde ui, uel actione furti. ff.de ijs qui not.inf.l.1. ff. de furt.l.non poteſt.

Condemnatus actione ui bonorum raptorum.

Iniuriarum.

Sepulchri uiolati.

Doli mali.ff.de his qui not.inf. l.1. & ff.de ſepulc.uiol.l.1.

Condemnati in publicis Arenghis, ſeu mauis pro Roſtris, licet non ſemper ſint infamia iuris affecti, ut probat Spec. in tit.de ſent.§.ſpecies,poſt mediũ;uerſ. quid de iſtis. Tamen de facto ſugillatur eorum fama,pro quauis leui cauſa, ſi tã publice condemnetur,& ideo inter infames annumerantur, qui ſolo facto ſunt infames.

Cõdemnatus ſuo nomine actione directa pro ſocio,& actione

Tutelæ.

Mandati.

Depoſiti,infamis eſt,ff.de his qui not. infam.l.furti.§.ſi quis. Inſtit.de ſuſpect. tut.§.ſuſpectus. C.ex quib.cauſ.inf. l.ult. Inſtitut.de pœn.temp.litig. §.ex quibuſdam.

Interpretans ſubdole priuilegia principis,C.de legib.l.2.

Tutor, uel curator, qui pupillam ſibi, uel filio maritauit. C.de interd.ma.l. ſi tutor.

Quiſquis condemnatus infamis effectus fuit,ſi princeps pœnam abſtulerit, ipſa tamen adhuc infamia manet. C.de gene.abol.l.ult.habetur 2.q.3.c.ſi quem. uerſ.indulgentia.

Accuſator accuſationem non proſequens, & in ultimo termino non comparens,& ſecuta ſententia fit infamis.C. ut intra cert. temp. l. 1. & C. ad Turpil.l.2.

Reus latitans in cauſa criminali,ſecuta ſentẽtia eſt infamis. C.de requir.reis. l.ult.

Præuaricator condemnatus, ſemper eſt infamis, text. & glo.in capit. Euphemium.§.fin.iuncto c.ſeq.cum gl.in uerb. legibus.2.quæſtio.3.& ff.de ijs qui not. infam.l.1.

Abolitione ſecuta ſuper quauis cauſa criminali,ex qua ueniret infamia, etſi omnes pœnæ uideantur ſublatæ; tamen infamia nõ eſt ſublata. 2.q.3.c.ſi quem. §.abolitio.

Senator, qui propter turpitudinem à ſenatu remotus eſt,fit ĩfamis. ff.de ſenat. l.2.3.q.7.c.1.uerſ.lege.

Tutor uel curator remotus ab adminiſtratione propter dolum. C.de ſuſpec. tutor.l.ult.

Tutor, uel curator ut ſuſpectus remotus forte, quia inuentarium non fecit. C.arbitr.tut.l.ueteris.in fin.

Iudex,uel dominus ſubijciens tormẽtis nobilem, uel decurionem. C.de decurion.l.omnes Iudices.lib.10.

Condemnatus in perſona ſui procuratoris,in illis iudicijs,quæ infamare ſolent,effectus eſt infamis,ſaltem de facto. Specu.in Aureo repert.tit.de pen.§.ante

omnia

omnia in fin. ex quo loco pleriq; caſus ſupraſcripti per nos deſumpti ſunt.

Duellãtes ſunt tam de iure, quàm de facto infames ex Concil. Trident. Seſſ. 25.c.19.de Refor.

Raptores mulierum, eod. Concil. Trident. Seſſ. 24. c. 6. de Ref. matr.

Tabelliones quoque rogantes Inſtrumenta vſuraria, ſimoniaca, vel aliter cõtra ius, ſunt infames, quia fiunt periuri. cap. quicumque. 6. q. 1. arg. S. Thom. 2.2.98.art.3.& quod ſint infames, videtur probari in c. Imperialem. §. ſcriba de prohi. alienat. in feudis, & nec poſt pęnitentiam purgatur hæc infamia, vt ſcribit Silu. in verb. Tabellio. q. 7.

Publicam, & ſolennem pœnitentiam agentes; ſed de iſtis agemus proximo capite.

Omnes igitur ſupradicti infamia aliqua notati, ſiue de iure ſiue de facto nõ ſunt ſicco pede ad ordines admittendi; ſed cauſæ cognitione adhibita, vel reijcientur, vel diſpenſabuntur, pro qualitate cauſæ, & habebitur ratio grauitatis infamiæ, vt aliquando remittat Epiſcopus, aliquãdo Papa ſolus, vt docet Silu. in verb. infamia. q. 11.

Illud vero non eſt pręter mittendum, eum qui ſemel infamis factus eſt, tam de facto, quàm de iure, perpetuo manere infamem, donec diſpenſetur, aut reſtituatur. ſcribit Bald. in ſuo Peculio, in verb. infamis, citat. l. quis ſit fugitiuus ff. de ædiel. dic. ſiue ſit infamia Iuriſciuilis, vt d. l. ſiue infamia ex crimine Canonico; nam pœnitentia occulti criminis, aufert quidẽ infamiam cap. vlt. de purg. Canon. ſed non eam, quæ ſurgit ex maniſeſto crimine, vel peccato mortali; & ſi forte eam tollit, illud eſt, quoad Canonicam infamiam; nam eam quæ eſt de facto, eſt impoſsibile tolli: tex. cum ſua gloſ. in cap. illi qui. 6. q. 1. & gloſ. in cap. Euphemiũ. §. hinc colligitur, in verb. infamiam. 2. q. 3. Iudicial. Inquiſ. in verb. infamia. num. 7.

Infamia etiam facti tollitur cõtraria probatione. cap. cum in tua, de ſponſal. & 2. q. 5. cap. presbyter, & cap. ſi mala fama: gloſ. optima in c. ijs qui, de ſponſ. Purgatur enim omnis diffamatio facti, contrario facto, vt docet Innoc. in cap. Inquiſitionis, de accuſat. quem ad hoc citat Bald. in ſuo Peculio. in verb. infamatus: Vnde orta eſt purgatio quæ dicitur Canoniea, quæ inducta eſt, ad infamiam diluendam. cap. ſi quis de purg. Canon. Eſt & alia vulgaris, quæ caſu, & euentu infamiam ſolet purgare, vt probatur cap. ſignificantibus, de purg. vulg. & vtraque aufert omnem infamiam facti, vt locis ſupradictis: aliquando etiam hæc infamia facti nullius momenti eſt, quoad impediendum, ne quis promoueatur, puta ſi ita lex, vel princeps ſtatuat, quòd nihil præiudicet, hoc enim ſtatuere poteſt: Abb. in cap. cum te, de ſent. & re iud. Silu. in verb. infamis. q. 4.

## *De ſolenniter pœnitentium irregularitate.*

## CAP. II.

1 *Vitiorum vaſa non ſunt altari deputanda.*
2 *Solennis pœnitentia quando imponatur.*
*Solenniter pœnitens non eſt aptus ad corripiendum.*
3 *Solennis pœnitentia, qua forma fiat.*
4 *Solenniter pœnitens, nec ad minores eſt promouendus.*
*Solenniter pœnitens, ſi per ignorantiam ordinetur, eſt deponendus*
5 *Pœnitentia, non eſt ſufficiens ad auferendam Irregularitatem.*
6 *Pater, qui ob ſuffocationem filij in lecto, fecit publicam pœnitentiam, eſt irregularis;*
*Græcus ſi infantem ſuum caſu ſuffocauerit in lecto, eſt irregularis,*

Solen-



7 *Solennis pœnitentia Clericis imponi non poteſt*
*Clericus publicè pœnitens, non poteſt ad altiores aſcendere;*

QVoniam qui ſolennem agunt pœnitentiam, eandem infamiæ notam incurrũt, præter
alias cauſas, etiam ob hanc ipſam ab
ordinibus Eccleſiaſticis excluduntur;
nam quia tanta pœnitentia non imponi
tur, niſi ob grauia delicta, non debent ij,
qui ea commiſerunt ad Sacramentorũ
miniſteria admitti; cum altari indi-
gna inſtrumenta ſint ea, quæ dudũ fue-
1 runt vaſa vitiorum. cap. Illud, diſt. 50.
Et licet pœnitentia ſanari videantur; ta-
men ſemper manet turpis illa cicatrix.
1. q. 1. c. ventum. Et ob conſuetudinem
delinquendi facile relabi poſſunt ad pri
ſtina delicta. cap. ſemel, de reg. iur. in 6.
& ibi gloſ. vnde quandocumque huiuſ-
modi pœnitentes eliguntur, non poteſt
ſcandalo carere ea electio: illa præſer-
2 tim ratione, quòd ſolennitas hæc pœni-
tentię imponitur, in quibuſdam vulga-
riſſimis criminibus, quæ fere totam vr-
bem commoueant, vt habetur 26. q. 6.
cap. vlt. cuius ſcandali ratione, à miniſte-
rio Eccleſiaſtico arceri debent. cap. de
ijs vero, diſt. 50. Sed omnium rationum
illa eſt præcipua, quòd ob id perdide-
rint ſecuritatem, atque audaciam alios
delinquentes corripiendi: qua enim li-
bertate peccantem corripere poteſt, cũ
tacitus ſibi ipſe reſpondeat, eadem ſe ad
miſiſſe, quę corripit? vt dixit Sanct.
Hier. ſuper Epiſt. Paul. ad Titum ad cap.
1. habetur diſt. 25. capit. primum. Has
igitur ob rationes iſti pœnitentes pro-
moueri non debent, de quibus Alberic.
in verb. ordinandus.

Verum illud hoc loco ſciendum eſt,
quis dicatur ſolenniter pœnitere; is eſt,
3 qui in capite quadrageſimæ, ſacco in-
dutus, nudis pedibus, ad Eccleſiæ fores per publicam cleri, & Epiſcopi orationem reconciliatur ob crimina; vel ille, qui cilicium in capite habeat, coma penitus abraſa: Concil. Agathen. cap. 11. habetur cap. pœnitentes, & cap. ſeq. diſt. 50. vel ille, qui nudus in foribus Eccleſiæ ſiſtitur, cum populus ad Eccleſiam conuenit. cap. felicis, de pœnis. lib. 6. & Clem. 1. de pœn. Idem eſt ſi quis in atrio Eccleſiæ publice ob aliquod crimen reconcilietur. Conc. Carthag. 3. cap. 32. habetur 26. quæſt. 6. cap. vltim. quæ ſolennis pęnitentia ab initijs ipſius Eccleſiæ naſcentis in vſu eſſe cœpit, Caſſiod. hiſt. tripart. lib. 9. cap. 35. & Ecchius lib. de pœnit. 1. cap. 2. aduerſus Lutherum.

Quibus igitur hęc pœnitentia aliquãdo impoſita fuit vere irregulares ſunt, ex decreto Hormiſdæ Papæ in Epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ, & ſcripſit S. Aug. lib. de dogmat. Eccleſ. cap. 72. & diſt. 50. cap. ex pœnitentibus, & c. ſi ille, & cap. Canones cum alijs multis: Alberic. in verb. ordinandus, circa princ. & verſ. 14. Idque ſemper verum eſt, ſiue in ipſa publica, ac ſolenni pœnitentia ſe ſe generaliter peccatorum confiteatur, ſiue certum aliquod peccatum exprimat; vtroq; enim modo eſt irregularis, niſi quod illa generalis accuſatio facilius poſſet diſpenſari, ex Conc. Toletan. 4. cap. 52. Diaz in praxi Canon. capit. 19. Ita quòd nec ad minores ordines indiſpenſatus accedere debet: quandoquidem nec ad ſimplicem clericatum promoueri poſſit. d. cap. Canones, vbi gloſ. & Archid. Vrgente tamen neceſsitate ad minores diſpenſari poſſet. cap. placuit, diſt. 50. etiam per Epiſcopum, cum hęc diſpenſatio illi interdicta non reperiatur; arg. cap. nuper. de ſent. excom. Archiep. Flor. 3. tit. 29. cap. 2. Diaz.

d. cap.

d. cap. 19. Quòd ſi per ignorantiam hi
ſolenniter pœnitentes ordinentur, depo-
nendi ſunt. cap. ſi ille, diſt. 50. Intelligen-
do illum Canonem in publica pœnitẽ-
tia, vt ibi ſcribit Archid.

Quæ omnia vera ſunt, non ſolum pẽ-
dente ipſa ſolenni pœnitentia, verum
etiam ea iam peracta: nam cum ad-
huc ipſa cicatrix maneat, vt iam dixi-
mus, non permittitur promoueri, capit.
ſi quis poſt remiſsionem, vbi gloſ. diſt.
50. & cap. Illud, & cap. peruenit, Diaz in
d. cap. 19. Nunquam enim pœnitentia
5 poteſt efficere, vt quis deſinat eſſe irre-
gularis ex illo crimine, quod inducit ir-
regularitatem, quando manifeſtatũ eſt
delictum: gloſ. in capit. vlt. diſt. 25. vbi
etiam Hug. vnde cum nulla tanta ſit
manifeſtatio delicti, quanta in ſolenni
pęnitentia, ſequitur vt irregularitas etiã
poſt ipſam manere dicatur, gloſ. in dict.
capit. vltimo.

Propterea parentes, qui negligenter
infantes ſuo in lecto noctu fouent, ſi eos
caſu, vel imprudentia ſuffocauerint, &
6 ab Epiſcopo ſolennis fuerit impoſita pę-
nitentia ipſi marito, ob id fiet irregula-
ris: ita quod vxore mortua ad ordines
promoueri non poterit. Guliel. pariſien.
Epiſcopus in Dialogo de pœnitentia. c.
12. & eſt tex. in cap. queſitum, de pœnit.
& remiſſ. Specul. in Aureo Repertor. tit.
de pęnit. in rub. caſus, in quibus quis ip-
ſo iure eſt ſuſpenſus: vnde patet clericũ
Græcum, quem vxore vti tolerat Eccle-
ſia, ſi caſu, aut negligentia eius infans ſuf
focetur, ipſo iure ab altaris miniſterio
eſt perpetuo ſuſpenſus, & ideo ſuſceptos
ordines exercere non poterit: Specul. vbi
ſupra verſ. Græcus, & eſt text. in d. capit.
quæſitum. Quod verum eſt, etſi nullam
pœnitentiam ſolennem egerit hic cleri-
cus; quia ea clericis imponi non poteſt,
7 niſi poſt quam iam depoſiti ſunt: tex. &
gl. in cap. confirmandum. diſt. 50. & in
cap. illud, & in cap. alienum, Archiep.
Flor. 3. tit. 29. cap. 6. & ita intelligitur
tex. in cap. ſacerdos, de pœniten. diſt. 7.
vbi publica pœnitentia imponitur ſacer
doti, ſcilicet, depoſito.

Hæc non ſolum in promouendis ve-
ra eſſe diximus; ſed etiam in iam pro-
motis; nam ſi contingat eos in aliquod
incurrere delictum, ob quod publicam
forte agant pœnitentiam (licet agere eã
non debeant) ita fiunt irregulares, vt
ad altiores ordines aſcendere non poſ-
ſint: ex Conc. Ilerden. cap. 5. & diſt. 50.
cap. hi qui altario: Illud tamen verum
eſt, quòd hic promotus ſolẽniter vel pu-
blice pœnitens, ſi ordines ſuſceptos ad-
miniſtret, ante obtentam diſpenſatio-
nem, non per id nouam irregularitatem
incurrit; ſed peccat grauiter, Archid. in
cap. Apoſtolica, diſt. 56. Et licet Silu. in
verb. irregularitas, verſ. 17. ex ſententia
Innoc. & Hoſt. dicat hanc irregularita-
tem, quæ ſurgit ex ſolenni pœnitentia
non ſeruari in Curia, id intelligitur, quo
ad dificultatem diſpenſationis, quia fa-
cile conceditur, quia inde conijcimus
maiorem cõtritionem; nemo enim tam
publice confiteretur, niſi id offenſæ diui-
næ dolor induceret; & ideò publica hęc
confeſſio, vt olim, ita hodie laudabilis
eſt, ex Conc. Trident. Seſſ. 14. cap. 5.

*De publica pœnitentia, & de Impœnitentibus.*

## CAP. III.

*1 Pœnitentia publica, quo differat à ſolenni.*
*Pęnitentia publica non ſemper inducit irregu laritatem.*
*2 Pœnitens publicè dum durat ipſa pœnitentia, matrimonium contrahere non poteſt.*

3 Pœni-



*3 Pœnitentia publica durante, quis promoueri non poteſt.*
*4 Mulier puerpera olim aliquandiu arcebatur ab ingreſſu Eccleſiæ.*
*5 Pœnitentiæ cauſa accedens ad Monaſteria, quando non poſsit ordinari:*
*6 Epiſcopus accedens ad Monaſterium facienda pœnitentiæ cauſa, non poteſt redire ad Epiſcopatum.*
*Ioannes Silentiarius Epiſcopatum dimiſit, factusq́ monachus quinquaginta ſex annis nullum ordinem adminiſtrauit.*
*Pœnitentes publicè, facile diſpenſantur ad minores.*
*Pœnitens publicè, ſi ordinetur, deponi debet.*
*7 Impęnitens non poteſt promoueri.*
*Ordinatus in peccato mortali, peccauit mortaliter.*

PVblica pœnitentia longe dif-
fert à ſolenni; nam ſolẽnem
eſſe eam, quæ certa forma
ignominioſa fieri ſolet, ſuperiori capite
dictum eſt: publica vero eſt, quæ in ocu-
lis hominum patet, ſed nulla ſolennita-
te fit, exemplo eſt illa pœnitentia, quam
ſacerdos imponit, vt ſcilicet, quis longe
peregrinus fiat, cum baculo peregrino-
rum aut habitu, veſtituue peregrinis cõ-
gruenti; etiam ſi nudis pedibus iuſſerit
incedere, & mendicando, & quandoque
quaſi ſub tertio alicuius religionis ordi-
ne; nam hoc pœnitentiæ genus publi-
cum eſt, & tamen irregularitatem non
inducit. Silu. in verb. irregularitas q. 17.
Archiep. Flor. 3. tit. 29. cap. 6. ex ſenten-
tia Raym. Nonnulla tamen recipit im-
pedimenta interim, dum hæc publica
pœnitentia pendet: nam quandoque in
pœnitentia conſtitutus, ea durante ad
matrimonium tranſire non permittitur
ſine nota, ex Conc. Arelaten. 2. cap. 21.
2 his verbis: Pœnitentes quæ defuncto vi-
ro alijs nubere pręſumpſerint, vel ſuſpe
cta, vel interdicta familiaritate ſe cum
extraneo iunxerint, cum eodem ab Ec-
cleſiæ liminibus arceantur; hoc etiam
de viro in pœnitentia poſito placuit ob-
ſeruari: & ponunt Summiſtæ in impedi
mentis matrimonij: nam coniugato ta-
lis pœnitentia non congruit, cum vtriuſ
que conſenſus requiratur. cap. vlt. 33. q.
4. & tit. d. Conc. Arelaten. 2. cap. 22. Et
licet longe differat matrimonio carnali
iungi, ab hoc ſpirituali matrimonio or-
dinum, tamen ordinis ſuſceptio non de
bet concedi clerico in pęnitentia poſito;
nam difficilius diſpenſatur cum pœni-
tente, quàm cum bigamo. gloſ. in capit.
placuit, 50. diſt. vnde rectius videt, vt nõ
3 facile promoueatur; debet enim cauſa
cognoſci, ob quam ſit in pœnitentia po-
ſitus, propter quam cognitionem inte-
rim canonico impedimento diſtinetur,
ne promoueri poſsit, ex verbis Auguſt.
lib. de dogm. Eccleſ. cap. 72. vbi dicit, cle
ricum non eſſe ordinandum eum, qui
publica pœnitẽtia mortalia crimina de-
fleт. habetur diſt. 33. c. maritum: quem
canonem falſo Gratianus adſcribit Gre
gorio. Sed apertiſſime hoc conſtat ex
decretis Sirici Papæ Epiſtola 1. cap. 14.
vbi expreſſim docet pœnitentem, dum
durat pęnitentia, non eſſe promouendũ.

Sunt præterea alij tex. in cap. quicum
que diſtin. 50. & cap. ex tenore, & c. vlt.
de temp. ordin. Ex quibus locis poſitus
in pęnitentia non ſolum ad altiores pro
hibetur aſcendere; verum etiam eidem
conſulitur, vt à ſuſceptis abſtineat; Ideo
que ob eandem cauſam dicebat gloſ. in
cap. de ijs vero, in fin. magnæ gloſ. diſt.
50. quòd qui promotus eſt publica pœ-
nitentia durãte, cautius aget ſi abſtineat
ab adminiſtratione ordinum, putans ſe
indignum; cui rei adſtipulatur, quòd
mulier partum enixa quaſi in pœniten-
4 tia conſtituta, ab eccleſiæ arcetur ingreſ
ſu dies aliquot: Leuit. cap. 12. Vir quo-
que ſeminis fluxum patiens, etiam poſt-
quam

quam conualuerit octo dies, quaſi pęnitentiæ loco Eccleſiam ingredi prohibetur. Leuit. cap. 15. Ideò ſane æquũ putarim dum pęnitentia hęc publica pendet, eos à ſuſcipiendis ordinibus abſtinere, tum quia id ſentiunt nonnulli canones, qui pie interpretandi ſunt in cautiorem partem, tum quia multa impedimenta poſſunt contingere, ob quæ pęnitentia non perficiatur: vnde pro impenitentibus eſſent habendi pęnitentia nõ peracta,

Præterea ad huius ſententiæ corroborationem illud adfertur, quòd quiſquis ob quæcumque etiam leuia delicta & occulta, accedit ad Monaſteria, cauſa faciendæ pœnitentiæ, nec presbyter, nec Epiſcopus iure poteſt ordinari: c. ſi ille: diſt. 50. Specul. in tit. de diſpenſ. §. Iuxta, verſ. Item accedens: quod intelligitur ſi iuſſus, aut coactus hic ad monaſterium acceſſerit; alioqui ſi ſponte, quis velit aliquandiu intra clauſtra ſua deflere peccata, quia non videtur publice penitere, hic rigor non haberet locũ, niſi in Epiſcopo, qui & ſi ſponte ſua ac-
6 ceſſerit non poterit vlterius ad Epiſcopatus dignitatem redire; vt diximus, cũ de monachis ageremus; ꝑ qua re eſt opportunus tex. in c. poſt tranſlationem, de renunt. vbi Doct. Eſtq; optimo exemplo S. Ioannes Silentiarius, qui cum decennio Epiſcopatũ rexiſſet à Conſtantinopolitano Archiepiſcopo conſultus de monachatu ſubeundo, nõ ſolum ad Epiſcopatum nunquam redijt, ſed nec vllũ ſacrum ordinem adminiſtrauit toto reliquo vitæ tẽpore, quod excesſit in monachatu vltra 56. annos; vt ſcribit Sim. Metaph. in vita eius die 13. Maij.

Hæc, quæ de publica pęnitẽtia dicta ſunt, procedunt in ſacris ordinibus: at in minoribus ordinibus diſpenſari facilius debent: arg. 6. q. 1. cap. Infames glo. in c. quicumque, diſt. 50. & cap. placuit vt pęnitentes: Raym. in tit. de ſolenniter penitentibus. Sicut enim, qui ſolenniter penitent, diſpenſati in minoribus ordinibus poſſunt, certe multo magis ij, qui publicam agunt pęnitentiam, cuius vinculum longe minus eſt, quam ſi ſolennis ſit, vt iam diximus; quæ diſpenſatio, & ab Epiſcopo obtineri poteſt; Raym. loco ſupra citato: Alberic. in verb. ordinandus verſ. 14. Quod ſi quis indiſpenſatus auſus fuerit, durante hac publica pęnitentia, ordines ſuſcipere per ſurreptionem, inſcio forſan ordinatore, deponi debet: cap. ex pęnitentibus, & cap. quicumque, & cap. ſi ille d. 50.

Huc ſpectat, quod quiſquis impenitens eſt, Canonicum patitur impedimẽtum: ne aut promoueri, aut promotus exercere poſsit; nam qui peccata mortalia, non diluit pęnitentia, non poteſt in reatu poſitus ſacrorum ordinum particeps fieri; quandoquidem ſuſcipiens ordines in peccato mortali, peccat mortaliter: Raym. in ſumma lib. 3. Rub. de lapſis, & diſpenſ. uerſ. in ſumma nota: & eſt tex. in c. multi. diſt. 40. & in cap. fin. de temp. ord. gloſ. in cap. de ijs uero, in fin. diſt. 50. & tex. in c. habuiſſe, diſt. 33. Ita quòd, & ſi occultum ſit hoc mortale peccatum adhuc tamen, qui impenitens eſt, nec promoueri, nec promotus exercere poteſt: arg. gloſ. in cap. erubeſcat, diſt. 32. per tex. in d. cap. fin. de temp. ord. debent igitur penitere prius, quia quæcumque crimina occulta (præter Simoniam, & homicidium) diluuntur pœnitentia, quoad impedimentum irregularitatis: gloſ. d. cap. erubeſcat.





*De Multiplicatione beneficiorum, & eorum irregularitate.*

## CAP. IIII.

1 *Beneficia plura incompatibilia habens, priuatur omnibus; & fit irregularis.*
2 *Epiſcopus retinens cum Epiſcopatu aliud beneficium, quomodo incurrit cenſuras.*
3 *Cardinalis habens plura incõpatibilia incurrit eaſdem pœnas, quas Epiſcopus.*

EX ipſis quoque beneficijs irregularitates naſcuntur, tum ob neglectam, vel impoſsibilem reſidentiam; tum ob id, quod deſeruntur, vel repudiantur: Ideo proximis capitibus de ijs agendum eſſe putamus: Contingit enim aliquando clericos tot benefitijs inhiare, vt plura incompatibilia retineant, nulla Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione obtenta: quæ res in primis reddit poſſeſſorem ipſo iure priuatum omnibus ipſis beneficijs, ex Conc. Later. cap. 29. & cap. quia non nulli, de Cleric. non reſid. & cap. de multa: de præben. quod etiam confirmauit Conc. Triden. ſeſſ. 7. cap. 4. & ſeſſ. 24. cap. 17. Deinde alijs quoque pœnis puniuntur Canonicis, quas etiam confirmat idem Concil. Trid. ſeſſ. 7. c. 3. Quarum illa præcipua eſt, quòd ipſa ſola incompatibilium beneficiorum pluralitate, fiunt irregulares, ſi ea ſine diſpenſatione obtineant: ſcripſit Specul. in tit. de diſpenſ. §. Iuxta verſ. Scandalum etiam; Videntur enim iſti poſſeſſores carere omni titulo d. c. 3. & fructus ſuos non faciunt d. cap. 17. propterea vt fures, & non reſidentes in omnibus, irregulares ſunt: arg. cap. de ijs vero: diſt. 50. Quamobrẽ ille Epiſcopus q. cum Epiſcopatu aliud retinet beneficiũ, vel dignitatem ſine Papę diſpenſatione, incurrit eandem cenſuram, nec excuſaret eum diſpenſatio Legati Cardinalis, vt ſenſit. Io. de Fantucc. in ſuis quæſtionibus, & refert, ac probat Archid. in cap. ſingula, per illũ tex. diſt. 89. & hodie poteſt dici, quòd etiam Cardinales ſic incompatibilia obtinentes, ipſi quoq; cenſuram incurrant, quia in hac re parificati ſunt alijs inferioribus, ex Conc. Trid. ſeſſ. 24 cap. 17. de ref. Limitantur prædicta ex S. Thom. vt dicemus lib. 6. titul. quib. mod. tol. irreg.

*De deſerente propriam Eccleſiam.*

## CAP. V.

1 *Eccleſiam ſuam deſerens, debet illa priuari.*
2 *Eccleſias ſuas olim nonnulli ſancti ſponte deſeruerunt:*
*Eccleſiam ſuã deſerere nemo põt abſq; peccato.*
*Gregorius Nazianzenus Epiſcopus loco ignobili, & ex cura Epiſcopali conqueritur ſe ſpiritualis vitæ commoda perdidiſſe.*
3 *Eccleſiam ſuam deſerens puniendus; vt non reſidens.*
4 *Titulum ſuum deſerens priuatur officio, & beneficio;*
5 *Anaſtaſius Cardinalis depoſitus fuit, quia nõ reſidebat in ſua Eccleſia.*
6 *Eccleſiam deſerere videtur qui ibi habitat, at non deſeruit officio ad quod debet.*
*Choro non pſallentes ſunt puniendi, vſque ad priuationem*
*Choro ſedens ſed non dicens horas, abeſſe videtur.*
7 *Epiſcopus ſaltim dominicis diebus, diuinis intereſſe debet.*
*Eccleſiam minorem deſerens, vt tranſeat ad maiorem, vtraque carere debet.*
8 *Eccleſiam deſerere videtur, qui ad eam nunquam acceſſit*
*Excõicatio eſt cenſura maior irregularitate.*
*Leges, & phiſicam audientes clerici irregulares ſunt & ſuper ea ſolus Papa diſpenſat.*
9 *Cauſæ ob quas quis à reſidentia excuſatur.*
10 *Epiſcopus, vel parochus non excuſantur à reſidentia propter peſtem; ſi immineat periculum animarum;*

*11 Epiſcopus tempore peſtis, poteſt per ſubſtitutũ deſeruire.*
*Theologiæ ſtudium excuſat à reſidentia.*
*Aeris intemperies excuſat à reſidentia.*
*12 Cauſæ excuſantes à reſidentia, debent ſcriptis ab Epiſcopo approbari.*

MAgnam pręſefert animi incõ-
ſtantiam, quiſquis Eccleſiam
quam curandam ſuſcepit, de
ſerit, aut repudiat. Nam ſi ſponte deſe-
rat, licet poſſit deſerta Eccleſia eum re-
petere, etiam vſque ad excommunica-
tionem, ſi contumax ſit in redeundo. c.
non opportet, & cap. ſi quis vero. 7. q. 1.
Tamen ſi Eccleſia eum non repetat, &
1 interim alius in Eccleſia fuerit ſubroga-
tus, tamdiu carebit illa, quandiu vixerit
qui ſubrogatus eſt. cap. eos ſacerdotes,
& cap. præſentium. ead. q. 1. Et quam-
quam olim nonnulli ſancto ſpiritu du-
cti clam deſeruerint proprias Eccleſias,
2 vitam priuatam agentes, vt ſcribit So-
phronius ſophiſta, ſeu mauis Ioannes
Euiratus in prato ſpirituali: cap 37. &
fuſius ſcribit Caſſiod. hiſt. tripart. lib. 12.
cap. 8. apud veteres ſine vlla differentia
de ciuitatibus ſuis Epos migrare con-
ſueuiſſe, vtilitati temporum deſeruien-
tes; tamen hodie non eſſet concedendũ;
non enim credendum eſſet omni ſpiri
tui Epiſt. Ioan. Apoſt. cap 4. Nam Pela-
gius II. PP. in Epiſt. 2 ſcribens ad Beni-
gnum Archiepiſcopum, mutationem
ciuitatis nunquam licere docet, niſi ſta-
tuente, & iubente ſede Apoſtolica pro
neceſsitate, & vtilitate Eccleſiarum. Hęc
enim Epiſcopalis officij ſpontanea de-
ſertio ſine mortali peccato, & apoſtaſia
fieri poſſe non videtur. S. Thom. quod-
lib. 5. articul. 16. verſ. Reſpondeo, n fin.
Gregorius etenim Nazianzenus, cum
ad Epiſcopatum à Baſilio fuiſſet promo
tus, & ad curam valde moleſtam, & loci
valde ignobilis, vbi (vt ille ait) totius vi-
tæ ſpiritalis, & philoſophiæ impedimẽ-
tum eſt paſſus; maluit tamen ita perſi-
ſtere, quàm deſerere, vt ſcribit ipſe in
Monod.

Quinimmo hodie quaſi non reſidẽ-
tes poſſunt puniri, ex Conc. Triden. ſeſſ.
3 6. cap. 1. & 2. & ſeſſ. 23. cap. 1. Propterea
iure conſtitutum eſt, vt quiſquis promo
ueatur ad ordines, adſcribatur certũ ad
titulum, vel Eccleſiam, cui deſeruire te-
neatur, eod. Conc. Trident. ſeſſ. 23. cap.
16. ex Conc. Calced. cap 6. Ideo ſi deſe-
rant huiuſmodi ſuum titulum, eique nõ
deſeruiant, priuantur, & officio, & bene-
4 ficio; licet reſtitui poſsint peracta pęni-
tentia cap. contumaces, d. 50. quinimo
ob hanc tituli proprij deſertionem, nuſ-
quam permittũtur ſacros ordines exer-
cere. d. capit. 16.

Cui rei adſtipulatur totus ille tracta-
tus, qui de nõ reſidentibus diſputari ſo-
let: nam vbicumque reſidentia neceſſa-
ria eſt, non reſidendo imminet benefi-
cij priuatio. cap. pręſentium 7. q. 1. & de
appellat. cap. peruenit 2. vbi gl. & Doct.
plenior gloſ. in cap. quoniam §. ſi vero. vt
lit. non conteſt. & Concil. Trid. ſeſſ. 23.
cap. 1. Hinc illud memoria dignũ Leo.
5 IIII. Pontificis maximi, qui Anaſtaſium
Cardinalem tit. ſancti Marcelli depoſuit
ab omni dignitate, quòd quinquennio
commiſſam ſibi diœceſim deſeruiſſet,
refert Plat. in Leo. IIII. habetur de cler.
non reſiden. cap. ex geſtis.

Quæ vera ſunt non ſolum ſi ipſam
Eccleſiam deſerat aliò migrans; verum
etiam ſi non migret, at ei non deſeruiat;
abeſſe enim videtur, qui officium non
implet, & obſequia non præſtat. d. cap.
contumaces, & C. de decurion. l. nullus
qui nexu: Abb. in cap. quia nonnulli, de
cleric. non reſident. Propterea in Cho-
ro



ro non dicentes officium cum alijs cleri
cis ad mandatum Epiſcopi, arbitrio illiꝰ
puniendi ſunt, vſque ad priuationem:
apertus tex. in cap. penul. & ult. diſt. 91. &
à clero deponi poſſunt, diſt. 92. cap. vlt.

Officium vero non dicere videtur ẽt
is qui in choro præſens eſt, ſi negligen-
ter dicat d. c. pen. diſt. 91. negligenter. n.
dicit is, qui ſyncopat verba, intermiſcet
profanos ſermones, tarde ad Chorũ ac-
cedit, vel ante finẽ officij exit, aut extra-
nea in Chorum, vel Eccleſiam ſecũ por-
tat, literas legit, ſeu debitis veſtibus non
vtitur; nam ſi iſtis diuerticulis officium
negligat, pro abſente habetur, ex Concil.
Vien. vt conſtat Clem. 1. de celebr. miſſ.
Imo tanta eſſe poſſet circa hæc negligẽ-
tia, vt à clero deponatur d. c. vlt. diſt. 92.
Quæ etiam ad Epiſcopos pertinent, vt
7 ſaltim dominicis diebus in Eccleſia diui
nis officijs interſint, cap. Epiſcopos, de
conſecr. diſt. 5. Silu. in verb. horæ cano-
nicæ q. 10. Prædicta igitur omnia quia
vera ſunt, in deſertoribus Eccleſiarũ, per
ſolam inconſtantiam, & animi euagatio
nem; multo magis ſane vera erunt in ijs
qui ſuas Eccleſias deſerunt ob ambitio-
nem, ſcilicet ſi minorem deſerant, vt trã-
ſeant ad maiorem; nam eo caſu vtraque
carere debent. cap. ſi quis. de ordine 7.
quæſt. 1. ſiue ſacerdotes ſint, ſiue Epiſco-
pi. Nam ſi minore Ciuitate relicta ob
ambitionem, ad maiorem ſe conferant,
vtraque carebunt, & in neutra poterunt
pontificalia exercere. cap. Epiſcopus de
loco, & cap. ſi quis Epiſcopus 7. quæſt. 1.
Item erit ſi degant in ſeruitijs Archiepi
ſcopi ſui, nam illo pretextu excuſari non
poſſunt à reſidentia, vt ſcribit aperte Sil.
in uerb. reſidentia. q. 7. verſ. 2. in fin. citat
tex. in cap. paſtoralis, de off. ord. Et licet
per aliqua tempora anni abeſſe quis poſ
ſit de licentia ſui metropolitani, tamen
aduentu Natali. Quadrageſ. Paſcha, Pen
tecoſte, Corpor. Chriſti abeſſe Epiſcopis
non licet, niſi de licentia Papæ, ex Conc.
Trident. ſeſſ. 23. cap. 1. de Ref. quibus
temporibus debent ijdem Epiſcopi reſi-
dere non in qualibet parte diœceſis, ſed
in ipſa Cathedrali ex Conc. Carthag. v.
cap. 5. habetur 7. q. 1. cap. placuit, niſi
forſan munia Epiſcopalia eos alio voca-
rent d. ſeſſ. 23. d. cap. 1. verſ. eoſdem inte-
rim admonet: Ad hæc videndum idem
Conc. ſeſſ. 6. cap. 1. verſ. ſi quis à patriar-
chali, ibi extra ſuam diœceſin de ref.

Deſere etiam dicitur Eccleſiam, vel
8 Epiſcopatum ſuum is, qui ad illum nun
quam acceſſit; nam ſi ad eum nolit ac-
cedere, communione priuatur: quæ ſa-
ne maior pœna eſt, quàm irregularita-
tis, eſt enim excommunicatio longe ma-
ior irregularitate; quod probatur in cap.
ſi quis Epiſcopus per manus, diſt. 92.

Inter hos quoq; Deſertores Eccleſia-
rum ſuarum annumerantur illi Clerici,
qui ultra bimeſtre leges ciuiles audiunt,
aut phyſicam; nam non poſſunt ad altio-
res ordines promoueri, nec in ſuſceptis
adminiſtrabunt capit. non magnopere,
ne Cler. vel. mon. qui tex. licet loqua-
tur de regularibus, tamen extenditur ad
omnes ſæculares dignitates, videlicet
Archidiaconatum, Decanatum, Ple-
banatum, Prępoſitatum, Cantoriam,
perſonatus omnes, atque presbyteratus
capit. ult. eo titul. nam iſti omnes pro-
pter hanc cauſam fiunt uere irregulares;
Specul. titul. de diſpenſ. §. Iuxta. uerſ.
Item regularis: ſuper qua irregularitate
ſolus Papa diſpenſat. Silueſt. in uerb.
irregularitas, uerſic. 22. nemo enim
tam aperte proprium officium deſerit
Eccleſiaſticum, quàm qui legibus ciui-
libus, aut phyſicæ incumbit, d. capit.
fin.

P Sunt

Sunt tamen quædã excuſationis cau-
9 ſæ, vt quis propriam Eccleſiam ad tem-
pus poſſit deſerere, ut puta ſi peſtis inual
leat; nam eo caſu tam parochus, quàm
Epiſcopus propriam uitam pro ſola ꝓ-
ximi uita non tenẽtur exponere: Tabiẽ.
in uerb. Epiſcopus, num. 5. at ſi immine-
ret periculum animarum ob eam abſen
tiam propter Baptiſmũ puerorum, uel
10 animarum diſperationem, aut aliud ſi-
mile, in quo ageretur de ſalute animæ,
nõ excuſaretur Epiſcopus, uel parochus
diſcedendo. S. Th. lib. de perfect. vit. ſpir.
c. 14. ſic enim ordo charitatis expoſtulat
S. Tho. 2. 2. q. 37. art. 5. Poſſent tamen ali
quando ob maius commodum, uel uti-
litatem Eccleſiæ in hoc caſu per idoneũ
11 ſubſtitutũ deſeruire S. Tho. 2. 2. q. 185.

Aliæ quoque cauſæ ſunt, ne quis reſi-
dere cogatur, quia rationabilem præbẽt
excuſationem ad tempus, de quibus in
cap. licet Canon. de elect. lib. 6. Prima eſt
ſtudium Theologiæ. cap. ſuper ſpecula
de magiſt. & de cler. non reſid. cap. Tuę:
Intemperies aeris cap. quorundam diſt.
74. Infirmitas, uel ęgritudo: cap. ad audiẽ
tiam, de cler. non reſid. Inimicitię graues
ſine culpa contractæ, de elect. cap. bonæ
1. cum gloſ. Si tamen utilius ſit Eccleſiæ
propriam uitã ſaluare, quàm ſe ſe morti
exponere, ut ſcribit S. Th. d. q. 185. Pere-
grinatio quoque excuſationem præbet
c. magnę, prope fin. de uot. & de conſec.
diſt. 5. cap. non oportet: Seruitium Epi-
ſcopi, de Cler. non reſid. cap. de cætero,
& d. c. ad audientiam; multo magis ſer-
uitium domini Papæ, ut ibi, & eod. titul.
cap. cum dilectus, arg. ff. de excuſ. tut. l. iu
ris peritus: Negotia etiam Eccleſiæ ex-
cuſant, de cler. nõ reſid. cap. ex parte tua,
& de ijs omnibus Specul. ſcribit in d. c.
licet Canon. in fin. lib. 6. Iſtę tamen cau-
ſæ, ac conſimiles nõ pendẽt à libera eius
uoluntate, qui excuſari ult. debent enim
ab Epiſcopo cognoſci, & ſcriptis appro-
bari, ex Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 1.
& diligẽter animaduertere debebit Epi-
ſcopus, ut ceſſante excuſationis cauſa,
ceſſet excuſatio: ne cauſa, quæ breui for-
ſan tempore duratura eſt præbeat per-
petuæ abſentię excuſationem, Concil.
Conſtantinop. 6. cap. 18.

## *De beneficiorum renuntiatione.*

## CAP. VI.

1 *Renuncians Eccleſie; ad illam redire non poteſt.*

2 *Renuncians beneficio vt fiat monachus, ad idẽ non redibit.*

*Renunciare beneficio non licet, infra annũ probationis.*

3 *Renuntiatio Prælaturæ difficile conceditur.*

*Renuntiare Epiſcopatui, nemo permittitur. vt monachus fiat.*

4 *Renuncians cuilibet beneficio inferiori Epiſcopatu, poteſt admitti; vt monachus fiat.*

*Renuncians Epiſcopatui, ob crimen, ad illum; nec per poſtulationem; nec per electionem redire poteſt.*

*Renuntiatio Epiſcopi debet fieri ſcripto; & cũ cauſa.*

5 *Renunciandi Epiſcopatus quæ ſunt legitimæ cauſæ.*

*Epiſcopus translatus; facile redibit ad primũ Epiſcopatum.*

6 *Epiſcopus per ſimoniam conſanguineorum, etiã ſi renuntiet, nunquam tamen ad eundem admittetur.*

*Beneficio renuncians propter ſimoniam conſanguineorum, ad idem facile admitti poteſt.*

7 *Monachus factus Epiſcopus, renuncians Epiſcopatui, vbi viuere debeat.*

*Monachus factus Epiſcopus tenetur ad omnia monachalia, quæ non repugnant curæ Epiſcopali.*

*Cœleſtinus Papa renunciato papatu, redijt ad eremum.*

*Monachus vnius Monaſterij factus Abbas in alio, vbi reſidebit poſt renunciatam Abbatiam.*





8 *Epiſcopi aliquando renuntiant, & Ciuitati, & dignitati.*

*Archiepiſcopus renuncians Ciuitati, poteſt pontificalia exercere; ſed non ferre pallium, etiam ſufraganeis conſentientibus.*

9 *Renunciatio facta calore iracundiæ, quando valeat.*

10 *Renuncians calore iracundiæ, ſi acceptet aliud beneficium, tamen primum non dicitur vacare.*

11 *Renuntiatio facta à procuratore reuocato, ante notitiam reuocationis, valet.*

12 *Renuntiare videtur, qui obtinuit licentiã renunciandi.*

*Renuncians literis, videtur renunciare beneficio.*

*Renuncians in manibus laici, ipſo iure priuatus exiſtit.*

*Renunciare non videtur prælaturæ ij, qui ſubditos ſuos ab obedientia abſoluunt.*

*Renunciare non videtur, qui ſuas literas ſuperiori tradit.*

AD deſertorem proprie Eccle-
ſiæ is proxime accedit, qui re
nunciat, aut cedit proprio be
neficio: nam ſibi ipſe ordinũ
ſuſceptorum adminiſtrationem adimit
1 in Eccleſia repudiata: quacumque ete-
nim ex cauſa quis cedat, aut renuntiet,
ad illam vlterius redire non poteſt; etiã
ſi renuntiaſſe pœniteat; quia per renun-
tiationem inſtrumenta ſuæ prouiſionis,
ſunt facta ipſo iure nulla: capitul. ſane.
de renuntiat. & de pact. capitul. cũ pri-
dem: vnde cum propter id videatur ca-
rere titulo, abdicato iure ſuo, nullam ha
bere poteſt ibi ordinum executionem,
tamquam dominus; nec ius repetendi
ipſam Eccleſiam: capit. ſuper hoc, de
renuntiat. & capitul. veniens, & cap. in
præſentia, & cap. ſane, & de reſtitution.
ſpoliat. capit. accepta: Sola enim Papę
diſpenſatione intercedente; vel per no-
uam electorum electionem, poterit ad
idem iam repudiatum beneſitium redi-
re Alberic. in verb. renuntiatio: Abb.
in capitulo cùm inter, & in cap. ex tranſ-
miſſa, de renuntiation. quod videtur ꝓ-
bari in cap. eos ſacerdotes, cum gloſ. 7.
quæſt. prima, quæ diſpenſatio facile tunc
concedetur, quando repudiata Eccleſia
eum poſtulabit, aut repetet, capitul. non
oportet; 7. quæſt. prima; Alberic. in verb.
renuntiatio quarto in fin.

Sunt autem hæc vſque adeo vera,
quòd tametſi quis renuntiet beneficio,
vt monachus fiat, & in monachatu con-
ſtitutus diſpenſetur ad beneficia talia,
quale eſt illud, cui renuntiauit; tamen
ad illud idem vigore illius diſpenſatio-
nis, redire non poteſt, cap. ex tranſmiſ-
ſa, de renunt. Abb. in capit. poſt trans-
lationem, colum. pen. verſ. quid ſi ali-
quis; eod. titul. Quamobrem ne teme-
re quis renuntiet eo tempore, quo ad-
huc nouitius eſt, & ne contingat, eum
carere, & beneficio, & monachatu, ſi for-
ſan vel non admittatur, vel ipſe nolit
poſtea profeſſionem ibi emittere, ſtatuit
Concil. Trident. Seſſ. 25. capit. 16. ne
quis intra annum probationis poſſit be-
neficio renuntiare, quinimmo facta re-
nuntiatio non teneat, vt ibi: Ob quod
decretum ceſſat illa longa altercatio gl.
& doct. in capitul. ſtatuimus: de regu.
& tranſieun. ad religion. ſcilicet, an Epi-
ſcopus coferre poſſit beneficium eius,
qui ingreditur clauſtrum, an debeat ex-
pectare ſemeſtre, an annum integrum,
an profeſſionem; nam omnes iſtę dubi-
tationes ſublatæ ſunt: quia ſiue Epiſco-
pus licentiam præbuerit beneficiato, vt
clauſtrum ingrediatur, ſiue non, ſem-
per profeſsionis emiſſio expectanda eſt;
ex hoc decreto Concil. Trident. tunc
enim ſolum vacare dicitur beneficium,
vt ibi; quod etiam ſenſerat gl. in d. cap.
ſtatuimus.

Propter hæc igitur omnis prælaturæ

renuntiatio, difficilis ſemper fuit, nec le-
uiter admitti conſueuit; tũ ob id, quod
Epiſcopalis cura non debet auferri, etiã
volenti, ne nimium vileſcat ſub priuata
vita. capitul. ad ſupplicationẽ, de renunt.
tum quia ad repudiatum Epiſcopatum
difficilis eſt reditus. capitul. quia pericu-
loſum, & cap. ſicut. 7. quæſt. 1. Alber.
in verb. renuntiatio 4. in fin. Quinim-
mo ſi quis Epiſcopatui renuntiare velit,
vt monachus fiat, & hoc magna difficul-
tate impetrabit; nam conſulendus eſt
Pontifex, & expectandum illius benepla-
citum, capit. temporis 7. quæſt. 1. & tra-
dit S. Thom. 2. 2. quæſt. vlt. art. 7. Alber.
in verb. Epiſcopalis ordo: Abb. in dict.
capit. poſt tranſlationem, colum. vlt. &
hoc fit ad differentiam aliorum inferio-
4 rum, qui curam animarum habent, quo-
rum profeſſio monachatus, etiam incon
ſulto pontifice, inducit renunciationem,
& vacationem beneficij. S. Thom. d. q.
vlt. & Concil. Trident. d. cap. 16. Silue.
in verb. Religio. 2. quæſt. 8. de qua re
Abb. in capit. quòd Dei, de ſtat. mon.
Quòd ſi Papa Epiſcopo conſenſerit, vt
ad monachatum tranſire poſsit, non po
terit vlterius ad Epiſcopatum illum re-
dire. capit. hoc nequaquam 7. quæſt. 1.
& d. c. poſt tranſlationem. Alber. d. verb.
Epiſcopalis ordo: pręſertim ſi ſe ob cri-
men proprium abdicarit Epiſcopatu;
nam ad illum redire vlterius nõ poteſt,
nec per poſtulationem, nec per nouam
electionem. cap. quamuis 7. q. 1. Alber.
d. verb. renuntiatio.

Conſentire autem Papa nunquã ſo-
5 let, niſi renunciatio Epiſcopatus in ſcri-
ptis, per ſchedulã fiat, & cauſa in ea ſcri-
pta cognoſcatur, vt deliberatione matu-
ra Papa ſtatuat, an conſentire, an diſſenti
re velit, c. ſicut vir. 7. q. 1. Alber. d. verb.
renunciatio. 4. in fin. quę renunciationis
cauſæ, & multæ ſunt, & magnæ, quæ po-
nuntur in c. niſi, vbi Abb. de renunciat. &
Alber. d. loco: propterea, & ſi dictæ al-
legatæ cauſæ, ob quas renunciatio per-
miſſa eſt, ceſſauerint, adhuc tamen noua
opus eſt diſpenſatione, vt ad eundẽ Epi-
ſcopatum redire poſſit; d. c. poſt trans-
lationem, vbi Abb. Ea tamen diſpenſa-
tio facilius concedi poterit, puta ſi ceſſa-
uerint graues illæ inimicitiæ, ægritudo,
vel peſtis, vel ſi illiteratus renuncians fa-
ctus eſt doctior, certe ſedes apoſtolica le-
nius eum admittet ad eandem Eccleſiã
d. cap. poſt tranſlationẽ; propterea quan
do quis de Epiſcopatu ad alium Epiſco-
patum transfertur, quia illa proprie re-
nunciatio non eſt, ſed ſedis apoſtolicę ꝓ-
uidentia; quę ob Eccleſiarum vtilitatem
Epiſcopos transfert. c. paſtoralis 7. q. 1.
& toto tit. de tranſ. Epiſc. facile ad ean-
dem Eccleſiam redire eadem ſedes apo
ſtolica permiſſura eſt d. cap. paſtoralis.

Vnus caſus pcipuus, quo quis difficile
imo forſan nunquam Papa conſueuit di
ſpẽſare, vt poſt renunciationem, quis ad
eundẽ Epiſcopatũ redire poſſit, is eſt, qñ
6 ignorans obtinuiſſet illũ per ſimoniam
propinquorũ; ſi renuntiauerit, cumpri-
mũ ſciuit (ſicut tenet renuntiare ad pur-
gandã propriam conſcientiam) erit qui-
dem capax omniũ aliarum dignitatũ, vel
Epiſcopatuũ, ſed ad eundem admitti nõ
poterit: Abb. in d. c. poſt tranſlationẽ; col.
pen. verſ. Quęro quid ſi Epiſc. quod tñ
non procedit in alijs beneficijs Epiſco-
patu inferioribus; in quibus ſi prouiſus
ſimoniam propinquorum neſciuit, re-
nuntians ex cauſa iſta, poteſt per Epiſco-
pum prouiſio eiuſdem beneficij eidem
fieri. 1. quæſt. 5. cap. præſentium, & gloſ.
in cap. de ſimoniace; de ſimon.

Eſt pterea alius fortior caſus, ne liceat
ad renuntiatũ beneficiũ redire quando. ſ.





committitur crimen confidentiæ: nam
non ſolum non poterit redire ad illud,
ꝙ reſignauit, eo pacto, vt ſibi reſtituatur;
verum etiam, tam ipſe, quam mediator,
& recipiens ſunt excommunicatione pa
pali innodati, & priuantur, & illo, & om-
nibus alijs beneficijs, officijs ac dignitati
bus, & ad futura obtinẽda inhabiles, iux-
ta formam Bullæ, & conſtitutionis. Pij
IIII. 1564. & Pij V. 1569. Cal. Iunij,
vt fuſius dicemus lib. 5. tit. de Simon.

Ad hunc qnoq; tractatum ſpectat il-
le caſus, ſi quis monachus in Epiſcopatũ
fuerit conſecratus, & is poſtea Epiſcopa-
tui renuntiet, an in ſeculo viuere poſſit,
an vero ad priſtinum clauſtrum redire
teneatur, quod mihi vdetur, quia omnes
obligationes monachales, q̃ Epiſcopali
curæ non repugnant, adhuc perdurant
in omni monacho facto Epiſc. S. Tho.
22. q. 185. Ideo niſi ſuper hoc in Renun
tiatione à Papa diſpenſetur extra clau-
ſtrum non viuet; Celeſtinus etenim Põ-
tifex V. quando renuntiauit papatui, ad
hęremum redijt; vt omnes Annales re-
ferunt; quod fecerunt, & alij multi, vt
diximus ex Caſſiod. & alijs ſupra capite
ꝓximo: Ideo ſi Monachus vnius Mona-
ſterij, fiat Abbas in alio poſteaq; eidem
Abbatiæ renuntiet, ad primum monaſte
rium redibit, non autem manebit in illo
vbi erat Abbas, ſed de hoc videndus eſt
Panorm. in d. cap. ex tranſmiſſa; & quæ
ſcribit Dec. in capit. in pręſentia q. 8. de
probation.

Iſti igitur omnes, qui Epiſcopatibus
cedunt, quia diuerſis formis id faciunt,
ſic diuerſa impedimenta Canonica in-
currunt; Nam quandoq; renuntiant lo-
co, & dignitati, ideſt ipſi Ciuitati, & ipſi
honori Epiſcopali, quo caſu non ſolum
ad eandem Ciuitatem redire non poſ-
ſunt; ſed nec ad alias quaſcumque; nec
vllo loco licebit eis pontificalia exercere,
vel ſacros ordines conferre, etiam alijs
Epiſcopis conſentientibus c. 2. de ord.
ab Epiſc. qui renuat. Epiſc. Si vero ceſſe-
rint loco tantum, ideſt ſoli Ciuitati, di-
gnitate retenta, nuſquam prohibentur
exercere quælibet pontificalia de con-
ſenſu Epiſcoporum, vbi ea exercere ve-
lint dict. cap. 1. At ad renuntiatam Eccle
ſiam non redibunt, niſi Sedis Apoſtoli-
cæ auctoritate interueniente, vt iam di-
ximus.

Hinc fit, vt Archiepiſcopus, qui Me-
tropolitanæ Ciuitati renuntiauit, nõ pro
hibeatur pontificalia exercere permittẽ-
tibus ſuffraganeis Epiſcopis; pallium
tamen deferre ei non licebit, etiam ſi il-
li conſentiant cap. ad ſupplicationem,
de renunt.

Quoniam vero renuntiationes iſtas
multis modis fieri contingit, ideo aliquã
do validæ ſunt, aliquando non; quod di-
ligenter animaduertere debet Epiſco-
pus; quandoque etenim quis beneficio
renuntiat ductus calore iracundiæ, for-
ſan nimijs grauatus collectis, aut alijs Ec
cleſiaſticis oneribus, certe eo calore ceſ-
ſante; ſi incõtinenti pœniteat, inanis erit
illa renuntiatio; at ſi ex interuallo nil ꝓ-
derit pœnitentia, vt diſputando conclu-
dit Barth. Brix. in q. 6. Incip. Quidam
clericus: Inſuper, ſi eodem calore ira-
cundiæ durante, quis acceptet ſecundũ
beneficium, primum non dicitur vaca-
re ex iſta acceptatione ſecundi Abb. in c.
de multa, col. 5. verſ. extra caſum gl. de
præb. Card. flor. in Clem. 1. in prima op-
poſ. de offic. vic. Fel. ĩ c. ex literis, col. vlt.
de diuort. Dec. in l. quicquid ff. de reg.
iur. Tiraq. in tract. de pęnis remit. cau. 1.
in fin. qua pp ſenſerat Hoſt. quod quæcũ
que renuntiatio, etiam citra iracũdię ca-
lorem facta, dum res eſt integra, poſsit

per pœnitentiã reuocari; arg. c. lectæ de
renunt. ſi vero res integra non ſit pœni-
tentia nil proſit. c. in cauſis.§.fi.de elect.
vnde ſi per procuratorem,quis renũtiet,
& re adhuc integra procuratorem reuo
11 cet, quæ tamen reuocatio ad procurato
ris notitiam non peruenerit, ipſeque re-
nuntiationem perficiat; renuntiatio te-
nebit, & inutilis erit reuocatio Clem. 1.
de renunt. Alberic. in verb. renuntiatio
3.in fin.

Renuntiare quoq; videntur ij,qui re-
12 nuntiandi licentiam obtinuerint; nam
tenẽtur in effectu renuntiare de renunt.
c.quidam; Alber. in d. verb. renuntiatio.
3.in fin. ſed,& ſi quis literis ſuæ impetra
tionis, vel prouiſionis renuntiauerit, per-
inde eſt, ac ſi ipſi beneficio renuntiaue-
rit, quod ſi id per pecuniam fecerit, qua
ſi ſimoniacus carebit, & pecunia, & lite-
ris, ac beneficio cap.ad audientiam 2.de
reſcript. Summ.conf.de renunt.q.30.Ille
etiam,qui in manibus laici beneficio ꝓ-
prio renuntiat, ipſo iure priuatus exiſtit
c.quod in dubijs,de renunt.quaſi in pę-
nam; licet enim ea renuntiatio non te-
neat, quæ laicis manibus fit, tamen ad
damnum renuntiantis rata habetur, vt
ibi; renuntiatio etenim, vt valida ſit, fieri
debet in manibus eius à quo habuit in-
ſtitutionem, vel confirmationem c. ad-
monet, de renunt. aliquando in manibus
ſolius Papæ, c. niſi, eo tit. quandoque ve-
ro, ſi Epiſc. copia haberi non poſsit, re-
nũtiatio fieri põt in manibus ſacerdotis
recipiẽtis nomine Epiſ. vt diſputauit an-
tiquus Io.de Montemerlo, cui ſubſcribit
Alber.in l.quod initio ff.de reg.iur.& Io.
And. in c.nõ firmatur de reg.iur.in 6.in
nouell. Alber. in d.verb.renuntiatio:

Abbates aũt atq; alij ſuperiores ꝑlati,
q̃ ſubditos ſuos ab obedientia abſoluũt,
per hoc nõ videntur renuntiare ꝑlaturæ
c.lectę de renunt. Sicut è contra ſi ſubdi
ti illorũ miſericordiæ ſe ſubijciant, per
hoc non videntur proprijs beneficijs re-
nuntiare; c.veniens de renunt. Quinim-
mo, & ſi hi, q̃ ſic ſe miſericordiæ ſuperio
rũ ſubijciunt, prouiſionũ ſuarũ literas in
eorũ manibus tradant, non ideo illis re-
nuntiare videntur; quandoquidẽ officio
iudicis ſibi reſtitui obtinebunt c.ſane de
renunt. & de rer. permut. c.cum vniuer-
ſorum Alber. in verb. renuntiatio 2.

*De irregularitate Baptizati*
*per fictionem.*

## CAP. VII.

1 *Fictio eſt duplex.*
2 *Baptizantur aliqui ad malum finem.*
*Baptizantur aliqui ſperantes bona corporalia.*
3 *Athanaſij ſententia, etiam ſine fide Baptiſmũ*
*ſuſcipi; ſed non gratiam.*
*Ficte Baptizat⁹ ſẽper ĩ peccato mortali exiſtit.*
4 *Ficte Baptizatus licet recedẽte fictione, recipiat*
*gratiam; tamen non effugit irregularitatẽ.*

NIhil tam aduerſatur ordinibus
ſuſcipiendis, quã macula, quæ
naſcitur ex baptiſmi defecti-
bus; propterea, cũ ordinis ſacramentum
pendeat à præambulo baptiſmate, quaſi
ianua reliquorũ ſacramentorum, nõ po-
terit iudicari dignus ordinibus ſacris, q̃
ſe baptiſmatis gratia fecit indignum: Fi-
1 ctio igitur de qua hic agimus, eſt in ba-
ptiſmate, cũ quis dicto, vel facto aliquid
extrinſecus oſtẽdit diuerſum ab eo, ꝙ in
tus latet duplex etenĩ eſſe fictio põt in ſu
ſcipiendo baptiſmate. gl. & Arch. in c. ꝙ
interrogaſti diſt. 27. nã quandoq; quis ſi-
mulat ſe baptizari, cũ id nõ intendat fa-
cere, nec ꝙ facit Eccleſia; quandoq; non
ſimulat, ſed vere facit, at nõ intendit per
illud opus conſequi gratiã baptiſmi; pri-
mo caſu, nec baptiſmi character accipit
ſecun-



ſecundo caſu accipitur, quia & infideles
poſſunt ad aliquẽ malum finem, velle ba
ptizari, vt infra dicemus: Propterea iſta
2 ſecunda fictio, q̃ non impedit ſacramen-
tũ, ſed ſolũ fructũ ſacramẽti Sil. in verb.
Baptiſm⁹ 3.q.14. quatuor modis fit, pri-
mo non credendo, ſecundo indeuote ac
cedẽdo, tertio paruifaciendo, quarto va-
riando vſum, cõtra conſtitutionẽ Eccle-
ſiæ circa ea, q̃ non ſunt ſubſtantialia ba-
ptiſmi, oĩbus iſtis quatuor modis ſemp
character accipitur, ſed nõ gratia: Silu.in
verb. baptiſmus 4.q.12.& 16. tex.in c.
maiores §.vlt.de Baptiſm. nã qui ſic acci
pit baptiſmũ, licet nõ intendat conſequi
ꝙ prædicat Eccleſia.i.gratiam, tñ inten-
dit facere, ꝙ facit Eccleſia; & hoc ſufficit
ad ſacramẽti ſuſceptionẽ, & characterẽ:
S.Tho.4.d.4.art 2. Poteſt.n.infidelis, he-
brȩus, vel pagan⁹ ideo velle baptizari, vt
corporalia bona conſequat̃, puta ad mor
bi, aut fetoris expulſionẽ; quo caſu fictus
eſt, & ſine fide, & nullam gratiam conſe-
quitur: Silu.d.q.12. ſimiliter, & qui inde-
uote accedit, & qui parui facit, & qui ri-
tum in nõ ſubſtantialibus ſciẽter immu-
tat, omnes ij gratiam non cõſequuntur.

Nec mirũ eſſe debet alicui has fictio-
nes in vſu eſſe poſſe; Nã Sophronius ſo-
phiſta ſcriptor vetuſtiſſimus in prato ſpi
rituali c. 198. ad euitandã peſtilentiam
multos ad baptiſmum acceſſiſſe ſcribit,
his verbis: Interrogatus eſt aliqñ S.Atha
naſius, poſtq̃ Alexandriæ Epiſcopus con
ſtitutus fuit, an poſſit quiſpiam ſine fide
baptizari, ſecundũ ritum, & ꝑdicationẽ
Xpianorum, aut ſi credere ſe ſimulans,
aliquibus alijs occaſionibus baptizatus
fuiſſet, quid de illo ſentiendũ, aut qũo ſu-
ſcipiat illũ Deus? Reſpondit, dicens: Au
diui aliqñ à Senioribus noſtris, ꝙ Beato
Petro Epiſ. & martyri cũ facta eſſet mor
talitas, & plæriq; ad baptiſma mortis ti-
more confugerent, apparuerit Angelus
humana ſpecie, dicens, quãdiu huc mit-
tis marſupia iſta ſignata quidẽ, inania
aũt prorſus. & vacua, & nihil intus habẽ
tia; erunt itaq; quantũ ex Angeli voce co-
nijcere licet, ſignũ habẽtes Baptiſmi, qm̃
& beneficiũ aliquod exiſtimarunt ſe con
ſequi, ſi baptiſma ſuſciperent: atq; Idcir-
co baptizati ſunt; Hæc ibi: quæ etiã re-
fert Lippomanus in vitis ſanctorũ To-
mo ſeptimo, in prato ſpirituali cap. 198.
Xenaias quoq; cum in baptiſmate fidẽ
ſimulaſſet, factus eſt Epiſc. vt conſtat in
Epiſt. Monachorum Paleſtinæ, q̃ extat
apud Euagriũ hiſt. lib. 3.cap.31. Ideoq;
ob hanc tantam ſimulationẽ ac fictionẽ
illum baptiſmatis ſacramento caruiſſe,
tradit Niceph. li. 16.c.37. cõmemorauit
nouiſſime Sand. hæreſi 105.

Vnde hmõi ficte baptizatus quandiu
fictio nõ recedet, ſemp in peccato morta
li exiſtet, & ſemper manebit irregularis,
quia cũ ſpiritus diſciplinæ effugiat fictũ
Sap.c.1. & de conſec.d. 4. c.oſtenditur,
& ſemper ſit dubitandũ de ſuperuẽtura
iniquitate ſuper eum d. c. 1. ſequitur ut
quaſi impenitens, vel quaſi incorrigibilis
perpetuo ab ordinibus excludatur: ẽt re
cedente fictione: licet .n. tunc gratiã ba-
ptiſmalẽ conſequatur S.Th.3.q.69. Silu.
in d.verb. baptiſmus 4.q.17.& c.tũc va-
lere de conſ.d.4.& d. c. oſtenditur, & S.
Aug. lib.de ouib.c.9. ſub fin. ibi, quãquã
multi ſic intrãtes corrigunt̃ ingreſsi; Tñ
ob eã iniuriã factam ſacramento, adhuc
eũ putarim irregularẽ; nã cũ maior cul-
pa ſit in hoc ſimulato, q̃ in eo, qui neceſ-
ſitate ductus baptizatur, ut c.de homine
de celeb. miſſ. ſequit̃, ꝙ ſi is, qui per ne-
ceſsitatẽ baptizatur manet irregularis, ẽt
ſi ad meliorẽ vitã peruenerit, diſt. 57.c.1.
& Conc. Neoceſar.c.12. certe multo ma-
gis in hoc ficto durabit irregularitas; prę

ſertim quia nō tā grauis iniuria videt̃ illa, q̃ fit Baptiſmo qn̄ differt̃ vſq; ad ęgritudinem, quantū eſt hæc, q̃ fit per fictionem, vnde ſi per illum incurritur irregularitas, etiam ſi fideliter Baptizetur; quanto magis per iſtam fictionem, in qua non ſola eſt ſalutis negligentia, ſed contemptus. Ideo nō eſſe promouendū hunc, qui ficte Baptizatus fuit, etiam ſi flictio receſſerit magis conſonum pietati videtur; quare non niſi per magnam diſpenſationem admittendum puto; Inter ficte accedentes ad Baptiſmū pręcipue illi ſunt, qui veterem peccatorum vitam proponunt in animo nolle relinquere vt tradit S. Aug. de fid. & oper. c. 18. non enim ſunt Baptizandi, ſicut diximus in antropophagis, ideſt humana carne veſcentibus, qui ſi abſtinere non proponant nō ſunt Baptizandi vide infra lib. 5. cap. 48. §. 6. in fin.

*De Baptizato in ægritudine.*

## CAP. VIII.

1 *Baptizatus in neceſsitate præſumitur fictè Baptizatus, & eſt irregularis.*
*Baptizatus in infantia ægrotus; non eſt irregularis.*
2 *Fides non eſt niſi volentis.*

NON ſolum autem ficte Baptizatos lex ab ordinibus excludit; verum etiam eos, de quibus ſola fictionis ſuſpicio eſt; Nam cum quis in neceſsitate poſitus Baptizatur, forſan, ob ingruentem ægritudinem cuiuſmodi ſuperiore capite narrauimus ex Sophronio; certe tum magna ſurgit fictionis ſuſpicio; videtur enim is non fide duci, ſed timore; propterea irregularis fit, ex Conc. Neoceſar. cap. 12. habetur d. 57. cap. 1. cuius rei rationē adfert ipſe canon. his verbis; non enim fides illius voluntaria, ſed ex neceſsitate eſt; vnde illud annotauerat Archid. in d. cap. 1. ſcilicet, quod hæc irregularitas incurritur ex ſola criminis præſumptione, ne temere tantus ordo nempe ſacer, viro forſan indigno conferatur quòd genus irregularitatis contraxerat Nouatus hęreſiarcha: Ideoq; illi in promotione ad presbyteratum per clericos, & laicos obiecta fuit, vt conſtat ex epiſtola Cornelij Papę ad fabium Antiochenum: refertur ab Euſeb. hiſt. lib. 6. cap. 32.

Quòd accipiendum eſt in eo, qui iā adultus eſt, & cuius electio Baptiſmatis in ægritudine facta ſuſpectiſſima eſt; at in pueris, atque infantibus ægritudine quamtumuis maxima laborantibus Baptizatis, quoniam hanc incurrere ſuſpicionem non poſſunt; non incurrunt vllā irregularitatem; cum, & ſi ab hęreticis fuiſſent Baptizati, nullam culpam contraherent, quia, quod egerint ignorarunt cap. placuit 1. q. quarta, vt ſcripſit gloſ. in d. cap. 1. diſt. 57. At in adultis, in quibus propria, & voluntaria fides requiritur, neceſsitas illa ægritudinis p̄ſumptionē tollit veræ fidei, q̃ non niſi à libere volente vera haberi poteſt ex verbis Augu. Super Io. tract. 26. ad cap. 6. Cętera poteſt homo nolens, ſed credere non niſi volens, vt refert Archid. in d. cap. 1. Illud tamen verum eſt, quod hic in ægritudine Baptizatus, poterit per Sedem Apoſtolicam diſpenſari ad quoſcumque ordines, ſi diuturni mores, & pietatis ſtudium integram eius fidem comprobarint, quia tunc ſuſpicionis cauſa ceſſare videtur, quod tanto etiam facilius illi cōcedetur, vt promoueri poſsit, ſi clericorum numerus tam rarus ſit, vt augeri neceſſario oporteat, probatur d. cap. 12. & d. c. 1. Archiep. Flor. 3. tit. 29. c. 6. Alber. in verb. ordinandus, verſ. 20.

De



*De eo qui if rt baptiſmatis ſuſceptionem.*

## CAP. IX.

1 *Baptiſmum differens, eſt irregularis.*
2 *Baptiſmum inuentus, ut ſoluat peccata, non ut addat.*
*Baptiſmum differens, peccat mortaliter.*
*Baptiſmum differens deuotionis, & cathechiſmi cauſa non peccat, ſed meretur.*

NIl tantopere aduerſatur ſpiritui ſancto, quā ſalutis remedia contēnere; quorum illud vnū precipuum, ac ſumme neceſſarium, ſcilicet, baptiſmus; propterea qui baptiſmū adeo differt ꝙ longam moram interponat, quaſi minus fidelis non erit promouendus, ut probari poteſt ex Cōcil. Neo-
1 ceſar. cap. 12. & diſt. 57. c. 1. Nam ꝙ ęgri-
tudine baptizatus eo loco ab ordinibus excluditur, uel eſt quia baptiſmum neceſſitate ſuſcepit, vel quia nimium moroſus fuit, in illo ſuſcipiendo, ut gl. & Doct. in d. c. 1. Cum etenim tamdiu differt, ac procraſtinatur, uidetur id facere, ut licentioſius peccare poſſit expectans omniū criminum ablutionē ex ſacro fonte, unde ſacramento abutitur, quod inſtitutū eſt ut ſoluat peccata non ut addat; habe-
2 tur de conſec. diſt. 4. c. quando. nō enim
baptiſmus donatus eſt, ut peccare liceret, ſed ut peccaſſe non noceat. Aug. de fid. & operib. c. 20. Ideo iure pręſumendum eſt hunc ſine charitate ad baptiſmum accedere, argum. d. cap. 1. uel negligere propriam ſalutem, dicto cap. quando. propterea in pœnam eius negligentiæ irregularitatem lex inducit; omnis enim dilatio baptiſmi à tempore, quo quiſque eſt capax rationis, inducit peccatum mortale, S Thom. 4. diſtinctio. 7. refert Silueſt. in uerb. baptiſmus. 4. q. 11. æquum autem fuit pęnam etiam ir.c gularitatis inducere, ut eius metu prouocentur homines ad ſalutem accelerandam. Archiep. ſ. Flor. 3. tit. 29. c. 6. Alber. in uerb. ordinandus. uerſ. 20.

Non omnis autem dilatio, aut procraſtinatio hanc inducit irregularitatem; quandoquidem ſi ob reuerentiam differatur quo quis inſtructior in fide accedat, & firmior, laudandus potius eſt, de conſecr. diſt. 4. cap. ante baptiſmum & cap. catechiſmi. & cap. baptizandi. & diſtinct. 48. cap. quoniam. Silu. in uerb. baptiſmus. 4. quæſt. 11. ſicut & Euchariſtia differri laudabiliter poteſt, diſt. quinta. cap. ad eius uero. & de pœniten. diſt. 5. c. 1. ſ. paueat. & de conſecr. diſtin. 2. cap. quotidie.

Hæc igitur irregularitas perpetua eſt, ſemperque eget diſpenſatione; quæ non niſi duobus caſibus concedenda eſt, uidelicet ſi longa conſuetudine hic ſuam integram fidem comprobauerit: uel ſi ſit clericorum penuria, propter neceſſitatem facilius poterit ꝓmoueri, d. c. 12. & d. cap. 1.

*De baptizatis per uim uel metum.*

## CAP. X.

1 *Baptizatus per uim, uel metum eſt irregularis.*
*Neceſſitatis uerbū, uim, uel metum ſignificat.*
2 *Baptiſmi characterem non accipit, qui interno animo diſſentit.*
*Baptiſmum accipiens per metum, quandoque characterem accipit.*
3 *Baptizatus per metum diuturnitate temporis, probata fide eius poterit diſpenſari, ut promoueatur.*

Quem

Qvemadmodum ſuperioribus capitibus dictum eſt, ægritudinis neceſſitatem obeſſe ei, qui in ea baptizatur, ne promoueri poſſit; ita quoque dicendum uidetur in illo, qui quauis ratione uim, uel metum paſ
1 ſus eſt, in baptiſmate ſuſcipiendo: ſicut enim inuoluntarie agere præſumitur ægrotus, ita multo magis ſi coactus: ex Concil.Neocęſar.cap.12.& diſt.57.cap.1.per illud uerbum, neceſſitate, ꝙ etiam ad uim, uel metum referri poteſt, cap. de Iudæis.diſt.45.ſi etenim per uim accipiatur diſſentiendo, & cum animi relu-
2 ctatione, nec ſacramentum accipitur, nec res ſacramenti. cap.maiores. de baptiſm.gl.in d.cap.de Iudeis.nullus enim character imprimitur. Alberic.in uerb. baptiſmus quarto. circa med.de ſententia S.Thom.ut refert Silueſt.in uerb.baptiſmus. 4.quæſt.13.quod intelligendũ eſt, in coactione pręciſa, quæ omnem conſenſum excludit; at ſi coactio conditionalis ſit, quæ conſenſum non uidetur excludere, conſentit enim potius baptizari, quàm pati moleſtiam uitę, uel rerum; tunc character quidem imprimitur; non autem gratia. Concil. Toletan.IIII. cap.55. habetur in dicto cap. de Iudæis. & dicto cap.maiores. ſ.propter.

Vtroque igitur caſu, ſiue præciſa coactio fuerit, promoueri non poterit; quia ordo non imprimitur ubi baptiſmi character, & fundamentum deficit; ſiue conditionalis, quia cum rem ſacramenti non acceperit; quia in peccato mortali eſt, non eſt dignus ordine ſacro, niſi poſtquam tota fictio illa receſſerit; quæ
3 quoad hoc, ne ordinetur ſemper præſumitur durare, donec longo tempore cõprobauerit ꝑ optimos mores, ſeſe fideliter credere, & gratia dignum fuiſſe factum; quo caſu poterit poſtea diſpenſatione obtenta ordinari, dicto cap.1.& d.cap.12.

*De baptizato dum uagus, peregrinus, uel incognitus eſſet.*

## CAP. XI.

1 *Originarius eius loci quis dicitur, ubi baptiſmum accepit.*

2 *Baptizati incogniti, non ſunt promouendi.*

Omni caret dubio, quod quiſquis peregrinus, uagus, uel incognitus, eius loci originarius ciuis eſſe uidetur ubi baptiſmum ſuſcipit, ibi enim naſcitur ubi regeneratur. Ioann.cap.3. uerum quia ante ſuſceptum baptiſma poſſet multa perpetraſſe delicta, uel alias incurriſſe irregularitates, ut puta bigamiam; cum ante acta
2 uita incognita ſit, promoueri nõ debet, ex Concil. Elibertan. capit. 24. habetur diſt.98.cap.ult.cum glo. Iuo Carnetenſis, lib.6.c.352. poſſunt etiam iſti eſſe rebaptizati; ob quam ſolam dubitationem non ſunt temere ad ordines admittendi, cap. Afros. diſt.ead.& ſcribit Archid. in d.c.ult.

*De baptizato ab hæreticis.*

## CAP. XII.

1 *Baptizati etiam ab hæreticis ignorantes etiam ſeruata forma Eccleſiæ, tamen promoueri nõ poſſunt.*

*Baptizati infantes ab hæreticis, ſeruata forma Eccleſiæ, ſunt irregulares.*

2 *Athanaſii ſententia de recipiendis ad communionem ijs, qui ab Arianis ad Eccleſiam redirent.*

*Baptiſmus Paulianiſtarum non congruit formæ Eccleſiæ, ideo redeuntes ad Eccleſiam debent baptizari.*

Idem



Idem dubitationis genus excludit ab ordinibus eos, qui ab hęreticis baptizati, etiam ignorantes, fidem catholicã ſequuntur; nam etſi ſeruata Eccleſię for-
1 ma uerum baptiſma acceperint ex Anaſtaſio II.Pontific.Epiſt.2.ad Anaſt.Aug. habetur diſt.19.cap.ſecundum; tamen odio miniſtri hæretici hi ſic baptizati ab ordinibus excluduntur. c.qui in qualibet.1.quęſt.7.& 1.q.1.capit.uentum. quod uerum eſſe eos irregulares fieri, ſi adulti ſint, ſenſit glo.in d.c.qui in qualibet; non autem ſi infantes erant, quando ab hęreticis baptizati fuerunt: argum.c. placuit, & cap.qui apud, 1.quęſt.4. ſed uerius putandum eſt, etiam infantes ab hęreticis baptizatos, cum adoleuerint in catholica fide promoueri non poſſe; niſi diſpenſatione obtenta; ut ſentit glo. in d.c.placuit. & tradit aperte Hug. ibi: quę diſpenſatio perquàm facile concedetur, ut text.in d.c.placuit.conſideratis probis moribus, & itegritate fidei illius: at illi, qui ſcienter ab hęreticis baptizati ſunt, numquam, aut perquàm difficile diſpenſabuntur; ſufficiet enim illis, ſi redeant ad fidem catholicam, ut ſola communio eis tribuatur. d.c.uentum. §.nullus.& hoc eſt forſan, ꝙ ſcribit Baſil. in Epiſt.75.ad Neoceſarieſes, dicens, Athanaſij ſententiam fuiſſe, recipiendos, ſci-
2 licet in communione, & ad ordines, per diſpenſationem eos, qui ab Arianis ad orthodoxos conuerterentur, ſuppoſito baptiſmo in forma Eccleſiæ. Illi uero hęretici, qui à Paulianiſtis redeunt, nec in communione ſunt recipiendi, niſi rurſum baptizentur: quia Paulianiſtarum baptiſmus non congruit formę Eccleſię, ex Nicena Synodo habetur capit. ſi quis confugerit.1.q.1.Auguſt.lib.de hęreſib. cap.44. & ex Concil.Arelaten.II. capit. 16.Idem, & de multis alijs hæreticis, quorum baptiſmus non recipitur ab Eccleſia, quos nuncupatim enumerat Aug. de dogmat.Eccleſ.cap.52.

*De ijs, quos baptizatos eſſe non conſtat.*

## CAP. XIII.

1 *Irregularis eſt is, de quo dubitatur, an ſit baptizatus.*

*Baptizatus non præſumitur, qui natus eſt ab infidelibus, niſi ſaltem uno teſte probet ſe baptizatum.*

*Baptiſmus probari debet, quando ex aſſertione, alicui tertio præiudicium paratur.*

*Ordines ſunt inſtituti ad aliorum utilitatem, potius quam ad ſuam.*

*Baptizatus præſumitur, qui natus eſt ex fidelibus, licet educatus inter infideles, non tamen ordinabitur.*

*Baptiſmo ſubuenit Deus quandoque plus filijs infidelium, quàm filijs fidelium.*

2 *Filij fidelium educati inter fideles, ſemper de iure præſumuntur baptizati.*

Irregulares eos eſſe iam diximus, quos conſtat baptizatos quidem eſſe, ſi de ipſorum re-
1 cta intentione dubitetur; propterea longe magis irregulares illi ſunt, quos neſcimus baptizatos eſſe: nam ſi parentibus Hebręis, aut Paganis quis natus ſit, credendum eſt eum non eſſe baptizatum, niſi ſaltim per unum teſtem ſe fuiſſe probet, quem ſi non habeat pro non baptizato habendus eſt ex Concil. Carthag. Quinto. capit.6. habetur de conſecrat.diſtinct.4.capit.placuit. de infantibus: Ideo ei ordines conferri non debent per rationes gloſ. & Hug.in dicto capitu. placuit. Nam quotieſcumque alicui paratur pręiudicium ex aſſertione quod aliquis fuerit baptizatus,

tus,non eſt hoc in dubio credēdum, ſed probari oportet illum fuiſſe baptizatū. argum. eorum, quæ diximus lib.1.c.2. Reg.18. Vnde cum ordines ſint instituti principalius,ut quis ad aliorum utilitatem utatur eis,quam ad ſuam. S.Tho. 4.diſt.24. artic.1. ſi appareat contradictor non debent ordines conferri habenti talem contradictorem,& in tali uerisimili dubio abſtinere debet Epiſcopus, nec conferre, niſi ille probetur baptizatus;præſertim ſi inter infideles natus, & educatus fuerit:ſed ſi inter fideles educatus ſit,licet pro illo præſumendum erit, ne eum rebaptizari contingat, tamen quoad ordines nimis grande eſſet periculum indiſtinctim eos cōferre cuicumque dicenti ſe eſſe baptizatum, cum ſit natus ex infidelibus; quia licet quādoq; Deus filijs infidelium baptiſmo ſubueniat; & fidelium filijs non ſubueniat, ut dicit S. Auguſt.lib.2. de bono perſeuer. c.12.in fin. Tamen in hoc differunt filij infidelium à filijs fidelium, quod iſtorū filij,de iure præſumuntur baptizati, & ideo eis ordines ſine dubitatione conferri poſſunt,text.in cap.fin.de preſby.non baptiz.min.quæ fuit opinio Petri de Palud.quem refert, ac probat Silu.in uerb. baptiſmus. 4.q 9. at filijs infidelium in quibus de iure ceſſat talis præſumptio, diligentior inueſtigatio adhibenda eſt, quomodo, & à quibus fuerint baptizati.

*De rebaptizatorum irregularitate.*

## CAP. XIIII.

1 *Sacramento iniuria magna fit, quando iteratur.*
*Baptiſmi iteratio inducit hæreſim,& irregularitatem,etiam ignoranti.*
*Rebaptizato nec prima tonſura conferri debet.*
*Ignorans punitur, & in rebaptizatione, & in ſimonia.*
*Theodorus Epiſcopus Cantuarienſis.*
2 *Gratiani decretum magnæ auctoritatis eſt.*
3 *Perito credendum eſt in eo in quo eſt peritus.*
*Ratam habēs rebaptizationem,eſt irregularis.*
*Rebaptizatus etiam per metum,eſt irregularis, ſecus ſi per uim.*
*Rebaptizans eſt irregularis, etiam ignorans, niſi omnem diligentiam adhibuerit.*
4 *Rebaptizans, quando excuſetur ab irregularitate.*
5 *Rebaptizationem non ſemper ſanat illa clauſula, ſi non eſt baptizatus, quo ad irregularitatem.*
6 *Rebaptizationis miniſtri, & compatres, ſunt irregulares,etiam ſi per metum acceſſerint.*

INgens eſt ea iniuria,quæ fit baptiſmi ſacramento, quando iteratur. c.2. de apoſtat. propterea canones uſque adeo abhorrent hanc rebaptizationem,quaſi Anabaptiſtarum hæreſim, ut præter eius hæreſis pœnas,quas infligit Concil.Trid.Seſſio. 7.c.11.& canon.13.adijciunt etiam irregularitatem:ſiue etenim ignorans, ſiue ſciens quis rebaptizetur, utroque caſu irregularis eſt,d.c.2.& c.qui in qualibet. 1.q.7.& diſt.98.cap.Afros.& de conſe. diſt.4.c.qui bis.& c.eos quos. gl.in c.fin. de apoſt.Specu.in tit.de diſpenſ.§.iuxta. uerſ.item rebaptizatus. quæ irregularitas tā magna eſt, ut nec clericatus quidem,& tonſura eis poſſit conferri quin immo ſi clerici ſunt, deponuntur, retento habitu,& uitæ obſeruantia gl.in c. confirmandum, per illum tex.diſt.50 citat de conſec.diſt.5.c.dictum.quę etiam tradit Abb.in c.2.

Quod uero etiam rebaptizati ignorātes eadem irregularitate notentur, ſiue ea ignorantia ſit iuris, ſiue facti, probatur in d.c.qui bis q̃ tex.licet fuerit Theodori Epiſcopi Cantuarienſis in ſuo opere,quod pœnitentiale nuncupauit,ut refert Silu.in uerb.irregularitas.q.4. tamē ex quo habemus in corpore decretorū pro iure utimur: Ideo Archidia.& Hug. ibid.recte ſentiunt,irregularem eſſe etiā eum,qui ignorans ſit baptizatus,tum ob ſcandalum,tum ob deteſtationem ſceleris;quia facile defendi poſſent prætextu ignorantiæ; Nam & filius, qui patris ſimoniā ignorauit, beneficio priuatur ob deteſtationem illius criminis,c.quicumque.1.q.5.& c.ult. Et quamquā Scotus, & alij nonnulli putent Theodorum prædictum non potuiſſe irregularitatem inducere,quaſi hoc ſolius Pōtificiæ auctoritatis ſit;tamen mihi uidetur(ſi hęc Scoti ratio uera eſt) fruſtra nos niti in peruoluendo Gratiano; quandoquidem eo opere quaſi ſummo iure utimur: ita qđ
2 ſi uim legis non habere in controuerſiā ueniat, propemodū inaniter laboramus in inſtituenda eccleſiaſtica diſciplina ex præfato decreto Gratiani, quo breui cōpendio fere uniuerſa continetur: quamquam Theodorus eo loco non ſuo iure irregularitatē inducit, ſed atteſtatur ita canones ſtatuiſſe,unde illi, ut perito credendum eſt.

Non ſolum igitur ſciens, aut igno-
3 rans rebaptizatus irregularis eſt; ſed etiam ac multo magis ſi poſtquam ſcierit,ratam habuerit rebaptizationem in ſe factam. Silu.in uerb. irregularitas. q. 4.Tabien.in uerb.diſpenſatio. num.13. uerſ.14.

Sed & ſi quis per metum rebaptizari ſeſe permiſerit, etiamſi metus tantus fuerit, qui cadat in conſtantem uirum, irregularis efficitur.c.eos quos. ubi glo. de conſecr.diſtinct.4.Silu.in uerb.irregularitas. q.4. in fin. At non ita erit ſi per uim coactiuam,ut narratur de Epiſcopo cui nomen fuit,Habetdeum, quē Ariani ligatis manibus, & pedibus inuitum rebaptizarunt: certe ei nil obfuit illa rebaptizatio, ut ſcribit Victor Epiſcopus Vitenſis de perſecutio.Vandal.lib.3.qui damnat contrarium ſentientes. Simile eſt quod tradit Cyprianus epiſto.19.ad compreſbyteros Carthaginenſes: narrat enim uenerabilem mulierem,cui nomen Bona, tentis manibus eo actam ſacrificare lingua hæc uerba exclamante. Non feci, uos feciſtis. Simile aliud narrat Gregor.Turon.hiſtor.Gall.lib.2. cap.2.

Eadem quoque irregularitas afficit ipſum rebaptizantem.d.capit.2.de apoſtat. nam ultra id, quod lege ciuili qui ſciens rebaptizat, capitali pœna punitur. C.ne ſanct.baptiſm.reiter. ad eccleſiaſticos ordines aſcendere non poteſt; & à ſuſceptis ordinib. deponitur. Piſanell. in uerb. baptiſmus.4.uerſic.baptiſmus iterari. argument.cap.eos ſacerdotes. & cap.qui bis. de conſecrat.diſtinc. quarta. Quod uerum eſt etiam, ſi ignorans rebaptizauerit, tam ignorantia facti, quam ignorantia iuris. dicta l.1.C. ne ſanct.Bapt. cum glo.& Salic.ut puta ſi ſine debita diligētia quemlibet baptiſmum petentem admittat, aut quemlibet expoſitum infantem, ſine diſcuſſione baptizet: Iſtis enim caſibus ignorantia facti non excuſabit,quia in culpa eſt: quòd ſi diligētiam omnem adhibuerit, non efficitur irregularis ex pia ſententia
4 quam tenet Silu.in uerb.baptiſmus.5.q. 4. Et patet apud Leonem Papam epiſt. 35.ubi ſi examen aliquod præcedat diligentiam utrumq; à culpa excuſare docet, idem etiam docet epiſt.90. cap.15. Excuſabitur quoq; baptizans,ſi baptizet filios infideliū, nā iuſte ignorare potuit eos fuiſſe baptizatos, de conſec.diſt.4.c. placuit.de infantib. habetur Cōcil. Carthag.V.cap.6. Idem de infantibus expoſitis ſine ullo ſigno, aut ſcripto atteſtante

ſtante de baptiſmo. At in ignorantia iu-
ris, qui rebaptizat excuſari ab irregula-
ritate non poteſt, ut puta ſi putet baptiza
tos ab hæreticis ſeruata forma Eccleſiæ
non eſſe accipiendos, cum de iure con-
trarium ſit uerum. cap. qui in qualibet. 1.
q. 7. uel ſi credat eum, qui metu, & ui
conditionali ſit baptizatus non accepiſ-
ſe characterem, quod eſt contra. c. maio-
res. §. propter. de baptiſm. certe ijs caſi-
bus irregularis eſt. d. c. 2. de apoſtat. Silu.
in uerb. baptiſmus. 5. q. 3. & licet Archi.
in cap. 1. diſt. 68. dicat, ſolos ſcienter re-
baptizantes fieri irregulares; tamen con-
trarium communius ſentiendum eſt ex
prædicta l. 1. cum gl. & Salic. quod appa-
ret ex eo, quòd rebaptizatus ignorans
ſemper eſt irregularis. d. c. qui bis: unde
maiore ratione & is, qui rebaptizat,
per rationem hic ſequentem.

Illud enim ſciendum eſt, quòd clauſu
la illa, ſi non es baptizatus ego te bapti-
zo, ſolet purgare periculum rebaptiza-
tionis; ſed hoc uerum eſt in dubio, nam
iſta clauſula non eſt adhibenda niſi qñ
5 eſt magnum dubium, an quis fuerit ba-
ptizatus, ut ſcripſit Silu. in tract. de ſtrigi-
mag. lib. 3. c. ult. in fi. Propterea ſacerdos
ſciens puerum in neceſſitate fuiſſe bapti
zatum domi, ſi ille poſtea deferatur ad
Eccleſiam, ut ſeruentur ritus ſolennes,
non poteſt cum eadem clauſula eum ba-
ptizare; quinimmo ſi hoc faciat, efficitur
irregularis; ut expreſſim traditur in Ca-
techiſmo nuper edito ad parochos iuſſu
Pij V. in tract. de baptiſm. c. de fructibus
baptiſm. in fin.

Eadem hæc irregularitas afficit eos,
qui rebaptizanti miniſtrãt acolythi, ſub-
diaconi, uel diaconi officio fungentes.
d. c. 2. de apoſtat. & glo. d. l. 1. C. ne Sanct.
Baptiſm. Qua ratione idem audeo dice-
re de compatribus ſcientibus, ſunt enim
6 participes eius rebaptizationis, cum ſint
fideiuſſores. c. uos ante. de conſec. diſt. 4.
quinimmo etſi ignorarint, ſed poſtea ra-
tum habuerint; nam etiam efficiuntur ir
regulares, ſicut ipſe rebaptizans per fa-
cti ignorantiam, ratum habens. Silu. in
uerb. irregularitas. q. 4. Idẽ ſi coacti fue-
rint de fonte leuare iſti patrini, per coa-
ctionem non præciſam, ſed conditiona-
lem; nam hæc coactio ſicut non excuſat
rebaptizatum, aut rebaptizantem, ita
nec eos ut ſupradiximus. Horum autem
omnium diſpenſatio ſolius Papæ eſt, qui
uix illos diſpenſabit, ut religionem ingre
diantur. dicto cap. 2. de apoſt. Tabien. in
uerb. diſpenſatio. nume. decimotertio.
uerſic. 14.

*De iterationibus ſacramentorum.*

## CAP. XV.

1 *Chriſmatis iteratio inducit irregularitatem, etiam in ignorante.*
2 *Chriſmatis, & baptiſmatis ratio par eſt, in iteratione.*
*Epiſcopi conſecratio iterata, reddit eum irregularem.*
3 *Eccleſiæ iterata conſecratio, inducit irregularitatem.*
*Eccleſia multis caſibus debet reconſecrari.*
*Calicis conſecratio iterata, inducit irregularitatem.*
*Vnctionis extremæ iteratio, eadem infirmitate continua fieri non debet.*
4 *Euchariſtia conſecrata, non poteſt recõſecrari.*
5 *Sacerdos ſi deficiat dicendo uerba conſecrationis, alius ſacerdos quid facere debeat.*
6 *Miſſæ duæ ab eodem una die dici non poſſunt, niſi die natalis Domini, & alijs quibuſdam neceſſitatibus.*
*Matrimonia ſimul multiplicãs irregularis eſt & infamis.*
*Nuptiarum benedictio, non iteratur.*
*Monialis conſecratio, iterari non poteſt.*
7 *Monialis conſecratione gratia accipitur.*
*Imperatoris, & Regis conſecratio non iteranda.*
8 *Veſtium conſecratio non iteranda.*

*Benedi-*



*Benedictiones rerum non ſunt iteranda.*
9 *Ordinis iteratio magnam inducit irregularitatem, etiam ignoranti indiſpenſabilem, & idẽ in minoribus ordinibus.*
*Iterationes præiudicant & facienti, & patienti.*
*Iteratio non imprimit nouum characterem.*

QVemadmodum proximo ſupe-
riore capite iterationem ba-
ptiſmatis pertractauimus, ita
hoc loco cõgruum eſt, de reliquis ſacro-
rum iterationibus fuſius explicare: Atq;
primum de chriſmatis confirmatione
agendo quia ſacramentum eſt, & chara
cterem imprimit, maximã accipit iniu-
riam, ſi iteretur; unde in pœnam canones
ſtatuunt, ut qui ſcienter repetunt, cogan
tur ingredi religionem pœnitentiæ cau-
ſa. c. dictum. & c. de homine. de conſecr.
diſt. 5. Sed etſi ignorans qui bis cõfirma-
1 tus ſit, irregularis efficitur; ut expreſſim
tradit Archiep. Flor. lib. de cenſ. & irre-
gul. c. centeſimo. §. iterata ſuſceptio. Tab.
in uerb. diſpenſatio. num. 13. uerſic. 14.
2 par enim ratio eſt, & baptiſmi, & chriſ-
matis. c. dictũ. de conſec. diſt. 5. & 1. q. 1.
c. quod quidam. ubi ſacramenta iſta im-
primentia characterem pari iure cenſen
tur: Nec obſtat ſi dicatur non apparere
ibi ea parificari quoad pœnam irregula-
ritatis: nam reſpõdemus quòd in d. c. di-
ctum, iuncta gloſſa, expreſſe parificãtur,
etiam quoad hanc pœnam irregularita-
tis, ſic enim ibi ſe habent uerba textus
& gloſſæ, quia bis, uel ter, uel amplius ba
ptizatos, aut confirmatos, non ſæculo,
ſed ſoli Deo ſub habitu regulari, uel cle-
ricali religioſiſſime famulari decretum
eſt: quem clericalem habitum glo. intelli
git ſub clauſura in pœnam. Vnde apertũ
fit, ſi clericari uelit inter reliquos cleri-
cos & in omnibus ordinibus oportere
eum diſpenſari ob aliquam neceſſitatẽ
Eccleſiæ: Et quamquã nonnulli uiri egre
gij uideãtur ab irregularitate defendere
iſtos bis confirmatos, cuiuſmodi Sotus,
Card. Aræcœli, ac Fuſcus Epiſcopꝰ Sar-
nenſis, nihilominus communior eſt no-
ſtra inter canoniſtas ſententia, præſertim
apud eos, quos citat Couarruuias, quo-
rum ſanè maior eſt auctoritas cum gloſ-
ſa prædicta, cuius eſt tutior ſententia,
præſertim quia in iure patet, quòd quo-
tieſcumque quis prohibetur clericari
aliquo in ordine, cenſetur irregularis, c.
quoniam. diſt. 47. & diſt. 48. c. quoniã.

Eadem etiam ratione ſi Epiſcopi con
ſecratio iterata ſit, reddit ipſum irregu-
larem; ut nec aſcendat, nec ſuſceptos or-
dines adminiſtret, propter geminatam
unctionem, & manus impoſitionem. ca.
ſaluberrimum. 1. q. 7. & arg. d. c. dictum.
& 1. q. 1. c. quod quidam. & ideo ſi huiuſ
modi Epiſcopi promoueant ad Archie-
piſcopatum, Patriarchatum, uel Cardi-
nalatum, diſpenſationem à Pontifice id
ſciente obtinuiſſe uidebuntur; at ſi pro-
ponantur eligendi etiam ad Summum
Pontificatum, erit illis hoc impedimen-
tum canonicum ex d. c. ſaluberrimum.
in fin. ad quod facit quicquid infra dice
mus de iteratione ordinis: idem iuris eſt
in conſecratione Eccleſiæ, uel altaris; nã
3 quo ad hãc iterationem baptiſmo com-
paratur, Ideo eadem cẽſura imminet ite
ranti eam. c. Eccleſijs. diſt. 68. de conſecr.
d. 1. c. Eccleſijs. & de conſecr. diſt. 4. c. pla
cuit. de infantibus. multis exceptis caſib.
puta poſt pollutionem ex fuſione ſangui
nis, ſi diruta ſit, ſi dubium fuerit eam cõ
ſecratam fuiſſe, & alijs cauſis ſimilibus,
c. ſolennitates. de conſec. diſt. 1. & c. Eccle
ſiæ, uel altaria, ubi glo. & c. ſi motum. ubi
etiam glo. ead. diſt. 1. habent enim pluri
mum ſymbolum conſecrationes homi-
num, & eccleſiarum. probat Ricard. in

4. ſent.

4.ſent.diſt.5.q.1.uerſ.item ſicut.& uerſ. Ad quartũ. Ideoque quia calicis unctio maxime myſterioſa eſt, putarim ſi quis iterarit eam ſcienter,eandem cenſuram incurrere; qñquidẽ eius unctio connumeratur inter unctiones altarium,& dedicationes templorum.de ſacr.unct.c.1. §.ult. Idem forte erit in eo qui durante eadem infirmitate breui, & continua iterarit extremæ unctionis ſacramentum, quod eo caſu iterari non poteſt. S.Tho. 4 diſt.23.q.2.artic.3. in nouiſſ.ſcript.licet aliàs, ideſt infirmitate renouata, uel mutata, iterari poſſit hoc ſacramentum quia characterem nõ imprimit S. Tho. contra gentes.lib.4.c.73.

Propterea tametſi Euchariſtia ſit etiã quotidie iterabilis,& quotidie conficiatur,tamen ſi una eademque hoſtia iam conſecrata ſit,alia conſecratio ſuper eadem fieri non poteſt,ſine magno ſacrilegio ex contemptu,ſuperſtitione, uel neligẽtia;nam ſicut incurrit mortale peccatũ in re tanti myſterij, ita uidetur auferenda ipſius ordinis executio ei, qui hoc perpetrauit, donec peracta pœnitẽtia Epiſcopus diſpenſet; non enim ſine cauſa Theologi conſulunt ei, qui obliuiſcitur ſe conſecraſſe,ut utatur illis conditionalibus uerbis (ſi non ſit conſecrata) quinimmo ſi iam ſit cœpta cõſecratio, & interim morbo corripiatur cõſecrãs, non poteſt ſacerdos, qui uult ſuccedere ad perficienda myſteria pro eo, ſupplere conſecrationi cœptæ, ne contingat aliquid iterari; ſed potius debet aliam ſpeciem conſecrare, ut ſcribit Alb.in lib.de miſſa,quem refert ac probat Silu.ĩ uerb. Euchariſtia.2.uerſ.octauo quæritur; multo minus ſi ſit perfecte conſecrata,poteſt conſecrationis uerba ſuper ea proferre. Et ideo illa hoſtia ſuper qua aliqua pars uerborum cõſecrationis prolata erat reſeruanda eſt inter reliquias,ut ſcribit Innoc.in c.preſbyter.de ſacram. non iter. Vel(quod uidetur melius) ſumi poterit poſt ſumptas utraſque ſpecies ex ſententia Archiep.Flo.ut ſcribit Silu.in d.uerſic.8.Vnde cum tanta cura ſit adhibenda circa hæc,conijcere poſſumus canonicam cenſuram incurrere eum,qui iteratione̅ circa hæc,fecerit;nam uidemus etiam eadem die unum Sacerdotẽ miſſas duas, uel conſecrationes duas efficere licite non poſſe.cap.ſufficit.de conſec. diſt.1.& de celebr.miſſ.c.te referente. & c.conſuluiſti.ubi Abb. nam punitur extraordinaria pœna. Diaz in praxi Canonica c.3 c. unde iure inter canonica impedimenta connumerari debet, ob quæ exercere ordinem nõ licet: ſed hoc limitatur nocte Natalis Domini,qua die tres celebrari poſſunt.c.nocte.de conſec.diſt. 1.& alijs quibuſdam caſibus, in quibus ipſa neceſſitas diſpenſare uidetur,ut tradit Silu.in uerb.Miſſa.q.7.

Iteratio quoque matrimonij reddit irregularẽ,ut diximus, cum de bigamis ageremus,ſ.ſi ſucceſſiue iteratum fuerit, quod ſi cum duabus ſimul uiuentibus, quis etiam per ignorantiam iuris matrimonium iterando contraxerit, infamis efficitur, & alijs pœnis punitur c.nuper. de bigam.ubi etiam bigamus iudicatur, & cõſequenter uere irregularis: Propterea etiam ſecundarum nuptiarum benedictio non cõceditur.cap.uir autem. de ſecun.nupr.quinimmo ſacerdos eam benedictionem in ſecundis nuptijs faciẽs, quaſi ob eam iterationem ſuſpenditur, c.1.de ſecun.nup.& eius rei diſpenſatio ſoli Papæ competere poteſt, ex ſententia Hoſt.d.c.1.ut refert Diaz in praxi cano. cap.68.

Hæc autem etiam ad iterationem cõſecrationis monialiũ pertinere poſſunt:





nam qui uirginem ſacro uelo ordinationis,uel cõſecrationis conſecrarit, per illam iterationem irregularis uidetur; nã etſi conſecrationis uelum, non ſit ſacramentum,eſt tamen ſacramentale, & ſine peccato mortali iterari nõ poteſt: fieret enim iniuria gratiæ quæ in ea per deuotionem accipitur S.Thom.4.diſt.38.Piſanell. in uerb. uirginis conſecratio. nec ulla imperfectio,uel uarietas eſt ponẽda in iſtis conſecrationib.S.Tho.d.diſt.38. & diximus ſupra cũ de Monialium impedimentis ageremus lib.1.

Quod etiam procedere putarim in unctione Regũ,uel Imperatorum; quoniam illorum unctio maxima myſteria continet,ex doctrina Innocentij III.Pontificis: habetur tit.de ſacr.unct.c.1.§.unde in ueteri non enim ſine iniuria,& cõtemptu, ea iteratio fieri uideretur.

Veſtes quoq;,& reliqua ſacerdotij pa
ramenta,etiam ſi ſine unctione, ſed per
8 ſolam orationem, & aſperſionem fiant,
iterari non debent c.2.de ſacram.nõ ite-
rand quia non ſine iniuria primæ, fieret
ſecunda benedictio,ſiue in ueſtibus,ſiue
in libris,atque alijs paramentis, ſiue be-
nedictionib.candelarum,frugum, ac reli
quarum rerum,ut nauis,domus,campa
næ: nam non eſſe iterandas tradidit Pet.
de Palud.4.ſent.diſt.23.quẽ probat Sil.
in uerb.benedictio.uerſ.Sexto quæritur:
cui rei aptiſſime conſentire uidetur S.
Aug.ad c.3.Io.tract.12.his uerbis; qcqd
iterũ fit,illuſio eſt, quicquid iterũ fit, lu
ſus eſt.oẽs.n.cõſecrationes irreiterabiles
eſſe docuit,Cypr.lib.de ablutione pedũ.

Oĩum autẽ irregularitatũ,quæ ex ite-
ratione naſcũtur ea maxima, ac pcipua
9 eſt poſt baptiſmũ, q̃ fit in ordinis Eccle-
ſiaſtici impreſſione: nã cũ character im-
primatur,iteratio maxime ſacrilega eſt:
Archid.in c.qui bis.de cõſec.diſt.4.c.qđ
quidã.1.q.1. Tab.in uerb.irregularitas. 4.nu.7.Nam quicquid ſuperiore capite diximus in iteratione baptizãtis,uel baptizati,oĩno ad ordinem ſpectare poteſt, ſ.ut ignorantia iuris,uel facti non excuſet,præſertim ſequuta ratihabitione; nec uis conditionalis excuſabit per illa eadẽ iura, quæ ibi citata ſunt. Magna enim iniuria fit primę ordinationi, & inducit irregularitatem indiſpenſabilem. Alber. in uerb.diſpenſatio. uerſ.decimus.idem Alber.in uerb.ordinatus penultimo. Solus uero Papa,& magna ex cauſa diſpenſaret, gl.in c.fi.de apoſtat. text.in c.ſaluberrimum.1.q.7.quo loco probatur nec promoueri eos poſſe,nec promotos exercere,ad exemplũ baptiſmi propter iniuriam factam ſacramento; quã multum conſiderat S.Tho.contra gentes lib.4.c. 59.& 73.Propterea non ſolũ procedent hæc in ipſo ſacerdotij charactere,uerum etiã in alijs ſacris,ſ.Diaconatu,& Subdiaconatu,c.1.& 3.de ſacramẽ. non iteran. Propterea Vrbanus II.Papa clericũ quẽdam promotum ad ſubdiaconatũ à Giberto Antipapa cenſuit non eſſe reordinãdũ, eo quod futura res fuiſſet peſſimi exẽpli, licet ab Antipapa perperã fuiſſet ordinatus.hæc Platin.in ipſo Vrbano II. Idẽ quoq; putarim in ipſis minorib. pp eã poteſtatẽ,quę in illis accipitur & ideo nulla uariatio à ritu Eccleſię pmitti põt, ſine peccato mortali. arg.S.Th.4.di.38. Vnde, & in illis erit locus huic irregularitati d.c.qđ quidã 1.q.1. ubi generalis phibitio eſt, de ordinib. reiterandis: In iſtis igit̃ oĩb. reiterationib. eadẽ cenſura eſt eius,q iterat, & illius qui iterari in ſe uult,aut pcurat.Tab.in uerb.irregularitas,4.n.7.ſed illud uerũ eſt,ꝙ & ſi iſtę iterationes actu fiãt,tñ ipſiꝰ characteris,vel poteſtatis iteratio nõ fit,qa manet primꝰ character & poteſtas,etiam ſi ille qui ite-

rat intendat ipſum characterem itera-
re,gl.& Archid.in c.preſbyteri,diſt.68.
Fit enim ſola extrinſeca facti iteratio.
Multa alia pulchra ad iterationem cōſe
crationis colligi poſſunt ex Ricard.4.
ſent.diſt.23.ult.q.quæ longum,& imper
tinens eſſet hic referre.

## *De diuiſione Sacramentorum.*

## CAP. XVI.

1 *Diuidi ſacramenta contingit tripliciter.*
*Miſſam dicens in ſolo pane, uel ſolo uino,deponitur.*
*Vinum ſine aqua in miſſa ponens deponitur.*
2 *Miſſam dicens,ſi omittat conſecrationem, etiā per meram negligentiam,degradatur.*
*Miſſam dicens;& conſecrans, ſed non ſumens excommunicatus eſt.*
3 *Epiſcopus unus, ſi manus imponat in ordine cōferendo; alter uero uerba proferat, nil actū eſt.*
*Vnitas diuiſionem non recipit.*
*Confitens ſua peccata uni ſacerdoti non poteſt abſolui ab altero,etiam ſi primus moriatur, ſubito caſu.*
*Baptiſmus ab uno circa aquam,et ab altero circa uerba,nullus eſt*
4 *Miſſa quandoque à duobus perficitur,& quando id ſit neceſſe.*
5 *Epiſcopo celebranti,& deficienti ſacerdos ſuccedit,& ſupplet,quoad ſacerdotalia.*
6 *Epiſcopus unus miſſam,& alter conſecrationes facere non poſſunt.*
7 *Epiſcopus conſecrationem Eccleſiæ, & ſimplex ſacerdos miſſam pro ea redicere,non poſſunt.*
8 *Sacramenta uno contextu fieri debent.*
9 *Ioannes Alexandrinus interrupta miſſa. ſequebatur plebem egredientem.*
10 *Ordines minores conferuntur,quoad uerba ab Epiſcopo,quoad ſignacula à ſacerdote aſtante.*
11 *Miſſa dici poteſt ita, quod intra Eccleſiam ſit Sacerdos,Diaconus, uel ſubdiaconus extra,uel contra.*
12 *Miſſa dici non poteſt ita,quod in uno altari cōſecretur corpus,& in altero ſanguis.*

POſt ſacramētorum iterationes,
ſuccedit ex ordine, ut diuiſiones quoq; pertractemus: tri-
plex eſt ſacramentorum diui-
ſio,una ipſius myſterij, ſeu ſacrificij, ut-
puta ſi quis panem tātum, uel uinū tan-
tum,in altari offerat; nā immane ſacrile
gium committit,& imminet pœna,ſ.ſa-
1 cerdotij, uel ordinis depoſitio.c.cum oē
in uerſ.fi.de cōſec.diſt.2.iſtæ etenim ob-
lationes iungendæ ſunt,non autem ſepa
randæ,ut ibi,& c.non oportet, &c.in ſa-
cramento ead.diſt. Idē quoq; erit in eo,
qui uinum ſine aqua offert:c.fin.de cele
brat.miſſ. ubi Abb. hic enim deponitur
ab officio,& beneficio.Et licet Richard.
ī 4.diſt.13.dicat hūc nō effici irregularē,
tamen eſt tam grande impedimētum ca
nonicum,ut proximus ſit irregularitati,
& delinquēs ad arbitrium iudicis ab exe
cutione ordinum ſuſpendetur,& a ſuſci
piendis arcebitur,propter ſacrilegij cri-
men,& ſummam hæreſis ſuſpicionem,
arg.Cōcil.Trid.ſeſſ.22.c.7.Nam illa fuit
Armeniorū hæreſis, quā damnauit VI.
ſynodus.cap.32.
Idem diuiſionis genus eſt, ſi in celebra-
tione miſſarum quis omittat conſecra-
tionem,ſiue ſciens,& malitioſe,ſiue ne-
2 gligenter:nam tātum crimen depoſitio-
ne,& degradatione punitur; Idem & in
eo,qui conſecrat,ſed nō ſumit; nam ip-
ſo iure fit excommunicatus ex Concil.
Toletan.XII.c.5. eſt enim reus domini-
ci corporis, qui non perficit,uel qui non
ſumit,d.c.5.habetur c.relatū.de conſec.
diſt.2.Diaz in praxi Canon.c.38.

Secundum diuiſionis genus eſt circa
pſonas,ſ.ſi miniſterium, quod ad unius
tantum perſonæ opus ſpectat, partiatur
cum alio;exemplum eſt ſi cæcus Ep̄s ꝓ-
3 mouēdo aliquē ad ſacerdotium manus
imponat,alter uero ſuppleat uerbis,om

nes



nes etenim iſti ſacerdotio deponuntur,
c.quorundam.diſt.23.Ratio eſt, quia ſa
cramenta ſunt unitatis. de conſec.diſt.2.
c.quia paſſus.unitas uero diuiſionē non
recipit c.loquitur.24.q.1.gl.in d.c.quo
rundam Propterea ſi unus ſacerdos con
feſſionem audierit,alter abſoluere confi-
tentem non poterit,ne ſacramentum di
uidatur ex parte perſonarū: quinimmo
ſi primus ſacerdos audiens ſubito caſu
ante abſolutionem moriatur,alter ſacer
dos ſuccedere nō pōt, quoad abſolutio-
nē tantum,& ideo abſoluere nō poterit;
quia confitens ſubiecit ſe clauib. prioris
ſacerdotis morientis: & ideo non repeti
ta confeſſione non ualeret abſolutio ſe-
cundi,etiam ſi uterque ſacerdos eſſet ꝓ-
prius cōfeſſor, ita ſcripſit Veruec. quem
ſequitur Silu. in uerb. Confeſſor. 3.q.4.
Aliud exemplum,eſt ſi quis manib.mu-
tilatis uerba ꝓferat alter uero baptizet;
nam eo caſu tam grande facinus cōmit-
titur,ut nec ullus character imprimat S.
Thom.3.q.67.art.6. Caietan. ibi in ſuo
commentario.

Poteſt tamen aliquo caſu contingere,
ut hæc perſonarum diuiſio ſit ſine ſacri-
legio;finge eum, qui ordinat, uel bapti-
4 zat,aut miſſam dicit corripi aliquo repē
tino morbo,uel caſu:certe alius, qui ſuc
cedet ei,& perficiet omnia,quæ deſunt,
piè aget,& laudem non crimen incurrit,
gl.& tex.in c.nihil. & c.illud.7.q.1.qui
canones ſunt ex Conc.Tolet.VII.c.1.&
Toletan.XI.c.13.& ſeq. Quod tamē ꝓ-
cedit,quando caſus occurrit poſt conſe
crationem peractam:alioqui ſi ante con
ſecrationem,non eſt neceſſe,ut aliàs pro
ſequatur miſſam iam cœptam, ut docet
S. Thom.3.q.83.Silu.in uerb. Euchari-
ſtia 2.q.8.Sed finge quòd ſacerdos per
ſummam deuotionem uelit miſſam pfi-
cere,& conſecrare (quod poteſt.S.Tho.
ibid.)ipſa hoſtia poſtea conſecrata pote-
rit diuidi inter illum, qui morbo corre-
ptus eſt,ſi ſit diſpoſitus,& illum qui ꝓ-
ſequitur miſſam, ut ſcripſit Sacerdotale
Romanum in tit. de defectibus miſſę.c.
48.Silu.in d.q.8.ubi latius de hac re: qđ
ſi contingat ſacerdotem non adeſſe, qui
miſſam cœptam perficere poſſit, ſacrifi-
ciū ipſum ſic imperfectum dimitti po-
teſt.Hug.in d.c.nihil.& altera die, uel cū
primum alterius ſacerdotis copia habe-
ri poterit,fiet ſacramentorum ſumptio,
pręſertim calicis,qui ſeruari non poteſt:
propterea ſi Ep̄s celebrans ceciderit cor
reptus morbo: ſimplex ſacerdos poterit
5 miſſā ſupplere.gl.in d.c.nihil. & gl.in c.
ult. de conſecr.diſt. 2.quoniam in cōſe-
cratione corporis, & ſanguinis Chriſti,
nil plus habet Ep̄s,quàm ſacerdos:unde
non tamquam Ep̄o ſupplet, ſed tamquā
ſacerdoti: Ideo ſi in illa miſſa Epiſcopi
agerentur aliqua Pontificalia, ut puta or
dinum collatio, conſecratio Eccleſiæ,
uel altaris,& ſimilia, hic ſimplex ſacer-
dos non poſſet circa hæc ſupplere. text.
& glo.in d.c.quorundam glo.in d c.ult.
de conſecr.diſt.2.Hug.in d.c nihil. Tab.
in uerb.ordo.2.num.5.uerſic.quę ſunt il
la.Silu.in uerſic.ordo.2.in fi. Tabien. in
uerb.Miſſa.num.29.glo.in c.quod ſicut.
in gl.magna.de elect.

Ad idem diuiſionis impedimentum
ſpectat aliud exemplum,ſi Ep̄s unus miſ
6 ſam dicat,alter uero conſecrationem ſa-
cerdotalem,uel altaris, uel Eccleſiæ, aut
etiam Ep̄i faciat,aut Chriſmata, & olea
ſancta:nam cum hæc ab eo ipſo,qui miſ
ſam dicit ſint perficienda, erit graue ſa-
crilegium aliter faciendo, gl.& tex.in d.
c.ꝙ ſicut.in uerb diuidatur. de elect. ꝓ-
pterea ſi ſacerdos ſimplex miſſam cātet,
Epiſcopus uero Eccleſiæ conſecrationē
faciat,committunt graue ſacrilegium.c.


omnes

omnes baſilicæ,& ibi gl.de cõſec.diſt.1.
niſi forſan tantus fuiſſet Epiſcopi labor
in conſecrando, ut ſe impotẽtem ſentiat
ad miſſam dicendam. Ideo Pontificale
Romanum in ultima rubrica de cõſecr.
Eccleſ.uel altar.ad arbitrium ipſius Epi
uidetur remittere,uelit, an non miſſam
ipſe dicere.

Tertium diuiſionis genus eſt circa ſa
cramenta,quoad tempus;nam quicquid
7 ad ſacramenta, uel ſacramentalia perti-
net, uno contextu perfici debet,gl in d.
c.quod ſicut.in uerb.diuidatur.& text.in
c.nullus Epiſcopus.de conſecr.diſtinc.1.
Ideoq; ſi pro parte fiat & ꝑ parte omit-
tatur tranſeundo ad actus extraneos,cõ-
mittitur grãde ſacrilegium, & imminet
excommunicationis pœna.c.nihil.4.q.1.
niſi aliquis caſus ſupueniens det cauſam
eiuſmodi;quia erit locus excuſationi,ut
diximus in ꝓxima antecedenti queſtio-
ne,per d.c.nihil.& c.illud.Poſſet aliquan
do charitate,& ſpiritu Dei miſſa interrũ-
pi,cuiuſmodi ſcribitur de Ioãne Patriar
cha Alexandrino, qui cũ dicto Euange-
lio ſtatim populus tẽplo egrederetur nu
gis uacando,ipſe quoque exijt,& eos ſtul
titiæ, & impietatis redarguit, refert ex
Leõtio, & Sophronio Oſius Epiſcopus,
& Card. Varmien.in cõf.tit.de ceremo.
ſumptis à tempore.c.91.quod etiam re-
fert Marul.lib.2.

Ex ijs igitur concluditur,nullum ge-
nus diuiſionis fieri poſſe,neque circa ſa-
cramentum ipſum,neq; circa perſonas,
neque circa tempus; quod ſi contra fiat
imminẽt pœnæ prędictæ, ut tradit Spec.
in ſuo Aureo repertorio, in Rub. caſus
totius iuris, in quibus aliquis eſt ipſo iu
re ſuſpenſus. uerſ.penult. quæ ſuſpenſio
eſt intelligenda ne communicare poſſit
in corpore,& ſanguine Chriſti,quod ſo-
nat in excommunicationem d.c.nullus
Epiſcopus.de conſec.diſt. 1.

Vnus tamen caſus eſt, in quo diuiſio
perſonarum admitti poteſt in ordinib.
cõferendis;nam ſi minores ordines con
10 ferat Epiſcopus, ipſe quidem formalia
uerba profert ex ſuo officio,at Archidia
conus, uel quilibet alius miniſter ſacer-
dos ſignacula ſubſtantialia tribuere po-
teſt,ut puta ampullas,librum,ſuperpelli
cium, ei qui ipſos ordines ſuſcipit;cum
tamen tota ſubſtantia ordinum ſit in ip-
ſa ſignaculorum traditione;quæ diuiſio,
ut ſcilicet Epiſcopus proferat uerba, &
alter tribuat ſignacula,ſpecialis eſt in ip-
ſis minoribus ordinib.c.acolythus. diſ.
23.S.Thom.4.diſt.25.q.1.art.1.Silu.in
uerb.ordo.2.q.5.& contrarium eſt in ſa
cris ordinibus,ut ibid.

Loci uero diuiſio non impedit, quin
idem ſacramentum ſit, utputa ſacerdos
in Eccleſia celebrat, Diaconus, uel Sub-
diaconus miniſtrant extra Eccleſiã, uel
ècontra, nam officium unũ eſt. Archie.
Flor.de Cenſ.& irregul.cap 87. eſſet ta-
men magnum ſacrilegium. ſi idem pre-
ſbyter in uno altari conſecraret corpus,
& in alio ſanguinẽ: q̃a ſignificaret duas
12 perſonas in Chriſto,quod eſt hæreticũ.
Silu.in uerb.altare uerſ.tertio.

## *De irregularitatibus, quæ à Cenſuris Eccleſiaſticis proficiſcuntur. Et primo. De ſuſpectis de crimine.*

## CAP. XVII.

1 *Suſpectus de fide eſt irregularis.*
2 *Suſpectus de fide quis ſit pluribus modis,ut hic.*
3 *Tutor,uel curator ſuſpectus remouetur.*
4 *Iudici ſuſpecto cauſa non delegantur.*
5 *Procurator propter ſolam ſuſpicionem, reuocari poteſt.*
6 *Suſpicio qua ſufficiat ad faciendum de fide ſuſpectum.*





7 *Suſpicio inanis non debet lædere famam hominum.*
*Suſpiciones alia beneuola,alia maleuola.*
*Suſpicionem de fide inducit;qui per annum in excommunicatione perſtiterit,qui annum in contumacia perdurat, qui quotannis cõmunionem non ſuſcipit.*
8 *Suſpectus de quocumque enormi delicto, promoueri non debet.*
*Suſpecto de crimine, nec dimiſſorias litteras conceſſit S.Augu.*
*Denunciatus, denunciatione pendente; promoueri non debet.*
*Accuſatus accuſatione pendente, promoueri nõ debet.*
*Triumphare non potuit L Lucullus ex uictoria; qui a pendebat accuſatio contra eum.*
9 *Exceptio criminis,impedit promouẽdum; donec ſuper excepto crimine cognoſcatur.*
*Epiſcopus accuſatus ſolo trimeſtri differre debet ſuam promotionem, in alijs uero annus expectandus.*
10 *Accuſatione, uel inquiſitione pendente, unuſquiſque ſuos ordines exercere permittitur,do nec prohibeatur.*
*Iudex in delictis ſcandaloſis; poteſt ab initio proceſſus, inquiſitum ſuſpendere.*
*Diſpenſatio cum accuſatis, uel inquiſitis eſt Papalis.*
*Diſpenſationi opponere ſe non poteſt tertius ne concedatur.*

HActenus ꝑtractata ſunt ea im-
pedimenta, quæ ex uarijs cau
ſis homini poterant contin-
gere circa baptiſmi, & aliorũ
ſacramentorum defectus;nunc ordo ex-
poſcit,ut nonnulla de cenſuris ſubijcia-
mus, quarum multa ſunt genera; quędã
enim ſunt ante iudicium, quædam poſt
1 iudicium: unde de ijs omnibus agentes
ordine procedemus; primumque à ſu-
ſpectis perſonis incipiendum eſt;nã plu-
ribus modis, quis ſit de fide ſuſpectus;
quos plene tradit Iuditial. Inquiſit. in
2 uerb.ſuſpicio,ſ.qui renuit abiurare,infa-
matus de hæreſi,fautor, receptator, fal-
ſum dicens teſtimonium pro hæretico,
eripiens reum de manib.inquiſitoris, pa
rentelam faciens, uel confœderationem
cum hæretico; ſcribens, uel recitans in
damnum officij inquiſitionis, fugiẽs ad
hæreticos,mutuans pecuniam hæretico,
clericus in ſacris publice uxorem ducẽs,
& alij plures,ut ibid.

Suſpectus igitur de fide,aliquo ex prę
dictis modis poſſet quidem, ut hæreti-
cus cenſurari. tamen quia de hæreticis
proprio capite tractabimus, infra libro
poſteriore,hoc loco quaſi de alio quodã
irregularitatis genere tractamus,diuerſo
ab ijs, qui uere hæretici eſſe conuincun-
tur:ſi quis igitur de fide ſuſpectus ſit, ir-
regularis eſt,& promoueri nõ poteſt, ex-
preſſim habetur in c.infames 6.q.1.in fi.
& clarius diſt.30.c.ult. Videmus etenim
ſuſpectos tutores,& curatores remoueri
3 à tutela,& cura.ff.de ſuſpect.tut.& C.eo.
tit.Iudicibus quoque ſuſpectis cauſæ nõ
delegantur,c.cauſam.2.de off.delegat.&
de excep.c.cum inter priorem.& ꝓpter
4 ſolam ſuſpicionem, procurator tam an-
te,quam poſt litem conteſtatam reuoca-
ri poteſt c.ex parte.3.de reſcrip. quanto
igitur magis ſacramentum ordinis,non
5 eſt committendũ in tutelam,curam,iudi
cium,uel procurationem eius, qui ſit de
fide ſuſpectus.

Suſpicio aũt illa accipienda eſt, qñ
quis diffamatus eſt, aut teſtimonia ſunt
cõtra eũ imperfecta,aut ſigna,inditia ve,
6 quæ ad canonicam purgationẽ ſufficiãt.
c.presbyter.2.q.5.de qua re ſcribit Diaz
in praxi canon.c.140.alioqui inanis ſu-
ſpicio, non eſt temere concipienda, ne
hoĩum fama lædatur ſine cauſa,c,multi.
2.q.1.& c.accuſatio.2.q.7.ſuſpicio enim
inanis eſt,qualẽ deſcribit Arnobius con
tra gentes lib.2.dicens: quid eſt autẽ ſu-
ſpicio,niſi opinatio rerum incerta, & in
nil expoſitum iaculatio mentis illata? er-
go qui ſuſpicatur non tenet,nec in lumi-
ne poſitus cognitionis incedit.

7 Sunt etiam beniuolæ ſuſpiciones, & maliuolæ, ut ſcribit Io. Chryſoſt. ĩ homil. de ſancta Suſanna: Sunt autem legitimæ ſuſpiciones, ſi quis per annum in excommunicatione perſtiterit, Concil. Triden. ſeſſ. 25. c. 3. ſed & ſi quis per annum perſeuerarit in contumacia, quando de fide citatus non comparuit, ſuſpectus eſt. ca. cum contumacia, de hæretic. lib. 6. Idem erit, ſi quis quotannis ſacram communionem non acceperit, auth. de priuileg. dot. hæret. circa med. idem ſi quis cum excommunicatis familiariter conuerſetur, ſi libros prohibitos legat, uel teneat, omnibus enim iſtis caſibus, & alijs ſupradictis per ſuſpicionem læditur opinio; & ideo hi non ſunt ad ordines admittendi, niſi poſtquam ſuſpicionem expurgauerint. Quod non ſolum procedit in ſuſpicione de fide, uerũ etiam in omni ſuſpicione alterius generis enormiũ delictorum; ut puta inceſtus. c. notificamus, 35. q. 6. quod expreſſè cõſtat apud S. Aug. Epiſt. 137. ad clerum. Hipon. uer. cum enim iſta me cauſa; nam cum quidam ſubditus illius ab eo clericatum poſtulaſſet, de quo S. Auguſtinus ſuſpicabatur quòd eſſet impudicus, nec eũ noluit ordinare, nec dimiſſorias illi concedere, refert Lipom. uit. S. tom. 2. in uita S. Felicis: Ideo bene concludimus, quòd non propter quamlibet ſuſpicionem quis eſt citandus, uel cenſurandus, quia debet talis ſuſpicio eſſe probabilis, alioqui eſt repellenda. Iudic. Inquiſit. in uerb. citatus. num. 12. nam triplex eſt ſuſpicio, uidelicet temeraria, probabilis, & uiolenta, ut ſcribit de ſententia canoniſtarum. Silu. de ſtrigimag. lib. 3. c. 4. paulo poſt prin. & fuſius Iudic. Inquiſit. ĩ uerb. ſuſpicio.

Hinc fit quòd ſi quis denũtiatus fuerit iudici, ut criminoſus in illo delictorũ genere, quæ depoſitionem inducunt, interim promoueri non põt, dum cauſæ cognitio pendet, cap. omnipotens. de accuſat. ubi gl. Specul. tit. de diſpenſ. §. iuxta. uerſ. item denunciatus. nã ex quo grauata eſt eius opinio, & forſan damnari poſſet, imprudentis eſt admittere hunc ad ordines, qui ordinatus poſtea poſſet ꝑ condemnationem deponi, argu. c. tantis. diſt. 81. Idem erit in inquiſito; nam dũ pendet inquiſitio in eo delicto. cui imminet depoſitionis pœna, uel quæuis irregularitas, interim promoueri nõ debet, gl. in d. c. omnipotens. & in d. c. tantis.

Accuſatus quoque accuſatione pendente, non debet promoueri d. c. tantis. gl. in d. c. omnipotens. Specul. in d. §. iuxta. uerſic. Item accuſatus. Videmus enim hoc ſeruatum fuiſſe etiam apud ethnicos; nam inter cætera triumphandi legitima impedimenta, etiam illud fuerat, ſ. ut pendente accuſatione triumphare nõ liceret: qđ contigit L. Lucullo, q deuictis potentiſſimis Regib. Mitridate, & Tigrane, nõ niſi poſt triennium triumphauit iã remiſſa cauſa, ut narrat Paul. Manut. in additamentis ſuis ad dictionarium, in uerb. triumphus. Hoc tamen intelligendum eſt in eo, qui deliquit poſt baptiſmum, & de quo conſtat penitentiam nõ egiſſe: alioqui ſi eum pœnituiſſe, & ſatiſfeciſſe conſtiterit, non prohibebitur promoueri, etiam accuſatione pẽdẽte. Hug. & poſt eum gl. diſt. 49. in princ. & eſt ratio, quia is, qui pœnitentiam egit, nõ eſt amplius in uitio, uel delicto, merito ſola accuſatio non debet eum ab ordinibus excludere. c. clericus. diſt. 46. Sed & ille,
9 qui nec inquiritur, nec accuſatur, ſed ei in modum exceptionis, tale crimen obijcitur, promoueri non debet, donec ſuper exceptione fuerit plene diſcuſſum. c. ſi forte. de elect. lib. 6. ubi uidẽdus eſt Spe. in commentario ſuper conſtitutionibus Greg.



Gregor. X. in Concil. Lugdun. quem nos nuꝑ edidimus: intelligendo de exceptione criminis inducentis depoſitionem.

Illud tamen animaduertendum eſt, hoc genus impedimenti, uel irregularitatis temporale eſſe: nam aliquando ſtatim res diſcutitur, unde ſtatim uel admittitur, uel reijcitur, qui promoueri uult, ut probatur d. c. ſi forte. & ibi Specu. Aliquando trimeſtre expectatur, ut in Epiſcopis; nam quia uertitur maius periculum in illis eligendis, uel reijciendis, nõ eſt æquum, ut diu cauſa pẽdeat. Ideo trimeſtre expectãdum eſt, infra quod ſi denunciatio, inquiſitio, uel accuſatio non expediatur, poterit promoueri, auth. de ſanctiſſ. Epiſc. §. 4. tradit gl. in d. c. tantis. diſt. 81. in alijs uero ordinibus Epiſcopo inferioribus, in quibus non uertitur tã grande periculum, annus expectatur, infra quem ſi denunciatio, inquiſitio, accuſatio uel exceptio non expediatur, poterit permitti, ut promoueri poſſit. gl. in d. c. tantis. citat. ff. de muner. & hon. l. reus. idem gl. in d. c. omnipotens. de accuſ. & de his latius per Lancell. de attentatis p. 2. cap. 5.

Hæc autem procedunt in promouendis, at in promotis ſecus eſt, poterunt. n.
10 exercere ordines ſuos accuſatione, uel exceptione pendente: non enim illis oberit, donec per iudicem ante, uel poſt ſententiam interdicatur, quia hoc iure non reperitur ꝓhibitum: & ideo Epiſcopus ſuſpectus, ĩquiſitus, uel accuſatus, poteſt ordines conferre, & alia põtificalia exercere, donec illi inhibitum non fuerit; nã iudex in delictis enormib. & ſcandaloſis, poteſt infamatum ab initio ſuſpẽdere, donec ſe purgauerit; arg. c. ex tuarum. de purg. Can. tradit Iudiciale Inquiſit. in uerb. purgatio. §. 1. Diſpenſatio uero cũ iſtis qui promoueri non poſſunt pendente inquiſitione uel accuſatione à ſolo Papa obtinenda eſt. Spec. in tit. de accuſ. §. 1. Zab. in c. ult. de ſchiſm. Borgaſ. de diſpẽſat. part. 2. concluſ. 4. ſub num. 13. quod uerum eſt ſi pendeat accuſatio ſuper delicto ſuper quo ſolus Papa diſpenſat, ſecus ſi ſuper illo Epiſcopus poſſet diſpenſare. Hæc autem diſpenſatio an impediri poſſit per contradictionem accuſatoris, dicendum uidetur quòd in diſpenſationibus cõcedendis tertius ſe opponere non poteſt: quoniam nemini iuris beneficium eſt auferendum. ita concludit Borgas, de diſpenſ. part. 6. tit. de adulter. num. 15. uidetur tamen Abb. aliter poſt alios ſentire in c. fraternitati, de cler. excom. Et ideo dicendum, ꝙ tertius nõ poteſt ſe opponere ad impediendam diſpẽſationem ſponte petitã ab irregulari; ſed qñ in iudicium deducta eſt per accuſationem, uel exceptionem ipſa irregularitas, tunc nõ diſpenſatio, ſed iuſtitia adminiſtranda eſt, quia iudicium fertur in inuitum: & hoc probatur ex dictis ꝑ Abb. in d. c. fraternitati. & per eundem in c. at ſi clerici, de iud. Ideo Domini de Rota declarauerunt diſpenſationem fuiſſe nullam obtentam per filium preſbyteri ad ordines, pendente lite, non facta mentione litis, ut refert Lancell. de attent. p. 2. c. 4. in præfat. num. 640.

*De executione ordinum contra præceptum Superioris.*

## C A P. XVIII.

1 *Mortaliter peccat, qui ordinatur contra præceptum ſuperioris.*
2 *Præceptum quodlibet, de non adminiſtrando, hodie uim ſuſpenſionis habet.*
3 *Irregularis eſt quiſquis promoueri uel promotus exercere prohibetur.*
*Præcepto habenti excommunicationem contrauenienſ fit irregularis.*

4 *Præceptum additum ei, qui erat ſuſpendendus, inducit irregularitatem contrauenienti.*

5 *Præcepto notorio, & manifeſto contraueniens fit irregularis.*

*Præceptum, quod non eſt ſimpliciter factum, ne quis adminiſtret, ſed eſt qualificatum, non inducit irregularitatem.*

6 *Epiſcopus poteſt cuilibet clerico non habenti beneficium, prohibere, ne promoueatur.*

CEnſuram proculdubio incurrit,
quiſquis contra ſuperiorum prę
cepta nititur; nam quia omnis
anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdi
ta eſt; & qui ei reſiſtit, Dei ordinationi re
ſiſtit, & ipſe ſibi damnationem quærit:
1 S. Paul. ad Rom. capit. 13. propterea pec
cat mortaliter quiſquis contra pręceptũ
ſuperioris, vel promouetur, vel promo-
tus exercet: Nam & ſi Piſanel. in verb.
irregularitas 2. verſ. 1. dicat non naſci ir-
regularitatem ex hac inobedientia: ta-
men hodie, cum omnis etiam extraiudi
cialis prohibitio, tanti momenti ſit, vt
nulla in contrarium conceſſa licentia,
vel reſtitutio inconſulto ſuperio e pro-
hibente poſſit ſuffragari, Conc. Trident.
ſeſſ. 14. cap. 1. de Ref. conſequens vide-
tur, vt quodammodo, ob contemptum
inducat irregularitatem: poteſt probari
per gloſ. & Abb. in cap. ex tenore litera-
rum, de temp. ordin. & argum. d. 33. cap.
habuiſſe, & argum. tex. & gloſ. in cap. vlt.
de temp. ordin. quibus locis probatur
Canonicum eſſe impedimẽtum, ne quis
promoueatur, vel exerceat contra ſupe-
2 rioris præceptum: præſertim, quia irre-
gularis dicitur quiſquis promoueri, vel
promotus exercere, quauis ratione licite
non poteſt, vt diximus ab initio operis
non tamen ex hoc ſurgit uera irregulari-
tas, quæ egeat diſpenſatione Epiſcopali;
nam per condignam pęnitentiam aufer
tur; per id quod dicit Piſanel. vbi ſupra.
Sed hæc vera ſunt, ſi præceptum hoc
nudum fuerit, & ſine vlla pœna adiecta;
at ſi anathematis pœna addita ſit in pręce-
cepto; contraueniens in ſuſceptione or-
3 dinis, vel in executione fit irregularis c.
1. de eo qui furt. ord. ſuſc. Specul. in tit.
de diſpenſ. §. Iuxta uerſ. Item promotus:
Sil. in uerb. irregularitas q. 3. quo locoait
hunc à ſolo Papa diſpenſari poſſe: Qui-
nimmo aliquando etiam nudum pręce-
ptum ſine pœna, de non adminiſtrando
inducit irregularitatem; exemplo eſt ſi
quis de iure ſit ob aliquod commiſſum
4 ſuſpendendus, ideſt nondum ipſo iure
ſuſpenſus; nam ſi ei fiat præceptum de
non adminiſtrando intuitu talis delicti,
de quo inquiritur, cõtraueniendo fit ir-
regularis à ſolo Papa diſpenſandus: Spe-
cul. d. §. Iuxta verſ. Item ordinatus à non
ſuo Epiſcopo: quo loco dicit hunc eſſe
ſtilum curiæ, & eſt ratio, quia cum non
eſſet ſuſpenſus, ſed ſuſpendendus, pręce-
ptum illud ſuperioris tunc habet vicem
ſuſpenſionis; merito ex contrauentione
fit vere irregularis; maxime hodie argu.
inſpectis verbis d. cap. 1. Conc. Trident.
Præterea ſi hoc nudum pręceptum fue-
5 rit factum notorie, & manifeſte, illo caſu
contraueniens fieret adeo irregularis,
quod ſola pœnitentia non ſufficeret; nã
requireretur diſpenſatio ſaltim Epiſco-
palis: Piſan. d. uerb, irregularitas verſ. 1.
& Supplem. in uerb. irregularitas 2. uerſ.
Nam notorius.
Ad hoc autem, vt Anathematis, uel
excommunicationis pœna reddat irre-
gularem eum, qui contrauenit, requiri-
tur, quod ſit ſimpliciter factum de non
promouendo, uel exequendo, ut locis
prædictis: at ſi præceptum ſit qualifica-
tum, ideſt, ne promoueatur à certo Epi-
ſcopo, uel in certa Eccleſia, uel ne admi-
niſtret in certo altari, uel capella, ſub pę-
na excommunicationis, eo caſu contra-
ueniens



ueniens prima vice eſt excommunicatus
ſed ob id ſolum non eſt uere irregularis,
ſed ſecunda vice cõtraueniens fit uere ir
regularis quia in illa cenſura excõicatio-
nis adminiſtrauit, ſcribit Archiep. Flor.
quem refert ac probat Silu. in verb. irre-
gularitas q. 13. verſ. ſecundum: cuius ra-
tio differentiæ, eſt q̃a primo caſu ipſe or
do eſt interdictus, ſed iſto ſecundo caſu,
ipſe ordo nõ eſt interdictus, ſed ſola qua-
litas illa expreſſa, ideo nõ ita ſurgit irre-
gularitas, ſicut quando ipſe ſimpliciter
eſt interdictus. Et per hoc abſoluitur quę
ſtio ſi Epiſcopus uiſitans præcipit ſacer-
doti ignaro, ne dicat aliud genus miſſæ,
quàm pro defunctis, aut de S. Maria, q̃a
perfaciles ſunt: ille autem contraueniat,
dicens alias quoq; miſſas, non fit irregula
ris quia non abutitur ordine, ſed quali
tate quadam ſolummodo.
Quando autem Epiſcopus poſsit pręce-
cipere homini idoneo, ne promoueri
poſſit, diſtinguendum eſt; nam in Regu
larium ſuperioribus ſola uoluntas ſuffi-
cit; quia ut lubet, illi poſſunt cuique mo-
nacho prohibere, ne promoueatur: Et
idem in omni clerico, qui beneficij ra-
tione non ſit arctatus, nam Epiſcopus,
vel ſuperior eius ordinarius prohibere
poteſt, ne promoueatur: cap. ad aures, de
temp. ordin. quod ſi natura beneficij cer
tum ordinem expoſtulat, tunc ẽt ſi pro-
mouẽdus ſit in peccato mortali occulto
Epiſcopus, uel quilibet ſuperior ꝓhibere
non poterit; ſecreto tamẽ monere debet,
ne ordines ſuſcipiat, cui monitioni nõ pa
rendo, peccabit grauiſſime propter ſuſce
ptionẽ ordinis in peccato mortali, cap. ex
tenore; de temp. ord. ſed ob id nõ fiet ir-
regularis, ſicut de ijs ſcribit Ray. in 3. par
te ſum. Rub. de form. conſecr. verſ. Quid
ſi clericus vult ꝓmoueri: Alber. in verb.
ordinator in fin. verſ. Pone, quod vtilitas.

*De ſuſpenſorum irregularitate.*

## CAP. XIX.

1 *Suſpenſus adminiſtrans, ſtatim fit irregularis.*

2 *Suſpenſus ab Epiſcopo poteſt ab ea abſolui ab eodem ſed non ab irregularitate; quam incurrit contraueniendo.*

*Suſpenſus contraueniens in contemptum clauium, etiam poſt pœnitentiam nunquam diſpenſatur.*

*Epiſcopus conferens beneficia in contemptum clauium fit irregularis.*

*Suſpenſus, vt fiat irregularis ſufficit generalis ſuſpenſio.*

*Suſpenſus ad tempus, contraueniens fiet irregularis.*

3 *Suſpenſus ab vno ordine, eſt ſuſpenſus à ſuperioribus.*

*Epiſcopus ſuſpenſus à ſacerdotio, nõ poteſt exercere Pontificalia.*

*Suſpenſus ſimpliciter, eſt ab omnibus ordinibus ſuſpenſus.*

4 *Suſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, celebrando ibi fit irregularis.*

*Suſpenſus à minoribus contraueniens, fit irregularis.*

*Suſpenſus à certa functione ordinis, contraueniens fit irregularis.*

5 *Epiſcopus ſuſpenſus à benedictione Pontificali, contraueniendo fit irregularis.*

*Suſpenſus à benedictione nuptiarum, contraueniens fit irregularis.*

*Suſpenſus à facultate abſoluendi ab excommunicatione, contraueniens fit irregularis.*

6 *Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus, contraueniens fit irregularis.*

*Irregularem ſe quiſq; putare debet in dubio.*

7 *Suſpenſus à diuinis, poteſt cum alijs in choro gregatim cantare.*

*Suſpenſus à diuinis faciens principale officium chori, eſt irregularis.*

8 *Appellans à ſuſpenſione non effugit irregularitatem, ſi contraueniat.*

*Suſpenſo ordine, ſuſpenſa ſunt omnia, quæ pendent ab illo.*

9 *Suſpenſus manens in ſuſpenſione per annum, fit irregularis.*

10 *Suſpenſo beneficia conferri non poſſunt.*

*Suſpenſus capere nõ poteſt fructus beneficij ſui.*

*Beneficij collatio facta ſuſpenſo, ita eſt nulla, vt non conualidetur, ſi poſtea ſuſpenſio auferatur.*

12 *Suſpen-*

*11 Suſpenſionū, alia punitiua, alia approbatiua.*

*12 Mulier ſuſpendere ſuos clericos ſubditos non poteſt, & reſoluitur talis ſuſpenſio in nudum præceptum.*

*13 Suſpenſio extraiudicialis hodie ligat.*

*14 Regularis ſuſpenſus, eſt etiam ſuſpenſus, quo ad adminiſtranda officia ſua circa alios regulares.*

*Suſpenſio, vt inducat irregularitatem, debet eſſe certis verbis non dubijs, vel alternatiuis concepta.*

*Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus, nō ſuſpenditur à Iuriſdictionalibus.*

*Suſpenſus à beneficio, nō eſt ſuſpēſus ab officio.*

*Suſpenſus à beneficio, celebrando ibi non fit irregularis.*

*15 Suſpenſus ab officio, non poteſt iuriſdictionem exercere, nec eligere.*

*Suſpenſus à confeſsionibus, celebrando miſſas non eſt irregularis.*

*16 Suſpenſus à ſuſcipiendis Sacramentis, contraueniens non eſt irregularis.*

*Suſpenſus cum his verbis, donec pœniteat, contraueniens non eſt irregularis.*

*Suſpenſus ſuſpenſione approbatiua, cōtraueniens fit irregularis.*

*17 Suſpenſum ſe neſciens probabiliter, contraueniens non fit irregularis.*

*Suſpenſio ob defectus corporis, contraueniendo non inducit irregularitatem.*

*18 Suſpenſio à certo ordine, non includit inferiores illo.*

*Epiſcopus ſuſpenſus ne conferat certum ordinem, non poteſt conferre ſuperiores illo.*

*Suſpenſus à temporalibus, contraueniens non fit irregularis.*

*Laici ſæpe ſuſpenduntur à proprijs officijs.*

*19 Vicarius Epiſcopi ſuſpenſus à temporalibus, non fit irregularis contraueniendo.*

*Suſpenſio tacita plus irregularitatem inducit quandoque, quàm ſuſpenſio expreſſa.*

*20 Contemttus clauium inducit irregularitem, etiam in temporalibus.*

*21 Suſpenſus ab adminiſtratione temporalium, & ſpiritualium, cantando ſolennes miſſas iure ſuo eſt irregularis.*

*22 Suſpenſus à prædicatione, vel lectione quando fiat irregularis.*

*Suſpenſio debet eſſe vera, & propria, vt inducat irregularitatem.*

*23 Suſpenſio facta in confeſsione ſacramentali, contraueniendo non inducit irregularitatē.*

*Suſpenſio iudicialis, & extraiudicialis hodie pares ſunt.*

*Suſpendendus adminiſtrando nō fit irregularis.*

*24 Suſpenſus quo ad ſe ex peccato mortali, celebrando non fit irregularis.*

*25 Irregularitas ex contrauentione ſuſpenſionis, regulariter à ſolo Papa diſpenſatur, ſed ſi ſit occulta, etiam ab Epiſcopo.*

*26 Suſpenſio canonis nunquam includit Epiſcopos; vel ſuperiores, niſi expreſſim de eis dicatur.*

*Suſpenſionem caſus omnes, remiſſiue.*

SVſpenſio canonica cenſura eſt,
qua quis aut lege, aut à Iudi-
ce prohibetur fungi auctorita-
te, vel facultate ad ſe pertinenti; vt puta
ſacerdos ſuſpenſus dicitur, cui ſacerdo-
tio ſuo fungi Canon, vel Iudex interdi-
xerit; quæ ſuſpenſio tantę auctoritatis eſt
tantumq; inducit Canonicum impedi-
mentum; quòd ſi quis ipſa neglecta, vel
1 contempta velit adminiſtrare in officio
ſuo, ſtatim irregularis eſt, à ſolo Papa di-
ſpenſandus; etiam ſi ſuſpenſio emanarit
ab Epiſcopo. Nam & ſi Epiſcopus poſ-
ſit auferre ſuſpenſionem, quam intulit,
2 non tamen auferre eam irregularitatem,
quam quis incurrit adminiſtrando in ſu
ſpenſione Epiſcopali, vt aperte tradidit
antiquus Clementinarum interpres Ste-
phanus Troches prouincialis, in Clem.
dudum, col.4. verſ. Dominus tamen: de
ſepult. quæ regula multas habet exten-
ſiones, quas ordine ſubijcere operæpre-
tium putamus.

Prima eſt, vt qui contrauenit ſuſpenſioni in contemptum clauium, non ſolum promoueri non valeat: verum etiam promotus exercere non poſſit, nec quidem poſt peractam pœnitentiam. 11.q.3. capit. ſi quis Epiſcopus in Concilio: & de vit. & hon. cleric. capit. vt clericorum, §. ſi quis igitur: nam iſti indiſpenſabiles putantur.

Secunda extenſio: ſuſpenſio iſta reddit irregularem non ſolum eum, qui in cōtemptum clauium contrauenit, circa ordines, verum etiam eum, qui cum ſit ſuſpēſus à collatione ſola beneficiorum; in cōtemptum clauium audeat beneficia conferre; nam fit irregularis. Specul. in tit. de diſp §. iuxta, verſ. Quarto: de qua re fuſius dicemus infra in 14. extenſione;

Tertia extenſio: vera eſt hæc regula, quòd ſuſpenſus contraueniendo fiat irregularis, non ſolum ſi ſpecialiter, & nominatim ſit ſuſpenſus, verum etiam ſi generaliter ſiue à canone, ſiue ab homine, Specul. d. §. iuxta. verſ. ſed quæro vtrum is: text. in cap. 1. de re iud. lib. 6. & cap. 1. de ſent. excom. lib. 6. Specul. in d. §. iuxta verſ. Item nota quòd ſuſpenſus.

Quarta extenſio: vera eſt regula non ſolū in ſuſpenſione perpetua, ſed etiam in ea, quæ ad certum tempus imponitur, ſiue à canone, ſiue ab homine d. cap. 1. de re iud. lib. 6. & d. cap. 1. de ſent. excom lib. 6. Specul. d. §. iuxta. verſ. ut autem in hac materia.

Quinta extenſio: non ſolum ſuſpenſio
iſta reddit irregularem eum, qui contra-
uenit in eo ordine, à quo ſpecifice ſuſpē-
ſus eſt, uerum etiam ſi in alijs ordinibus
illo ſuperioribus; ut puta ſi quis ſit ſu-
3 ſpenſus ab executione ſubdiaconatus, ui
detur etiam ſuſpenſus à diaconatu, & ſa-
cerdotio. l. qui indignus, ff. de ſenator.
Hoſt. in cap. dilectus, de temp. ord. refert
Angelic. in uerb. ſuſpenſio, 3. circa med.
Silu. in uerb. ſuſpenſio. q. 5. uerſ. ſi uero
ſit ab ordine: propterea Epiſcopus ſu-
ſpenſus à ſolo ſacerdotio, non poterit
officio Pontificali fungi; Abb. in cap. ex
literis, per illum tex. uerſ. ult. de exceſſ.
prælat.

Sexta extenſio; ſuſpenſus ſimpliciter ab ordinibus conferendis, ſuſcipiendis, uel adminiſtrandis, ab omnibus eſt ſuſpenſus, tam ſuperioribus, quàm inferioribus, & contraueniens in quocumque ordine, fit irregularis. Angelic. in verb. ſuſpenſio. 3. Silu. in d. verſ. Si uero ſit ab ordine; Ita quòd ſi ſacerdos ab ordinibus ſit ſimpliciter ſuſpenſus, deſeruiēdo in ſolo acolythatu, fiet irregularis: Specul. d. §. iuxta. verſ. quid ſi presbyter excommunicatus.

Septima extenſio; ſi quis ſuſpenda-
tur à ſolo ingreſſu Eccleſ. & audeat in ea
4 celebrare diuina officia, fiet irregularis,
ex ſententia Gemin. in capit. is cui, de
ſentent. excom. lib. 6. Io. Andr. in ad-
dit. ad Specul. in d. §. iuxta, in verb. con-
cedimus: citat Fed. de Senis conſ. 120.
& ſequitur eandem ſententiā Angelic. in
dict. verb. ſuſpenſio. 3. verſ. Quid ſi in-
terdictus. Silueſt. in verb. ſuſpenſio.
quæſt. 5. verſic. ſi vero ſuſpenſio ſit ab
ingreſſu.

Octaua: hæc uera regula eſt, non ſolum in ſuſpenſione à maioribus ordinibus, uerum etiam in ſuſpenſione minorum; nam ſi Pſalmiſta ſuſpendatur, contraueniens fit irregularis, ſicut, & cæteri omnes conſtituti in minoribus. Io. And. poſt Hoſt. de cler. excom. min. capit. 2. Anchar. in d. capit. 1. §. caueant, de ſent. excom. in 6. ſi enim miniſtrent in proprijs, utputa ſi in miſſa offerant Vrceolum, fiunt irregulares, Specul. d. §. iuxta verſic. hoc etiam nota, quòd excommunicatus.

Nona; Tametſi ordo ipſe non fuerit interdictus, ſed aliquod officium ordini competens tibi fuerit per ſuſpenſionem prohibitus, contraueniendo efficeris irregularis, ſentit Specul. in d. §. iuxta verſ. Item nota quòd ſuſpenſus; & videtur ēt ſentire Silu. in d. q. 5. verſ. ſi uero ſit ab officio: Angelic. in verb. ſuſpenſio. 3. verſ. aliquando ſuſpenditur quis ab aliquo officio: exemplum eſt, ſi ſacerdoti prohibi-

hibitio fiat ne aquam, ceras, fructus, veſtes benedicat, ſi contraueniat fit irregularis ex ſent. Calder. vt refert Armil. in verb. interdictum. num. 63. & in uerb. benedicere, num. 6. Specul. in d. §. iuxta verſ. quid de benedicente, per not. in c. Aquam de conſec. diſt. 3. & per Io. And. in d. cap. 1. §. caueant de ſent. excom. in 6. & in cap. tanta, poſt Innoc. & Hoſt. de exceſſ. prælat. Idem erit in Epiſcopo,
5 qui ſit ſuſpenſus à benedictione pontificali; nam ſi in miſſa conuentuali, in qua præſens Epiſcopus ſolenniter benedicit, per illa uerba, ſit nomen domini, &c, ſi ſic ſuſpenſus hanc det benedictionem, fit irregularis, tex. & gloſ. in cap. miniſtrare, 26. q. 6. tex. & gloſ. in cap. ecce, diſt. 95. expreſſim ſcripſit Nicolaus Dionyſij de Peruſio ſcriptor, & eruditus, & antiquus in d. §. caueant col. 2. de ſent. excom. in 6. Idem in omni alia ſolenni benedictione, Armil. in uerb. interdictũ num. 64. Idem erit ſi quis ſuſpendatur à benedictione nuptiarum; nam contraueniens fiet irregularis, argum. de ſecun. nupt. cap. 1. & cap. vlt. quòd expreſſit idẽ Nicol. Eodem loco ſupra citato: Idem erit ſi quis ſuſpendatur à purificatione mulierum poſt partum: Armil. d. nu. 64. Idem erit in ſuſpenſo ne poſſit ſolẽniter abſoluere ab excommunicatione; nam ſi dicat Pſalmum, & orationes cum ſtola, & alijs de quibus, 11. q. 3. cap. debent, in fin. ſic faciẽdo fiet irregularis: Io. And. poſt Innoc. in d. cap. fin. de exceſſ. prælat. Specul. in d. §. iuxta, uerſ. quid de abſoluente.

Decima extenſio: Regula iſta procedit non ſolum ſi Epiſcopus ſuſpendatur à diuinis miniſterijs, uerum etiam ſi à ſolis pontificalibus; nam contraueniendo fit irregularis: Angelic. in uerb. ſuſpẽſio. 3. verſ. aduerte; Gemin. in cap. 1. §. ſi quis autem, de ſent. excom. in 6. & in proemio eiuſdem lib. 6. vt refert Nicolaus prædictus in d. §. caueant, col. 3. qui addit eandem fuiſſe ſententiã Cald. in tract. de Eccleſia. interd. in 2. membro, in quæſt. quæ incip. Sed ſi is: pro quibus illa eſt ratio, quod Epiſcopalis poteſtas dependet à poteſtate characteris ſacerdotalis; vnde ſicut proxime dicebamus, ſi quis
6 ſuſpendatur non ab ordine, ſed ab ijs, quæ ſine ordine exerceri non poſſunt, contraueniendo fit irregularis, ita videtur in ſuſpenſo à pontificalibus, cum ipſa exerceri ſine ſacerdotali ordine non poſſint, ideo prohibitus chriſmare, vel calices conſecrare, & ſimilia, contraueniendo fit irregularis; Archiep. Flor. in lib. de cenſur. & irregular. cap. 87. Ideoque licet nonnulli contrarium ſentiant, ea ratione, quod hic caſus non ſit à iure expreſſus; tamen verius eſt poſſe dici expreſſum eſſe in iure ſub illa regula, quod ſuſpenſus ab illis officijs, quæ ſine ordine exerceri non poſſunt, fit irregularis; & præterea in dubio quilibet debet putare ſe irregularem: Tabien. in verb. irregularitas, num. 3. & diximus ſupra lib. 1. in regulis generalibus reg. 7. alia tamen eſt ſententia Silueſt. in verb. ſuſpenſio. q. 5. verſ. cum. autem.

Vndecima extenſio: ſi ſacerdos, cui ſint interdicta ſola ſolennia officia cantauerit miſſam ſolennem, vel Euangeliũ, vel Epiſtolam, poſſet dici irregularis eadem ratione, qua proxime diximus: Nã & illi, qui ſuſpenſi ſunt à diuinis, poſſunt quidem intrare chorum, legere, & can-
7 tare cũ alijs gregatim; nec propter id incurrunt irregularitatem; quia hæc non videntur ab eo ſolenniter agi, vt ſcripſit Innoc. in cap. tanta, de exceſſ. prælat. At ſi principale chori officium faciant, irregularitatem incurrunt: Specul. in d. §.

iuxta



iuxta verſ. Quid ſi officio diuino intereſt: Idem ſi dicant capitulum, vel orationem, vel Reſponſoria, aut lectiones, nĩ efficiuntur irregulares, cap. ſicut dignum §. clericos, de homicid. Gemin. in d. §. caueant, & ibid. Nicol. prædictus: qui addit idem eſſe, ſi non ipſe dicat ſupradicta ſolennia, ſed iubeat, & alijs ſua auctoritate diſtribuat; quia cum uideatur uelle ſuo officio fungi, iubendo fit irregularis: ideo nõ eſt abſurdum dicere quòd per ſolẽnis officij decantationem, à qua quis ſit ſuſpenſus, inducatur irregularitas, licet ſit ſententia dubitabilis iſtã, cum neminẽ alium ita ſentire viderim: ideo remittendã iudicio alterius melius ſentientis:

Duodecima extenſio: iſta ſuſpenſio tantam efficaciam habet, quòd & ſi ab ea ſit appellatũ, forſan ex leui, & friuola cau-
8 ſa; & propterea à ſuſpendente reiecta fuerit appellatio, ſi appellans contraueniat ſuſpenſioni, efficitur irregularis; quia quoad ſpiritualia, non poteſt appellatio ſuſpendere præcedens interdictum: Io. And. in d. cap. is cui, de ſent. excom. quẽ probat Silu. in verb. ſuſpenſio. q. 3. & ante eum ſcripſerant Bern. & Hoſt. in capit. paſtoralis, de appellat. ut refert Angelic. in verb. ſuſpenſio. 3. in fin.

Decimatertia: hæc procedunt non ſolum in ſuſpenſione ex aliquo canone particulari, uel generali, ſed etiam ſi ex ſolo facto naſcatur ſuſpenſio ſine canone; ut in fornicatore, qui nullam habet particularem ſuſpenſionem, nec à canone, nec ab homine: attamen ſi notorius ſit, efficitur ſuſpenſus ex generali quadam ſuſpẽſione ex ipſo facto: ita quod celebrando fiet irregularis, Innoc. Hoſt. & Io. Andr. in d. cap. 1. §. caueant, de ſent. excom. in 6. Innoc. in d. cap. fin. de exceſſ. prælat. & in cap. veſtra: de cohab. cler. & in cap. 1. de re iud. in 6. Specul. in d. §. iuxta, verſ. Item quando dicitur ſi ſuſpenſus, & ſcribit Silu. in uerb. concubinarius: q. quarta, circa fin.

Decimaquarta extenſio: Regula hæc procedet non ſolum ſi quis agat ea, quæ ſunt ordinis, à quo eſt ſuſpenſus, ſed etiã ſi agat aliquid eorum officiorũ, quæ ordini ſunt annexa, namque incurrit irregularitatem; utputa ſi ſuſpenſus ab ordinibus ſuis, beneficiorum collationem faciat, fit irregularis: gloſ. in capit. tanta, in gloſ. magna, circa med. de exceſſ. prælat. Specul. in d. §. iuxta, uerſ. Quarto: quod procedit, ſiue ad tempus, ſiue perpetuo fuerit ſuſpenſus: ut not. Abb. in cap. cum bonę, de ætat. & qual. col. 3. ſemper enim unà cum ipſo ordine ſuſpenſo, ſuſpenduntur & omnia, quę pendent ab illo; Vnde exerceri non poſſunt ſine hac cenſura: gloſ. in cap. cum dilectus: de conſuet. in gloſ. magna;

Decimaquinta extenſio: ſuſpenſus aliquãdo fit irregularis, etiam ſi ſuſpenſioni non contraueniat, dũmodo ultra annum patiatur ſe in tali cenſura illaqueatum eſſe; nam ex hoc tempore fiet irregularis; uidelicet inhabilis ad beneficia iam quæſita, & eſt ineligibilis, nec eligere poteſt, ſicut dici conſueuit, de excommunicato perdurante per annũ; tradit Abb. poſt gloſ. in c. cum bonæ, de ætat. & qual. quod intelligo de ſuſpenſo ſimpliciter,
9 & indeterminate: tunc enim in culpa eſſe uidetur, ſi annum labi permittat in hac cenſura; at ſi ſuſpenſio emanauerit cum determinato tempore, id eſt ſuſpenſus ſit per annum, uel biennium, eo caſu ſi obediat cenſuræ expectans, ut tempus labatur; non debet ex obedientia culpam ullam reportare;

Decimaſexta extenſio; non ſolum ſuſpenſio hæc impedit, ne exerceri poſſint

ea,

ea,quæ ſunt ordinis, vel ordini annexa, ſed etiam reddit incapacem beneficio-
10 rum eum,qui ſuſpenſus ſit: beneficia.n. conferri non poſſunt ſuſpenſo, gloſ.in c. tanta,de exceſſ.prælat.glo.in d.cap.cum bonę,de ætat.& qual.vbi Abb.3.col.Sed nec fructus ſui beneficij capere poteſt, à die morę petendæ abſolutionis,videlicet poſt annum,ex ſententia Vinc.Tancr.& Io.And ibi: nec agere poteſt noīe ꝓprio pro iuribus ipſius beneficij: habebit tamen modicam ſuſtentationem ex eo, ſi non habeat vnde viuat: Abb.in cap.apoſtolicæ,de excep.Iud.Inquiſit.in verb.ſuſpenſus: Imo nec literæ ſuæ impetrationis valent, niſi abſoluatur ab ipſa ſuſpenſione; quandoquidem omnes collationes ei factæ, ſuſpenſione pendente, ſunt nullæ; nec ſaluantur per ſolam abſolutionem ſubſequentem: Abb. in d.cap.cum bonæ,col.3.verſ. Per prædicta: quod intelligendum eſt,de ſuſpenſione punitiua
11 alioqui ſi ſuſpenſio ſit approbatiua,ideſt cum differtur tempus,ut ipſa perſona approbetur ad beneficia; nam ea dilatio quodammodo eſt ſuſpenſio, Ideo iſta dilatione pendente,ſi tempus non obſeruetur, ſed prius collationes ei fiant,non incurritur irregularitas,aut ſi incurritur per Epiſcopum diſpenſari poterit: Spec. in d.§.iuxta,verſ.Item quando dicitur ſis ſuſpenſus,in fin de qua re dicemus infra in declaratione ſexta.

Decima ſeptima extenſio:Regula procedit nō ſolum in ſuſpenſione virorum, ſed etiā in illis ſuſpenſionibus, quę ema-
12 nant à muliere iuriſdictionem habente ſuper clericos;nam licet ſuſpendere mulier non poſſit clericos ſuos,ſicut nec excommunicare,& propterea iure non uideatur irregularitas naſci contrauenien-do tali ſuſpenſioni; ex ſententia Abb. in cap.dilecta,de maior.& obed. attamen, quia ut ſupradiximus,ī tractatu de præceptis ſuperiorum,videlicet hoc ipſo lib. cap. 18. omnis notabilis inobediētia inducit pecatum mortale,certum eſt hanc mulieris ſuſpenſionem reſolui in præceptum, de non adminiſtrando, ita quod etiam extraiudicialiter factum obligat, ne adminiſtrare poſſit; arg. Conc. Trid. ſeſſ.14.cap.1.de reform. propterea legitimum,& canonicum impedimentū eſt, quod ſurgit ex ſuſpenſione, interdicto, vel excommunicatione mulieris, quoniam inducunt hæc obligationem abſtinendi, licet non inducant ueram irregularitatem.

Decima octaua extenſio: Tantum eſt huius ſuſpenſionis vinculum,quòd ſi qs à proprio prelato, etiam extraiudicialiter fuerit ſuſpenſus: nullus tamen ſupe-
13 rior,ipſo ſuſpendēte inuito,poteſt ipſam ſuſpenſionem abolere,ex decreto Conc. Trident.ſeſſ.14.cap.1.de reform.vnde illud colligitur,quod ſuſpenſus ab ordinario ſuo,& ſi Metropolitanus,vel alius ſuſpenſionem aboleuerit inuito ſuſpendente, nihilominus ſi ſuſpenſus contraueniat, fiet irregularis,quia illa abolitio ad nihil ſuffragari poteſt,d.capit.1. Concil. Trident.

Decimanona extenſio: ſi regularis qs fuerit ſuſpenſus non ſolum exercere nō poteſt iura ſui ordinis, ſcilicet prædica-
14 tionis, confeſſionis, & aliorum ſacramentorum,& non ſolum circa extraneas perſonas,ſed nec intra ſuos regulares,gl. & ante eam Specul.per illum tex.in cap. 1.in verb.ſepulturam,de relig.dom.arg. à contrario ſenſu.

Iſta autem omnia, quæ de ſuſpenſione diximus multas limitationes, ſeu declarationes recipiūt,quas ſigillatim ſubnectere congruum cenſuimus.

Prima declaratio eſt:quòd ſuſpenſio,
ut red-



vt reddat irregularem eum, qui contrauenit;oportet quòd ſit certa,alioqui ſi ſit incerta,ambigua, vel alternatiua, vtputa ſuſpendimus te ab officio vel beneficio; Nam, & ſi contraueniat in utroq; nō fit irregularis,gl.in c.quanto, de magis. vbi Abb. Sil.in verb. irregularitas.q.13.uerſ. octauum: ſecus ſi dixiſſet copulatiue ab officio, & beneficio.

Secunda declaratio: ſi quis ſuſpendatur ab una functione, non uidetur ſuſpēdi ab altera; Ideo Epiſcopus ſuſpenſus à pontificalibus, non eſt ſuſpenſus à iuriſdictionalibus, Abb.in cap.cum dilectus, de conſuet.not.in capit. tranſmiſſam, de elect. Silu. in uerb.ſuſpenſio.q.5.uerſ.cū autem ſuſpenſio: & cum quis ſuſpenditur ab officio, non per hoc eſt ſuſpenſus à beneficio; vnde auctoritate beneficij; beneficia conferendo, uel ſibi collata accipiendo,non fiet irregularis,ſecundum doctrinā Ancha. & Gaſp.Calderin.quos ad hoc citat Silu. in verb.ſuſpenſio q. 5. verſ. ſi iterum ſuſpenſio: è contra ſuſpenſus à beneficio,non eſt ſuſpenſus ab officio: Ideo poterit adminiſtrare ſpiritualia, ſine irregularitate: Iud. Inq. in uerb. ſuſpenſio.§.vlt.quia talis ſuſpenſio extēditur ad ſola emolumenta beneficij,quę merè temporalia ſunt.glo.in cap.cū Vintonienſis, de elect. Silu. in d q. 5.verſ. Si uero ſit à beneficio: nam celebrare miſſas,uel diuina officia illo in beneficio, à quo quis eſt ſuſpenſus,non inducit irregularitatem: Innoc. in cap. niſi cum pridem,in princ. de renunt. Specul. in d.§. iuxta, tit. de diſpenſat. verſ. Item nota, quòd ſuſpenſus: Sed quia uerbum officium latiſſimum eſt, Ideo ſuſpenſus ab
15 officio non poteſt iuriſdictionem exercere, nec eligere, nec beneficia conferre auctoritate officij, nec pontificalia exercere, nec aliud quicquam, quod ſit fundatum in ipſo officio; ideo contrauenièdo uera naſcitur irregularitas,præterquā in uſu iuriſdictionis temporalis, quæ & ſi pendeat ab ipſo officio,tamē per uſum ipſius non inducitur irregularitas, licet male faciat: Silu.d.q. 5.uerſ.ſi uero ſit ab officio,ex ſententia Abb. ſuſpenſus quoque ab audiendis confeſſionibus celebrando miſſam non fiet irregularis.Specul. d. §. Iuxta,verſ.ſi enim aliquis eſt ſuſpenſus.

Tertia declaratio: Non procedit irregularitas in ſuſpenſione à ſuſceptione
16 ſacramentorum: nam & ſi tali ſuſpenſioni quis cōtraueniat ſacramenta ſuſcipiendo; tamen non efficitur irregularis, cap.ſi celebret,de cler.excom. Silu.ibid. verſ.ſi vero ſuſpenſio.

Quarta declaratio: ſuſpenſus à collatione ſacramentorum,non efficitur irregularis conferendo ea ſacramenta, quæ poſſunt conferre etiam laici, vt baptizare in neceſſitate; ſi tamen id faciat ſine apparatu,& ſine exercitio ſui ordinis,ſed tamquam quilibet laicus, ex ſententia Hoſt.in d.cap.1.de ſent. excom.lib.6.Sil. in uerb.ſuſpenſio.q.3.

Quinta declaratio: ſuſpenſus hac forma,donec pœniteat, vel ſatisfecerit, non fiet irregularis contraueniendo; quoniā hæc ſuſpenſio habet conditionem annexam, quæ uidetur referri in Deum; vnde non poteſt propria dici ſuſpenſio, cū poſſit ſtatim pœnitere: Silu.in verb. irregularitas.q.27.Idem ſcribit Specul.d.§. Iuxta verſ.Item quando dicitur, & verſ. in ſuſpenſis autem diſtinguitur, Tamen Tabien.in verb.irregularitas 4. in princ. & num.4.putat hoc caſu opus eſſe iudicis declaratione, vt euitet irregularitatē.

Sexta declaratio: cum ſit duplex ſuſpenſio, vna reprobatiua, ideſt,qua quis prohibetur ſuum ordinem exercere, al-
tera

tera approbatiua, ideſt quæ differt ad tẽpus ordinum ſuſceptionem, vel beneficij conſequutionem; vt homo probari poſſit magis idoneus; in prima locũ habẽt Regulę ſupradictę: at in ſuſpenſione approbatiua non eſt locus irregularitati: Ideoque ſi ante lapſum tempus, vel celebret, vel beneficium adipiſcatur in tali ſuſpẽſione approbatiua, nullã irregularitatem contrahit; aut ſaltem nõ talem, qualem in alia ſuſpenſione reprobatiua; nã in iſta poſſet Epiſcopus diſpenſare, Spec. d. §. Iuxta. verſ. Item quando dicitur ſis ſuſpenſus, in fin. de quo genere ſuſpenſionis habetur in cap. 1. de cler. peregr. & ibi glo. Innoc. & Abb. col. 3. verſ. Quæro, quia dicit: quo loco probat hoc ſuſpenſionis genus improprium eſſe.

Septima declaratio: Quicumque probabiliter ignorat ſuſpenſum ſe eſſe, non
13 incurrit irregularitatem, ſi contraueniat cap. Apoſtolicæ, de cler. excom. min. ſed & ſi ſciẽter in ipſo actu celebrationis ad memoriam reducatur ipſa ſuſpenſio, qa eo caſu non poſſet deſiſtere à miſſa ſine ſcandalo, nullam incurrit irregularitatem, colligi poteſt ex S. Thom. 3. q. 83. art. 5. Angelic. & poſt eam Silu. in verb. excom. 2. q. 7. & ante hos omnes Hug. in cap. nihil. 7. q. 1.

Octaua declaratio: ſuſpenſio quæ inducit irregularitatem illa eſt, quę infligitur ob crimen; alioqui ſi ob ſolos corporis defectus, vt in illegitimo, bigamo, in fami ſine crimine, cũ iſti iã ꝑ ſe irregulares ſint, & ob id ipſo iure ſuſpenſi, ꝑ executionem ordinum, non incurrunt aliã irregularitatem, Specul. in d. §. iuxta, verſ. in ſuſpenſis à canone, paulo ante fin. Tabien. in verb. irregularitas 4. in princ. ꝙ obſeruari in Curia Rom. probat Spec. eodem loco; Abb. Idem ſcribit in cap. ſi celebret, de cler. excom. min. Angelic. in verb. ſuſpenſio. 3. verſ. pen. Io. And. poſt Innoc. in d. cap. ſi celebret, & in cap. fin. de cohab. cler. Archid. in cap. apoſtolicę, d. 56. Silu. in verb. irregularitas, colu. vlt. Iuditial. Inquiſit. in verb. ſuſpenſio. §. vlt. Et ſecundum hæc debet intelligi, ꝙ dicit Rot. decis, 362. in antiq. ꝙ dicit ſuſpenſum à canone celebrãdo nõ fieri irregul.

Nona declaratio: ſuſpenſio circa vnũ ordinem nominatim facta, inducit irregularitatem contrauenienti, aut adminiſtranti ordines ſuperiores illo, quia etiã illi tacite videntur prohibiti. l. qui indignus. ff. de ſenator. Ant. in cap. vel nõ eſt, de temp. ordin. Tabien. in verb. ordo. 3.
18 ante fin. Sed inferiores ordines non cenſentur prohibiti: Ideo deſeruiendo in illis, nõ incurritur irregularitas cap. ſignificauit, de corp. vitiat. vt citat Sil. in verb. ſuſpenſio. q. 5. verſ. ſi vero ſit ab ordine: Ideo Epiſcopus prohibitus conferre diaconatum, non poteſt conferre ſacerdotium, ſed inferiores conferre non eſt prohibitus: Angel. in verb. ſuſpenſio 3. verſ. aduerte: hinc fit quod ſubdiaconũ, ſuſpẽſus à ſubdiaconatu, poterit cãtare Epiſt. ſine Manipulo, & ea ſola faciẽdo, ꝙ ſolẽt facere illi, qui canũt Epiſ. ſine ordine ſubdiaconali in illis Eccleſijs vbi uiget hæc conſuetudo; nam eo caſu videtur fungi officio minori, quàm ſubdiaconatus, & propterea non fit irregularis: Specul. in d. §. Iuxta, verſ. Quid ſi diaconus.

Decima declaratio: hęc ſuſpenſio hãc notam inducit in ſpiritualibus, alioqui in temporalibus ſi quis adminiſtret quãdo ab illis ſuſpenſus eſt, non fit irregularis: gloſ. in cap. 1. §. & hæc eadem, de ſent. excom. lib. 6. & not. in cap. fin. de exceſſ. prælat. Nam quandoque Reges ſuſpendũtur à ſua poteſtate, & ſic Barones, ſic, & aduocati, & quicumque laici ab eorum officijs cap. quicumque de ſent. excom. lib. 6. vbi Specul. nu. 4. Idem de notarijs, quos ſuſpendere poteſt Epiſcopus ab officio, etiam ſi Regali, aut Imperiali auctoritate ſint creati, Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 10. de Ref. Iſti igitur omnes ſic ſuſpenſi; ſi adminiſtrent non fiunt irregulares: Spec. d. §. Iuxta. verſ. Quid de officijs & verſ. ſeq. Idem de iudicibus eſt dicendũ, unde ſi vicarius Epiſcopi ſit ſuſpẽſus à ſola poteſtate exercendę iuriſdictionis temporalis, contraueniendo non fiet ir-
19 regularis, ex prædictis, & ita intelligo. Silu. in verb. ſuſpenſio. q. 5. verſ. ſi uero ſit ab officio in fin. vnde ſuſpenſus ab eligẽdo; præſentando; nominando, uel prouidendo, aut ẽt beneficia conferendo, ſi cõtraueniat non fit irregularis: Innoc. & Hoſt. in c. fin. de exceſſ. prælat. Cald. in c. ſi celebret, de cler. excom. min. Ancha. in d. c. 1. §. caueant, de ſent. excom. lib. 6. ꝙ intellige, quando iſti actus tẽporales fuerunt principaliter, & expreſſe prohibiti: at quando ſuſpenſus quis eſſet ab ordine illo, unde iſti actus dependent, qui cõtraueniet iſta faciendo fieret irregularis, vt abunde diximus ſupra in 14. extenſione. quod eſt notatu dignum, vt ſuſpenſio tacita plus poſſit inducere irregularitatẽ, quam expreſſa: Et inſuper quod contrauenientes in iſtis temporalibus, non fiãt irregulares, nõ procedet, ſi contraueniãt
20 in contemptum clauium; nam ille contemptus inducit irregularitatem etiam in iſtis temporalibus, vt ſentit. Spec. d. §. Iuxta, verſ. quarto, & diximus ſupra in ſecunda extenſione: & videtur tex. & gl. in c. tanta, in gl. magna circa med. de exceſſ. prælat. & dicemus infra declara 13.

Vndecima declaratio: ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi contraueniat, dũ tamen ibi non celebret, non fit irregularis, Gemin. in d. cap. is cui, de ſent. excom. in 6. Angelic. in uerb. ſuſpenſio. 3. verſ. quid ſi interdictus, ſed ſi in ea celebret ſit irregularis, tex. in d. c. is cui, gl. in c. Epiſcoporum, de priuileg. lib. 6. extra tamen Eccleſiã licite hoc caſu celebrare poteſt: Spec. d. §. Iuxta. verſ. ſi quis ſuſpenditur.

Duodecima declaratio: licet ſuſpenſus ab adminiſtratione tam temporalium, quàm ſpiritualium alicuius Eccleſię fiat irregularis adminiſtrando ſpiritualia: tñ miſſas priuatas celebrando, non fit irregularis; quia non eſt ſuſpenſus ab ordine Abb. in c. ſi quorũdam de ſolut. & ibid. Io. And. Angelic. in verb. ſuſpẽſio. 3. uerſ. Aliquando, & ideo vicarij Epiſcoporũ, & Archid. & ſimiles Eccleſiarum prælati, ſuſpenſi in forma prædicta, debent quidem abſtinere ab omni adminiſtratione, ſaltim ſpirituali, ne fiant irregulares, ſed celebrãdo priuatas miſſas, vt reliqui oẽs ſacerdotes, non fient irregulares; ſecus ſi ſolẽniter celebrent, eadem auctoritate, &
21 loco, quẽ dignitatis adminiſtratio cõſueuit obtinere; quia tunc ea celebratio non ſolũ eſt executio ordinis, ſed ẽt auctoritatis ſpiritualis, ideo fierent irregulares.

Decima tertia declaratio: ſuſpenſus à lectura, uel prædicatione nominatim, contraueniendo non fit irregularis; quia ſunt mera officia diſtincta ab ordinibus ꝓbatur in Clem. cupientes, de pęn Paul. & Calder. Angelic. in uerb. ſuſpenſio. 3. uerſ. 8. Idem dico de ſindicatura, & quauis alia functione publica, vel priuata, vt puta in facultate legitimandi, doctorãdi, & ſimilibus: Spec. in d. §. Iuxta. uerſ. quid de officijs; Iſtis tamen omnibus, ſi depẽdeant ab aliquo ordine, vel dignitate Eccleſiaſtica, vt puta Archidiaconatu, Prioratu, vel Archipresbyteratu: ſeu Plebanatu, ſi ab ipſo ordine ſit ſuſpẽſus iſta faciẽdo, fieret irregularis, vt fuſius diximus ſupra declaratione 10. vel ſi hæc fiant in contemptum clauium, ut ibid. diximus.

Decima quarta, vt ſuſpenſio irregularitatẽ inducat,debet eſſe vere,& formaliter ſuſpenſio,non aũt per accidens;exemplo eſt; ſi quis participet cum excõicato incurrit minorem excõicationem c.excõmunicatos,11.q.3.& conſequens per accidens dicitur ſuſpenſus : quo caſu contraueniens in ſuſceptione, aut collatione ſacramentorum,non fit irregularis: text. clarus in c.ſi celebret, de cler.excõ.min. Io. And.poſt Innoc.in d.c.1.§.caueãt,de ſent.excom. & ibi Nicolaus Dionyſij de Peruſio in prima limit. lib. 6. licet .n. ſit ineligibilis, & inhabilis ad quodcumq; beneficium. Silu.in verb.excõicatio.1.q.1.uerſ.Secunda;nõ tñ fit vere, & proprie irregularis, quia non eſt proprie ſuſpenſio canonis ſed Dei, vt dicit Spec.in d.§. iuxta. uerſ. Item nota, ꝙ ſuſpenſus,& in verſ.in ſuſpenſis à canone:merito nõ inducit irregularitatem , cum ſit ſuſpenſio ſolius Dei,vt ibi ipſe dicit; Canonicũ tamen eſt impedimentum,& maxime plectendum Eccleſiaſtica cenſura: Sil.in d. verb. excõicatio.1.q.1.verſ.ſecunda eſt ;

Decima quinta declaratio: Non inducit irregularitatem ea ſuſpẽſio , q̃ infligit ſacerdos in confeſſione; & foro pęnitentiali; nam licet abſtinere debeat,vt not.in gl.in c.ſi quem,de ſent.excõ.Tamen contraueniendo,nõ inducitur irregularitas , quia nõ reperitur iure cautum : Anchar. in d.c.1.§.caueant, de ſent.excom.lib.6. & ibi Nicolaus prædictus,fallentia quarta:Sed & ideo non inducitur irregularitas,quia illa ſuſpenſio eſt Dei, non hominis , ut diximus in proxima antecedenti declaratione .

Decima ſexta declaratio : Suſpenſio vt inducere poſſit irregularitatem,requiritur quòd ſit Iudicialis,alioqui ſi ſit extraiudicialis,reſoluitur in ſimplex pręceptum de non adminiſtrando , & conſequenter nõ poteſt inducere irregularitatem, ſed ſolum peccatum inobedientiæ : Piſanel in verb.irregularitas, ſecundo §. primo. Ita tradidit Nicolaꝰ Dionyſij de Peruſio, in prædicto §.caueant,fallentia 5. Hodie tamen poſſumus affirmare, ꝙ iudicialis,& extraiudicialis ſunt paris firmitatis,& efficaciæ:& ideo in contrauentione vtriuſq; naſcatur irregularitas arg. eius,quòd decernit Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 1.de Ref.

Decima ſeptima declaratio ; Regula iſta , quòd adminiſtrans in ſuſpenſione fiat irregularis, procedit in ſuſpenſione , quam quis incurrit ipſo iure.i.cum quis ipſo facto eſt ſuſpenſus : alioqui ſi ſit ſuſpendendus adminiſtrando non fit irregularis; videtur tex. in cap.quod tranſlationẽ,de temp.ord.ut ſentit.Silu.in uerb. irregularitas,q.6.ſed ſi huic ſuſpendẽdo addatur præceptum per ſuperiorem, ne adminiſtrare poſſit,poſt tale pręceptum adminiſtrans fieret irregularis, à ſolo Papa diſpenſandus.Spec.in d.§.Iuxta,uerſ. Item ordinatus à non ſuo Epiſcopo: vbi dicit ita ſe habere ſtyllũ Rom. Curiæ:& eſt ratio,quia tale p̃ceptum factũ ei q ſuſpendẽdus eſt, efficit ſuſpenſionem, arg. Conc.Trid.d.ſeſſ.14.c.1.de Ref.

Decima octaua declaratio : Tametſi q̃ſquis in mortali peccato cõſtitutus , ſit à Deo ſuſpenſus: tñ celebrãs in eo pecca-
24 to,nõ fit irregularis,Spec.d.§.Iuxta.uerſ. ſunt quoq;, Archid.in cap.quia ſæpe, de elect.lib.6.quod uerũ eſt,ſecundũ Anch. in c.1.§.caueant,de ſent.excom.in 6. niſi peccatum illud mortale ſit tale , quod ẽt poſt pœnitentiam impediat executionẽ, vt homicidiũ,ſimonia in ordine,hæreſis & ſimilia.not.Hoſt.in cap.niſi.§.propter conſcientiam,de renunt.nam in iſtis peccatis canon addit ꝓhibitionem, ne quis adminiſtret: Anchar.in d.§.caueant:propterea quaſi ſuſpenſionem inducere uidetur, & conſequenter etiam irregularitatem: ſed hodie fere omnia præfata crimina habent excommunicationẽ annexam,vt ſuis locis dicemus,unde inducũt irregularitatem celebranti abſque omni dubio .

Decima nona declaratio; Regula hęc quæ habet quòd adminiſtrans in ſuſpenſione fiat irregularis per ſolum Papã diſpenſandus, procedit ſi irregularitas naſcatur ex delictis manifeſtis : at ſi ex occultis, ſemper Epiſcopus poterit diſpen-
25 ſare duobus caſibus exceptis , uidelicet homicidio voluntario & quando occulta delicta ſunt deducta in iudicio,expreſſim decreuit,Conc.Trident.ſeſſ.24.cap. 6.de Ref.

Vigeſima declaratio : Licet in præfatis pleriſque declarationibus verum ſit, non induci irregularitatem contraueniẽdo ſuſpenſioni:Tamen tunc contrahitur grauiſſima culpa , quæ proxima eſt irregularitati,& eſt canonicum impedimentum, ne quis promoueri , aut promotus exercere poſſit, ſicut reliqua omnia mortalia peccata , ut dicemus poſteriore lib. in tit. de peccato .

Vigeſima prima declaratio:ꝙ ſuſpenſiones iuris,uel generalis decreti,aut mãdati inducant irregularitatem contraueníenti uerum eſt clericis,& gradibus Epiſcopo inferioribus; nam Epiſcopi, & ſuperiores.ſ. Archiepiſcopi , & Cardinales nunquam includuntur in dictis ſuſpen-
26 ſionibus,niſi expreſſim de Epiſcopis mẽtio fiat.c.quia periculoſum,de ſent.excõ. in 6 quo caſu expreſſis Epiſcopis, etiam aliæ ſuperiores dignitates expreſſæ videbuntur in dictis ſuſpenſionibus, ut uidetur eſſe d.c.quia,ubi gl.& contraueniẽdo omnes fient irregulares .

Hoc loco opportunũ uideretur oẽs iuris ſuſpenſiones adferre; ſed quia nimis longa eſſet hiſtoria, & ſuo ordine referũtur à ſummiſtis,præſertim Armil. & Sil. in uerb.ſuſpẽſio,eò lectorẽ reijcio:plenos titulos ſcripſit Spe in Aureo Repertorio in tit.de pœnis Rub.caſus totius iuris in quibus ipſo iure quis eſt ſuſpẽſus, & alia Rub.in quibus eſt ſuſpendẽdus, ſed poſt illum multæ aliæ a iure introductæ ſunt, quas comperies apud præfatos recentiores ;

### *De perſonali interdicto, & ceſſatione à diuinis.*

## CAP. XX.

1 *Interdictum aliud perſonale,aliud locale .*
*Interdicta vniuerſitate , omnes de vniuerſitate ſunt interdicti, quocumque uadant .*
*Interdictis Doctoribus , etiam clerici Doctores ſunt interdicti .*
*Interdicta familia, & clericus de illa eſt interdictus .*
*Interdicto populo etiam abſentes ſunt interdicti & pueri doli capaces, & mulieres .*
2 *Interdictum populi non afficit extraneos præſentes .*
*Vrbini triginta annis durauit interdictum,circa tempora* Martini *IIII.*
3 *Guido Montefeltrius ſedi Apoſtolicæ trigeties bellum geſſit .*
*Interdicto contrauenientes , irregulares fiunt ;*
4 *Interdicti poſſunt tranſire ad aliquam religionem, & ordinari ſine irregularitate .*
*Interdicto uno ordine , cenſentur & interdicta omnia officia quæ ab illo pendent .*
*Interdicto uno ordine, interdicti ſunt etiam ſuperiores .*
5 *Interdicto generali, non eſt interdicta adminiſtratio iurisdictionalium .*
6 *Interdicto clero, nõ ſunt interdicti Regulares .*
*Clericorum appellatio in odioſis nõ extenditur ad Clauſtrales .*
7 *Interdicto ingreſſu Eccleſiæ, celebrans ibi fit irregularis*
*Miſſam audiens tempore interdicti, peccat, ſed non fit irregularis*

ea exerceri non poſſent, ſine irregularitate, ex prædictis.

Poteſt quoq; interdictum conſiderari, an ſit latioribus verbis conceptum, puta, clerum Rom. interdicimus: nam nõ extendetur ad Regulares, vel eorum cõuerſos, tam mares, quàm fœminas; nam
6 in iſtis odioſis clericorũ appellatio, ſolos ſæculares complectitur; non autem clauſtrales: Spec. in cap. ſi canonici, in princ. de off. ordin. lib. 6. Idem erit e contra interdictis Religioſis non cõcludentur clerici ſæculares: Armil. in verb. interdictũ num. 9. ſi præterea ſolus ingreſſus Eccleſiæ clericis ſit interdictus contraueniendo ex eo ſolo ingreſſu non fiunt irregula-
7 res; ſed ita demum ſi celebrent in ipſa Eccleſia, tex. in d. c. Is, cui, de ſent. excõ. in 6. gl. in cap. Epiſcoporum, de priuileg. lib. 6. ſed extra Eccleſiam poterunt celebrare, quia celebratio non uidetur illis fuiſſe interdicta. Spec. in d. §. Iuxta, uerſ. Quid ſi quis ſuſpenditur. gl. in d. c. is cui.

Auditio etiã miſſæ in Eccleſia non inducit irregularitatem tẽpore interdicti; licet ſit peccatum ex communi ſentẽtia, vt per Armil. in verb. Interdictum num. 59. Tamen ſi per modum auctorizationis, ſcilicet ſi prælatus aliquis iubeat celebrari coram ſe, fiet irregularis, quia vtitur ſuo ordine contra interdictum. Idẽ in domino temporali, vel alio laico potẽti, qui celebranti contra interdictum aſſiſtat, defeſionis cauſa; quia claues contemni videntur. c. tanta, de exceſſ. prælat. ſeruata diſtinctione temporum, & ſacramentorum, de quibus in cap. vlt. de ſent. excom. lib. 6. Sed & ſi quis clericorũ non
8 celebret, nec aſſiſtat celebranti, ſed ſolã aquarum benedictionem faciat tempore interdicti in Eccleſia efficitur irregularis, de ſententia Innoc. quẽ refert Armil. in verb. interdictum num. 63. & in verb. benedicere num. 6. Idem & de alijs benedictionibus, cereorum, oliuarum, frugum, paramentorum, campanæ, ita & oleorum, calicum, vel altarium ab Epiſc. conſecratorum; nam fiunt omnes irregulares, qui hæc faciunt. Armil. d. nu. 63. Idem de introductione mulieris in Eccleſiã poſt partum; Idem de benedictione itinerantium ſi fiat in debito habitu, & forma; nam inducit irregularitatem: Armil. ibid. nu. 64. ex ſententia Io. Cald. in d. tract. de Eccleſ. interd. Idem in habente officium Eccleſiaſticum campanarum, nam ſi pulſet fiet irregularis; Armil. Ibid. num. 59. in fin.

Laicorum quoq; congregationes in-
9 terdictæ grauem incurrunt notam contraueniendo; nam ſi congregentur contra interdictum peccãt mortaliter ob inobedientiam, ſed ob hoc ſolum nõ fiunt irregulares: quia prohibitio de qua in c. is qui, de ſent. excom. in 6. exprimit ſolos clericos: Armil. in uerb. interdictum nu. 56. & ſeq. ſic ſi ijdem in illis congregationibus pſallant, vel orent, vel conſultent; ſed ſi diuina myſteria ibi celebrẽt, vel celebrari faciant, fierent omnes irregulares cap. vlt. de ſent. excom. in 6. Immo ſi illæ congregationes ſimplices ſe diuinorum celebratione fierent in contemptum clauium, irregularitatem inducerent cap. tanta, de exceſſ. prælat. arg. Spec.
10 in d. §. Iuxta, verſ. 4. Si vero confraternitates nõ ſint interdictæ, nec generaliter, nec ſpecialiter poſſunt congregari ẽt in Eccleſia nominatim interdicta; vbi poterunt tractare, orare, pſallere ſine irregularitate, & peccato: dũmodo diuina nõ celebrent, vel celebrari faciant: quia ẽt in Eccleſia interdicta quiſque pôt orare ex Gul. ſentẽtia; q̃ p̃oba; Armil. ibi. nu. 57.

Illud tamen prætermittendũ non eſt, quòd interdicta vt effectum ſuum ſortiãtur, debent certam habere verborũ formam; nam nuda pręcepta de non adminiſtrando non inducunt interdictũ: debent. n. hæc, vel ſimilia verba exprimi, Interdico, interdicimus, interdictum declaramus: ita docet Spec. in d. §. iuxta, verſ. quæ aũt dicimus, quæ vera ſunt in generali, & publico interdicto; at in particulari certæ alicui perſonæ faciẽdo, quælibet ẽt extraiudicialis à ſuperiore facta inhibitio, inducit interdictum, ſuſpenſionẽ, & adminiſtrandi impedimentum tã canonicum, vt nulla cuiuſuis alterius ſuperioris licentia poſſit ſuffragari, inuito ipſo, qui inhibuit ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 1. de Ref. & Petr. Anchar. in d. c. ſi canonici inſi. poſt Ioan. Andr. ibi.

Rurſus contraueniendo non dñr interdicti illi, qui agunt contra canonẽ, qui infligit pœnam interdicti, nec quidem ſi edictum Epiſcopi, vel Papæ contineat, q̧ cõtrauenientes ipſo facto ſint interdicti; nam ex hoc ſolo quod cõtraueniant, nec ſunt interdicti, nec fiunt irregulares: Nã & ſi peccent nõ obediendo; tamen interdictum nondum habebit locum, niſi cũ denuntiatum fuerit, ideſt, cũ poſt inobedientiam ſuperior, & declarauerit interdictum, & affigi iuſſerit, & re vera fuerit affixum; & ante hanc affixionẽ celebrantes diuina nullam incurrunt irregularitatem, ẽt ſi edictum continebat, quòd ipſo iure cenſerentur interdicti, vno caſu excepto inijciendo uiolentas manus in clericum, ex Conc. Conſtantien. ſub Mart. V. de quo meminit Archiep. Flor. 3. tit. 26. c. vlt. & expreſſis verbis refert Silu. in verb. excom. 5. verſ. ſciendum ex quarto, & ita etiã refert Armil. in verb. inter dictum num. 21. & 39. Non tamen neceſſe eſt, quòd ad ſingulares perſonas deferatur denunciatio, ſufficit. n. publicatio in loco publico, arg. c. q̧ dicitis diſt. 16. ita quòd ſi Metropolis, & tota ꝓuincia fuerit interdicta, publicatio facta in Metropoli ſufficit, quæ ſi interdicto pareat, oẽs aliæ comprouinciales non poſſunt excuſari, quòd in ipſarum locis denunciatio facta non fuerit. capit. 1. de poſtul. prælat. Armil. uer. interdictum num. 29.

Hæc aũt vera eſſe non poſſunt in ceſſatione à diuinis, quæ & ſi ſit quędam interdicti ſpecies: Tamen ſi quis eo tempore, quo ceſſatio ſit, celebret, ẽt in ipſa Eccleſia in qua ceſſatio obſeruatur, nullam incurrit irregularitatem; Specul. in cap. ſi canonici, in verb. à diuinis, de off. ord. lib. 6. ſed ſi ceſſatio generalis ſit, & ab eo inducta fuerit, qui pôt interdicere, ita comparatur interdicto, quòd contrauenientes fiunt irregulares, vt tradit Archiep. Flor. in lib. de cenſur. & irregular. capit. 89.

Hoc loco omnes iuris caſus afferendi eſſent, quibus interdicti pęna imponitur, ſed quia refert eos Armil. in verb. interdictum nu. 21. eò lectorem reijcio: Illud tñ eſt notandum, neminẽ affici interdicto ex illis caſibus in iure expreſſis, niſi poſt denuntiationem, & niſi in denuntiatione adſint verba interdicti; ut paulo ante diximus.

## *De excommunicatorum irregularitate.*

### CAP. XXI.

1 *Excõicatus quilibet pro irregulari habetur.*
2 *Excommunicatus celebrans fit penitus irregularis, etiam ſi per ignorantiam craſſam.*
*Excommunicatus ab Epiſcopo, ſi celebret fit irregularis, à ſolo Papa diſpenſandus.*
*Irregularitas Epiſcopalis, quomõ fiat Papalis.*
*Excommunicatus minori excommunicatione celebrãdo non fit irregularis.*
3 *Excommunicatus minori excom. eſt inhabilis ad omne beneficium, & ſic quadam ratione irregularis eſt.*

*4 Excommunicatis generaliter communicantes olim fiebant excommunicati: at nõ ſic hodie.*

*5 Excommunicatus adminiſtrans, etiam officia minorum ordinum fit irregularis.*

*Excõmunicatus vtendo ſua dignitate in diſtribuendis officiis diuinis fit irregularis.*

*6 Excommunicatus iubens coram ſe celebrari, fit irregularis.*

*Excõmunicatus ſacerdos, non poteſt dicere Dominus vobiſcum.*

*7 Excommunicatus eſt penitus ligatus, ideo nullum ordinem accipere, uel acceptum adminiſtrare poteſt.*

*Ordines minores non ſunt ſacri, ſed in miniſterium ad ſacros.*

*Excommunicatus exercens minores ordines con muni ſententia, fit irregularis, ſicut eos accipiens.*

*Excommunicatus eſt membrum diaboli, et ideo nihil facere poteſt, nec quidẽ, ut purus laicus*

*8 Excommunicatio eſt maxima omnium cenſurarum.*

*Ordines minores, etiam depoſitionem, & degradationem accipiunt.*

*9 Clericus ſimplex ſuſpenſus, vel depoſitus adminiſtrans, fit irregularis*

*Irregularitas inducitur ab omni eo, quod deijcit promotum, & impedit promouendum.*

*10 Excommunicatus laicus non poteſt intereſſe diuinis, nec ingredi Eccleſiam, nec ſtare prope eam, vt audiat.*

*Clericus excommunicatus, non poteſt cum alijs in choro canere, & num 6.*

*11 Excommunicans durans per annum in excommunicatione, deponitur, & fit ſuſpectus de hæreſi.*

*Excommunicatus ob ciuilia debita, an excuſetur ſi duret poſt annum.*

*12 Contumacia eſt delictum.*

*Excommunicatus conferens beneficia in contẽptum clauium, eſt irregularis; ſicut ſi viſitet, corrigat, benedicat, abſoluat, excõicet.*

*13 Excommunicatum ſe eſſe ignorans, quomodo ſi celebret, fit irregularis.*

*14 Excommunicatum ſe eſſe dubitans ex dubio iuris, an celebrando fiat irregularis.*

*15 Clericum percutere volens, ſi percutiat laicũ, an ſit excommunicatus.*

*16 Miſſam dicens, & recolit ſe eſſe excommunicatum, non tenetur dimittere miſſam, nec ob id fit irregularis.*

*Excommunicato in diuinis miniſtrans, vel coram excommunicato celebrans, an fiat irregularis.*

*Excommunicato tripliciter communicamus ante factum; in facto, & poſt factum.*

*Miſſam dicens permittens ſibi miniſtrari ab excommunicato fit irregularis.*

*18 Excommunicato nominatim à Papa ſi quis coram eo celebret. fit vere irregularis.*

*19 Excommunicatus quilibet videtur irregularis auctori, quia nec promoueri, nec exercere poteſt.*

*20 Miſſam dicens coram excommunicato Epiſcopo, annuens illi pro benedictione, & iube domne benedicere, fit uere irregularis:*

*21 Sacramenta ſuſcipiens ab excommunicato nominatim, fit irregularis.*

*Excommunicationum caſus remiſsiue.*

*22 Excommunicato nil proſunt Eccleſiæ ſuffragia.*

*23 Excommunicatio iure canonico pœna eſt, quæ iure ciuili pœna mortis.*

*Argumentum rectè trahitur ab excommunicatione ad pœnam mortis; & è contra.*

*Excommunicatio quandoque ſolam ſuſpenſionẽ ſignificat,*

CVM cæteris omnibus irregularis
mihi videtur eſſe is, qui excom-
municatus eſt, quandoquidem
non ſola adminiſtratio ordinum, ei in-
terdicta eſt, ſed & omnium ſacramento-
1 rum ſuſceptio, & cum fidelibus partici-
patio; eſt præterea infamis cap. illi. 6 q. 1.
& cap. ſeq. Vnde nec ordinari poteſt, nec
beneficij eſt capax, dum durat excom-
municatio, cap. poſtulaſtis, de cler. excõ.
min. & ibi glo. in verb. Canonice: Qui-
nimmo ſi ordinatus iam ſit, & audeat
ſciens celebrare, vel etiam ignorans ſu-
pinè, fit penitus irregularis, & deponi-
tur; maxime ſi in contemptum clauium,
& Eccleſiaſticæ iuriſdictionis id faciat,
vt expreſsim conſtitutum fuit ſacro ſan-
cto Concil. Antiocheno can. 4. habetur
11. quæſt. 3. cap. ſi quis Epiſcopus dã-
natus: Idque etiam probatur in capit. ſi
quis Epiſcopus in Concilio ead. quæſt. &
de vit. & hon. cler. capit. vt clericorum,
§. ſi quis igitur. Spec. in tit. de diſpenſat.
§. Iuxta. verſ. Item nota, quòd ſuſpenſus:
eſtq;



eſtque irregularitas à ſolo Papa diſpen-
ſanda, etiã ſi ipſa excommunicatio ema-
naſſet à quouis inferiore; quia licet ordi
narius poſſit à ſe excommunicatos ab-
ſoluere: Tamen non poteſt eos abſolue-
re ab irregularitate, quam contraxerunt 4
participãtes in diuinis in ſua excommu
nicatione. gl. in c. latores. de cler. excom.
miniſt. gl. in c. preſbyteros. diſt. 50. quod
expreſſe tradidit Clementinarum uetu-
ſtus interpres Stephanus Troches pro-
uincialis in Clem. dudum. col. 4. uerſic.
Dominus tamen. de ſepult. citat. c. 1. de
re iud. lib. 6. & cap. cum medicinalis. de
ſent. excommun. lib. 6. quia is, qui cele-
brat in excommunicatione uel irregula-
ritate Epiſcopali, reddit eam Papalem,
ut communiter omnes Doctor. conſen-
tiunt.

Hæc autem uera ſunt in maiori excõ
municatione, quæ à Papa, concilio, Epi-
ſcopo, uel quouis auctoritatem habente
emanarit; at non eſt ita in excommunica
tione minori, quam quis contrahit par-
ticipando cum excommunicato; nam
hac minori excommunicatione innoda
tus, celebrando nõ fit irregularis, planus
text. in cap. ſi celebret. de cler. excommu.
min. Spec. in d. § iuxta. uerſ. item nota ꝙ
ſuſpenſus. Nam etſi participans cũ ex-
communicato, ſit ipſo iure ſuſpenſus. c.
excommunicatos, cum duob. ſeq. 11. q.
3. & gl. in d. cap. ſi celebret. & Spec. in d.
5 uerſic. Item nota quòd ſuſpenſus. Tamẽ
iſta ſuſpenſio non efficit, ut celebrans in
ea fiat irregularis, ut probauimus quan
do de ſuſpenſione agebamus, declara.
14. Sed quamuis hæc minor excommu
nicatio ueram irregularitatem non cau-
ſet, efficit tamen canonicum impedimẽ-
3 tum, ne quis licite poſſit adminiſtrare.
d. c. ſi celebret, & ex ea quis eſt ineligibi-
lis, & inhabilis ad omne beneficium, &
dignitatem eccleſiaſticam. Inno. in d. c. ſi
celebret. Silu. in uerb. excommunicatus,
1. q. 1. uerſ. ſecunda.

Eſt autem illud annotandũ, quòd etſi
ueteri iure participantes excommunica
tis quibuſcumque, ipſi quoque excom-
municati eſſent d. c. excõicatos, cũ duo-
bus ſeq. tamen Conſtantienſi Cõcil. ſub
Martin. V. conſtitutum eſt, ex ſola parti-
cipatione cum generaliter excõicatis,
nullam contrahi minorem excommuni
cationem: tũc enim participatio uidetur
prohiberi, quando quis nominatim fue
rit excõicatus, uel quãdo quis uiolentas
manus intulerit in clericum: Iſtis enim
duobus ſolis caſibus participatio indu-
cit hanc minorem excom. ut expreſſum
eſt in dicta conſtitut. quam uigere in ſuo
robore probat Archiep. Flor. in tract. de
cenſ. & irregul. c. 83. in fi. & in Sum. par.
3. tit. 26. in fi. cuius conſtitutionis uerba
refert Silu. in uerb. excommunicatio. 5.
uerſic. ſciendum eſt quarto: Propter a ſi
excommunicetur N. cum ſuis fautorib.
ſoli illi incurrent minorem excommuni
cationem, qui participabunt N. non aũt,
qui participabunt fautoribus. ita ſenſe-
rat Theologus Aſten. lib. 7. quem pro-
bat, ac refert Silu. in d. uerſ. ſciendum eſt
quarto.

Quicumque igitur excommunicatus
adminiſtrabit ea, quæ ex ordinum ſuo-
rum officio pendẽt, ſemper fiet irregula
5 ris, ſiue pendeant ab ordinib. maioribus,
ſiue à minorib. nam pſallẽdo, ut Pſalmi-
ſta, uel legendo, ut lector fieret irregula-
ris, ut fuit ſententia Hoſt. quam pro ue-
riori probat Pan. in c. 2. de cler. excom.
min. Propterea aquam benedicendo, ue-
ſtes, oliuas, fruges, cereos, paramenta,
nuptias, introducendo in Eccleſiam
mulierem puerperam fiet irregularis,
ut abunde diximus in materia ſuſpen
ſionum,

ſionum, extenſione octaua & nona. Sed & ille, qui facit primum chori officium, qui dicit Capitulum, Orationem, Reſpõſoria, uel Lectiones ſemper fit irregularis. Specul. d. § iuxta. uerſic. quid ſi officio diuino: ſed etſi ipſe hæc non faciat, ſed fieri iubeat, diſtribuẽs hæc in choro officij ſui auctoritate, etiam irregularitatem incurrit; quia ſic ordinando exercet proprium officium, ut fuſius dictũ eſt ſupra de ſuſpenſione in 11. extenſione. Omnis enim auctorizatio, quã excõmunicatus facit in officio ſuo, reddit eũ irregularem; utputa ſi iubeat alicui, ut coram ſe miſſam celebret. Abb. in c. fin. de exceſſ. prælat. Silu. in uerb. irregularitas. q. 13. uerſ. quartum. Quinimmo ſi uice alterius auctorizet, uel officium faciat, ſi uidelicet alterius uices gerere nõ poſſe, niſi utẽdo proprio ordine, & officio, ex hoc redditur irregularis. Silu. d. uerſicu. quartum, ſed et ſi intret chorum, & dicat officium cantando & legendo cũ alijs, fit irregularis, glo. optima in c. 1. in uerb. ſicut prius. de ſent. excommu. in 6.

Propterea ſi excommunicatus ſacerdos audeat dicere in officio publico, Dominus uobiſcum, ex hoc fieret irregularis, quia adminiſtrare uidetur officium ſuum; nam etiam ſi dicat domi officium priuatim, nõ poſſet dicere illa uerba, Dominus uobiſcum, arg. 11. q. 3. c. nihil. Sil. in uerb. excommunicatio. 3. uerſ. tertio. & in uerb. Horæ, uerſ. Tertio.

Eſt autem illud animaduertendum, quòd excommunicatio totum inhabilitat hominem, & circa omnia officia, ad differentiam ſuſpenſionis, & interdicti, in quibus cenſuris non totus homo, nec oĩa officia ſunt interdicta ſemper: Nam aliquãdo quodam in loco, quodam tem-
7 pore, quodam in officio deſeruire prohibentur; at excommunicatus, ex quo percuſſus eſt, ubique cenſura eſt innodatus, nullum officium illæſum, aut liberum illi manet. Ideo tam maiores, quàm minores ordines, nec ſuſcipere, nec ſuſceptos ullo modo exercere poteſt, nec ipſum quidem lectoris officium, ut ſonant uerba. d. c. ſi quis Epiſcopus damnatus; & ſcribit Spe. in d. §. iuxta. uerſicu. Quid ſi presbyter excommunicatus: nã etſi minores ordines ſacri non ſint, tamen ſunt in miniſterium ad ſacros. S. Tho. contra gentes, lib. 4 c. 75. Quod miniſteriũ nullo modo competere poteſt ei, qui ab Eccleſiæ corpore eſt præciſus, & membrũ eſſe deſinit: & ideo omiſſã ſentẽtia Gul. quam refert Tabien. in uerb. irregularitas. 4. in princ. & nu. 3. qui dixit excommunicatum miniſtrantem in minorib. non fieri irregularem, magis adhæreo Hoſt. & Abb. in d. c. 2. de cler. excomm. miniſt. qui dicunt contrarium, pro quib. eſt urgens ratio: nam ſi excommunicatus minores ordines accipiat, fit irregularis. c. cum illorum. de ſent. excommun. quod probat Silu. in uerb. irregularitas. q. 13. uerſic. Tertium. Certe idem omnino eſſet, ſi ſuſceptos exerceat; quia tam eſt diuiſus ab Eccleſia ĩ exercẽdo, quàm in ſuſcipiendo; quod confirmatur alia ratione: Nam ſuſpenſio longe minor eſt cẽ-
8 ſura ipſa excõmunicatione, quæ eſt maxima omnium. c. corripiãtur, 24. q. 3. at ſuſpẽſus ab ordinibus, fit irregularis, etiã ſi minores ſolos exerceat, ut diximus de ſuſpenſione in ſexta extenſione, multo ergo magis excommunicatus, qui eſt mẽbrum diaboli, gl. in cap. dilectis. in uerb. ſuſpendendum, paulò ante fin. de appellation.

Qua ratione etiam dixerim, non uerã eſſe ſententiam Spec. in d. §. iuxta. uerſic. Quid ſi presbyter excommunicatus, ubi dicit clericum in minorib. ordinib. conſtitutum,



ſtitutùm, & excommunicatum, ſi legat Epiſtolam in miſſa non incurrere irregularitatem, ea ratione, quòd id facere potuerit ut ſimplex clericus, ſed uitiatus eſſe poteſt codex, ut pro excõmunicatus, dicere debeat ſuſpenſus; qui ſuſpẽſus uere poteſt multa facere miniſteria, ut ſimplex laicus, quia adhuc eſt membrũ Eccleſiæ, ſaltem in ſortem populi, ſicut & cæteri laici; unde ſaluatur ab irregularitate: quia miniſtrauit, ut laicus. At excõmunicatus extra Eccleſiam poſitus, nec in ſortem domini, nec in ſortem populi eſt. Vnde nec ut laicus quicquam poteſt facere in Eccleſia, cuius membrum nõ ſit: Igitur quicquid faciat circa diuina ĩ eccleſiaſticis miniſterijs, Irregularis efficietur; nam cum etiam minores ordines depoſitionem & degradationem accipiant, 11. q. 2. c Epiſcopus presbyter. in fi. & 24. diſt. c. ult. Specul. d. §. iuxta. uerſ. patet ergo ex præmiſſis: ſequitur ut interim, ſicut depoſitus, uel degradatus exercens fit irregularis, ut ſuo loco dicemus:
9 Ita & excommunicatus; nam & ſimplex tonſuratus ſuſpẽſus, uel depoſitus adminiſtrãs fit irregularis per eundem Spec. in d. §. iuxta. uerſ. quid de ſimplici clerico: multo ergo magis in alijs ordinibus ſuperiorib. clericatu. d. c. 2. & 3. de cler. excomm. min. excommunicatio etenim impedit promouendũ, ut iam diximus, & deijcit promotum. d. c. 2. & 3. de cler. excommu. min. unde quicquid deijcit promotum, & impedit promouendum, inducit irregularitatem, ſine diſtinctione maiorum, uel minorum ordinum. Spec. in Aureo Repertorio in tit. de ętat. & qual. Idem Specul. in d. §. iuxta. uerſic. Item omnes caſus, qui impediunt; unde cum in d. c. 3. minores ordines excommunicatus adminiſtrans depoſitione ſit dignus, certe multo magis irregularis efficitur, ne ad altiores aſcẽdat indiſpenſatus, & hanc eſſe communem opinionẽ atteſtatur Abb. in d. c. 2. & ibi. Hoſt. per tex. in c. cum medicinalis. de ſent. excõ. lib. 6. Tab. in uerb. irregularitas. 4. uerſic. Sexta concluſio. Quinimmo à ſolo Papa diſpenſari poterit. Abb. d. c. 2. & in c. clerici, de ſent. excommun. in 6. & probat Silu. in uerb. irregularitas. q. 13. in princ. Nec approbo diſtinctionem circa intentionem excommunicati miniſtrantis, ſ. aut miniſtrauit quaſi exercens ſuum ordinem, aut ut quilibet laicus, quia laicus non poteſt intereſſe diuinis quando eſt excommunicatus, nec ingredi Eccle-
10 ſiam, nec ſtare prope eam, ut diuina officia audiat. c. ꝙ inter. de pœnit. & remiſſ. Imo ne clericus obligatus ad horas, poteſt eas dicere gregatim cum alijs, propter hanc cenſuram. c. nihil. 11. q. 3. & c. omnis. Silu. in uerb. Horę. q. 3. & in uerb. excommunicatio. 3. q. 3. gl. optima in d. c. 1. in uer. ſicut prius. de ſent. excommu. in 6. Ideo bene concluditur, quòd excuſari non poteſt excommunicatus, ꝙ exercuerit minores ordines, quaſi laicus, ex prædictis.

Sed & ſi excommunicatus nullum ordinem exercuerit, ſi tamen per annum in ipſa cenſura obduratus perſeueret, ir-
11 regularis uidetur; nam deponitur. gl. in c. cum bonæ. de ætãt. & qual. ubi text. & Doct. & c. rurſus. 11. q. 3. nam ſi forſan ſit excõmunicatus ob cõtumaciam, citatus ob hæreſim, de qua ſola urgebat ſuſpicio; poſt annum, ut hæreticus damnatur, c. cum contumacia. & ibi. gl. de hæretic. lib. 6. & tradit Iudicial. Inquiſit. in uerb. purgatio. num. 11. quinimmo dũ eſt excõmunicatus ob crimen eccleſiaſticum, inter hæreticos annumeratur, tex. in c. ꝙ autem hi. 4. q. 1. & tametſi Silu. in uerb. excommunicatio. 3. q. 9. pie iudican-

dicando,putet excuſandum eum qui ob
ciuilia debita excommunicatus annum
perſtiterit,ſ.ut propter id non poſſit ſuis
beneficijs priuari, per gl.in c.contingit.
de dol.& contum.in uerb.poteſt. Tamē
ſi conſideremus,quòd ob contumaciam
in cauſa pecuniaria quis fuerit excom-
municatus,quia contumacia eſt delictū,
12 Paul.Caſtr. & Doct.in l.contumacia. ff.
de re iudic. uidetur ex delicto excómu-
nicatus,& conſequenter non ex cauſa ci
uili,ut colligitur, arg. Concil.Trid.Seſſ.
25.c.3.de reform. Ideo lapſus anni, ex
quacumque cauſa fuerit excommunica-
tus, reddit eum irregularem:nam uide-
tur parui facere hanc cenſuram,argum.
c.ſi quis presbyter, 11.q.3.& ideo depo
nendus,ut ibi tex. præterea ut ſuſpectus
de hæreſi poteſt inquiri. Concil. Trid.
d.c.3.in fin. Quò fit ut inter irregulares
ponatur, ſicut reliqui omnes de fide ſu-
ſpecti, de quibus iam dictum eſt hoc
lib.c.17.per tex.in c.infames. 6.q. 1.iñ
fi.niſi omnem diligentiam adhibuerit,
ut abſolueretur, tunc enim ceſſaret ſu-
ſpicio, ſicut etiam contumacia.Iudicial.
Inquiſit.uerb.contumacia.num.3.

Rurſum alio caſu excommunicatus,
qui nullum ordinem exercuit,incidit in
irregularitatem, ſcilicet ſi in contemptū
clauium audeat beneficia conferre:nam
hoc caſu fit irregularis, & nec poſt pera-
ctam pœnitentiam adminiſtrare poteſt.
Spec.in tit.de diſpenſ.§.iuxta.uerſ.quar
to. c.tanta. de exceſſ.prælat. idem ſi alia
officia per eundem contemptum fece-
rit,quæ à ſuo ordine aliquo modo pen-
dere poſſunt: ut uiſitare, corrigere, uel ſi
ipſe alios excommunicet, uel abſoluat,
aut publice benedicat,eadem ratione.

Sed & ille,qui ignorauit ſe excommu
nicatum,tamen dubitauit ſe eſſe, habēs
forſan læſam conſcientiam,uel etiam in
craſſa fuit ignorantia;ſi audeat celebra-
13 re,cum ſe exponat periculo,efficitur ir-
regularis à ſolo Papa diſpenſandus, c.
apoſtolicæ de cler.excommun.min.c.ue
ritatis.de dol.& contum.Spec.in d.§.iux
ta.uerſ.ut autem in hac:cognoſcitur au-
tem craſſa, uel erronea ignorantia, ſi cū
eſſet citatus peremptorie,ſe nō exhibuit
iudici;nec procuratorē miſit, aut ſi quo-
modolibet ſciuit proceſſum cōtra ſe for
mari,nam non proderit illi, quod igno-
rauerit decretum,& ſententiam excom-
municationis;ita Spec.ibi ſcribit.

Dubitans uero ex dubio iuris, an ſit
excommunicatus, ſi audeat celebrare;
non ſemper eſt irregularis: pone caſum,
14 uolo percutere clericum,& laicum per-
cutio.Si ego mente mea dubius ſim, an
inciderim in canonem excommunica-
tionis;& in tali dubio audeā celebrare.
15 pecco. Sed non efficior irregularis, ex
ſententia Ioā.de Lignan.quem ſequitur
Bern.& Innoc.& cum iſtis Fed. de Sen.
conſil.13. ut probat Abb.in c.ſi uero,de
ſent.excommun.Silu.in uerb.excommu
nicatio.6.uerſ.ſciēdum eſt. Quarto.uerſ.
ſecundo.in fi.& eſt ratio, quia in uerita-
te non ſum excommunicatus, quando
percuſſus eſt laicus, & ideo cum in irre-
gularitate conſideretur potius factum,
quàm intentio, irregularitas non naſci-
tur ex celebratione illa, quæ in ueritate
non eſt facta in cenſura excommunica-
tionis: Quòd ſi ad altare accedens nul-
16 lius ſit conſcius culpæ, uel excommuni
cationis;ſed.ī.curſu miſſæ incidit in me-
moriam alicuius culpę,unde adducitur
in cognitionem ſe eſſe excommunicatū;
nec tenetur dimittere miſſam, nec ex il-
la celebratione fit irregularis. Silueſt.in
uerb.Euchariſtia.2.q.7 poſt Hug.in cap.
nihil.7.q.1. quia hæc uidetur probabi-
lis ignorantia,quæ excuſat celebrantem
inno-



innodatum hac cenſura d.c.apoſtolicæ.
de cler.excommun.min.

Illi uero excommunicati, qui præten-
dunt ſe nulliter,uel iniuſte fuiſſe excom
municatos,ſi celebrent etiam ſine contē-
ptu fiunt irregulares tam in foro iudicia
li,quàm conſcientiæ, niſi forte ſententia
excommunicatoris cōtineret expreſſum
& euidentem errorem,ut plene per Bor
gal.de diſpenſ.part.6.tit. de cleric.excō.
num.17.18.19.

Hæc de ipſis excōmunicatis; ſed ma-
ior dubitatio eſt in illis, qui nominatim
excommunicato celebranti miniſtrant,
aut patiuntur, dum celebrant ſibi mini-
ſtrari à nominatim excommunicato: In
qua re illud præmittēdum eſt, quòd par
ticipans in diuinis cum nominatim ex-
communicato, etiam ipſe fit excommu
nicatus minori excommun. ita quod fit
ineligibilis,& inhabilis ad omnia benefi
cia,& eccleſiaſticas dignitates, & ſacra-
menta ſuſcipienda, quod ſatis ſonat in
irregularitatem,ut diximus in princ.hu
ius cap. Rurſum præmittendum eſt,
quòd tripliciter quis participare dicitur
cum excommunicato in crimine, ſ.ante
17 factum,poſt factum,& in ipſo facto, ut
docet Silu.in uerb.excommunicatio.8.
§.ſciendum eſt tertio. Ideo qui partici-
pat excommunicato in eo facto,& crimi
ne per quod excommunicatus fit irregu
laris, ipſe participans fit etiam irregula-
ris per ſocietatem delicti.cap nuper. de
ſent. excommunicat. gloſ. in capitu. ſi-
gnificauit.de ſentent.excommunicat. &
comprobatur.in cap.ſecundo. de apoſt.
Nam qui rebaptizat fit excommunica-
tus,& irregularis, & qui ei miniſtrat ean-
dem contrahit cenſuram, ut ibi, & hoc
uidetur placere Specul.in tit.de diſpenſ.
§.iuxta.uerſic. ut autem in hac: & ean-
dem ſcilicet ſententiam, quod mini-
ſtrans nominatim excommunicato ce-
lebranti, uel celebrans permittens ſibi
miniſtrari ab huiuſmodi excommunica
to, fiat irregularis, expreſſim ſcripſit Ar
chiep.Flor.in tract.de cenſ. & irregul.c.
87.paulò ante fin.cuius ſententię potius
ſubſcribo, quam Ioā. Andreæ qui dixit
contrarium in addit.ad Specul. in d.§.
iuxta.ad uerſ.ut autem in hac:nam citat
illum text. in dicto cap. is qui. de ſent.
excomm.lib.6. ubi text. loquitur de ce-
lebrāte coram excommunicato, qui per
talem præſentiam non miniſtrat cele-
branti, nec miniſtratur ei:unde cum ſit
leuius crimen, quam miniſtrare excom-
municato celebranti; uel pati ſibi mini-
ſtrari ab excommunicato, ut patet ad
ſenſum,ideo glo in d.cap.is qui, melius
ſenſit in contrarium eius quod ſentit Io
ann. Andr.prædicto loco Et ideo conſe-
quitur, ut in prædictis primis caſibus
contrahatur irregularitas, at in iſto ca-
ſu celebrando, ſcilicet coram excom-
municato,non contrahatur, iuxta uerba
dicti capit. is qui. incurrit tamen ma-
ximum crimen irregularitati proxi-
mum: Nam ex eo quod ad diuina offi-
cia, quis admittit excommunicatum pu
blice, fit ipſe quoque excommunicatus
capit. Epiſcoporum. de priuileg. libro
ſexto, non ſolum minore excommuni-
catione, quaſi in oratione participans
excommunicato, ſed etiam maiori, ex
illo canone poſſet excommunicari: pro-
pterea ſicut, & cæteri excommunicati,
ita hic quoque multam contrahit macu
lam proximam irregularitati, per gloſ.
in dicto capitul.is qui. nam ex iſta cele-
bratione perdit ius ingrediendi Eccle-
ſiam.unde ſi poſtea in hac cenſura cele-
bret,fiet etiam uere irregularis,ut tradit
glo.in d.c.Epiſcoporum. in uerb.ingreſ-
ſum.

Quę

Quæ omnia procedunt in excommu
nicatione fulminata ab inferiore à Pa
pa;alioqui excommunicato nominatim
à Papa,ſi quis communicet, diuina offi-
cia celebrando coram eo,fit uere excom-
18 municatus, & irregularis, text. & ibi
Abb.in c.ſignificauit.de ſent.excommu.
Specul.in d.§.iuxta.uerſic. quod autem
dixi; cui ſententiæ omnes ferè conſen-
tiunt,ut atteſtatur Silu. in uerb. excom-
municatio.7.uerſic.ſexta,& eſt ratio, qa
19 excommunicatus durante excommuni
catione ponitur inter irregulares, quia
nec ꝓmoueri poteſt,nec promotus exer-
cere,ut dixi in princ. huius c.ideo & hic
celebrans coram excommunicato à Pa-
pa, cum fiat excommunicatus,nec pro-
moueri,nec exercere ſuos ordines ulte-
rius poterit; donec abſoluatur; quæ res
parum differt ab irregularitate, ut dixi-
mus in princ. huius operis in Reg. 15.
Præterea dico, quòd ſi quis corã Epi.
ſcopo nominatim excommunicato cele-
bret, & in benedictionibus annuat illi,
20 quaſi ab eo auctoritatem benedicẽdi ac-
cipiat, ut fieri ſolet,gl.in uerb.benedice-
re diſtin.95.cap.ecce.& docuit Nicol.I.
Papa in epiſtola ad Michaelem Impera-
torem dico effici irregularem, nam hoc
eſt participare in delicto cũ excommu-
nicato,qui dando tales benedictiones ef
ficitur irregularis. Abb.in c.fin.de exceſſ.
prælat.& diximus aliàs in materia ſuſpẽ
ſionum,in nona extenſione.Vnde & Epi-
ſcopus,& hic ſacerdos, qui ab eo bene-
dictionem ſuſcipit in miſſa,eadem nota
ũruntur.quia eiuſdem delicti participes
ſunt,& eſt gl.in clem.Archiepiſcopo, in
uerb.celebrari, de priuileg. & poſt eam
etiam Petr.de Ancharan not.3.Et ex ijs
conſtare poteſt,quòd quiſquis ſciens au
dit diuina officia, miſſam,uel ſuſcipit ſa-
cramenta ab eo, qui eſt excommunica-
tus nominatim, ipſe quoq; efficitur ex-
communicatus, & incapax omnium ſa-
cramentorum,& ordinum,& ſic ad ean
dem irregularitatem pertinet, iuxta pre-
miſſa.
Hoc loco opportunum eſſet ſingulos
excommunicationum caſus adſcribere,
Sed quia nimis longa eſſet relatio, & fe-
re omnes retulit Armill. nouiſſime poſt
Silu.& Archiep. Florent. & præ cæteris
fuſius,& accuratius Nauarr. in ſuo Ma-
nuali & catecheſis Neapolitan. quæ etiã
eas enarrat, quæ ſunt extra corpus iuris,
ad eos lectorem reijcio. Admoneo tamẽ
pium quemque lectorem,ſtudere quàm
diligentius poſſit,ne ulla excommunica
tione iuris,canonis, uel iudicis illaquea-
ri ſe permittat; nam nil eſt illa diſcrimi-
noſius animæ,quoniam ob eam,nil ei ꝓ-
22 deſſe poſſunt Eccleſiæ ſuffragia.cap. om
nis.11.q.3.fit enim membrum diaboli,
qui ipſa eſt innodatus. glo.in d.c.dilecti.
eſt quæ omnium pœnarum quas Eccle-
23 ſia infligere poſſit, maxima. c.corripian
tur.24.q.3.Quę enim iure ciuili mortis
corporalis pęna eſt, ea iure canonico eſt
excommunicatio,& tanto maior, quan-
to plus eſt animam occidere,quàm cor-
pus;nam ab una harum pœnarum ad al
teram trahi argumentum poteſt. Abb.
in c per uenerabilẽ.colum.3. qui fil.ſint
legitim. & ideo ſi canones excõmunica-
tionem comminantur alicui delicto,po
teſt & princeps etiam mortem corporа-
lem comminari, aliquando tamen excõ
municatio ſolam ſuſpẽſionẽ ſignificat.c.
quicquid.1.q.1.& ibid.glo.diſt.23.c.ec-
cleſiaſtica,cum gl.& Doct.Diaz praxi ca-
non.c.33. & eo caſu circa irregularitatẽ
erit tractandum ſicut tractauimus aliàs
de ſuſpenſionibus.

De



*De depoſitis, vel degradatis.*

## CAP. XXII.

1 *Depoſitus, & degradatus quomodo differant.*
*Clerus in primitiua Eccleſia Catalogo adſcribebatur.*
2 *Degradatio quomodo fiat.*
*Degradatio in foro ſæculari æquiualet ſeparationi animæ à corpore*
*Degradatus eſt pluſquam irregularis.*
3 *Depoſitus eſt irregularis indiſpenſabilis dicendo miſſam, imo & non dicendo, ſi uerba conſecrationis proferat animo cõſecrandi extra miſſam.*
4 *Ordines minores recipiunt depoſitionem.*
*Depoſitus perpetuo manet depoſitus.*
*Aaron fuit depoſitus ſed poſtea reſtitutus.*
*Depoſiti multi inſignes reſtituti ſunt.*
*Depoſiti reſtitutio ad ordines per ſolum Papã fit.*
*Depoſitus Epiſcopus, uel Cardinalis quomodo reſtituatur.*
5 *Depoſiti reſtitutio ad beneficium requirit cõſenſum patroni*
6 *Depoſitus reſtitutus ad ordines non intelligitur reſtitutus ad beneficia, & reſtitutus ad beneficia, non intelligitur ad prælaturas.*
*Depoſitus reſtitutus ſimpliciter, non cenſetur reſtitutus ad ordines, uel beneficia, ſed ad ſolã communionem.*
*Depoſiti reſtitutio non ſuffragatur ſi fuerit degradatus.*
*Depoſitio quandoque pro ſuſpenſione accipitur.*
8 *Depoſitio à certo ordine, includit omnes ſuperiores.*
*Epiſcopus depoſitus à Põtificalibus, ſacerdotalia exercebit.*
*Depoſitio, ſeu degradatio non aufert characterem*
9 *Degradatus conſecrans uere conficit.*
*Epiſcopalis conſecratio non imprimit characterem & tamen Epiſcopus degradatus, ſi quid facit efficaciter facit.*

DEpoſitus, & degradatus eo ſolo
differunt, quòd depoſitio fiat
uerbis tantum,Degradatio ue
ro etiam actu. Nam cum Eccleſia decla
1 rat aliquem à clero excluſum eſſe, ex
hoc dicitur depoſitus, quia in clericorũ
numero ulterius non habetur;primitiua
enim Eccleſia uniuerſum clerum Cata-
logo inſcribebat, a quo ſi quis deponen-
dus erat delebatur, ut conſtat Concil.
Agathenſi,can.1.& ſcripſit Hug. & Ar-
chidiac.in c.contumaces.diſt.50.ut aper
te conſtat ex S.Aug.Epiſt.137. habetur.
c.nemo.2.q.1.At dicitur degradatus,qñ
2 actuali quadam retrogradatione ordi-
nes quos ſuſcipit clericus, contrarijs q-
buſdam modis ei uiſibiliter auferuntur,
c.degradatio. de pœn.lib.6. & hoc mo-
do hæc inter ſe differre conſtat, Concil.
Trid.ſeſſ.13.c.4.de reformat.Differunt
etiam quia depoſitio ſignificat tantum
honoris,& dignitatis priuationem;at de-
gradatio in foro Eccleſiæ idem ualet,
quod in foro ſæculari ſeparatio animæ
à corpore.Ioan.Andr.& Doct.in c.ut in-
quiſitionis.colum.1.de hære.in 6.refert
Felyn.in c.in nonnullis. de Iudæis.uerſic.
in gl.fin.
Quiſquis igitur depoſitus,uel degra-
datus eſt, hoc ipſo efficitur irregularis;
nam nec promoueri poteſt ad alios or-
dines, nec quos olim ſuſceperat exerce-
re; quandoquidem licet character, qui
indelebilis,eſt, maneat: tamen perditur
omnis facultas eum exercendi: Ideo ſi
auſus fuerit miniſtrare, ꝗ depoſitus eſt,
fieret etiam noua irregularitate adeo il-
laqueatus, ut nec poſt peractam condi-
gnam pœnitentiam poſſet diſpenſationẽ
obtinere,c.accedens.diſt.50.ſed etſi miſ
ſam non audeat dicere, ſed Euchariſtiã
conficiat ſine miſſa; efficitur etiã denuo
irregularis.Anton.Flor.in tract.de cenſ.
cap.87.Quinimmo etſi non adminiſtret
ullum ordinem,ſed confugiat ad princi
pem ſæcularem,eo ſolo fiet longe magis
irregularis amiſſa omni ſpe reſtitutio-
3 nis,ſeu diſpenſationis.c.ſi quis à ꝓprio,
21.q.5.qui canon exceptus eſt à ſacro
Con-

Concil. Antiocheno c.12. Idem proba
tur in c.ſi quis Epiſcopus. ead.q.5. Quæ
4 uera ſunt non ſolum in ipſis maiorib. or
dinib.ſed etiam in minoribus, nam &
minores ordines depoſitionis pœnam
aliquando recipiunt. Abb.in c.cum non
ab homine.colum. 1.de iudic.uerſ.nota
de ratione,citat.c.2.de cler.excommun.
min & Specu.in titu.de diſpenſ.§.iuxta.
uerſ.quid ſi diaconus.& uerſ.ſeq.de qua
re eſt tex.in c.Epiſcopus preſbyter.11.q.
3.& diſt.24.c.ult.

Vnde hæc cenſura in Eccleſia militã-
te grauiſſima putatur;nam qui ſemel de-
poſitus ſit,perpetuo depoſitus manet;gl.
in c.ſi lapſis.diſt. 50.quã citat, & probat
Dec.in cap.at ſi clerici. in not.5. de iud.
Hoc enim Regulare eſt, ut depoſitus ad
clerũ redire,& reſtitui non ſoleat. ca.qui
ſemel, & c.preſbyterum. & c.peruenit.
diſtin. 50.quod & iure ciuili probatur.l.
quicumque. C.de Epiſco.& cler. quin ſi
redierit ad beneficia,a quibus fuit depo
ſitus, traditur perpetuo in monaſterio,
etiam ſi ſit Epiſcopus d.l.quæ tamen nõ
adſtringit, niſi Eccleſia ſequi uelit huiuſ
modi ciuilem legem.

Quandoque tamen diſpenſatio poſt
peractam pœnitentiam,in uerbali depo
ſitione obtineri poteſt,ſ.ut in clero com-
munionem recipiat, ſed non ordinum
executionem.d.c.accedens. quandoque
etiam ut exercere poſſit,ſi Papæ id expe-
dire uidebitur.Nam olim Aaron Idolo-
latriæ reus, Exod.c.32.reſtitutus eſt, ad
adminiſtrationem ſacerdotij cap.ſi poſt.
diſt.50 ſed & in nouo teſtamento multi
à gradu ſuo depoſiti, poſt pœnitentiam
condignam reſtituti ſunt, quos Gratia-
nus commemorat. in c.Ioannes.diſt.50.
Nam & Athanaſius cenſuerat illos Epi-
ſcopos, qui uere conuerterentur ab A-
rianis,ad fidẽ catholicam reſtitui poſſe,
aſſentiẽtibus Macedoniæ,& Achaię Epi
5 ſcopis uniuerſis; cui ſubſcribit Baſil.in
epiſt.75.ad Neocęſarienſes, ſed hæc re-
ſtitutio, non niſi a Papa fieri poteſt. Ar-
chid.in c.clericus 2.diſt.46.glo.in c.con
tumaces,diſt. 50.in fi.præſertim,ſi ſolen-
niter ea depoſitio facta fuerit, ideſt cum
cauſæ cognitione, & in publica ſenten-
tia:quandoquidem,licet Epiſcopus ipſe
clericum depoſuerit. tamen reſtitutio à
Papa fieri debet. Archid. in d.c.contu-
maces. Angelica in uerb. degradatus.
uerſ.ult.Silu in uerb.degradatio. uerſic.
ultim.quod procedit in legitima,& iuſta
depoſitione;alioqui ſi iniuſta fuerit, Idẽ
Epiſcopus, uel ſaltim Metropolitanus
reſtituere illum poſſet,cum innocens re-
pertus fuerit; uideretur enim eo caſu po
tius ſententiæ correctio, quàm diſpenſa
tio,ut probari uidetur d.cap.Epiſcopus
preſbyter 11.q.3.

In maiorib. uero dignitatibus, à qui-
bus depoſitio per Papam fit, abſq du-
bio reſtitutio fieri debet per eundem, &
eadem fere ſolennitate, qua prima colla-
tio dignitatis facta fuerat;utputa ſi depo
ſitus fuerit Eṗs uel Cardinalis deberet
conſiſtorialiter reſtitutio fieri, ut cõtigit
ſub Leon. X. Bernardo Card. S. Crucis
in Hieruſalẽ,& Federico Card. S.Theo-
dori,quos cum Iulius II. ob ſchiſma de-
poſuiſſet ab ipſo Cardinalatu.Leo ipſos
reſtituens priſtinę dignitati iuſſit id con
ſiſtorio fieri;nam habitu & tonſura mo-
re ſimplicium ſacerdotum, conſiſtoriũ
ingredientes ibi purpureas ueſtes recę-
perunt, ut ſcribit Borgaſ. qui rei ipſi in-
terfuit.de diſpenſa. part.6.tit.de ſchiſm.
in fin.

In illis igitur, qui legitime depoſiti
ſunt, reſtitutio facta, multas recipit In-
terpretationes, nam ex Conc.Trid.ſup-
ponit conſenſus eius,qui depoſuit, ſicut





in reſtitutione ſuſpẽſi,uel interdicti, ſeſſ.
14.c.1. de reform. ita quando à benefi-
cio depoſitio facta eſt, reſtitutio ſuppo-
nit conſenſum patroni, Abb.in c.ex trãſ-
miſſa.q.ult. de renunt.quo inuito reſtitu
tio non ſuffragaretur, ut ibi. Reſtitutio
6 quoque facta ad ordines,non extendere-
tur ad beneficia,& Reſtitutus ad benefi-
cia, non intelligitur reſtitutus ad præla-
turas,uel dignitates,& ſimpliciter reſtitu
tus,nõ intelligitur ad ordines,uel benefi
cia,ſed ſolum ad communionem in cle-
ro.Abb.in c.litteras. col.2. ad fin.de fil.
preſby. & reſtitutus uel diſpenſatus ſup
depoſitionẽ,non cenſetur reſtitutus, uel
diſpenſatus ſuper degradatione. Hoſt.
quem refert Zab.in c.ad falſariorum.de
crim.fal.& probat Borgaſ.de diſpẽſ.p.2.
q.10.de interpret.diſpenſ.num.27.

Aliquãdo uero depoſitio ab una, uel
certis aliquib. ordinib. per Epiſcopum
7 fit,quo caſu,illud uerbum depoſitio, po
tius ad ſuſpenſionem, uel interdictum
pertinere uideretur;quoniam ille adhuc
maneret in clero,cum facultate admini-
ſtrãdi illos ordines,a quib.nõ eſſet depo
ſitus, unde dicerem ipſum Epiſcopum
hunc poſſe reſtituere,& à Papa longe fa-
cilius ſperandum, eiſdemque modis re-
integrari,quibus ſuſpenſi, & interdicti.
In qua re illud eſt animaduertendum,
8 quòd depoſitio hæc facta a certo ordi-
ne, includeret omnes ſuperiores; at infe
riores illi non prohiberentur, l.qui indi-
gnus.ff.de Senator.Anton.in cap.uel non
eſt.de temp.ordin. Tabien in uerb.ord.
3.ante fin. Ideo ſi Epiſcopus ab Epiſco-
patu uel Pontificalibus deponatur,ſacer
dotio, & alijs inferioribus fungi poterit.

Eſt autem illud non pretermittendũ,
quòd nulla depoſitio, uel degradatio,
9 delere põt characterem iam impreſſum;
& ideo etiam degradatus conſecrando
perficiet ſacramentum. S. Tho.3.q 82.
ita quòd etiam ſi extra celebrationẽ miſ-
ſæ uelit conficere corpus Chriſti, ex hoc
ſolo facto incurrit nouam irregularitatẽ.
Archiep. Flor.in trac.de cenſ.& irregul.
c.87.uerſ.2.nota,& ſupra diximus.

Quinimmo,licet in Epiſcopali conſe
cratione non imprimatur character, tñ
nec per depoſitionem, nec degradatio-
nem (conſecrationis eius reuerentia) illa
amitti poteſt. S.Tho.4.diſt.25.q.1.art.
ult.Vnde fit,ut quæ faciet Epiſcopus de-
gradatus,ob reuerentiam cõſecrationis,
facta dici poſſint,ut ea quæ ſacerdos de-
gradatus facit.

Hoc loco opportunum eſſet adſcribe-
re omnes caſus,in quibus ipſo iure depo
ſitio infligitur,uel in quibus quis eſt de-
ponendus;uerum quia nimis longa eſſet
enarratio,lectorem reijcio ad glo 15.q.
8.in ſumma.in uerb.de ultima. & longe
uberius tradit Specul. in Aureo Reper-
torio,in tit.de pœnit.in Rub.caſus totius
iuris,in quibus promoti deijciuntur, &
deponuntur. Depoſitionis autem mate-
riam fuſius tradit Abb.in c.cum non ab
homine.de iudic.

## *De loco,in quo diuina exercentur.*

## CAP. XXIII.

*1 Miſſa ſacrificium,& a ſacerdote, & ab Epiſco-
po in ſacro loco fieri debet.*
*Sacra loca dicuntur, cum Epiſcopi manu ſa-
crata ſunt, niſi Epiſcopus fuerit excommu-
nicatus.*
*Oratoria ad diuinum cultum deputari per or-
dinarios debent ut ibi miſſa dici poſſit.*
*Altare portatile requiritur, ut miſſa dici poſ-
ſit.*
*2 Miſſam dicens ſine altari conſecrato, depo-
nitur.*
*Altare erigens ſine manu Epiſcopi, degrada-
tur.*

3 *Miſſa in mari nullo modo dici poteſt, nec in ullo flumine.*
4 *Miſſa in priuato, nec a ſacerdote, nec ab Epiſcopo dici poteſt.*
5 *Stanislaus Card. & Epiſcopus Varmien inuehitur contra faſtum, & ignauiam eorum, qui in priuato loco celebrari faciunt.*
*Ordines ſacri conferri non poſſunt, niſi ſacro loco*
*Epiſcopalis conſecratio ubi facienda.*
*Archiepiſcopi & Primates in propria Eccleſia conſecrandi.*
6 *Papa conſecrandus ubi reperitur Electus.*
*Curia ibi eſt ubi Papa.*
7 *Papa conſecrari non poteſt loco interdicto, nec ibi eligi.*
*Loco interdicto celebrans, fit irregularis, ita & in qualibet ſacramentorum adminiſtratione*
*Loco interdicto ſolus baptiſmus, & pœnitentia adminiſtrantur.*
*Ordines minores priuatim conferri poſſunt in Eccleſia interdicta.*
8 *Sepultura conceſſa loco interdicto inducit excommunicationem; idem ſi perſona ſit interdicta.*
*Interdictum ceſſat quatuor feſtiuitatibus anni*
*Loco interdicto nec hora, nec alia eccleſiaſtica publice tractari poſſunt.*
*Loco interdicto, nec benedictiones frugum, nuptiarum, aut introductio mulieris poſt partũ fieri poteſt.*
9 *Loco interdicto nõ ſolum fiunt irregulares, qui ſacerdotalia exercent, uerum etiam ſuperiores permittentes.*
*Irregularitas etiam ex alieno facto incurritur.*
*Interdictum, vt afficiat quot requirantur.*
10 *Locus pollutus ſi in eo quis celebret, non inducit irregularitatem.*
*Loco aliquo ſi mandet Epiſcopus, ne quis ibi celebret, contraueniens non fit irregularis.*
*Loco interdicto contraueniens incurrit irregularitatem. non autem peccatum mortale.*
*Epiſcopi titulares nuſquam propria auctoritate pontificalia poſſunt exercere.*
*Epiphanij, & Ioannis Chryſoſtomi diſcordia unde orta.*
11 *Epiſcopus in loco exempto, infra ſuam diœceſim pontificalia exercet, ſed non iuriſdictionalia.*
*Notorium non tribuit iuriſdictionem in loco exempto.*
12 *Epiſcopus poteſt punire delinquentes in loco exempto, quando delictum habet annexam excommunicationem.*
*Epiſcopus in aliena diœceſi, nil pontificaliter exercet.*
*Prælati omnes, quibus datur priuilegium minores ordines conferendi, non niſi in propria Eccleſia id poſſunt.*
*Cardinales ſuo iure minores ordines conferre poſunt, ſed non niſi in proprijs titulis.*
*Altari Sancti Ioannis Lateran. ſolus Papa poteſt miſſam dicere, idem in Altari Sancti Petri.*
*Loco, in quo Epiſcopus celebrauit, per totam illam diem, nemo alius admittitur ad celebrandum.*
13 *Hæreſis Alexandrinorum putabat, non licere vltra vnam miſſam in qualibet Eccleſia dicendam fore.*
*Miſſæ plures non ſunt niſi vnum ſacrificium.*
*Veſtes, quibus miſſa dicitur, non ſunt deferendæ extra Eccleſiam.*
*Sacerdos celebrans Epiſcopo præſente, benedictionem dare non poteſt.*
*Benedictio ſacerdotalis aufert peccata venialia.*
14 *Legatus rediens à legatione ceſſat benedicere, ſtatim cum peruenit ad ciuitatem, vbi reſidet Papa.*
*Rodulphus Cardin. rediens à legatione Apuliæ populum Viterbien. benedixit, vbi Papa Clemens reſidebat.*
*Epiſcopatus non poteſt erigi infra terminos alterius Epiſcopatus, inuito Epiſcopo proprio.*
15 *Epiſcopi duo eſſe non poſſunt eiuſdem ciuitatis, niſi vno caſu, vt hic.*
*Græci, & Latini ſacerdotes in eadem Eccleſia vtrique celebrare non ſunt permittendi.*
*Epiſcopatus diuidi poſſunt, ratione maioris commoditatis.*
*Epiſcopatus vniri poſſunt propter nimiam vicinitatem.*
16 *Patriarchæ fiunt in magnis prouincijs, vel regionibus.*
*Archiepiſcopi, & Primates fiunt in prouincijs.*
*Epiſcopi fiunt ad celebres ciuitates.*
*Peregrini, & incogniti non permittuntur celebrare.*
*Peregrinari non congruit ſacerdotibus.*
17 *Prædicare non permittuntur incogniti regulares, vel ſæculares.*
18 *Irregularis quis eſt vno, non in alio loco.*
*Sepeliens excommunicatum, ipſe quoque excommunicatus eſt, & hodie etiam irregularis.*

*Sepul-*



*Selputura cui generi perſonarum prohibeatur.*
19 *Sepeliens raptorem Eccleſiarum, priuatur ordinibus, & beneficio.*
*Monachus habens peculium, vel illud non reſignans in articulo mortis, ſepeliri non poteſt*
*Sepeliri non poteſt mortuus in peccato mortali.*
20 *Duellantes non ſunt ſepeliendi.*
*Tutorem Clericum nominantes ſepeliri nõ poſſunt.*
21 *Laici in Eccleſia ſepeliri non debent.*
*Valentinianiſtæ hæretici negant vllum mortuũ ſepeliendum eſſe in Eccleſia.*

MAgnum quid continet ipſa loci conditio in diuinis myſterijs peragendis; Geneſ. capit. vigeſimo octauo, & Exod. capit. 3. Propterea multæ quoque irregularitates, ſeu canonica impedimenta, ob locum
1 ipſum incurrere poſſumus: Nam miſſæ ſacrificiũ, nec ab Epiſcopo, nec à ſacerdote in priuato loco celebrari poteſt: & non niſi in ſacro, Deuter. capit. duodecimo, & de conſecr. diſt. prima cap. ſicut, & capit. miſſarum: clarius Conc. Laodic. capit. quinquageſimo octauo. Sacra autem loca dicuntur, quæ vel Epiſcopi manu conſecrata ſunt, iuxta formam pontificalis, vt dict. capit. ſicut: vel benedicta ſunt per ſimplicem aquæ aſperſionem, cum oratione; gloſ. in capit. nemo Eccleſiam: de conſecrat. diſt. 1. quo ex textu conſtat, depoſitionem, ac deſignationem cum Crucis infixione facere locum Sacrum; vnde fit, quòd & ſi locus nondum ſit conſecratus, quoniam tamen ad diuinum tantum cultum deputatus eſt, in eo diuina myſteria exerceri poſſunt, ſi per ciuitatis ordinarios in oratorium conſtituatur. Cõcil. Trident. ſeſſ. 22. in decreto de obſeruandis, & euitandis in celebratione miſſæ; Ideo non cuique, prout lubet, oratoria ſibi conſtituere permiſſum eſt, neglecta ordinarij licentia. cap. quicumque, 16. q. 1.

Sed & ſi Eccleſia, aut quilibet locus conſecretur, aut benedicatur ab Epiſcopo notorie excommunicatus; nemo poteſt ea in Eccleſia, aut loco celebrare, nec quiſquam ſepeliri: Hoſt. & Pan. in cap. Conſuluiſti, de conſecr. Eccleſ. vel alt. quos aprobat Silueſt. in verb. Conſecratio. 2. verſ. Quintus, & verſ. ſexto quęritur.

Rurſum non omnis ſacer locus, etiã diuino cultui deputatus, ſtatim aptus eſt, vt in eo miſſa celebretur; nam ſaltim altare conſecratũ requiritur chriſmate perunctum, & per manus Epiſcopi; Ita quòd ſi ſine altari conſecrato quis celebrare auſus fuerit, deponi debet ab officio, & beneficio, Cardin. in cap. fin. de celebr. miſſ. vt refert Diaz in praxi canon. cap. 32.

Quinimmo clericus aut presbyter, qui ſponte altare erigit, omiſſa Epiſcopi manu degradatur capit. presbyter 2. de conſecr. diſt. 1. merito cum hæc culpa adminiſtrantis ſine altari conſe-
2 crato per Epiſcopum, inducat depoſitionem, & deijciat iam promotum, conſequens eſt, vt inducat aliquam irregularitatem; vt apparet ex Regulis generalibus, quas propoſuimus initio operis, Regul. quarta decima: Et quoniam primis Eccleſiæ temporibus in omnium rerum penuria, amiſſis Eccleſijs ſacrificia fieri cum toto apparatu non poterant, ob tyrannicas perſecutiones celebrabant, vt poterant, vt ſcribit Victor Vitenſis Epiſcopus libr. primo de perſecution. Vand. his verbis. Cœperunt qualiter poterant, & vbi poterãt ablatis Eccleſijs diuina myſteria celebrare:

 brare:

brare: Propterea cum à Felice I. Papa cōſtitutum eſſet, ut ad ſepulchra martyrū miſſæ celebrarentur, compertum eſt, ut altariola quædam portatilia fierent, incluſis ſanctorum martyrum reliquijs, vt urgente neceſſitate, extra locum ſacrum miſſa dici poſſet. Nam ſi barbarorū impetu Eccleſiæ, atque oratoria diruta ſint, aut in longa ſolitudine fiat iter, aut exercitus per agros ad diuina conuocetur, hoc portatili altari uti licet, ſuppoſita menſa, uel ſcamno, arca, aut etiam trunco, uel alia quauis re honeſta, cui inſideat ipſum portatile altare. cap. concedimus. de conſecr. diſt. 1. cuiuſmodi fecerat Cōſtantinus pro exercitu ſuo in caſtris: nam & altare, & Eccleſiam portatilem conſtruēdam curauit pro diuinis myſterijs celebrandis. Sozom. hiſt. lib. 1. c. 8. ante eum Socrat. hiſt. lib. 1. cap. 14. In mari autem, uel flumine nullo modo miſſa dici permittitur. Silu. in uerb. miſſa 1. q. 5. ex ſententia communi, ſed præcipue Archiep. Florent. idem. Armill. in uerb. miſſa. num. 4.

In priuatis uero ędibus, ſine urgente, & ſumma neceſſitate, nec ſacerdoti ſine licentia Epiſcopi, nec ipſi Epiſcopo licet miſſam dicere, nec quidem cum altari
4 portatili, d. c. ſicut. in fi. de conſec. diſt. 1. & d. Conc. Laodicen. c. 58. Diaz in praxi canon. c. 34. & ex ijs uidetur dubitabile dictum Silu. in uerb. Miſſa, quæſt. 5. uerſ. tertium. in fi. ubi dicit ſine licentia Epiſcopi extra neceſſitatem dici miſſa non poſſe in priuato loco; ſed cum licentia, etiam ſine neceſſitate dici poſſe: hoc mihi uidetur contra tex. d. cap. ſicut. præſertim poſtquam Concil. Trid. iubet Epis, ne has licentias concedant, unde concedendo non bene ageret: & qui obtineret in eadem culpa eſſet: propterea cōtra factum, & ignauiam illorum, qui priuato
5 loco coram ſe ſacrificari iubent, ſanctè inuehitur Oſius Epiſcopus, & Card. Varmiens. in confeſſ. tit. de cœremon. à loco ſumptis. c. 90. & Diaz d. c. 34.

Quæ omnia, ſicut uera ſunt in peragēdo ſacrificio miſſæ, ita etiam procedunt in collatione ordinum, non enim conferri poſſunt, niſi in loco ſacro, ſi ſacri ſint, quia per miſſarum ſolennia cōferuntur, ſicut, & reliquæ omnes conſecrationes, etiam Epiſcoporum. gl. in c. quòd ſicut. de elect. Imo nouo iure ex Concil. Trid. Seſſ. 23. c. 8. de reform. ordines ſacri in ſola Cathedrali Eccleſia cōferendi ſunt, aut ſi infra alia Diœceſis loca oporteat ordinationes facere, non fiant niſi in digniore Caſtri, uel oppidi Eccleſia; Ita quod non in quacumque Eccleſia, uel oratorio ordinationes fieri permittuntur; quamquam olim, quocumque loco Epiſcopi id facere poterant, ut tradunt Gul. & Hoſt. quos probat Silu. in uerb. ordo. 2. q. 8. quæ uera ſunt in maioribus, & ſacris ordinib. at in minorib. conferendis, quilibet honeſtus locus aptus eſt. Sil. d. quæſt. 8. & id ſonant uerba d. Concil. Trid. c. 8.

Epiſcopalis uero conſecratio, eo loco facienda eſt, quem Metropolitanus elegerit, diſtinct. quinquageſima prima. cap. ultim. uidetur text. in cap. ſi Archiepiſcopus, de temp. ordin. ita quod etſi mortuo Metropolitano uacet illa ſedes, non alibi fieri debet hæc conſecratio, quam in Metropoli. d. cap. ſi Archiepiſcopus: poſſet tamen tam late patere prouincia, ut difficile, & ſero expectare contingeret mandatum Metropolitani, quo caſu uiciniori loco fiet conſecratio; poſtea infra tres menſes hic conſecratus tenebitur ad Metropolitanum accedere, cap. cum longe. diſtin. ſexageſima tertia. Primates uero, Archiepiſcopi, & Patriar-

Patriar.



Patriarchæ in propria Eccleſia conſecrari debent. d. c. ult. diſt. 51. & c. pudenda. 24. q. 1. text. in d. cap. ſi Archiepiſcopus. Silu. in uerb. conſecratio. 1. q. 2. ex ſententia Raym. in tit. de temp. ordin. uerſ. primates. quo loco ait, non alibi conſecrandos iſtos, quàm ubi ſpecialiter ſuo diplomate Papa mandauerit. arg. d. c. pudenda. Hodie tamen ex Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 2. de reform. omnes iſtæ dignitates pari iure procedunt in munere conſecra-
6 tionis: nam tam in Eccleſia titulari, q̃ in prouincia fieri poſſunt.

Papa uero eo loco conſecrandus eſt, ubi reperitur electus, & inthronizatus; uidelicet ubicumque prædeceſſor eſt mortuus, etiam ſi extra Curiam Rom. Ibidē noui Pontificis electio facienda eſt. ſ. in Cathedrali illius diœceſis, in cuius terminis mors ſubſecuta eſt. diſt. 23. c. in nomine, & c. ubi periculum. de elect. lib. 6. Ibi enim curia eſſe uidetur, ubi Papa, arg. 93. diſt. c. legimus. prope fin. quod habet locum, etiam ſi Papa itineraretur, etiam ſi per ſolum tranſitum, ibi forte ſubſtitiſſet. Spec. tradit in d. c. ubi periculum, in ſpeciali 13. num. 46. Regularius tamen Papa Romę, ut in propria ſede conſecrari debet; ſi cōmode id fieri poteſt, Raym. in d. tit. de temp. ord. n. uerſ. Papa.

Sed hæc de locis ſacris dicta circa ordines, & conſecrationes dādas, uera ſunt, ſi locus ille ſacer interdictus nō ſit; alioqui nec ordines, nec conſecratio; quin-
7 immo, nec ipſa Pontificis electio fieri eo loco poteſt, licet facta poſtea teneat. d. c. ubi periculum. §. porro. ubi gl. de qua re fuſius hoc loco tractari occaſio nobis ſuadet; Nam locus interdictus, ſiue Eccleſia ſit, ſiue cœmeterium, perinde eſt, ac ſi ſacer non eſſet, quoad hoc, ut diuina miniſteria, uel ſepulturæ agi poſſint: Imo quiſquis auſus ſit in loco iterdicto celebrare, aut quālibet diuina myſteria facere, efficitur penitus irregularis. c. is qui. de ſent. excommun. lib. 6. Specul. in tit. de diſpenſ. §. iuxta. uerſic. Sed quæro utrum is; nam qui interdicto contrauenit, ipſo facto eſt ſuſpenſus. d. c. is qui. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. ad d. uerſ. Sed quæro utrum is. Feder. de Sen. conſ. 231. nec ſolū fit irregularis ex ipſis miſſarum ſacrificijs. Sed & ex cuiuſcumque ſacramenti adminiſtratione, utputa ordines conferendo, etiam minores. Petr. de Palud. 4. diſtin. 18. q. 8. artic. 5. concluſione 6. & magis hæc uera eſt ſententia, quàm contraria, quę licet habeat aliqua fundamenta pro ſe, ut tradit Abb. in c. non eſt, de ſponſal. tamē iſta eſt uerior. Armill. in uerb. interdictum. nume. 46. Silueſt. in uerb. interdictum. 5. q. 7. uerſ. 6. & patet ex d. cap. non eſt. in quo ſolus baptiſmus, & pœnitentia excipiuntur, & in cap. quod in te. de pœnit. & remiſſ. confirmatio quoque excipitur. c. quoniam. de ſent. excommun. lib. 6. unde bene ſequitur, quòd ſacramētum ordinis in Eccleſia interdicta conferri non poſſit, præſertim, quia capitula iſta ſunt confirmata, p c. ult. de ſent. excom. lib. 6. in fi. poſſet tamen hic ordinator excuſari ab irregularitate in minorib. ordinib. cōferēdis in Eccleſia interdicta, ſi ipſe ſub illo interdicto nō cōtinetur, & ordinatio ſit priuata, nō generalis, uel publica, & ianuis clauſis. arg. d. c. quod in te. & d. c. ult.

Iſta quoque irregularitatis cenſura eos afficit, qui in Eccleſia interdicta, aut
8 cœmeterio ſepulturam concedunt, uel etiam in Eccleſia, uel cœmeterio non interdicto ad ſepulturam admittūt perſonam interdictam: nam cum ipſo iure ob hoc fiant excōicati, ex Concil. Vien. habetur in clem. 1. de ſepult. ſequitur q̃ ſint irregulares eodem modo, quo & cæteri

cæteri excõicati:qui nec promoueri,nec
promoti exercere poſſunt:ut ſuo loco di
ximus; niſi forſan quatuor diebus anni,
ſcilicet Natiuitatis Domini,Reſurrectio-
nis,Pentecoſtes,& Aſſumptionis Mariæ,
d.c.ult.Sed Io.And.Gem.& Ligna. con
trarium ſentiunt,et in iſtis dieb. nõ lice-
re,quaſi expreſſim id nõ dixeris text.d.c.
ult.unde manent antiqui canones in ſuo
robore, quòd nullo tempore ſepultura
cõcedatur in interdicto loco:& ita uide-
tur cum iſtis ſentire Silu. in uerb.interdi
ctum. 5.q.2.uerſ. Quartum.

Eadem quoque irregularitas infligi-
tur illis,qui faciunt in loco interdicto il-
la,quæ ſine miſſa,& ſacramentorum ad-
miniſtratione fiunt, utputa celebrando
diuina officia, uel horas publicè,eodem
modo, quo ſolent extra interdictũ; Idẽ
ſi quæcumque faciant, quæ pendent ab
executione ordinum maiorum uel mi-
norum,etiam ſola iuriſdictionalia,abſol
uendo ab excõicatione, uel excommuni-
cando,iuxta modum ſacerdotalem,non
autem iuxta modum iudicialem; quia
cum fungantur proprio ordine in loco
interdicto,fiunt irregulares: ſimiliter be
nedictiones quarumcumque rerum, ſa-
cerdotali modo factæ, introductio mu-
lieris poſt partum in Eccleſiam interdi-
ctam,benedictiones uirginum,uel etiam
campanarum,aut paramentorum eccle
ſiaſticorum, ac ſimilium inducunt irre-
gularitatem,ut latius tradit Silu.in uerb.
iterdictum.5.q.4.uerſ.Primũ. poſt Abb.
in c.2.de cler.excommu. miniſt.ex iis.n.
adminiſtrationib. uidetur interdictum
uiolari,& conſequẽter naſcitur hæc irre
gularitas: per quam quis fit ineligibilis,
& impoſtulabilis.c.1.de poſtul.prælat.&
c.tanta.de exceſſ.prælat. Spec.in d.§.iux
ta.uerſ.quid ſi ſacerdos.

Quæ oĩa in tantum uera ſunt, ut etiã
ſuperiores,qui ſciẽtes ſuos ſubditos hæc
9 facere contra interdictum, tolerãdo pa-
tiuntur,per patientiam iſtam fiunt ipſi
quoque irregulares ex ſententia Fed. de
Sen.d.conſil.231.& licet Io.And.in ad-
dit.ad Spec. in d.§.iuxta. ad d.uerſic.ſed
quæritur utrum ſentiat non effici irregu
lares,tñ tutius eſt, ut credantur irregula-
res,ſi non fecerint quantum in ipſis eſt,
ut in loco interdicto diuina non celebra
rentur;tam enim in culpa eſt, qui facit,
quàm qui cum poteſt,non obſiſtit erran
ti.c.error,cum duob.ſeq.diſt.83.præſer-
tim,quia etiam irregularitas ex alieno fa
cto infligitur quandoq; nobis, ut ſcribit
Specul.in c.& ſi pignorationes,de iniur.
& dam.dat.lib.6.

Ad hoc tamen,ut iſtæ interdictorum
irregularitates habeant locum,requirũ-
tur iſta duo neceſſaria: primo quod iter-
dictum ſit factum per hæc uerba,interdi
co,interdicimus,uel interdictum decla-
ramus: ſecũdo quod tale interdictum ſit
publicatũ; alioquin etiã ſi in canone, uel
edicto,ſit pęna interdicti ipſo iure incur
renda; tñ nunquã habet effectũ ſuũ tale
interdictum,niſi poſt actualem publica-
tionẽ,ut diximus ſupra hoc lib.c.20.Re-
quiritur etiã hoc interdictum eſſe p mo
dum cẽſuræ,ſecus ſi per modum execra
tionis,i.ſi polluatur Eccleſia:nam per ce
lebrationem diuinorum officiorum in
10 Eccleſia, uel cęmeterio polluto nulla na
ſcit̃ irregularitas. Spec.in d.§.iuxta.uerſ.
quæ autem dicimus de loco,text.in d.c.
is qui,de ſent.excom.in 6.Et eſt ratio,q̃a
tale interdictũ eſt à ſolo canone. Silu.in
uerb.interdictũ.4.uerſ.Tertio quæritur.
Vnde non ligat ad hanc pœnam irregu-
laritatis,niſi poſtquã interdictũ hoc fue
rit iuridice publicatũ, ut proxime dice-
bamus.Propterea etiã ſi ſuperior iubeat,
ne in tali Eccleſia quis celebret; tñ con-
traueniens



traueniens nõ fiunt irregulares.Specu.
d.§.iuxta.uerſ.quæ autem dicimus; hoc
tñ uerũ eſt, quòd peccant mortaliter cõ-
tra preceptum ſuperioris,argumẽto Cõ-
cil.Trid.ſeſſ.14.c.1.de reform.ſed in ue
ro interdicto incurritur uera irregulari-
tas cõtrauenĩedo, non autem peccatum
mortale.Caietan.in Sum.in uerb.interdi
ctum,& refert Armil.in uerb.interdictũ.
nu.65.quod eſt notandum.

Sunt præter hæc alia quoq; impedimẽ
ta canonica, quæ proueniunt ab ipſa cõ-
ditione loci, utputa ſi quis uelit eo loco
diuina exercere officia, ubi nullum ius,
nullamue iuriſdictionem habet. Nam
ex Conc.Trid.ſeſſ.14.c.2.de reform.Ti
tulares Epiſcopi, qui populo, ac Clero
carent,nullo loco, ſine ordinariorum li-
centia ordines conferre poſſunt, etiam
ſi locus,ubi conferre uelint,nullius Diœ
ceſis ſit,quinimmo cõtrauenientes per-
annum ab executione Pontificalium ip-
ſo iure ſuſpenſi ſunt:& alij, qui ab iſtis
promoti ſunt arbitrio ſuperioris manẽt
ſuſpenſi,ne exercere poſſint ordines ſu-
ſceptos.ibid.& ſeſſ.6.c.5. de reform.iſtæ
enim ordinationes factę in loco ſibi nõ
ſubiecto, uidentur irritę, & non canoni-
cę.arg c.Epiſcopum.9.q.2.qui canõ ex-
cerptus eſt ex Concil.Antiocheno c.22.
nam & Ioannes Chryſoſtomus Epipha-
nio crimen obiecit,quòd ſe inſcio in ſua
Eccleſia ordinationem feciſſet, & quòd
ipſo non iubente auctoritate propria ſa-
cra celebraſſet,ut ſcripſit Caſſiod.hiſtor.
tripart.lib.10.c.12.Socrat.lib.6.cap.13.
quanquam illa Epiphanij ordinatio, ali
qua ratione excuſari potuiſſet, ut habet
in cap.Lugdunenſis.9.q.2.ſcilicet ſpe ra
tihabitionis,ut ſe excuſat idem Epipha-
nius,in Epiſt. ad Ioannem Hieroſolymi
tanum.

Ad hoc etiam impedimenti genus
ſpectat locus quilibet exemptus. Nam
Epiſcopus in loco infra ſuam Diœceſim
exempto, licet celebrare Pontificaliter
poſſit,& benedicere ex Concil.Viennen.
11 habetur in cle.Archiepiſcopo.de priuil.
Tamen inuitis ipſis exemptis ordines
conferre nõ poteſt, nec aliud quidpiam
ibi Pontificale facere,circa iuriſdictiona
lia, nec etiam corrigere poteſt delicta,
quantumuis notoria,commiſſa in exem
pto loco;quia in alieno territorio com-
miſſa uidentur.c.poſtulaſti.de for.comp.
ex ſententia Anchar.& Gemin.in c.Epi-
ſcoporum.de priuileg.in 6.notorium.n.
non tribuit iuriſdictionem in loco exẽ-
pto, ſicut nec extra territorium. d.c. po-
ſtulaſti, & c.1.de priuileg. ut ſcribit Ni-
colaus Dionyſij de Peruſio uir canonũ
peritiſſimus & uetuſtus, in d.c.Epiſco-
porum.col.3.Vno tamen caſu delinquẽ-
12 tes in loco exempto poſſunt ab Epiſco-
po puniri.Nam ſi delictum illud habeat
annexam excommunicationem,Epiſco-
pus poterit interdicere delinquenti om
nem adminiſtrationem interdictam ex-
cõicatis,& eundem publicabit,ut ab om
nibus euitetur.Ant.& Imol.in clem.1.de
off.ord. in aliena uero diœceſi omnino
non poterit Epiſcopus Põtificalia inſcio
ordinario exercere.diſt.92.c.ſi quis ordi
natus;cũ duob.ſeq. Cõc.Trid.d.ſeſſ.6.c.
5.de refor. quo canone qui aliter fece-
rit,ipſo iure ſuſpenditur ab exercitio Põ
tificalium.

Qua ratione Abbates,atq; alij prælati
quib.iure,uel priuilegio cõceditur mino
res ordines conferre, nullibi id poſſunt,
niſi in ſola Eccleſia ꝓpria,c.q̃m.diſt.69.
& de ętat.& qual.c.cũ contingat.nec ob
id poſſunt alibi benedicere publicè, nec
ulla Põtificalia exercere,tex.& gl.ĩ c. Ab-
bates.de priuil.lib.6. Idẽ dicendũ eſt,de
omnib. Archipſbyteris, Archidiaconis,
 uel

uel Præpoſitis,qui minores ordines conferre poſſunt,aut baculum, ac mitrã deferre.Idẽ & de Cardinalib.quib.iure cõceſſum eſt eoſdẽ ordines dare: nam nũquam, niſi infra proprias parochias id facere poſsũt,gl.2.in d.c.Abbates.ſed de illis melius expreſſit Conc.Trid.ſeſſ.23. c.10.de ref.Iſti aũt inuitati in clauſtris aliorum exẽptorum, hæc poteruntagere ſuo iure,etiã non requiſito Diœceſano, ex ſententia Lau.Hoſt.& Io. quos refert Gemin.in d.cap.Abbates.uerſic. quid ſi Abbas.

Ad hanc eandẽ materiã illud canonicũ impedimentũ ſpectat: quod priuilegio, & ueneratione Põtificalis dignitatis cõpetit:nã in altari Eccleſiæ Lateran.nemo pręter Romanũ Pontificẽ celebrare miſſam põt ex decreto Silueſtri.I. Papæ, ut refertur in lectionib.dedicationis,nona Nouẽbris.Idẽ quoq; eſt in altari, ſub quo iacẽt corpora Apoſtolorũ in Vaticano.Sed & Ep̃alis dignitatis priuilegio cõpetit, illo in altari ubi Ep̃s miſſam celebrauerit, ſiue Põtificalẽ,ſiue ſimplicẽ;nã ĩ illo,eadẽ die,ſimplex ſacerdos celebrare non permittitur,niſi urgente neceſſitate;aut de ipſius Ep̃i licẽtia.c.ult.de coſec. diſt. 2.Cõc.Antiſiodoren.c.10.quod ita demũ uerũ eſt,ſi Ep̃s cõſecrationem corporis, & ſanguinis pfecerit:alioqui,ſi in dicẽda miſſa ſubito defecerit morte,aut ſubito caſu;poterit ſacerdos eodẽ loco, & ad eandẽ miſſam ſubſtitui:& eã complere,uel etiã aliam alius dicere poterit.
13 gl.not.in d.c.ult.arg.c.nihil.7.q.1.quia Ep̃i miſſa ibi dicta non uidetur, ubi Ep̃s non conſecrauit, de ijs Alberic. in uerb. Epiſcopalis ordo,circa fi.

Cauendum tñ eſt nobis, ne incidam* in errorẽ Alexandrinorũ; qui unã tantũ miſſam in qualibet Eccleſia dicendam putabãt;quos redarguit Leo Papa epiſt. 79.c.2.tex.in c.neceſſe,de cõſecr.diſt. 1. Nã magna copia fideliũ,& incõmoditas locorum & multiplicata deuotio, ut ad idẽ, uel diuerſa altaria perplures miſſæ, celebrentur,piẽtiſſime induxit.Nam qd aliud ſunt plures miſſæ;quàm unum ſacrificium? & unius Chriſti immolatio c.in Chriſto.de conſec.diſt.2.Cõc.Trid. ſeſſ.22.c.2.de ſacrific.miſſ.

Locus quoque conſideratur, non ſolum ĩ ſacrificio,ſed etiam in ipſis ſacrificij ueſtib.deferendis: nam ſacerdos illis indutus Eccleſiam egredi nõ poteſt lege diuina; & ita ſtatuit Stephan.I. ut refert Ioãnes in uita eius Põtificis:& ita quoq; decreuit Cõcil.Remen. c.4.ponit Iuo in ſuo decreto lib.2.c.117. Burc.li.2.c.50.

Loci quoq; ratione ſacerdos miſſam dicens,Ep̃o pręſente,benedictionem impendere non poteſt, c.cum ad celebrandas.de conſecr.diſtin.1.Alberic.in uerb. Epiſcopalis ordo,circa fin.nam cum benedictio habeat in ſe quãdam uim auferendi peccata uenialia,ſi deuote ſuſcipiatur, Specul.in Repertorio Aureo, tit.de pœnit.& remiſſ.§.ſcire.uerſic.aliàs.'& in procem. Sexti libri.& ſit ſignũ ſuperioritatis,c.denique.diſt.21.non eſt ęquum ſacerdotem,prælati officio uti ſupra Epiſcopum,qui illo eſt ſuperior. Cõc.Trid. ſeſſ.23.can.7. & ideo debita licentia obtenta(quæ ſolo nutu fit.d.c.denique) preſbyter benedictionem impẽdere poteſt, & eandem uim habebit in abluendis uenialibus.c.ecce.95.diſt.ubi gl.in uerb.benedicere. Eadem quoque ratione ſacerdos,ſi eodem loco pręſens ſit Epiſcopus, ſignare non poteſt pueros uel infantes, diſt.95. c.ult. Minor etenim auctoritas ceſſare debet,ubi maior eſt: quamquam in Eccleſia Rom.& Catholica, nec etiã abſente Ep̃o ſacerdos chriſmate in frõte linire põt. Concil.Triden.ſeſſ.7.cano.3.

nulla



nulla quamtumuis immemorabili con-
14 ſuetudine ſuffragante, cap.quanto; de conſuet. Et ideo legatus à legatione rediens, ſtatim atque portam Romæ ingreditur, ultra populum non benedicit: Idem in omni ciuitate,ubi Papa exiſtit: Poteſt tamen conſentiente Papa, etiã ibi benedicere,ut olim fecerat Rodulphus Alban.Epiſcopus,dum rediret à legatione Apuliæ,ingreſſus Viterbium,ubi Clemens IIII. reſidebat, populum benedicebat non ſuo iure, ſed Papę conſenſu: Specul. in tit.de legat.§.finitur,uerſ.uidi tamen.

Ad idem loci impedimentũ ſpectat, quòd nullus Epiſcopatus erigi poteſt,infra terminos alterius Epiſcopi illo inuito, cap.multis, & ibi gl.16.q.1.& Conc. Carthag. III. c. 42.gl. in cap. temporis, ead.q.1.Qua ratione fit, ut eiuſdem ciui-
15 tatis, atque diœceſis, duo Epiſcopi eſſe non poſſint, ex Conc. Lateran.cap.9.habetur in cap. quoniam,de off. ordin. & apud Clementem epiſt.1.ad Iacobũ fratrem Domini: eſt enim inſtar monſtri, duo conſtitui capita, ut ibi dicitur; niſi forte ex caſu, ſcilicet quando Epiſcopus ob hæreſim diſceſſerit, & alius eius loco fuerit ſubrogatus,illeq; diſcedens redierit ad Eccleſiæ gremiũ, & reſtitutus fuerit ſuæ Eccleſiæ, diuidi inter ipſos debet ipſe Epiſcopatus,iuxta cap.1.de paroch. & ibi Abb. & tradit Iudicial. Inquiſit.in verb. Epiſcopus, in fin. Præterea ſi quis Epiſcopus,per auctoritatem Cæſaris,tẽtauerit conſtituere duos Epiſcopos, in eadem prouincia, cadit de proprio gradu,quod depoſitionem ſignificat.Conc. Calced.cap.11.habetur diſt.101.cap.1. ubi gl.& Archid. Et ob eandem rationẽ prædictam,ſi in una eademque Eccleſia, etiam diuerſis altaribus Græci, & Latini celebrent,de honeſtatur ipſa Eccleſia, p illam rituum uarietatem: Ideo non eſt permittendum, ut decretum eſt Conc. Beneuen. ſub Ill. Card. Sabell de Ref. Gre. cap.3.argu.quod ſcribit Abb.in c. cum olim,de cler.coniug. ea enim commixtio prohibetur cap.cum ſecundum, de temp.ord.Sed ſi forte tam late pateat eadem prouincia, ut Epiſcopi ad inuicẽ conuenire non poſſint ad Synodos, aut negocia prouincialia pertractãda, poſſet fieri,uel prouinciæ,uel Epiſcopatuũ diuiſio Sedis apoſtolicæ auctoritate; quia iuſta cauſa eſt huius diuiſionis, ſcilicet ut Epiſcopatus non ſint longe remoti ab inuicem, cap.fraternitatem, diſt.80.Sed ſi neglecta Sedis apoſtolicæ auctoritate id fieret,etiam à Metropolitanis,præter ius fieret; eſſetq; res ſumma animaduerſione digna: Baſilius etenim id damnauit, & ob eam rem defendens, ne diuiſiones hmõi fierent,in maximũ incidit diſſidiũ cum Epiſcopis multis, id ex aduerſo conãtibus, ut ſcribit Greg.Nazianz.in Monod. Sicut è contra, ſi nimium proximi ſint,vt cõmode ab uno Ep̃o adminiſtrari poſſint,alter ipſorũ extinguendus eſt, eadẽ auctoritate. Greg.in Regiſt.lib.2.c. 31.habetur 26.q.1.cap.& temporis.

Propterea in iſtis ſummis dignitatib9 loci congruẽtia maxime cõſideranda eſt. Patriarchæ enim promoueri non debẽt,
16 niſi ad magnas Regiones; Primates, & Archiepiſcopi ad prouincias; Epiſcopi ad celebres ciuitates c.1.de priuileg. ita iuſſerat S. Petrus, ut eſt apud Clementẽ epiſt.1.ad Iacobum fratrem Domini; & uidetur etiam Conc. Sardicenſe, cap. 6. alioquin ſi contrarium fiat non, uidetur id canonice fieri, 80.diſt c.vrbes,cap.in illis.cap.Epiſcopi,cap.Illud,& cap.nõ debet,presbyteri uero conſtitui debent per caſtella,& uillas,d.cap,Epiſcopi,d.cap.illud.d.cap.non debet.

Ratio.

Ratione etiam loci, illud canonicum impedimentum eſt, ne peregrini, & incogniti permittantur diuina myſteria celebrare illis locis, vbi incogniti ſint, ex Conc. Trid. ſeſſ. 22. in decreto de obſeruandis, & euitandis in celebratione miſſæ; & ſeſſ. 23. cap. 16. de ref. Sacerdotes enim potius vagari videntur, quàm peregrinari, contra quos inuehitur Cōc.
17 Mogunt. cap. 22. nam nec prędicare permittuntur, ſiue ſint Regulares, ſiue clerici ſæculares, eod. Conc. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. de Refor. in fin. nam iſti incogniti poſſunt forſan incurriſſe irregularitates, & criminoſi eſſe, vnde illis nō eſt facile credendū, cap. aphros, diſ. 98. & in c. Tuæ, de Cler. peregr. quæ vera ſunt in celebrationibus publicis, ſecus in ſecretis, & priuatis; quia huiuſmodi non ſunt ſuſpenſi quoad ſe, ſed quoad alios: Tabien. in verb. ſuſpenſio. num. 1. tex. gl. & Doct. in d. cap. Tuæ: niſi melius dicas inhærendo verbis, d. Concil. Trident. nec in publico, nec priuato eos admitti poſſe; quia talis diſtinctio ibi non fit.

Ex ijs igitur, atq; alijs ſupradictis cō-
18 ſtat, quod quis certo loco dicatur irregularis; alio vero non, vt docuit glo. per illum tex. in Clem. 1. de pęn. nā vbi quis diffamatus eſt, & cū ſcandalo viuit apud vulgus, ibi irregularis eſt, & alibi, vbi nulla eſt infamia, vel ſcandalum aduerſus eum inter irregulares non ponetur, ſicut & leproſi inter leproſos non ſunt irregulares, vt aliàs diximus.

Loci quoq; conſideratio magna habetur in ſepultura concedenda: nā circa eam multa ſunt canonica impedimenta ſi quis enim excommunicatum admiſerit in ſua Eccleſia, vel cęmeterio ipſe quoq; ipſo iure redditur excommunicatus: Clem. 1. de ſepult. Quamobrem dico non eſſe verum, ꝙ tradit, Specul. in d. §. Iuxta, verſ. quid ſi ſacerdos, & verſ. ſeq. ſcilicet quod ſacerdos admittens ad ſepulturam ſcienter nominatim excōmunicatum, non efficitur irregularis: nam hoc eſt falſum, quia cum ipſe admittens fiat excommunicatus, non poterit promoueri, nec ꝓmotus exercere, & ob id dicitur irregularis; ſententia enim Specul. vera erat ſuo tempore. i. longe ante Cōc. Vien. Vnde habetur, d. Clem. 1. Idem ſepulturæ locus per canones prohibetur vſurario; nam ſepeliri poteſt in ſacro loco, ex Conc. Lugd. ſub Greg. x. habetur in cap. quanquam, de vſur. lib. 6. & qui ad ſepulturam eum admiſerit, ipſo iure fit ſuſpenſus, cap. quia, de ſepult. Vnde nec ſuos ordines exercere poterit, nec ad altiores aſcendere propter ſuſpenſionem: & contraueniendo fiet irregularis: Alijs quoque ſepulturam canones interdicūt: nam raptor Eccleſiarum, non ſolum ſe-
19 peliri prohibetur, ſed etiam ſacerdos, qui ſciens admiſerit, vel ſepulturæ comes extiterit, priuatus eſt ordinibus, & beneficio, cap. 2. de raptor.

Ille etiam, qui in ſe ipſum manū iniecerit, ſepeliri prohibetur loco ſacro c. placuit, 23. q. 5. ſed & Monachus habens peculium, ſine Abbatis licentia, in ſacro loco ſepulturæ tradi non poteſt, cap. Monachi, de ſtat. mon. Sed etſi licentia Abbatis acceſſerit, & in mortis articulo non reſignauerit, eidem deneganda eſt ſepultura, cap. ſuper, de ſtat. monach. & c. cum ad monaſterium: quod hodie longe magis verum eſſe debet, cum ex Cōc. Trid. iſta priuata peculia Regularibus omnib. interdicta ſint: ſeſſ. 25. cap. 2. de Regul. Morientes quoq; in peccato mortali, canones non admittunt ad Eccleſiaſticam ſepulturam: gloſ. in cap. monachi, de ſtat. mon. tex. & gloſ. in cap. pro obeuntibus: 23. q. 2. ſicut idem dicitur de quibuſcū-

que



que impenitentibus, cap. placuit, 23. q. 5. vnde, & qui in torneamentis, ac duellis moriuntur, ad ſepulturam admitti non poſſunt, cap. 1. de torneam. quod hodie
20 expreſſius decreuit Conc. Trid. ſeſſ. 26. cap. 19. de Ref.

Sed et illi, qui tot pondera, & labores curaſue, ac negotia imponunt clericis, vt eos ab altaris miniſterio auertant, non debent admitti ad Eccleſiaſticam ſepulturam, cap. neque apud. 88. d. & 21. q. 3. cap. Cyprianus: olim vero nemo laicus, niſi egregiæ ſanctitatis, poterat ſepeliri infra Eccleſiam; ſolis enim Epiſcopis, Abbatib⁹, & dignis presbyteris hoc erat conceſſum: Conc. Mogunt. cap. 52. habetur 13. q. 2. cap nullus, & ibi Lauren. & Hug. ſed hodie alia inoleuit conſuetudo, forſan; vt uitaretur ſuſpicio illius hęreſis quę ſuccreuerat tempore S. Epiphanij: qua Longinus, & Petronius diaconi, & Valentinianiſtæ hæretici dicebant nō licere mortuum aliquem poni in Eccleſia: vt narrat Sabinus Epiphanij ſucceſſor in Epiſtola ad Polibium Epiſcopum; quæ habetur apud Sim. Metaphr. in vita eiuſdem Epiphanij, die 25. Maij.

*De tempore, vel hora, qua diuina celebrantur.*

## CAP. XXIIII.

*1 Miſſæ ſacrificium non niſi debitis horis agendum, & quæ ſint horæ competentes.*
*Miſſa etiam noctu dici poteſt, Epiſcopo diſpenſante ex cauſa.*
*Miſſa non eſt dicenda ante dictas laudes, & primam.*
*Miſſa non eſt dicenda ieiunio ſoluto.*
*2 Miſſa ſecunda, uel tertia Natalis domini non eſſet dicenda, ſi in prima ſacerdos ſumpſiſſet ablutionem*
*Somnus nō eſt neceſſarius ad digeſtionem cœnæ.*
*3 Ordines nec conferri; nec ſuſcipi poſſunt, niſi à ieiunis. ſi ſint ſacri, at contraueniendo non impeditur character*
*Pollutio impedit ea die miſſæ celebrationem, & ſacrorum ordinum executionem.*
*4 Græcus vxoratus ea die qua commiſcuit vxori, non debet celebrare*
*Summus ſacerdos olim commixtus vxori immundus erat vſque ad veſperam.*
*Excommunicato præſente celebrans, quādo fiat irregularis.*
*5 Peccatores publici non permittuntur intereſſe miſſæ.*
*Miſſa dici non poteſt, ſi nullus maſculus adſit.*
*Miſſa ſolennis duos debet habere aſſiſtentes.*
*6 Miſſa celebrari non debet die paſſionis domini.*
*Paſchatis dies ſæpe in Concilijs diſputatus.*
*7 Pontificale Epiſcoporum eſt obſeruandum.*
*Miſſas aliter dicens, quàm ex Miſſali Pij V. puniendus.*
*8 Baptiſmus generalis, quibus diebus celebretur.*
*Chriſma non niſi cœna domini conficitur.*
*Chriſmate vetuſto vtens puniendus.*
*Confirmationis Sacramentum non niſi ſeptenni dandum.*
*Ordinibus ſacris conferendis, quæ ſint tempora ſtatuta*
*9 Papa qualibet die ordines, etiam ſacros conferre poteſt.*
*Ordinis character non impeditur, non ſeruatis temporibus.*
*Ordinatus extra tempora, à quo diſpenſandus.*
*10 Ordinatus extra tempora, eſt ipſo iure ſuſpenſus.*
*Ordines minores omnibus feſtis conferri poſſūt.*
*11 Prælati Epiſcopo inferiores, non debent conferre ordines Sabbatis quatuor temporum, ſed feſtiuis diebus.*
*Epiſcopi conſecratio ſolis feſtiuis fieri debet.*
*Epiſcopi conſecratio fieri poteſt die dominico immediate ſequēte diem ſumpti ſacerdotij.*
*Epiſcopus conſecrari debet infra trimeſtre.*
*12 Virginum cōſecratio omnibus feſtis fieri poteſt.*
*Altaris conſecratio etiam die feriata fieri pōt.*
*13 Temporum interſtitia in ordinibus ſuſcipiēdis, quæ ſint*
*Epiſcopus diſpenſare non poteſt, vt eadem die duo ſacri, vel vltimus minorum cum primo ſacro conferatur*
*Epiſcopus conferens Sabbato vnum ordinem, & alterum die dominico continuando ieiuniū, dicitur eadem die contuliſſe.*
*14 Epiſcopus ſciens defectum ſemper tacite videtur diſpenſare ſi id ſit in ſua facultate quando aliquē ordinat, uel ei dimiſſorias cōcedit.*

Ordina-

*Ordinatus primo, alijs eſt præferendus.*
*Ordinatus videtur poſterior ille, qui antiquiorem titulum nullum ſanauit.*
15 *Damnati ad mortem debent communicari, ſi petant, etiam vltima die ſupplicij;*
*Hæreticis cremandis nō neganda eſt communio.*
*Verbum in fine ſignificat articulum mortis.*
*Panis benedictus non eſt dandus loco Euchariſtiæ.*
*Sacramenta non ſunt danda, niſi fidelibus, & pænitentibus.*
*Oleorum vnctio miracula operatur quandoque ſine Sacramento.*
*Miſſæ debent ſingulis diebus congruere officio, et rubricis præſcriptis à Miſſali Romano.*

SIcut quæcumque ſunt ſua habent tempora: Eccleſ. 3. Ita ēt canonica ſunt impedimenta; quæ obeſſe ſolent, ne quid niſi ſuo tempore fiat: Nam ſacrificium miſſæ nō niſi debitis horis peragendū eſt. Conc. Trid. ſeſſ. 22. in decreto de obſeruandis, & eui
tandis in celebratione miſſæ: eſt autem hora competens ab aurora ad nonam, & ante, vel poſt hoc tempus celebrare ſui natura peccatum eſt, Silu. in verb. Miſſa, q. 6. tex. in cap. neceſſe, & cap. nocte, de conſecr. d. 1. Tabien. in verb. Miſſa, num. 3. 4. & 5. de qua re ſi quis plura ſcrutari velit, videat eximie doctum virum Marcellum Francolinum in tractatu de tempore horarum canonicarum par. 1. pluribus in locis, ſed præcipuè c. 29. & ſeq. vbi materiam hanc pleniſſimè, & luculēter diſſerendo proſecutus eſt. Diſpenſari tamen per Epiſcopum poteſt, vt ex cauſa etiam noctu celebrari poſſit, forſan itinerationis cauſa, vel cōſimilis neceſſitatis: gloſ. in cap. vlt. de priuileg. lib. 6. De ratione vero iſtarum horarum ſcripſit S. Th. 3. q. 83. artic. 2. Ob has igitur horarum conſiderationes ſi quis officium, ſeu canonicas horas non dixerit, videlicet Matutinum & laudes, peccat grauiter, ſi audeat celebrare: Silu. in d. verb. miſſa, q. 6.
verſ. Quartum: Quinimmo etiam Primam dixiſſe oportet ante celebrationem miſſæ; ſed ea omiſſa non peccatur mortaliter: Sil. ibid. Tabien. in verb. Miſſa. nu. 6. ex ſententia Archiep. Flor. & Petr. de Palud. ſumma tamen neceſſitas, & repentinus caſus excuſabunt eum, qui nec laudes nec matutinū dixerit ante miſſam; vt ibi.

Tempus quoq; celebrationi deficere videtur, ſi quis ieiunium ſoluerit; nam cum à ieiunis miſſa dicenda ſit, capit. vt Epiſcopi, de conſecr. diſt. 5. cū alijs notatis per gl. & Doct. in cap. ex parte, de celebr. miſſ. omnis minima cibi, vel potus ſumptio impedit, ne quis ea die celebrare poſſit, etiam ſi nil fuiſſet ſumptum, niſi illa purificatio, quæ ſumitur in cōmunione miſſæ: & ideo ſi in prima miſſa
2 Natalis, quis ſumpſiſſet purificationem, nō liceret ei alias duas miſſas celebrare. tex. in d. cap. ex parte: Abb. in cap. conſuluiſti de celebr. miſſ. Vnde ſi quis temere celebrauerit non ieiunus, deponēdus eſt, Conc. Brachar. 2. Can. 10. & excommunicationi ſubiacet: Conc. Toletan. 7. cap. 2. habetur 7. q. 1. cap. nihil: quòd latius proſequitur Diaz in praxi canon. c. 29. quòd ſi circa mediam noctem quis ederit, aut biberit, & mane ſtomachꝰ adhuc cruditates eructet, conſulitur illi, vt abſtineat. gl. in d. cap. nihil. Diaz eod. cap. E contra uero qui ſero cęnauerit, & noctē omnem in ſomnem duxerit, non prohibetur mane celebrare, quoniam etiam digeſtio etiam ſine ſonno fieri poteſt. Abb. in cap. conſtiterit, de accuſat.

Ex ijs igitur illud eſt cōſequens, quòd ſi ſacerdos in canone miſſę ceciderit propter morbum, uel etiam moriatur, alter ſacerdos, qui non ſit ieiunus non poterit illam cœptam miſſam explere: gl. in d. c.
3 nihil, & ibid. Hug. Silu. in verb. Euchari-
ſtia



ſtia. 2. q. 7. & 8. Propter has etiā rationes ordines nec conferri, nec ſuſcipi poſſunt, niſi à ieiunis, propter miſſę celebrationē, & corporis ſumptionem, quæ ibi fit ſcilicet in ſacris; at in minoribus, non tā graue peccatum eſt, quia, & ſine miſſa cōferri, & ſuſcipi poſsūt; hoc tñ ieiuniū ſolutū nō impedit charactereē ordinis ſacri quin à non ieiuno in non ieiunum vere conferatur; licet vterq; ſit puniendus; vt tradit Hug. in c. quod à patribus, col. 2. diſt. 75.

Tempus quoq; conſideratur, ne quis ea die celebret, qua pollutus ſit ex culpa per ſomnium; nam cum vniuerſa corporis compages effluxu ſeminis perturbetur, & inordinetur, uix per integram diē ipſa natura conquieſcit, & ad priſtinam ordinationem redit; vnde ēt ſi pœnitētia & confeſſio interueniat, conſulitur illi, vt ea die abſtineat, S. Thom. 3. q. 80. & 4. ſent. diſt. 9. quem refert. Silu. in verb. Euchariſtia, 3. q. 10. arg. Deut. cap. 23. Quin hoc verum eſt, etiam in diacono, aut ſub diacono non miniſtrent altari illa die; Nam Malachias Epiſcopus Diaconū ſibi ad altare miniſtrantem, poſt nocturnam illuſionem, & pollutionē redarguit, ei pœnitentiā iniunges, vt ſcribit, S. Bern. Clar. in vita illius, nō longe à calce libri: Sed et Epiphanius diaconum miniſtrantem ab altari iuſſit diſcedere, quia cum vxore dormijſſet ea nocte, ſcribit Sim. Metaf. in eius vita, 15. Maij. Quæ multo
4 magis vera ſunt in Gręco ſacerdote vxorato; nam ſi commiſcuerit vxori, eadem die abſtinere debet ex ijs, quæ tradit, S. Thom. d. q. 80. & eſt tex. in cap. vir cum propria, 33. q. 4. nam teſtamento veteri ſummus ſacerdos commixtus vxori, immundus erat vſque ad veſperam; de quo Aug. lib. retractat. 2. & 52. & in libris quęſtionum; lib. 3.

Eſt ēt non canonicū tempus celebrandi tunc, cū ipſi celebrationi intereſt quiſpiam nominatim excōicatus; quinimmo ſacerdos hoc ꝑmittens eſt proximus irregularitati, vt dicit glo. in c. is qui, de ſent. excō. in 6. Imo ſi ille ſit excōicatus nominatim à Papa ſacerdos eum admittens, fit vere irregularis: Abb. in c. ſignificauit de ſent. excom. Spec. in tit. de diſpenſ. §. Iuxta. verſ. quod autem dixi: Idem eſt ſi corā perſona interdicta, Armil. in verb. interdictū, nu. 61. Debet ergo hic ſacerdos ipſam diuinorū celebrationē intermittere, & oēs ſcientes eum excōicatum, debent Eccleſiam egredi, c. oīs qui, 24. q. 1. not. 11. q. 3. c. ſicut apoſtoli, vbi gl. niſi canonem conſecrationis incœperit: nam eo caſu ſacerdos deſiſtere non debet, Innoc. in, c. nuper, de ſent. excō. quod ꝓbat Nicolaus Dioniſij de Peruſio in cap. Epiſcopū, in gl. in verb. officia, de priuileg. lib. 6. Quod ſi excōicatus ſciatur ſecreto, qui ſciunt ęgredi debent, etiam ſecreto, ne temere eum prodant. not. in c. ſi tantū 6. q. 2. in gl. & 2. q. 1. c. ſi peccauerit, vbi Archid. Animaduertendo tamen, quod ſecreto excōicatus vix aliquis eſſe poteſt, quem euitare teneamur: qm̄ ex conſtitutione Martini V. ad quam ſemper eſt habenda relatio, euitandus non eſt excōicatus niſi fuerit nominatim denūtiatus, vel propter notoriam iniectionem manuum in clericum, quæ non poſſit tergiuerſatione celari: vide Sum. Caiet. de excom. min. Quinimmo hæc vera ſunt nō ſolū in excōicato nominatim, vel interdicto, ſed etiam in quouis publice peccato
re: nam ſacris myſterijs intereſſe nō permittuntur, quādo notorie criminoſi ſunt ex Conc. Trident. ſeſſ. 22. decreto de obſeruan. & euitan. in miſſa. 5

E Contrario autem, ſi nemo adſit in Eccleſia, miſſam celebrare non licet, ex Conc. Magunt, cap. 43. & ex decreto So-
theris

theris Papæ, habetur de conſ.diſt. 1.cap. hoc quoq;: quod adeo verum eſt, ut & ſi plures adſint mulieres ſine ullo maſculo, etiam celebrare non liceret; quoniam cum nulla earum mulierum poſſit altari deſeruire, ut diximus lib. 1. loquentes de mulieribus; ſacerdos ſibi ipſi ſeruire cogeretur, quod eſt impoſſibile: Vnus igitur ſaltem miniſter eſſe maſculus debet in miſſis priuatis, & ſufficit. Hoſt. & Alberic. argu. cap. quæſiuit, de uerb. ſign. in qua ſententia perſiſtit S. Thom. ut refert, Silu. in uerb. Miſſa 1. q. 2. uerſ. ſecundum, dicens, quòd in ſolẽnibus debent ad minus duo aſſiſtentes eſſe: ita S. Thom. 3. quæſt. 83.

Die quoque paſſionis Domini nemo põt celebrare, uel conficere corpus Chri-
6 ſti, S. Tho. 3. d. q. 83. Ideo ſi quis illa die temere conficeret, non careret ſcrupulo ſchiſmatis, ꝙ ab uniuerſali Eccleſiæ ritu ſeſe abſcindat, & Chriſti ſepulturam nõ intendat ſignificare; qua die etiam campanarum ſonitus conticeſcit, & quodammodo Chriſtum ſepultum eſſe demonſtramus: unde etiam non careret ſuſpicione hæreſis; quod in tempore paraſceue non conueniret cum fide Rom. Eccleſiæ, quã hæreſim de paſchatis die iã plures Synodi abiecerunt, ſicut ſub Victore I. Papa, ut narrat Euſeb. lib. 5. Eccleſ. hiſt. cap. 22. & ſeq. & in Conc. Nicęno, & in Conc. Arelaten. 1. In Antiochen. Carth. 4. Aurelian. 4. Toletan. 4. Ita quòd cum ea die paraſceue uere mortuus Chriſtus fuerit, ea die ceſſare debet mortis eius ſignificatio, ut ſancte ſcribit S. Thom. d. q. 83. quod qui non obſeruarit, diſcedere uidetur aperte à decretis præfatis de pa-
7 ſchate loquẽtibus: Nam pontificales libri ſunt obſeruandi ſicut quælibet alia cæremonialia. Armil. in uerb. ſuperſtitio, nu. 1. tantoq; magis hodie hoc uerũ eſt, quòd ex Bulla Pij Quinti Pontif. Opt. Max. Dei indignatio impendet ei, qui miſſas pręter ritum in Miſſali nuper edito deſcriptum, celebrauerit. Cauſas uero ob quas illa die Euchariſtia confici non poſſit, ponit S. Thom. ibid. alias Specul. in ſuo Ratio. ſed utroque uetuſtior Ioan. Belletus in ſuo rationali, cap. 97. quatuor eſſe dixit; quæ reduci poſſunt ad ea quę dicta ſunt à pręfatis.

Qua ex re illud conſequitur, ut in hoc die paraſceues, nec miſſa celebrari poſſit, prætextu quòd cadauer aliquod ibi præſens ſit tumulandum: cuius priuilegio omni die, defunctorum miſſa celebrari poteſt: nam hoc intelligitur omni alia die præter diem paraſceue, ac diẽ Paſchæ: Nec eſt uerum quòd dictis diebus paraſceue, & Paſchæ corpora ad ſepulturam efferre non liceat, ut uidetur ſenſiſſe Specul. in Ration. lib. 7. tit. de off. defunct. nam intelligi debet eius doctrina de ſepultura quæ fit ſemel cum miſſę celebratione; hoc enim uerum eſt, ut illis duobus diebus ſepultura cum miſſa defunctorum non ſit celebranda: at ſepultura, ſimplex officiũ, & tumulatio, & traductio abſq; miſſa nullo iure, nulla cõſuetudine reperitur prohibita, nec hoc eſt contra Spec. ſententia, qui id docuit quoniam ſuo tempore omnes intumulationes fiebant ſimul cum miſſa, ut ibi patet, hodie uerò perrarò, & fere nunquã, quod etiam ſuadet pietas, ut uiuentibus detur hoc ſolatium efferendi cadaueris, & defuncto quantocitius ſuccurratur ex officijs ſepulchralibus, ac funeralibus; ſi tamen proxime agnati maluerint nõ efferre cadauer præfatis diebus, ſed differre in craſtinum, agant clerici quod cupiunt propinqui defunctorum, qui forſan malũt cadauer tumulari cum miſſa.

Baptiſmum quoq; generalem nemo

cele-



celebrare poteſt, niſi ſolo ſabbato Sancto: & die pentecoſtes, cap. non ratione, & cap. duo tempora, de conſ. diſt. 4. Particulari uero perſonæ quocumque tempore cõferri poteſt, cap. hi qui, cum duobus ſeq. ead. diſt.

Chriſma quoq; non niſi in cœna Domini, & quotannis conficiendum eſt, vt Fabianus I. Papa ſcribit in Epiſtola 2. ad Epiſcopos orientales; habetur de conſec. diſt. 3. cap. literis, his uerbis, Sicut ipſius diei ſolennitas per ſingulos annos eſt celebranda, ita ipſius ſancti chriſmatis cõfectio, per ſingulos annos eſt agenda; & de anno in annum renouanda; & Vetus chriſma in ſanctis Eccleſijs cremãdum; Iſta à ſanctis Apoſtolis, & ſucceſſoribus eorum accepimus, vobiſq; tenenda mãdamus; Hæc ille. Propterea damnationem incurrit, qui vetere chriſmate, vel oleo vtitur, cap. ſi quis de alio, de conſec. diſt. 4. Et tametſi Concilio Toletano. 1. cap. 20. & in quibuſdam Synodis Græcorum habeatur, vt in cap. omni tempore, de conſec diſt. 4. dicant poſſe omni tẽpore olea ſancta perfici. Tamen verius eſt, & vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudini magis acceptum, vt ſola cœna Domini fiant, ex præfato decreto Fabiani atteſtantis Apoſtolorum inſtitutum fuiſſe; quod etiam probat. S Tho. 3. q. 72. Sed & ipſius chriſmatis inunctio, quæ in ſacramẽto confirmationis fit, ſuum tempus, vel ætatem habet; Nam ad minus puero ſeptenni dari debet. S. Tho. d. q. 72. Idem omnes ſummiſtæ: & nouiſſime Catechiſmus Pij Quinti in tractatu de Sacramento confirmationis.

Sed & in omnibus alijs rebus ſacris ſunt ſua ſtatuta tempora, quæ ſi non obſeruentur, quicquid agitur minime canonice agitur. Leo. 1. Papa epiſt. 79. cap. 1. Nam ordinibus ſacris conferendis ſunt hæc tẽpora præſcripta; ſublata quatuor temporum, ſabbatum ante dominicã de paſſione, ſabbatũ ſub diem Paſchæ, diſt. 75. cap. vlt. de temp. ord. cap. de eo: quæ temporum obſeruatio ſolos adſtringit Epiſcopos, & inferiores Papę, S. Thom. 4 diſt. 25. Papa vero ipſe omnes etiam ſacros ordines quocumque tempore conferre poteſt, cap. 1. de temp. ord. & tradidit Hoſt. in d. cap. de eo. Propterea de Sedis apoſtolicę auctoritate, ſolet concedi facultas de promouendo extra tẽpora, vt habet ſtylus curiæ: quiſquis igitur extra hæc tempora ſine Papæ diſpenſatione promotus fuerit, characterem quidem ſuſcipit, ſed exercere prohibetur, c. cum quidam, de temp. ordin. nec vlla cõtraria conſuetudo ſuffragari poteſt, cap. ſane, de temp. ordin. Imo hic ſic promotus inter irregulares adſcribitur à Spec. in tit. de diſpenſat. §. Iuxta: verſ. Item ordinatus extra tempora: Quinimmo ipſe Epiſcopus, qui contulit ſacros ordines, temporibus non ſeruatis, graui pęna plectendus eſt à Metropolitano, vel Papa d. cap. cum quidam, & cap. 2 de temp. ord. Imo priuatur ordinandi poteſtate, capit. ſubdiaconus: diſt. 77. Alberic. in verb. ordinatus debet: Diſpenſatio vero cum eo qui extra tempora ordinatus fuerit ab Epiſcopo qui in culpa non fuerit, obtineri poteſt, argum. cap. diuerſis, de cler. coniug. ſcilicet, vt ſuſceptos ordines exercere poſſit poſt condignam pęnitentiã cap. conſultationi, de temp. ordin. Sed vt ad altiores aſcendat à ſolo Papa obtinenda eſt; Tabien. in verb. irregularitas 4. nu. 6. Silu. in verb. irregularitas, q. 10. Summ. conf. de ætat. ordin. q. 36. Alber. in uerb. Ordo 2. & in verb. diſpenſ. verſ. octauus,
10 per capit. 1. de ſacram. non iter. & licet olim inter veteres canoniſtas fuerit controuerſia, quòd promoti extra tempora

non

non eſſent ipſo iure ſuſpenſi per d.c.con-
ſultationi: Tamen hodie omni dubio ca-
ret; prẹſertim ob declarationem cuiuſdã
extrauagantis Pij II. confirmatæ ab In-
noc.8.& Alex.6.in qua fit expreſſa decla-
ratio, quod ipſo iure ſuſpenſi ſint,& licet
illa bulla non videatur eſſe in vſu quoad
alia, vt dicit Tabien.in d.num.6.Tamen
Silu.in d.q.10.perſiſtit in hac ſententia,
& ipſe Tabien. fatetur hos eſſe irregula-
res, citat 75.diſt.c.vlt.& cap.2.de temp.
ordin.Propterea ego ſentio parui referre
quòd illa Bulla ſit in vſu: Nam hoc no-
bis ſufficere videtur fuiſſe ſemel declara-
tum ipſos ſuſpenſos eſſe, & exequendo
fieri irregulares: Sed ſi eius extrauagan-
tis verba videre vis, habes apud Diaz in
praxi canon.cap.22.

Hæc vera ſunt maioribus ordinibus
conferendis; Sed & in minoribus idem
erit, ſi publicæ, & generales ordinationes
fiant: at ſi priuatim paucis, minores con
ferre velit Epiſcopus omnibus diebus
dominicis id facere poteſt; Immo & om
nibus feſtis, Rai. in ſumm.in tit.de temp.
ordin.ſcribit Innoc.de temp.ordin. cap.
2. Summ. conf. de ẹtat.ord.q.30.Alber.
in verb.ordo.2.Tonſura vero omni tem-
pore, & paſſim cõferri poteſt, ſecundum
Hoſt.quem ſequitur Ant. in d. cap. con-
ſultationi.

Iſta autem ſabbatorũ Tempora, duo-
bus caſibus trãsferri poſſunt in ſequẽtes
dies dominicos, primus eſt, ſi ordinãtis,
& ordinati ieiunium ſeruetur vſque in
ipſum diem dominicum: Tunc enim ip-
ſo die dominico etiam ſacri conferri po-
terunt, cap. quod à patribus, diſ.75.Sed
quia indiſcretum ieiunium, & maxime,
periculoſum eſt, vt tradunt Innoc.Hoſt.
& alij in cap. literas, de temp.ordin.non
eſt tanta productio ieiunij facienda;

Alter caſus eſt, ſi die ſabbati tãta fuiſ-
ſet ordinandorum multitudo, vt omni-
bus ſatisfieri non potuerit cuiuſmodi fal
ſo ipſorum ritu vna die Epiſcopus Prẹto
Iannis ſacerdotes biſmille tricentos ſex,
& quinquaginta promouerat, vt ſcribit
Franciſcus Aluarez de reb. Aethiop. c.
96.nam in diem dominicum continua-
tio fieri poſſet ex ſententia Innoc.in d. c.
literas; Silu.in verb.ordo.2.q.6.Abbates
vero, atque alij prælati Epiſcopo inferio
res, quibus iure, aut priuilegio facultas
competit conferendi minores ordines,
congruẽtius faciunt ſi nõ conferant iſtis
ſupradictis ieiuniorum temporibus, q̃a
cum illis non competant publicæ ordi-
nationes, ſed eæ priuatæ, debent alijs die
bus feſtis id agere; ne videantur velle ſo-
lẽnes ordinationes tenere, vt tradit Hoſt.
quem refert, Silueſt. in d. verb. ordo. 2.
q.6.ad fin;

Ipſa quoque Epiſcoporum conſecra-
tio, ſolis dominicis, & feſtiuis diebus fa-
cienda eſt ſummo mane à ieiunis, ſaltem
circa horam tertiam, cap. ordinationes,
1.diſt.75. Silu.in verb.conſecratio.1.q.
3. poſſunt nihilominus, etiã iſtis ſabba-
tis ſolennibus conſecrari; quinimmo, &
ſi quis ſuſceperit ſabbato ſacerdotiũ, po-
terit ſubſequenti dominica conſecrari
Epiſcopus, etiam ieiunio non continua-
to de ſabbato in dominicã; Rai. in ſum.
in tit. de temp. ordin. verſ. Item poteſt:
Quæ Epiſcoporum conſecratio aliud ha
bet tempus canonicum, intra quod fieri
debeat: nam quiſquis pronuntiatus eſt
Epiſcopus, tenetur infra tres menſes cõ-
ſecrari ſub pœna amiſſionis perceptorũ
fructuum, & ſi per aliud trimeſtre diſtu-
lerit, ipſo iure priuatur ipſa Eccleſia Epi-
ſcopali: Conc.Trident.ſeſſ.23.cap.2.de
refor. Quando autem incipiat trimeſtre
currere an à die Electionis, an à die con-
firmationis, Doct. ſcribunt in cap. quo-
niam



niam quidam, diſt.75.Silu.in d.q.3.

Conſecrationes virginũ omnibus fe-
ſtis fieri poſſunt; Sed de ijs diximus lib.
1. quãdo de monialibus agendum fuit;
12 Et ideo quando etiam in neceſſitate vir-
go eſſet conſtituta, poſſet etiam die feria-
to ſacrari: cap. deuotis, 20.q.1.Rai.Ibid,
cum tamen regulariter ſolis feſtis conſe-
crari debeant virgines.c.1.de temp.ord.
Eccleſiæ vero, & altaris conſecratio qui-
buslibet etiam feriatis diebus fieri po-
teſt; quia ſic ſuadet neceſſitas cultus diui
ni augendi; cap. 2. cum gloſ.de conſecr.
Eccl. vel altar.Rai.in ſũm.in tit.de cõſec.
Eccleſiæ.

Ad hunc quoq; temporis tractatum
pertinet indagare ætates ſingulorum or-
dinum: Sed quia de ea re proprio titulo
egimus primo lib.eo lectorẽ reijcimus;

Alia ſuper eſt tẽporis indagatio; quæ
verſatur circa interſtitia temporalia in-
13 ter vnum, atque alium ordinem ſuſcipiẽ
dum; nam ne quis præpropere, & nimis
accelerate ad omnes ordines aſcendat,
& quaſi Neophytus cenſeatur; certũ in-
teruallum per ſingulos ordines deſidera
tur: nam olim in minoribus ordinibus
quinquennio deſeruiendum erat, priuſ-
quã in ſacris admitteretur; deinde dia-
conatus aliud quinquennium exigebat,
vt ad presbyteratum aſcendere quis poſ
ſet, ex decreto Zoſimi Papæ: habetur
diſt.77.cap.in ſingulis: Poſtea Gelaſij 1.
conſtitutione declaratum erat, à minori-
bus ad ſacrum ſubdiaconatum requiri
trimeſtre aliud ẽt trimeſtre ab illo ad dia
conatũ; ad prſbyteratũ à diaconatu alio
trimeſtri erat ſcenſus in ijs, q̃ à pueritia
Eccceſiaſticis miniſterijs fuerãt occupati.
Sed ſi vir fact⁹ laic⁹ deliberaſſet ſe ſe mã-
cipare diuinis obſequijs, nõ admittebat
ad ſacerdotium, niſi octodecim menſi-
bus decurſus, ab adepto primo ordine
maiore; vt habetur in capit. Monachus,
diſt.77.cap.1.Alber.in verb.Ordinatus à
non Epiſcopo: Hodie tamen media qua
dam via vtendum putauit Trid.Concil.
nam minores ordines non vna die, ſed
diuerſis conferendos eſſe decreuit, niſi
aliter Epiſcopo expedire videretur, ſeſſ.
23.cap.11.de reform.vbi aperte interſti
tia per ſingulos ordines ſeruari iubet: q̃
interſtitia varijs modis accipi ſolent; an-
tiquitus enim, per quatuor aut quinque
annos intelligebantur, cap. in ſingulis cũ
gl.77.diſt.ſed verius puto interſtitia ho-
die intelligenda ipſa quatuor tempora
ordinibus conferendis à iure ſtatuta. Et
in hac re verſabitur arbitrium Epiſcopi
pro neceſſitate Eccleſiarum, & diſciplina
ipſorum ordinandorũ: ſuſceptis vero mi
noribus, annus interponendus eſt, priuſ-
quam ad primum ſacrum, qui ſubdia-
conatus eſt aſcendat, vt ibid.& à ſubdia-
conatu ad Diaconatũ alius annus, Ead.
ſeſſ. cap.13. Idem à Diaconatu ad pres-
byteratum; Ibid.cap.14.quæ tamen tẽ-
porum interſtitia arbitrio Epiſcopi im-
mutari poſſunt, ſi expedire iudicauerit,
vt ijſdem locis probatur: Quod arbitriũ
Epiſcopo quidẽ quantum verba ſonant,
conceſſum eſt quo ad hoc, vt hæc inter-
ſtitia abbreuiari poſſint; at non ita vt ea-
dem die ſacros ordines duos conferre
poſſit, vel vltimum minorem cum pri-
mo ex ſacris; quinimmo ſi hoc fecerit
ſciens deponendus eſt; cap. qui in aliquo
in fin.diſ.55.& diſt.81.cap.Tantis: quod
ſi per ignauiam, & incogitantiam id fe-
cerit; priuari debet poteſtate ordines cõ
ferendi: cap. qui Eccleſiaſticis, diſ.36.vbi
gloſ. hac diſtinctione vtitur, & Alberic.
in verb. ordinator, in princ. Idque adeo
eſt verum, quod ſi ſabbato vnum ſacrũ
ordinem conferat alicui, & continuato
ieiunio, alterum eidem conferat in do-
minica,

minica, ſuſpenſus eſt ipſe Epiſcopus ab ordinis collati poteſtate conferendi, & ordinatus ab executione ſuſcepti ordinis, donec ſedes apoſtolica diſpenſarit c. literas, de temp. ordin. & capit. dilectus: Imo quia indignum, & contra canones promouit, videretur etiam deponendus cap. ſi qui Epiſcopi, vbi optima gl. 1. q. 1.

Hoc loco opportune quęritur, an Epiſcopus prædictus, qui liberam habet poteſtatem diſpenſandi ſuper iſtis temporum interſtitijs, ex decreto ipſius Conc. Trident. ſi tacite promoueat eũ, qui nondum expectauit tempora annua, quæ requiruntur ab vno ordine ad alium, dica-
14 tur diſpenſare. Reſpondi aliàs, Epiſcopus ſciens nondum eſſe lapſum tempus, per ipſam promotionẽ cenſetur voluiſſe diſpenſare; Nam omne canonicum impedimentum, quod eſt in poteſtate Epiſcopi diſpenſandum, ſemper videtur di- diſpenſari, ſi Epiſcopus ſciens ꝓmoueat. Abb. in cap. veniens, de fil. presb. Fel. cap. præterea, de teſt. cogen. num. 7. 8. & 9. Idem ſi ipſe non conferat ordinem, Sed dimiſſorias concedat, quia hæc à pari ꝓcedunt: Silu. in verb. irregularitas in fin. arg. cap. accedens, de purg. canon.

Tempus quoque canonicum adfert impedimentum, ne quis alteri præferatur, quia qui primo ordinatus eſt, alijs præfertur. Leo. 1. Papa epiſt. 87. in fin. gl. & tex. in cap. ordinationes, diſ. 75. Conc. Milenitan. cap. 13. & ſequen. quòd intelligo in ordinatione canonice facta; alioqui ſi quis titulũ nullum, & illegitimũ habuiſſet, & poſtea illud fecerit ſanari, id non poterit ei ſuffragari, in pręiudiciũ illorum, qui ante ſanationem illius defectus habuerunt magis legitimum titulum: ideo ſi quis canonicatum obtinuerit per ſimoniam propinquorum, & poſtea creatis alijs canonicis ipſe renunciauerit, & Epiſcopus eidẽ contulerit; quaſi nunc ordinatus erit poſterior omnibus.

Ad eundem temporis tractatum pertinet an articul⁹ mortis, ideſt ea dies qua
15 ad mortem damnati ſuſpendendi, decapitandi, comburendi, vel in aquas immergendi ſunt, adferat canonicum impedimentum, ne ſacram Euchariſtiam poſſint ſuſcipere? ſane per Italiam hic abuſus inoleuerat nimis, ob ſecularium Iudicum, vel neglectum, vel ignorantiã; præſertim quia, & criminaliſtæ, vt Marſilius, & alij id ſuo marte ſcripſerunt, triduo ante mortem concedi poſſe Euchariſtiam, putantes hoc modo ſe ſe plus venerationis adferre illi ſacramẽto, quod in viaticum datur, & infirmitatẽ, ac robur; vt ea mors æquiore animo toleretur: Propterea ego nonnullis locis, quibus pro Epiſcopis magiſtratum geſſi, validiore auctoritate, qua potui id induxi, vt ea ipſa die communio concederetur. Primo ex illa Regula, quòd huiuſmodi damnatis nullum ſacramentum negandum eſt; Clem. 1. de pœnit. & remiſſ. vbi gl. expreſſim communionem quoq; concedi dicit: & omnes ſummiſtæ idem fatentur, Angel. ver. Euchariſtia. 3. nu. 27. verſ. vtrum ſit danda. Sil. in verb. Euchariſtia. 3. q. 5. Armil. in verb. Communio, verſ. omnibus: Secundo quia, & hæreticis igne cremandis conceditur. capit. ſuper, de hæret. lib. 6. Tertio, quia dari poſſe, & debere ſi velit, ipſo vltimo die, qui finis eſt vitæ eius conſtat apertiſſime in cap. quęſitum eſt: 13. q. 2. ibi, in fine communio danda eſt: & eſt gl. in cap. ſi quis de corpore, 26. q. 6. ſic enim ſignificat verbum illud, in fine, ſcilicet vltimo articulo mortis, cap. de filia, 27. q. 1. Ipſo autem facto mihi delatũ eſt ꝑ plures mortem ſubijſſe viriliter, Deo gratias agẽtes: nimirum domino aſſiſtente, & cõpatiente;

te; quin etiam diuina miracula contigiſſe produnt hiſtorici: Nam Brugis, cum ſeptem fuiſſent ſuſpenſi, ille vnus qui ex eis Euchariſtiã acceperat, rupto fune ſeruat⁹ miraculo eſt in ipſa die feſti ſanctorum Petri, & Pauli, vt tradit Surius in cõmentario anno Domini M. D. LXVII. Ideo damnandũ eſt, quod ſcribit Steph. Aufr. in tract. de poteſt. Eccleſ. ſuper laic. verſ. 128. quod ſcilicet negetur Euchariſtia, & detur ſolus panis benedictus; nã illa benedicti panis datio reprobatur à S. Thom. quodl. 5. art. 12. Ipſis vero dandum non eſt ſacramentum extremæ vnctionis. S. Th. 4. cõtra Gent. c. 73. quod licet dandum ſit ſolis fidelibus, & ſolis verè pœnitentibus, ſicut cætera ſacramẽta ex Innoc. 1. epiſt. 1. ad Epiſc. Eugub. c. 8. habetur 95. d. cap. illud; tamen non datur niſi infirmantibus, ex verbis Iac. c. 5. Quòd ſi aliquando per vnctionem olei benedicti aliqui ſanati ſunt ab abſciſſione brachij, vt ſcribit Greg. Turon. hiſt. Gall. lib. 2. cap. 37. vel de mutis, ſurdis, aut cęcis, q̃ ſimili vnctione facti ſunt loquentes, audientes, & videntes, vt Idem Greg. hiſt. lib. 6. capit. 7. Tamen illud potius ad miraculũ pertinet, quàm ad hoc ſacramentũ vnctionis. Nam ſicut Sancta Genouepha infirmos inunxit, & ſanauit non ex ſacramento, ſed miraculo, vt ſcribit Ricard. diſt. 23. diſt. 2. q. 2. ita, & in ꝑdictis caſibus; atque alijs ſimilibus.

Eſt ẽt temporis habenda ratio, ſ. quæ miſſa ſit qualibet die dicenda; debet .n. illa dici, quæ congruat diei officio: Ideoque nec votiuæ miſſæ qualibet die feriata dici poſſunt, niſi ordine à miſſali per rubricas propoſito, ita quòd ſi ille dierũ ordo ſine vrgenti neceſſitate confundat̃, non bene fit, ex rubrica prima de miſſis votiuis, & rubrica, quæ ſtatim ponit̃ ibidẽ poſt miſſas votiuas de Sancta Maria.

*De perſonis, pro quibus diuina celebrare non licet.*

## CAP. XXV.

1 *Manus inijciens in ſe ipſum, non debet eſſe dignus, vt pro eo oratio, vel oblatio fiat.*
*Clericus ſe percutiens, ipſo facto eſt excõicatus.*
*Monachus ſi peculium ſeruauerit, non ſit oblatio pro eo.*
*Impœnitentes morientes, non ſunt digni, vt fiat oblatio pro eis.*
2 *Tutorem Clericum nominantes debent priuari oblationibus, & orationibus Eccleſiæ.*
3 *Duello morientes nõ ſunt digni, vt pro eis oblatio fiat.*
*Clericus ſi moriatur in rixa, pro eo oblatio fieri non poteſt.*
*Excõmunicatus quomodo ſit priuandus oratione fidelium, & an peccet, qui pro eo orat.*
4 *Excõmunicato ad miſſam ſuperueniente ante cœptũ canonem conſecrationis, diſcedendũ.*
5 *Excommunicati corpus, ſi adſtet in Eccleſia dũ ſacerdos celebrat, non dicitur coram excommunicato celebrare.*
*Excommunicati cadauer non eſt aſpergendum, incenſandum, vel benedicendum alioqui diceretur quis participare.*
6 *Miſſam mortuorum dicens pro viuis fidelibus, vt moriantur, eſt deponendus, & ille qui illi miniſtrat ad hoc.*
*Nigra paramenta ponens in Eccleſia præ dolore amici mortui, irregularis eſt, ſecus ob ritum ſeruandum.*
7 *Oblatio crimino ſorum reſpuenda ab Eccleſia:*
*Raptorũ oblationes, qui recipit irregularis eſt.*
*Vſurarij manifeſti oblatio reſpuenda; alias clericus contra faciens, eſt ipſo iure ſuſpenſus.*
8 *Fratrum diſſidentium oblatio reſpuenda.*
*Fratrum diſſidentium miraculoſa exempla:*
9 *Lauretanæ Eccleſiæ origo.*
10 *Rebaptizatorum oblatio reſpuenda;*
11 *Meretricum oblatio reſpuenda.*
*Oblationes, quæ ex canonibus reſpuendæ proponuntur, intelliguntur illæ publicæ, quæ fiunt ad altare, at eleemoſynæ non reſpuuntur.*
*Notorie criminoſus quiſquis ad altare oblationem facere non permittendus.*
12 *Meretricem publicam poſt partum non eſſe introducendam in Eccleſiam, niſi cognita conuerſione.*
*Ordinari nemo poteſt eorum, quorum oblatio ab Eccleſia reſpuenda eſt.*

*Matrimonij impedimenta quæ ſint, vſque ad finem cap.*
*Clandeſtina matrimonia hodie irrita ſunt, & quæ ſint.*
*Clandeſtina matrimonia auctorizans paroch. quomodo puniatur, & quomodo monachus.*
13 *Matrimonio conſanguineorum, uel affinium aſſiſtens parochus excommunicatus eſt*
*Affinitas hodie contrahitur etiam ex fornicatione duobus gradibus.*
*Sacerdos ſciens in confeſſione aliquod impedimentũ non prohibetur aſſiſtere, et benedicere.*
*Almificus Epiſcopus patrem Othonem excommunicauit ob inceſtum.*
14 *Cognatio ſpiritualis hodie quibus gradibus conſiſtat*
*Baptizatum tangentes non omnes contrahunt cognationem ſpiritualem*
*Matrimonium cogentes contrahere hodie ſunt excommunicati;*
15 *Pœna capitis in laico eſt degradatio in clerico*
*Matrimonium ſimulatum parochus auctorizans quomodo puniatur.*
16 *Matrimonio monachorum, monialium vel clericorum in ſacris, parochus aſſiſtens ipſo iure eſt excom*
*Maſculi ſe ſe inuicem matrimonio copulantes qua pœna puniantur, & parochus.*
*Hermafroditorum matrimonia quomodo iure permittantur*
*Matrimonia quibus criminibus impediantur, & quomodo.*
17 *Hæreticorum matrimonium auctorizans parochus fit irregularis.*
*Publicæ honeſtatis impedimentum hodie quomodo procedat, quot gradibus*
18 *Matrimonium quodcumq; contra decreta Eccleſiæ generalia, vel ſpecialia dicitur Clandeſtinum, & habet locum pœna, cap. vlt. de cland. deſp.*
*Parochus dubius de impedimento matrimonij debet abſtinere.*
19 *Diſpenſatio ſuper matrimonio contracto obtenta à contrahentibus non prodeſt parocho.*

Plarum quoq; perſonarum cõ-
ditio, pro quibus ſacra facien-
da ſunt, canonicum adfert im
pedimentum ſæpenumero, ne ſacerdo-
tio fungi quis poſſit; Nam ſi quis in ſe-
ipſum manus inijciens moriatur, nec ob
1 latio, nec oratio pro eo fieri poteſt: cap.
placuit, 23. q. 5. Tales enim ſi forte ſu-
peruixerint, etiam irregulares fiunt, ſicut
reliqui ſponte ſe mutilantes, vt diximus
primo libro de mutilatis: idem etiam
dicemus lib. vlt. tractando de mutilatio-
nibus: hic etenim ſe percutiens, cenſe-
tur ipſo facto excommunicatus, ſi cleri-
cus ſit, vt tradit Archid. in cap. ſi non li-
cet, 23. q. 5. Hinc eſt quòd illæ duæ ſan-
ctimoniales Tabénoſiotæ, quarum alte-
ra in monaſterio laqueo ſe ſuſpendit, al-
tera ſe ſe in flumen deiecit, omni obla-
tione priuatæ fuerunt, vt ſcribit Pallad.
Cappad. in uita Tabennoſ. fœminarũ.

Pro monacho etiam mortuo, qui pe-
culium congregauerit, ſine Abbatis licẽ-
tia, oblatio fieri prohibetur per canones;
c. monachi, de ſtat. mon ꝙ tanto magis
verum eſſe debet hodie ex Conc. Trid.
ſeſſ. 25. cap. 2. de Regul. quo proprietas
ꝓhibetur quibuſcumq; regularibus, &
conſuetæ ſuorum ordinũ canonicæ pœ-
næ ibidem confirmantur.

Sed & pro ijs, qui impœnitentes mo-
riuntur, & in peccato mortali, quantum-
cumq; Chriſtiani ſint, oblatio, atq; ora-
tio pro eis fieri nõ permittitur c. pro ob-
euntibus, & vlt. 13. q. 2. Pro illis quoque
non eſt facienda oblatio, vel oratio, qui
tm̃ dant negocium, laborem, vel impedi
mentum clericis, vel eos in tantum occu
pationibus vexant; quod ab altaris mini
ſterio auertantur; nam quæ maior iniu-
ria Deo ſit, quã ſi auertas miniſtros ſuos
ab ipſius obſequio? Ideo indigni fiunt,
ne inde auxilium ſperent, vbi culpã cõ-
miſſerunt, tex. in c. Cyprianus, 21. q. 1.
Cyprianus etenim lib. 1. Epiſt. 9. negat
2 offerendum eſſe pro eo, nec ſacrificandũ
pro dormitione eius, qui excedens cleri-
cum nominaſſet ad tutelam, vel curam;
cuius rei meminit Oſius Eps Varmienſ.
in conf. de cęrem. ſumptis à rebus. c. 88.



Morientes quoq; in duello, quia excõica
3 ti ipſo iure ſunt, & Eccleſiaſtica priuan-
tur ſepultura, c. 1, de torneam. & Concil.
Trid. ſeſſ. 25. c. 19. indigni ſunt, & obla-
tione, & oratione, ſicut reliqui oẽs excõi-
cati morientes, vt infra dicemus: Propte
rea ſi clericus in rixa moriatur, vel in lu-
dis gentiliũ, ideſt haſtiludijs, & lapidum
iactibus, pro eo ſacrificium offerri non
poteſt, c. quicumque clericus, 23. q. 8.

Et generaliter nulla oratio publica,
vel ſacrificium offerri poteſt pro quocũ-
que excõicato. S Tho 4. diſt. 18. his ver-
bis, Ex perſona Eccleſię oratio pro excõi
cato inter membra Eccleſiæ fieri nõ põt,
quamuis aliqua pſona particularis poſ-
ſit aliquod ſuffragium ad eius cõuerſio-
nem per intentionem dirigere: Hæc ille.
Quæ verb. Sil. interpretatur, quòd ſacer
dos in quantum ſacerdos non põt pro
excõicato orare, ſed inquantum ſingula
ris perſona, etiam in ſecretis miſſæ, non
peccat, ſi pro illius conuerſione oret, vel
etiam publicam orationem dicendo ge-
neraliter, ſi eũ recolat in mente, non vt
membrũ Eccleſię, ſed vt ſeparatũ, & diui-
ſum non peccat: vel ẽt ſi in ſuis priuatis
orationibus pro illo oret, non peccat: ita
Silu. in verb. excõicatio. 1. circa princ.
Sum. conf. lib. 3. tit. 33. q. 169. Idem Sil.
in verb. Miſſa. 1. q. 8. verſ. Quartum: Et
ſic cõcludit quòd duo ſunt caſus, in qui
bus pro excõicatis nec oratio, nec ſacri-
ficium licet. primus eſt in ſpeciali, & pu-
blica interceſſione; ſecundus eſt, inquã-
tũ pro eo oratio fieret, vt pro perſona in-
ter mẽbra Eccleſię: Propterea dico, quòd
ſi ſacerdote celebrante, tunc cũ dicitur
canon cõſecrationis, ſuperuenerit excõi-
tus notorius, quẽ ille dubitanter ſcit eſſe
talem, non tenetur dimittere miſſam, vt
iam diximus ſupra proximo capite, cir-
ca princ. Quinimmo ſi in mente oret ꝓ
illius conuerſione ad gremium Eccleſię,
4 forſan non peccaret ſacerdos ex ſentẽtia
aliquorum, cũ quibus tranſit Sil, in loco
citato; at quandocumque excõicatus ſu-
peruenerit ante cęptum canonem, nullo
modo debet ſacerdos, nec laici pro illo
orare: quia cõicare viderentur ei in ora-
tione, arg. c. ſicut apoſtoli, 11. q. 3. & c. nu-
per, de ſent. excom, debet. n. potius dimit
tere miſſam, & alij debent Eccleſiã egre-
di, vt diximus proximo ſuperiori capi-
te: Quæ procedunt in excõicatis viuis;
at in defunctis, qa nulla poteſt eſſe ſpes
redemptionis, non eſt offerendum ſacri-
ficiũ, nec oratio, etiam priuata, ſicut nec
pro quolibet mortuo in peccato morta-
li; ſed ſi dum ſacerdos celebrat, adfera-
5 tur in Eccleſia cadauer publici excõmu-
nicati, meo quidem iudicio non tenetur
miſſam deſerere, quia ſacerdos ex ſepa-
rata intentione celebrans, nõ videtur ad-
mittere ad cõionem altaris tale cadauer,
cuius pſentia nõ eſt talis, vt ſacerdos di-
catur corã excõicato celebrare, pſertim,
quia ratio euitandę cõionis ceſſat in iſto
caſu: Illud tñ verum eſt, quòd non debet
quidquã pro mortuo dicere, vel orare,
vel aliquã operã impendere circa illud
corpus, vt puta aſpergendo, benedicẽdo,
cruce ſignando, vel cõ comitãdo, aut fie-
ri permittendo funera (ſi ad eũ prohibe
re ptineat) quia eo modo videret ſepul-
turæ cõicare, & conſequenter fieret ẽt ir-
regularis, ſicut reliq admittẽtes ad ſepul
turã excõicatorũ corpora: Cle. 1. de ſep.
Et hunc caſum diſputando ita decidit
Abb. in c. ad hæc, de priuil. & exc. prælat.

Eſt ẽt notatu digna irregularitas illa,
qñ quis orat pro viuis fidelibus, vt mo-
riant: nã ſi quis miſſam mortuorũ ꝓ vi-
uis dicat, credens per talẽ miſſam, illos
6 eẽ morituros, peccat grauiſſime, ſicut qñ
quis orat, vt Deus aliquem perdat; Silu.

in verb.Miſſa.1.q.8.in fin. ſed & irregu-
laritatem incurrit, quia deponitur pro-
prij ordinis gradu, cap.quicumq;.26.q.
5.Hoſt.de ſortileg.c.vlt.Grillan.in tract.
de ſortileg. q. 14. & 17. Diaz in praxi
Canon.cap.35.Idem quoq; puto in eo,
qui ſcienter miniſtrarit huic ſacerdoti,
cum eadẽ intentione,arg.c.2.de apoſtat.
Idẽ & in eo, qui ſic celebrari miſſam fa-
cit;eſt.n.commune delictum. Huic autẽ
alia confinis eſt, ſi amicis mortuis, quis
tanto dolore afficiatur,vt prę mœſtitia au
ferat ſacra paramẽta ab altaribus, vel ni-
gris paramentis,quaſi lugubrius ea para
uerit, uel conſueta luminaria ſubtraxe-
rit,aut extinxerit: nam qui hæc cõmiſſit
honore, & dignitate loci ſui priuatur;qđ
ſignificat depoſitionem,& irregularitatẽ
d.c.quicumq;. quod tñ locum non habe
bit,quãdo apparatus niger altaribus cir-
cumponetur,non hac mæſtitiæ intentio-
ne,ſed ad ſeruandum Eccleſię ritum,qui
ſic inſtituit tempore funerum;

Ad hoc genus canonicorum impedi-
mentorum pertinet;quod ſicut ſacerdo-
ti orare non licet, pro præſcriptis perſo-
nis: ita nec debet oblata munera ſuſcipe
re illarum,vel ſimilium perſonarum; Nã
in deteſtationem criminis, vt criminoſi
compeſcantur, iubet Eccleſia eorũ obla-
7 tiones reſpui; & non reſpuentibus cõmi
natur irregularitatem: Sacerdos etenim,
vel clericus,qui ſuſceperit Eleemoſynas,
atque alias oblationes eorum,qui rapto-
res ſunt Eccleſiarum,vel publici violato-
res, irrecuperabiliter patitur damnũ ſui
ordinis,dicit tex.in cap.2.de raptor.quę
verba ſignificant induci irregularitatem
ſine ſpe diſpenſationis; quæ res hodie lõ
ge magis vera eſſe debet, quoniã ex Cõc.
Trid. ſeſſ.22.cap.11.de refor.iſti rapto-
res ſunt ipſo iure Papali excommunica-
tione innodati,& clerici eis conſentiẽtes,
vltra excõmunicationem,perdũt officia,
& beneficia,fiunt inhabiles ad alia,& ab
ordinũ executione ſuſpenduntur,vt ibi:
quod longe magis verum fuerit in rapto
ribus ſanctimonialium;nam Menna ſan
ctiſſimus Monachus oblationes etiam
priuatas Carterij, qui monialem rapue-
rat,his verbis ſpernens abiecit,oblationẽ
ſuam omnipotenti Deo abſtuliſti,& mi-
hi tuas oblationes tranſmittis? ego obla-
tionem tuam non accipio, quia ſuã ab-
ſtuliſti Deo:Hæc narrat Greg.dialog.lib.
3. cap. 26. Sunt etiam reſpuendæ obla-
tiones Vſurarij manifeſti; quòd ſi ſacer-
dos eas acceperit, fit ipſo iure ſuſpenſus,
cap.quia,de vſur.& ad reſtitutionem ſu-
ſceptæ oblationis tenetur: Specul.in cap.
quanquam,ſuper glo.in verb.contra vſu-
rarios,nu.56.de vſur.lib.6.

Fratrum quoq; diſſidentium oblatio
reſpui debet,cap.oblationes,diſ.90.tan-
tum.n.odit Deus fratrum diſcordiã, vt
inter ſeptem illa præcipua,quæ ipſe odit
hoc ponatur,Prouerb.c.6.nam & ad eas
ſedandas magnis miraculis Deus vſus
eſt, Greg. etenim Neocęſ. Ponti Epiſco-
pus, qui Thaumaturgus appellatus eſt
paludem exiccauit,ꝙ inter fratres diſſen
ſionis cauſam daret; refert Euſeb. hiſt.
Eccl.meminit,& Eccleſia in lectione diei
feſti eius,15.Cal.decembris: Similis di-
ſcordia inter fratres ſedata eſt per tẽplũ
diuæ Mariæ Laureti, qđ ibi diuino mi-
raculo repente poſitum fuit,ea parte cõ-
finium vnde diſſenſio orta erat.

Oblatio quoq; eius, qui non cõicat.i.
qui excõicatus eſt, vel in vna catholica
fide non perſiſtit, uel non ſumpſit cõio-
nem ſuo tempore, non eſt ſuſcipienda,
Conc.Elibertan.c.28.ſicut nec oblatio il
lorum fidelium,qui filios ſuos hæreticis
batizandos conceſſerunt, Conc.Ilerd.c.
13. Propterea quãdo Valens Imperator





Baſilio ſolennia celebrante, Eccleſiã in-
greſſus eſt,vt Chriſto vaſa dono offerret,
ita ab omnibus clericis contẽptus eſt, vt
ea vaſa, aut dona nemo ex aſtantibus ſu-
ſceperit,aut attigerit; quia Baſilio catho-
lico præfatus Valens non cõmunicabat;
ſcribit Greg.Nazianz.in Monodia. Sed
& eæ oblationes,quę fiunt à ſacrilegis cõ
trectatoribus, ſeu ſacra furantibus, non
ſunt ſuſcipiendæ.12.q.2.cap.de viro,gl.
in d.cap.oblationes:Illorum quoq; obla
tio eſt deteſtanda,qui per vim hominem
de Eccleſia rapuerint. 17. q. 4. c.miror,
gl.in d.cap.oblationes:Rebaptizatorum
vero etiam durante pœnitentia contem-
nenda eſt oblatio: de conſecr.diſt.4.cap.
eos: gl.in d. cap. oblationes: quod mea
quidem ſententia extendi ẽt poteſt ad ip-
ſos Rebaptizantes ſcienter,& ad eos qui
10 Rebaptizationi miniſtrant loco diaconi
vel ſubdiaconi,vel ut compatres,vt dixi-
mus ſupra de Rebaptizatis tractantes:
& eſt tex.in cap.2.de Apoſt.

Meretricũ præterea oblatio repudian
11 da eſt; nam & olim ob immunditiam
reijciebantur;ne quaſi merces proſtribu
li accipi videretur, Deuteron.cap.23.gl.
in princ.14.q.5.& gl.in d. cap. oblatio-
nes. Nam & Iſaias idem dixit, non acci-
pias mercedem meretricis,vt refert glo.
in cap. ex tranſmiſſa, de dec. in gl. 1.vbi
etiã Abb. ſed hodie non illa ratione reii-
ciuntur oblationes meretricis, quia ſit
merces proſtribuli: ſed alia ſcilicet,ne Ec
cleſia videatur approbare peccatum, vt
inde lucrum capiat. S. Thom.2.2.q.86.
art.3.ſed hæc ſunt ſano ſenſu accipiẽda:
nam iſtæ oblationes intelliguntur illę pu
blicæ,quæ in Eccleſia ad altare pręcipue
diebus ſolennibus offeruntur.S.Tho.ibi:
at in decimis, & alijs priuatis eleemoſy-
nis non procedit hæc regula, vt fieri non
poſſint, nam nihil obſtat,quin & fiant,&
proſint.S.Tho.2.2.q.32.artic.7.& q.87.
artic. 2. Auguſt.Epiſt.54.habetur.14.q.
5.cap. non ſane, & tradit Silu. in verb.
Eleemoſyna.q.4.Et generaliter, quicũq;
notorie criminoſus eſt,non poteſt publi-
ce offerre ad altare oblationes; nam Ec-
cleſia reſpuit.glo.in d.cap.oblationes:&
in d.c. ex traſmiſſa, de dec.vbi Abb.hoc
probat,poſt Innoc. Et poteſt ratione cõ-
firmari;nam hodie omnes publici,ac no
torij peccatores non ſunt admittendi,ut
miſſæ interſint ex Conc.Triden ſeſſ.22.
cap.1.de obſeru. & euitan.in miſſ.multo
ergo minus eſt eorum oblatio ad altare
admittenda: quæ non niſi in miſſa fieri
conſueuit: Propterea publica meretrix
poſt partum non eſt introducenda in Ec
cleſiam,cum oblatione,niſi eam pęnituiſ
12 ſe cognoſcas: Ideo cõcludo omnes hos,
quorum oblatio reſpuitur, promoueri
non poſſe, quoniam ipſa ordinum colla-
tio miſſam comitatur, vt in ſacris ordi-
nibus,uel ſi minores ſint publice fiũt aut
cum ſui ipſius oblatione,qui Deo accep-
tus eſſe non poteſt,niſi correctus.

Ad eundem tractatum pertinet, vt.ſ.
aliorum cauſa ſacerdos ſuos ordines ad-
miniſtrare non poſſit circa ſacramentũ
matrimonij: nam interdictis nuptijs ad-
eſſe nõ poteſt, nec auctoritatem ſacerdo-
talem illis interponere: Ad cuius rei ple
niorem inueſtigationem eſſent hoc loco
annumeranda omnia matrimoniorum
impedimẽta, ſed quia nimium prolixus
eſt tractatus,& Doctiſſimi viri vberrime
de eis ſcripſerunt,videlicet Raymundus
Decretalium compilator,& cæteri recẽ-
tiores ſummiſtæ: ideo ad cognoſcenda
huiuſmodi impedimenta ad eos lecto-
rem reijcio. Hoc enim loco canonica ꝓ-
ſequemur impedimenta, quatenus ipſi
ſacerdoti obſiſtunt,ne interdictis nuptijs
intereſſe poſſit. primum eſt:

*Clandeſtinum matrimonium.*

IN primis vero occurrunt clandeſtina matrimonia, q̃ olim q̃dem prohibebant̃, ſed valida erant; hodie vero, & prohibentur, & irrita, & inualida ſunt, ſi Concilij Tridentini forma non ſeruetur, quæ præſcribitur ſeſſ. 24 cap. 1. de refor. matr. Dicitur autem Clandeſtinum ſi edicta, & publicationes tribus diebus feſtiuis non fiant; ſi Teſtes in ipſo contractu non interuenerint, ſi proprius parochus, aut alius pro eo ipſo mandante, non interfuerint: Iſtis enim caſibus quicumque clericus tamquam teſtis interſit grauiſſime arbitrio ordinarij punietur: Quin ſi non tamquã teſtis, ſed tamquam parochus ex proprio officio interuenerit omiſſis teſtibus aut publicationibus eadem arbitraria pœna punietur. d. Concil. cap. 1. uerſ. In ſuper. de refor matr. ſi vero cum parochus nõ eſset, parochi officium fecerit in auctorizando matrimonio, vel benedicendo, olim quidem tam Regularis, quàm ſecularis incurrebant triennalem ſuſpenſionem ex Conc. Lateran. ſub Innoc III. c. 51. Hodie vero ex d. Conc. Trident. cap. 1. ſupracitato, verſ. quod ſi quis, in determinatam ſuſpenſionem incurrit, quæ p̃petuæ cõparatur, nec eo caſu vllum priuilegium, aut quantumlibet immemorabilis conſuetudo, excuſare eum poterunt, vt ibi aperte conſtat: Eſt tamen odioſius ſi hoc delictum commiſerit Regularis, aut Monachus, quia etiam ipſo facto eſt Papali excõmunicatione innodatus. Cle. 1. de priuileg. & ideo cũ Diaz in praxi canon. cap. 67. multas excitet dubitationes, circa huiuſmodi ſuſpenſionẽ, ſuperuacanea eſt omnis illius diſputatio, & Doctorũ quos ille ibi citat; hoc n. vlt. Trid. decreto res tota abſoluta eſt;

*Conſanguinitas.*

PArochus vero, q̃ matrimonio inter conſanguineos cõtracto quartum citra gradũ auctoritatem ex proprio parochi officio ſciens interpoſuerit, fit infamis, ex decreto Caliſti Papæ cap. conſanguineorum. 3. q. 4. ſicut oẽs alij conſentientes talibus nuptijs, vt diximus ſupra hoc lib. cap. 1. quo loco probauimus omnes infames, & hos præcipue irregulares eſse: Præterea hic parochus etiam ob hãc approbationem talium nuptiarũ, incurrit ipſo facto excommunicationem, ſicut ipſi cõtrahentes, Clem. 1. de conſang. & affin. quod
13 expreſse ſcripſit Roſel. quem ſequitur, & comprobat Silu. in verb. excommunicatio. 9. q. 41. Et tametſi Tabien. in excommunicatione. 49. & Armil. hos non ſequantur: tamen iſtorum ſententia, poterat defendi illo tempore, quo matrimonia erant valida, etiam abſente parocho, ita quòd illius p̃ſentia nil addebat validitati matrimonij, & ſic parochus nõ videbatur participare in crimine per ſolam præſentiam: At hodie quia non ſufficit voluntas contrahentium, ſed requiritur auctorizatio parochi, tanquam de ſubſtantia contractus: hinc fit quòd impoſſibile ſit dicere ipſos contrahentes ſolos eſse excommunicatos, non autem ipſum parochum, ad quem potius ſpectat damnare tales nuptias, quàm ſacramento confirmare: Ideo cũ ſit vere particeps criminis criminoſi, auctorizando eandem incurrit excommunicationem, quam ipſi delinquentes, & ita concludit Nauar. in tract. de cenſur. cap. 37. nu. 33. arg. cap. nuper, & cap. ſi concubinæ, cum not. per Abb. ibi, de ſent. excom. & ita in vna Lucerina fuit per Sedem apoſtolicã iudicatum: delegata enim mihi fuit ab-
ſolutio

ſolutio excõmunicationis, quàm Parochus incurrerat ob huiuſmodi auctorizationem matrimonij, & quia idem Parochus in huiuſmodi excõmunicatione celebrauerat, illi contuli beneficium abſolutionis; ſed de irregularitate non diſpenſaui, remittens eum ad dictam Sedem apoſtolicam. Quinimmo addo, q̃ ipſi Teſtes, qui etiam ſunt de ſubſtantia matrimonij, ſi ſcienter interuenerint, incurrant eandem excommunicationem, quia hoc non eſt ſolum eſſe præſentem, ſed addere ſubſtantialia facti criminoſi; Nauar. ibid. Ex ijs ſequitur, quòd ſi parochus, vel clericus pro teſte præſens matrimonio inter conſanguineos poſtea vel benedicat, vel quemlibet alium minimũ actum ſacerdotalem faciat, ſtatim efficitur irregularis, quaſi adminiſtrans in excommunicatione, ſicut diximus in tit. de excommunicatis.

*Affinitas.*

AFfiniũ quoque nuptijs ad quartum gradum, ſi parochus auctoritatem ſciens præſtiterit, fit etiam infamis, & ob id irregularis, ſubit & eandem excõmunicationem, quã incurrunt ipſi contrahentes d. clem. 1. de conſ. & affinit. ijſdem rationibus quibus ſupra proxime diximus: Quòd procedit non ſolum in affinitate cauſata ex copula matrimoniali, verum etiam ſi ex copula fornicaria: nã iure canonico copula fornicaria cauſat affinitatem verã. cap. tuæ, de eo, qui dux. ux. quam poll. & 35 q. 3. cap. nec eam; & Ideo in eandẽ excommunicationem incurrunt omnes prædicti, ſicut in vera affinitate: Et licet Ancha. cõſ. 391. Incip. videt̃ prima facie; cõcludat, quòd ex copula fornicaria cauſetur affinitas impediens matrimoniũ, ſed non debeantur pœnæ, quæ imponũtur inceſtuoſis affinibus: tamen illa doctrina eius eſt communiter reprobata, vt concludit Dec. conſ. 158. vol. 1. Incip. Diuino implorato: & confirmat Diaz c. 78. Eſt autem notandum, quòd vera affinitas etiam hodie extenditur vſque ad quartum gradum; & affinitas ex copula fornicaria hodie non extenditur vltra ſecundum gradum, ex Concil. Trid. ſeſſ. 24 cap. 4. de ref. matr.

Eſt etiam hic animaduertendũ, quòd ſi hic parochus hanc copulam fornicariã, vnde nata eſt affinitas, ſcierit in ſacramento confeſſionis, deberet honeſtis, & occultis modis diuertere tales nuptias: quòd ſi non poſſet diuertere, nec poſſet omittere ſuum officiũ parochi ſine manifeſtatione ipſius confeſſionis, poterit auctorizare tale matrimonium, & benedicere, ut aperte ſcribit Sil. in verb. confeſſio. 3. q. 12. & in tali caſu nullam ipſe parochus incurreret cenſurã; ſed ſi ſcierit alijs modis, debet omnino ſe ſe opponere, neglecta etiam propria vita, nã hãc ob cauſam necatus eſt Ioannes Baptiſta, quia nuptias tales ex affinitate damnauerat, Matt. 14.

*Cognatio ſpiritualis.*

SPiritualis quoque cognatio ex baptiſmo, vel confirmationis ſacramento maius impedimentum habet quàm carnalis cõſanguinitas, Ideoque parochus ſcienter auctorizans nuptias gradibus prohibitis, videtur particeps eiuſdem criminis, & eſt infamis ſicut ipſi contrahentes, & conſequenter irregularis, & incurrit pœnam ſuſpenſionis ob interdictas nuptias, de qua in cap. cum inhibitio. §. vlt. de cland. deſp. Quin etiam videtur vlterius puniẽdus,
dus,

dus, quia quicumque Rector Eccleſiaſticus conſentit ſubditorum delictis, deponitur, cap. eos, diſt. 32. & diſt. 83. cap. ſi qs Epiſcopus, cum glo. vt diximus lib. 5. c. 15. nam fortius delinquit hic parochus auctorizando talem contractum, quàm ipſi contrahentes. cap. Tanta, diſt. 86. & per glo. in c. qui aliorum, 24. q. 3. & Ideo Almificus Epiſcopus Mogunt. maluit proprium patrem Othonem Imperatorem excommunicare, & ab eo annali carcere detineri, quàm paternum ſcelus diſſimulare, cum Adalahidem Italiæ Reginam commatrem in vxorem duxiſſet, vt ſcripſit Petrus Damiani Card. & Hoſtiē. Epiſcopus ante annos quingentos, & retulit Lippom. tom. 2. Quare ſi clericus ipſe copulatus commatri eſt deponendus, vt per Fel. in cap. at ſi clerici, col. fin. de iudi. Diaz cap. 76. Ita quoque videtur deponendus, ſi ipſe matrimonio iungat, & ſua auctoritate confirmet huiuſmodi compatres, cum deberet deteſtari. argu. d. cap. ſi quis Epiſcopus, diſt. 83.

Iſta autem cognatio ſpiritualis hodie ex Concil. Trident. admodum reſtricta eſt, quo ad gradus: namq; baptiſmus, & Chriſma vnum tantum gradum con-
14 tinent, ſcilicet ſuſcipientem, dantem, & tenentem, & ſuſcipientis Patrem, ac Matrem, Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 2. de refor. matr. Vnde conſequens eſt, falſum hodie eſſe, quod tradit Spec. in tit. de cog. ſpirit. ſcilicet filius legitimus ſacerdotis (dicebat ille) non poſſet ducere in vxorem eā, quàm pater baptizauit: nam ex d. Conc. Trid. hodie poſſet eam ducere, & quod plus eſt, pater ſacerdos poſſet dictum matrimonium auctorizare, & benedicere, ſed nō benefaceret, quia refricaretur ſibi & aſtantibus memoria turpitudinis, & præteritæ voluptatis: Aliud præterea notandū eſt hoc loco, quòd licet olim quot puerum in baptiſmo, vel chriſmate tetigiſſent, cognationem ſpiritualem cōtrahebant; Tamen hodie ſi parochus ante baptiſmum, vnum, vel vnam; aut unū, & unam, pro compatribus ſcripſerit, ex electione parentum, etiam ſi alij acceſſerint, & tetigerint, animo cōtrahendi hāc cognationem; tamen nō contrahitur cū iſtis, qui tetigerunt, cum nō eſſent ab initio electi, & deſcripti, expreſſum eod. Concil. Trident. d. cap. 2. de refor. matr. Ideo quoad matrimonia impediēda haberi debet præſens conſideratio, vt ſciatur à parocho quid agendum.

*Catechiſmus.*

HVC pertinet cognatio illa, quæ fit ex Catechiſmo; nam & ex ipſo cognatio contrahebatur iiſdem gradibus, quibus ex baptiſmo. c. contracto, de cogn. ſpir. cap. 2. de cogn. ſpir. in 6. Iccirco, & hoc caſu parochus auctoritatem præſtans, quaſi eiuſdē particeps delicti, punietur vt ſupra proxime diximus in ipſa cognatione ſpirituali: Nec prætermittam vnum notatu dignū, quòd gradus ipſius cognationis ex Catechiſmo forſan hodie ad vnum tantum redacti ſint, ſicut ipſe baptiſmus, ex ratione ipſius Conc. Trid. d. cap. 2. de reform. matr. eſſet enim abſurdū vlteriores gradus eſſe in impedimento ex Catechiſmo, quàm ex ipſo Baptiſmo.

*Cognatio legalis ex adoptione.*

ADoptio, tametſi lege ciuili ortum habet; tamen & iure canonico recipitur, & cognationem inducit, tit. de cog. leg. S. Thom. 4. d. 42. habet autem certos gradus, & perſonas, quibus interdictum eſt intra ſe co-

pulari,



pulari; ſcilicet primo nō contrahet adoptans cum adoptato, nec cum eius filijs, ac nepotibus vlterioribus, ſecundo nec contrahet matrimonium adoptatus cū filijs legitimis, ac naturalibus adoptātis: Tertio vxor adoptantis nō contrahet cū adoptato, nec cum alijs ab illo deſcendentibus: nec adoptans, & vxor adoptati, nec cum deſcendentibus ab illa: vide Armil. in verb. Matrimonium, num. 16. & ſeq. nec miretur quiſquam, quòd cognatio ſpiritualis pauciores gradus habeat; quia in illa eſt occurſum periculo, quod peruenit ex multitudine prohibitionum, vt d. Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 2. de refor. matr. at in legali cognatione non eſt periculum ex multitudine graduum prohibitorum, ſed ex familiaritate cohabitationis; Ideo oportuit dilatare gradus; ſicut in cognatione carnali gradus ſunt multi, propter idem periculum: In hoc igitur genere cognationis, ſi parochus ſcienter matrimonium auctorizet, cum ſit interdictum incurrit pęnam d. c. vlt. de cland. deſp. ſcilicet triennalem ſuſpenſionem: & præterea, ſicut contrahentes peccant mortaliter. Sil. in verb. matrimonium 6. q. vlt. ita & ipſe ſacerdos auctoritatem præſtans ab officio ſuſpendendus d. cap. Si quis Epiſcopus, & gl. ibid. diſt. 83.

*Vis, vel Metus.*

SI parochus ſcierit matrimoniū contrahendo adhiberi vim, vel metum, & auxiliū præſtet quia interdictum eſt, nō ſolum triennio ſuſpenditur; verū etiam alijs pœnis puniri debet, ex d. cap. vlt. de cland. deſp. hodie vero ex Conc. Triden. ſeſſ. 24. cap. 9. de refor. matr. quicumque ſubditos, ſuos vel alios quoſcūq; directe, vel indirecte cogunt ad matrimonium, ipſo facto excōmunicationem incurrūt: Quod etiam olim conſtitutum fuerat Concil. Pariſien. cap. 6. habetur cap. nullus, 36. q. 2. Ita quòd ex omni minimo actu poſtea per parochum faciendo, circa officium ſuum, fiet vere irregularis, quia ipſe parochus ſciens incurrit excommunicationem propter illud verbum, indirecte; & quia participat in auctorizando actum criminoſum, d. cap. nuper, & d. c. ſi concubinæ, & ibi Abb. de ſent. excom.

*Impotentia coeundi.*

SI impotentiā ſcierit parochus; & cum debeat eam potius reuelare, quàm reticere, ne fiat matrimonium nullum, ex c. vlt. de cland. deſp. ſi audeat tali matrimonio auctoritatem præſtare, incurrit triennalem ſuſpenſionem, ex d. capit. fin. & alias pęnas, quia doloſe verſari videtur; ſed ſi ſcierit tale impedimentum ex cōfeſſione ſacramentali, ſi nō poteſt ſine ſcandalo diuertere talem contractum, poterit auctorizare, & benedicere ſine pęna: Sil. in verb. confeſsio. 3. q. 12.

*Error.*

ERrorem hoc loco nō diſtinguimus, eum videlicet qui annullat matrimonium, ab illis, qui non annullant; ſufficit enim quilibet error contrahentis in ea qualitate, quam ſi nouiſſet contrahens, abſtinuiſſet à cōtrahendo; nam tali caſu ſi parochus ſciens, matrimonium auctorizet tacendo, quia doloſe verſatur in interdicto matrimonio, triēnalem incurrit ſuſpenſionem ex d. cap. vlt. de cland. deſp. nunquā enim debet parochus in ſacramēto iſto, ſuum præſta-

præſta-

præſtare officium,niſi cognito pleno cōſenſu, qui non eſt integer,ſi aliqua parte erratur.

### *Diſpar Cultus.*

NVllum adeo interdictū eſt matrimonium,quale eſt illud qđ contrahitur inter fidelem & infidelem, Ideo parochus ſcienter officium ſuum præſtans,quia approbat crimen vltimo ſupplicio dignum.l.ne quis C.de Iudæ. Fel. in cap.in nonnullis,de Iudæ. conſequens eſt vt ipſe parochus, ad quem ſpectat correctio,cum ſit particeps, efficiatur irregularis, ſicut cōmittens capitale crimē.d.c.ſi Epiſcopus, aut presbyter diſ.50.ex Cōc.Agath.c.34.Et quod in laico eſt pœna capitis,in clerico eſt degradatio,vt per Fel.d.cap.in nonnullis: & diximus primo libro,cap.1.in fin.deinde ſicut cōtrahentes copulati incurrunt excommunic. ex Conc. Elibert cap.78.Ita & ipſe parochus,vt ſæpe diximus,per auctorizationem criminis: Idē in Conc. Arelaten.cap.11.

### *Conditionis additio,vel intentio mala, vel ſimulatio.*

COnditio,quæ matrimonij contractu adijcitur, reddit nullū matrimonium interim dū pēdet conditio. cap. ſuper, de cond. app. Ideo ſi ſciens parochus auctorizet, videtur puniendus,quia actus parochi per illa verba:ego vos in matrimonium coniungo,eſt deluſorius,& abutitur ſacramēto:Ideo quaſi ſacrilegus eſt,tenetur enim parochus inueſtigare matrimonij impedimenta antequam ſuam præſtat auctoritatem.d. cap. vlt. de Cland.deſp & incurrit pœnam triennalis ſuſpenſionis ex illo cap. Quod longe verius erit ſi cōditio ſit turpis, vtputa ſi contra bona matrimonij ſcilicet contra fidem, prolem, & Sacramentum,iuxta caſum d.c.vlt.de cond.appos. Vnde cum talis contractus ſit interdictus, ſine dubio parochus dictam pęnam triennalem incurrit:& hęc procedent ſiue conditio ſit vtrinq; in pactum deducta expreſſe,ſiue vna pars exprimat,altera taceat,ſemper enim eſt turpitudo ſacrilega ex ijs, quę ſcribit S.Th. 4.diſt.31.Silu.in verb.matrimonium 4. q.5.& 6.vnde debebit parochus grauius puniri. Non ita erit ſi ſciat ſecreto malā partium intentionem ad iſtum turpem finem; quia eo caſu ſi non pōt ſine ſcandalo negare ſuum officium parochiale, poterit auctorizare,& benedicere: Sil.in verb. confeſſio.3.q.12.& prædicta procedunt eodem modo in parocho ſciēter auctorizante matrimonium ſimulatū, ſiue vtrinque ſiue ab vna tantum parte, iuxta cap.Tua nos,de ſponſal. Nam pœnam eandem incurrit d.c.vlt.de Cland. deſp.quia tale matrimonium eſt iure interdictum, & ipſe ſacerdos uerſatur in dolo.

### *Votum ſolenne, & ſimplex.*

VOuere caſtitatem ſolenniter ſolēt explicite monachi,& moniales, implicite omnes clerici in ſacris ordinibus conſtituti. ſi igitur monachus cum ſeculari muliere, vel cum moniali, vel monialis cum laico, aut cū clerico in ſacris, vel clericus in ſacris cū ſeculari contrahant: & parochus ſuam auctoritatem præſtet,ſicut contrahentes ipſo facto excommunicationem incurrunt,d. Clem. 1.de conſ.& affin.ita parochus participans in crimine per auctorizationem eandem incurrit.Roſel.& Sil.

in



in d. verb.excom.9.q.41.Vnde talis ſacerdos poſt ipſum contractum, ſi alios actus ſacerdotales faciat, & ſolum benedicat ipſos ſponſos more ſacerdotali, ſtatim fiet irregularis, ſicut cæteri excōmunicati miniſtrātes, vt diximus ſupra:Sed ſi alteruter contrahentium ex ſolo voto ſimplici caſtitatis ſit obligatus; quia tale matrimonium eſt iure interdictum, parochus ſciens auctorizando incurrit pęnam triennalis ſuſpenſionis d.cap.vlt.de Cland.deſp.Niſi forte ſciſſet dictum votum ſimplex ex confeſſione: nam ſi non poſſet negare officium parochiale ſine ſcandalo,poterit ſine pœna auctorizare, & benedicere, Silu. d. verb. confeſſio. 3. quæſt. 12.

### *Vxoratus, vel Nupta.*

SI Vxoratus velit aliam vxorē ducere, el nupta alium virū parochus ſciens accedēs ad huiuſmodi matrimonia incurrit pœnam d.c.vlt.de Cland.deſp. & præterea fauere dicitur adulterio, & quaſi leno,& ſacrilegus in ſacramento fit infamis, & conſequenter irregularis, vt de infamibus ſuo loco diximus;& tit.de Lenon.Non tamen procederet hic rigor ſi parochus ex confeſſione ſciuiſſet vxoratum,vel nuptam eſſe: nam ſi non poſſet ſubterfugere officium ſuum ſine ſcādalo, liceret auctoritatem præſtare ſine pœna,vt ſepius diximus.

### *Sexus.*

EST factu quidem incredibile, ſed tamen aliquando contigit viros duos ad inuicem matrimonium contrahere.l cum vir. C. ad.l. Iul.de adulter. Nam Clem.Recog.lib.9. circa med. & Euſeb.præp.Euangel.lib.6. cap.8.teſtantur olim in Gallia fuiſſe vſitatum: ſed & Nero cum quodam Pythagora ſolennes nuptias celebrauit, etiam cum dote, vt ſcribit Seuer. Sulp. ſacræ hiſt. lib. 2. quin & cum puero Sphorus nomine etiam matrimonium contraxit, vt Zonaras narrat in ipſo Nerone: Contigit ēt mulieres duas mutuò matrimoniali deſponſatione ſeſe coniunxiſſe, vt teſtatur Clem. Alexandrinus in Pedag. lib.3.cap.3.Hoc enim ſodomiticum crimen eſt; cum igitur committant capitale crimen d.l. Cum vir. & nephandiſſimum contra omnia iura matrimonij, Pet.Palud.4. ſent. Tabien. Matrimoniū primo, ſecundo Not. conſequens eſt vt qui parochi officium facit, vel præſens eſt huiuſmodi nephariæ ꝑmiſſioni particeps ſit eiuſdem criminis,vnde deponitur d.cap.ſi Epiſcopus,aut presbiter diſt. 50. deinde turpiſſimi Lenocinij Reus eſt,vnde infamis,& irregularis,vt ſuis locis diximus.

Sed ſi hermafroditorū nuptias ſciens auctorizet priuſquam Eccleſia iudicauerit,aut ipſi elegerint quo ſexu an maſculino,an fœminino vti promittant,tali caſū,quia interdictæ non ſunt nuptiæ puniri non deberet parochus,ex d.cap.vlt.de Cland. deſp. quia vt dicit gloſ. & Bald. poſt Gul. in l.quæritur,de ſtat.hom.hermafroditi paris ſexus eligere ſibi debent ſexum,quo obſequi velint,& contrahere licite poſſunt Silu. Tabien.& Armil. in verb.hermafroditus:ſed eſt in aliqua culpa ipſe parochus, quod non perquiſiuerit iudicium Eccleſiæ, & electionem ſexus ipſorum contrahentium: verum qa talis perſcrutatio poteſt ſepeliri poſt contractum matrimonium,ideo leuis culpa conſideratur: debebit igitur iudicē adire,qui eos cogat ad eligendum,& in electo

cto

cto ſexu tantum obſequi, nõ in alio. Ideo ſi ante tale matrimoniũ iſti hermaphroditi elegiſſent ſexum, & in contractu matrimonij alteruter ipſorũ præſtaret aliũ ſexum, quàm quẽ elegerat, & hoc ſciens parochus matrimonium auctorizet, q̃a tales nuptiæ ſunt interdictæ, ipſe parochus incideret in pœnam d. cap. vlt. de Cland. deſp. niſi ſciuiſſet ex confeſſione, vt ſæpius diximus:

### *Crimina impedientia matrimonium.*

Matrimonij ſacramentum multis iure prohibetur ob crimina, videlicet.

Si quis inceſtum, cũ conſanguineis vxoris ſuæ commiſerit,
Qui propriam vxorem occiderit,
Qui alienam ſponſam rapuerit,
Qui monialem rapuerit.
Qui proprium filium de baptiſmo, aut chriſmate leuauerit, vt ob id vlterius nõ liceret copulari cũ propria vxore.
Qui egit pœnitentiam ſolennem;
Qui interfecit ſacerdotem.

Iſtis enim caſibus in pœnam criminis aufertur à iure matrimonij cõtrahendi facultas, cum quauis muliere. S. Tho. 4. diſt. 35. & diſ. 38. & cæteri omnes ſummiſtæ: vnde ſi parochus ſciens officium ſuũ faciat auctorizando talia matrimonia; cum ſint interdicta, incurrit pęnã d. cap. vlt. de Cland. deſp. ſed hoc declaratur procedere in illis ſolis locis, vbi viget conſuetudo, quòd pro talibus criminibus, petatur diſpenſatio ad contrahendũ matrimonium; aliàs parochus non peccat, nec punitur. Tabien. in verb. impedimentum 7. in princ. Silu. matrimonium 7. q. 6. Armil, Matrimonium, num. 35.

Hæreticus quoque ad matrimonium tranſire prohibetur. S. Thom. loco ſupra cita. Ideo ſi parochus tali matrimonio ſciens auctoritatem præſtiterit, quia dicitur præbere ſacramentum hęreticis propter illa verba, ego vos cõiungo E priuatur officio ſuo, nec niſi à Papa reſtitui poteſt; vnde patet ſecuta declaratoria
17 iudicis eum fieri irregularem, tex. clarus in cap. excommunicamus. §. credentes, de hæretic. Spec. in tit. de diſpenſ. §. iuxta. verſ. ſeptimo, & dicemus infra lib. 5. de hæretic.

Rapiens etiam mulierem, cum ea cõtrahere prohibetur, donec ipſa in illius eſt poteſtate. Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. matr. vnde ſi ſacerdos ſciens tali matrimonio auctoritatem præſtiterit, non ſolum incurrit pęnam d. cap. vlt. de cland. deſp. ſed & ipſo facto etiam excommunicationem ex d. cap. 6. de refor. matr. & ſi infamis, & omnium dignitatũ incapax, & omni ſuo gradu deijcitur, tãquam fautor, & particeps eiuſdem criminis, vt ibi patet.

Idem quoque erit, ſi maritus inſidietũr vitæ vxoris, vt alteram mulierem ſecum adulterantem habeat vxorem, vel ſi uxor inſidietur vitę mariti, vt adulterãti ſecum, nubat. Hoc enim matrimoniũ iure interdicitur, cui ſi parochus auctoritatem (ſciens extra confeſſionem) præſtiterit, incurrit pœnam d. capit. vlt. de cland. deſp. ſcilicet triennalem ſuſpenſionem.

Hodie alius caſus poteſt addi; ſcilicet ſi quis audeat ſine teſtibus, aut parocho matrimonium contrahere, nullum eſt matrimonium, & ob hoc crimen fit inhabilis ad ſic contrahendũ. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. verſ. quòd ſi aliter, de refor. matr. Ideo parochus huic poſtea contrahęnti non poterit auctoritatem pręſtare,

non



non habita licentia ſaltim ordinarij, & & conſequenter incurret pœnam d. cap. vlt. de cland. deſp.

### *Vagantes.*

Eodem quoque Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 7. de refor. matr. ſpeciali quodam præcepto parochis inhibetur, ne auctoritatem interponant in matrimonijs contrahendis, inter perſonas vagantes, niſi ſeruata forma, q̃ ibi præſcribitur: quare ſi parochus tale matrimonium ſolennizauerit non ſeruata forma d. capit. cum dicatur matrimonium iure interdictum, ipſe parochus incurret pęnam d. cap. vlt. de Cland. deſp.

### *Iudicis interdictum.*

Et generaliter quotieſcumque à iudice emanarit pręceptum cõtra perſonas, ne contrahãt, aut contra ipſum parochum, ne auctoritatẽ interponat, ſemper parochus ſcienter contraueniens incurrit pœnã d. cap. vlt. de cland. deſp. quin etiã addo, quòd ſi tale præceptũ ſit factum ipſi parocho, dici poteſt, quòd contraueniendo fieret irregularis p̱ ea quæ diximus ſupra hoc lib. cap. 18. ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 1. de refor. & arg. eorum quæ diximus ſupra tit. de interdict. ſcilicet de ijs, qui auctoritatem interponũt in violandis interdictis, vt ibi, quo loco probauimus fieri irregulares.

### *Aetas.*

In his matrimonijs, in quibus perſonarum ætas non eſt integra, non facile damnandi ſunt parochi, quoniam illa prohibita nõ ſunt; ſed eſt aduertendum, quòd ipſe ſi ſciens auctorizabit matrimonium impuberũ, vel quando alter tantum eſt impubes, eo caſu, ſi etiã eos benedicat, vt conſummare poſſint, eſt puniendus ad iudicis arbitrium tantum; quia deliquit circa permittendam conſummationẽ in impotentia coeundi, c. 2. de deſp. impub. Quòd ſi auctoritatem interpoſuit, ſed malitia cõtrahentium ſupplebat ætatẽ, eo caſu non eſt puniendus. c. de illis, de deſp. impub. Quòd ſi auctorizet ſuper impuberes, interquos nõ agatur de conſummãdo, tũc etiam non videretur puniendus, quia talia impuberum matrimonia, etiam per verba de præſenti facta, reducuntur ad ſponſalia, donec ſuppleat ætas, vel malitia, cap. vlt. de deſp. impub. tamen ſuum officium præſtare nõ debet vnquam parochus inter impuberes propter ſacramentum, quod habere debet plenũ conſenſum, qui pendet ab vſu rationis.

### *Publica honeſtas.*

Publicæ honeſtatis impedimentum ex ſponſalibus naſcitur, ſ. per verba de futuro; & olim ad tot extendebatur gradus, quot cõſanguinitas, & affinitas; quinimmo, etiam ſi nulla fuiſſent ipſa ſponſalia, tamẽ manebat hoc impedimentum publicæ honeſtatis, c. 1. de ſponſal. in 6. Hodie vero in duobus corriguntur iura vetera; nam vt inducatur hoc impedimentum, debent eſſe ſponſalia omnino valida, tam ex cõſenſu vtriuſq; quàm ex omni alio reſpecto, vt aperte conſtat. Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 3. de refor. matr. & gradus huius impedimenti non excedit vltra primum gradum, vt ibi patet. Si igitur parochus auctorizet talia matrimonia contra impedimentum publicæ honeſtatis, eſt attenden-

tenden-

tendendus ſolus primus gradus, in quo
ſunt pater,& filius,mater,& filia,frater &
ſoror ipſius cum quo contractum eſt pu
blicæ honeſtatis impedimentum , Ideo
hodie ſi inter iſtos auctoritatē inter po-
ſuerit parochus, quia interdictū eſt ma-
trimonium, incurrit pęnam d .capit. vlt.
de cland.deſp. Sed ſi ſponſalia eſſent nul
la,ex quauis cauſa,non naſcitur hodie ta
le impedimentum,& parochus non pro
hiberetur auctorizare;Et ideo in caſu cō
tingenti ita reſpondi : Nam cum pater
mulieris abſente ea,cum marito ſponſa-
lia contraxiſſet , & ob id maritus furti-
ua quadam familiaritate puellam deo-
ſculatus eſſet, contigit ſtatim, ideſt infra
vnius horæ ſpatium eam mori ; actū in-
ter partes eſt , de tradenda altera ſorore
huic ſponſo, videbatur poſſe fieri, qa nul
la erant ſponſalia deficiente conſenſu
puellæ abſentis,cap. 1 .de deſp.impub.&
cap. 1 . de ſponſ. nam ob id mortua fer-
tur, q̄ eam clanculum ſponſus deoſcula
tus fuiſſet:cum ergo nulla fuiſſent, ſpon-
ſalia nullum videbatur eſſe impedimen-
tum ex d . Conc. Triden.d.cap.3.& oſcu-
lum prædictum non fuerat ſufficiens ad
inducendum hoc publicę honeſtatis im
pedimentum,vt patet 27.q.4.cap. lex.vn
de videbatur non prohiberi matrimo-
nium:reſeruato tamen iudicio ſedis apo
ſtolicæ .

*Feriæ.*

IMpedimentum feriarum,ideſt
tempora quibus nuptiæ cele-
lebrari prohibentur , non ha-
bent reſpectum ad ipſum contractū ma
trimonij, quatenus eſt ſacramentū: Abb.
in cap. Cappellanus, de fer.& conſonant
verba Conc. Trident. ſeſſ. 24.cap. 10.de
reform. matr, ibi ſolenniter celebrari:
Propterea quo ad hoc clericus , nec ſu-
ſpenditur,nec cenſura puniri debet,ſi au
ctoritatem in ſolo ſacramento præſtet.

Sed ſi benedicat , vt traducatur vxor
vel traductioni conſentiat , puniri poſ-
ſet: ex d.cap. vlt. de cland.deſp. quia hoc
eſt iure interdictum : Nam etiam id ta-
cendo,& permittendo eſſet puniendus,
cum ad eum ſpectat ſimilia prohibere
d.cap. vlt.

Et generaliter in quibuſcumque ma-
trimonijs aliquo iure, uel à Iudice inter-
dictis, ſemper parochus auctoritatem in
terponendo incurrit ſuſpenſionem trien
nalem; ex d.cap. vlt. de cland. deſp. vt tra-
dit Abb. ibi, num. 8. in gloſ. in verb. clan-
deſtinis, citat Hoſt. qui dixerat regulam
generalē, ita ſe habere: quod omne ma-
trimonium contractum contra prohibi
tionem Eccleſiæ generalem, vel ſpecialē,
18 expreſſam, vel tacitam, dicitur clande-
ſtinum, & habet locum pœna d.cap. vlt.
quod videtur etiam ſentire Silu. in verb.
matrimonium 6.q.7. maxime quia paro
chus ibi punitur ex ſola cōtinentia, mul-
to ergo magis puniendus ex auctoritate
præſtita.

Sed dubitari poſſet, an parochus non
habens certitudinem alicuius ex pręmiſ
ſis impedimentis, ſed ſit dubium, vel ſu-
ſpicetur veriſimiliter , an præſtando of-
ficium ſuum, ante depoſitum tale dubiū
vel ſuſpitionem , incurrat pœnas prædi-
ctas præſertim ſi ſit incertus rumor, vel
imperfectæ forſan atteſtationes , & ſolæ
coniecturæ: In qua re dicendū eſt, quod
illi tanta pœna debetur propemodum ,
quanta ſi ſcierit : nam forma d.cap. vlt.
de cland.deſp. obligat ipſum parochum
ad deſiſtendum, quinimmo ad tale ma-
trimonium prohibendum, contra quod
ſit ſola probabilis coniectura , vt ibi pa-
tet, Ideo incurrit pęnas ibi poſitas; Nam





in cōtrahendo matrimonio, vt parochus
impediatur, quælibet imperfecta proba-
tio ſufficit, cap. præterea,& cap. in pręſen
tia,& cap. cum in tua, de eo, qui cog. cōſ.
vx.& ſecus eſt in contracto diſſoluendo,
cap. ſuper eo, & c. de illo, de eo qui cog.
conſ. Et ideo Concil. Trident. iuſſum eſt
omnia impedimenta ad ordinarium re-
ferri, vt ipſius arbitriū habeatur d.capit.
1.ſeſſ. 24. de refor. matr.& c.7. ibid.

Ad idem contingit dubitari ſi ij, qui
prædictis impedimentis interdicti con-
traxerint,& cenſuras incurrerint,& à ſe-
de Apoſtolica poſtea diſpenſationem, &
abſolutionem obtinuerint, an illa diſpen
19 ſatio vel abſolutio prodeſſe poſſit,& ipſi
parocho ? ſed ſane diſtincta ſunt crimi-
na cōtrahentium,& parochi, licet ex eo-
dem facto naſcantur omnium pœnæ; ideo
ipſe ſuo nomine debet,& abſolutionem,
& diſpenſationem ſi opus ſit, circa irre-
gularitatem impetrare . Quin amplius
dico, ſi dubius erat caſus talis matrimo-
nij, & pendente tali dubio parochus au-
ctoritatem præſtiterit ; poſteaque decla-
retur matrimonium potuiſſe contrahi ;
ipſe parochus non effugit pœnam dicti
c. vlt. de cland. deſp. quod pœnā imponit
ob ſolam auctorizationem cōtra proba-
bilem coniecturam: vnde cum iam ipſe
deliquerit procedendo in caſu illo du-
bio, declaratio ſequens non tollit præce-
dēs delictum ſuum, vt patet ad ſenſum :
Et ideo egebit abſolutione à dicta ſuſpē-
ſione .

*De indebito Ritu ſeruato in diuinis.*

## CAP. XXVI.

1 *Ritus, qui non congruunt Romanæ Eccleſiæ, dam
nandi ,*
*Eccleſiæ omnes debent conformari Romanæ Ec-
cleſiæ, vt à matri.*
*Veſtes, ſi quis nō habeat in miſſa dicenda, ſubia
cet excommunicationi , etiam ſi vnam tan-
tum omiſerit .*
2 *Epiſcopus omittens per negligentiam aliquod
paramentorum in celebrando non ſit ſuſpen-
ſus, ſed peccat .*
*Miſſæ paramenta debent eſſe benedicta .*
3 *Miſſa ſi dicatur ſine lumine, priuatur dicens ,
officio, & beneficio ,*
*Calix ligneus in miſſa cauſat vtenti depoſitio-
nis pœnam .*
*Panem fermentatum Latinis conſecrare nō li-
cet .*
4 *Græcis non licet in azimo conſecrare .*
5 *Græcis latino ritu; nec Latinis græco ritu, vti li-
cet .*
*Euchariſtiam conſecrans ſine miſſa, eſt irregu-
laris .*
*Miſſam dicere prohibitus; ſi ſine miſſa cōficiat,
corpus Chriſti, eſt irregularis .*
*Græcus non poteſt obtinere Eccleſiam latinam ,
cum vxore .*
*Græci, & Latini ſacerdotes, non debent in eadē
Eccleſia celebrare .*
*Græcorum ſacerdotum filij poſſunt latino ritu
promoueri, & latinam Eccleſiam obtinere .*
*Ritus hæreticorum ſeruans per ſimplicitatem
an puniatur .*

CAnonica eſſe non poteſt illa or
dinis executio, vel diuinorum
adminiſtratio , qua Eccl. Ro-
manæ ritus temere non obſeruantur: Nā
anathema dicitur cuicunque diuerſos
ritus habenti , circa diuinorum admini-
ſtrationem, per inobedientiam, vel con-
temptum, ex Conc. Trident. ſeſſ. 7. can.
13.& ſeſſ. 23. can. 5.& ſeſſ. 24. can. 11. de-
bent enim omnes orbis Eccleſiæ confor
mari ritibus Rom. Eccleſiæ tamquā ma-
tri, vt ſcribit Leo Papa ad Dioſcorū Ale-
xandrinum Epiſcopum, habetur cap. ne-
ceſſe, de conſecr. diſ. 1. niſi forſan aliqui
diuerſarum prouinciarum ritus ab ipſa
matre permittantur ; vt Conc. Lateran.
cap. 9. habetur de off. ord. cap. quoniam:
propterea ſi circa veſtes, ritum non ſer-
uauerit Sacerdos ſcilicet ſi ſine ſacerdo-
talibus omnibus paramentis celebraue-

rit,vel aliquo illorum omiſſo ſcienter,ex
communicationi ſubiacet: ex Conc.Bra
char.3.cap.3.habetur d.23.cap.Eccleſia
ſtica: ſed & ſi per negligētiam id fecerit,
peccat mortaliter Archiep. Flor. quem
probat Sil.in verb.Miſſa 1.q.2.verſ.Ter
tium,vbi addit idem ſi per ignorantiam
craſſam, ſed ob id non fit irregularis ex
ſententia Ricard. 4. ſent.d.13.Armil.in
verb.Miſſa.nu.6. Verum quia iſta cenſu
ra, quæ irrogatur ex d.cap.Eccleſiaſtica,
ſiue ſit excommunicatio, ſiue ſit ſuſpen-
ſio,vt ibi gl.& Doct.quia impedit,ne ſu-
ſceptos quis ordines exercere poſſit, ca-
nonicum impedimentum eſt, & proxi-
mum irregularitati,quia ſi poſtea, in ea
cēſura aliquod miniſterium ſui ordinis
exercuerit,efficitur vere irregularis,ſicut
alij de quibus dictū eſt ſupra in tractati-
bus cenſurarum:arbitrio tamen ſuperio
2 ris puniendum eſſe ſcribit Diaz in praxi
canon. cap. 33.ſed Epiſcopus celebrans
omiſſo aliquo paramentorum, nō puta-
tur ſuſpenſus,quia Epiſcopi, & ſuperio-
res nunquam comprehenduntur in ca-
none vel conſtitutione habente pœnam
ſuſpē. niſi ſpecialiter de illis fiat mētio c.
quia periculoſum, de ſent. excom.lib.6.
excepto eo caſu,quo conſtaret Epiſcopū
id facere in merum contemptum.

Ad idem canonicū impedimentū ſpe
ctat, ꝙ & ſi omnibus paramentis vtatur,
non ſufficit,ſed animaduertere debet, vt
ſaltim ſint benedicta per orationem, &
aquæ aſperſionem,ex ſententia Archiep.
quam probat Silu.in verb.benedictio q.
5.tex.in cap.veſtimenta,de conſecr.d.1.
3 Ad idem ſpectat,ſi ſine lumine miſſa di-
catur: nam & officio,& beneficio priua-
tur cap.vlt. de celebr.miſſ.Diaz cap.31.
Idem ſi in calice ligneo cap.vaſa,de con-
ſecr. d.1.Idem ſi in pane fermentato cō-
4 fecerit corp⁹ Chriſti c.vlt.de celeb.miſſ.
Sicut e cōtra, ſi Græcus cōfecerit in azi-
mo pane ſine diſpenſatione: quia varijs
ritibus indicaret ſuam animi perfidiam
arg.d.c.vlt. quinimmo etiam hodie,& ſi
qui habuerūt diſpenſationem Apoſtoli-
cam, vt Latini græco more,& græci La-
tino more celebrare poſſent,tamen Pius
V. fel.record.publica bulla omnes con-
ſimiles diſpenſationes,& facultates reuo
cauit; Nam omnes iſti eſſent, & officio,
& beneficio priuandi, ꝙ depoſitionem
ſignificat ne ſuſceptum ordinē vlterius
exercere poſſint,nec ad altiores aſcende-
re Diaz d.cap.31.

Quiſquis vero omnibus iſtis omiſſis;
auſus fuerit corpus Chriſti conficere ſi-
ne miſſæ celebratione, proculdubio eſt
irregularis, quia cum tam aperte abuta-
tur virtute ſacerdotali;indignus videtur
omni poteſtate illi competenti: nam in
confectione,& conſecratione illa,quę di-
citur verum ſacrificium,Conc.Trident.
ſeſſ.22.cap.1.ſi omittatur debitus ritus,
irritabitur in iram Deus,nō placabitur,
vt habetur in d.cap. vaſa. & ideo prohi-
bitus ſacerdos dicere miſſam,ſi ſine ipſa
cōficere audeat corpus Chriſti, efficitur
vere irregularis: Archiep. Flor.in tract.
de cenſ.& irregul.c.87.verſ.Tertio nota:
citat.c.1.de cler.excom.min.

Ritus quoq; magnum præbet impe-
dimentum canonicum,ne Græcus obti-
nere poſſit Latinam Eccleſiam cum vxo
ris cohabitatione; nam id eſſet inter la-
tinos ſcandaloſum, & plurimum coin-
quinaretur Eccleſia,ob hanc rituum va-
rietatem:Abb.in c.cum olim not. 2.per
illum tex. de cler. coniug.& ob eandem
rationem in eadem Eccleſia non licet,vt
Græci,& Latini ſacerdotes miſſas ſuis ri-
tibus celebrāt,ēt diuerſis altaribus:Cōc.
Beneu.de ref.Græc.c.3.arg c.cum ſecū-
dum, de temp.ord.poſſet tū filius ſacer-





dotis Græci ꝓmoueri ritu Latino,& ob-
tinere quamcumq; Eccleſiam Latinā,ēt
Epiſcopatum d.c.cū olim,de cler.cōiug.

Poſſent prædicta ampliari etiā ſi quis
per nimiam ſimplicitatem hęreticorum
ritum obſeruaret,nam ijſdem pœnis pu
niretur,aut ſaltē mitioribus: licet.n.olim
aliquis hæreticorum ritum per ſimplici-
tatem impune obſeruaſſe repertus ſit, vt
in prat.ſpi.c.199.tū illū ante accuſationē
per inſpirationem,& ad ſimplicē homi-
nis monitionem correctū fuiſſe conſtat:
ideo excuſandus ille fuit;at hodie nō eſ-
ſet admittenda eiuſmodi excuſatio.

## *De illo, qui cum ordines habeat in illis nunquam deſeruiuit.*

## CAP. XXVII.

*1 Ordines non ſunt in uacuum ſuſcipiendi.*
*Sacerdos qui nunquam celebrauit, per negligen*
*tiam, eſt in peccato mortali.*
*Ordinatus in ſacris ſi nunquā deſeruiuit in ip-*
*ſis,non eſt facile ad ſuperiores admittendus.*
*Sacerdotes aliqui nunquā miſſam celebrarunt*
*ducti ſpiritu ſancto.*

SIcut gratia Dei in vacuū aſſu-
mi non debet 1.Petr.4.ita nec
ordo, in quo gratia confertur
in vacuum ſuſcipiendus eſt: propterea
ab ordinato tam minores, quàm maio-
1 res,exercendi ſunt,ex pręcepto domini:
hoc facite in meam commemorationē,
iuxta decreta Conc. Trident. ſeſſ. 23.c.
11.ibi ſe exerceāt,& ibi aſſiduum in Ec-
cleſia miniſterium,& cap. 13. ibi inſer-
uiant,& ibi per annum ſint verſati, & c.
17.ibi dictis ordinibus exerceantur: Sa-
cerdotium vero habens ſi toto vitæ tem-
pore abſtinuerit,vel tam rarò celebraue-
rit, ꝙ negligentiæ notari poſſit, peccat
mortaliter S. Tho. 3.q.82.& 4.diſt.13.
ꝙ procedit in non beneficiato; alioqui
ſi qualitas beneficij certū onus habeat,
vt in parochiali, in ea tenetur celebrare
ſaltem omnibus feſtis c.1.de celeb. miſſ.
Conc.Trident.ſeſſ.23.c.14.& ideo dico
ꝙ ſi quis in maioribus ſacris ordinibus
poſitus, nunquam deſeruierit,non eſt tā
facile admittendus,vt aſcendat,niſi pri⁹
cauſa cognoſcatur,quare nō deſeruierit,
an per negligentiam,aut quia vagus,aut
quid ſimile; vt probari pōt Act.apoſt.c.
15. in fin. vbi Marcus diſceſſerat de Pā-
phylia inconſulto Paulo,& Barnaba,nec
iuerat cum illis in aſſumptum opus Euā
gelij, ideo nolebat Paulus eum vlterius
aſſumere in idem opus,vt ibi patet; ꝙ ēt
confirmatur c. Archidiaconum diſt.85.
vbi qui iurat nolle eſſe Epiſcopus fit irre
gularis,vt latius dicemus lib.5.c.24.Ali
quādo tū multi ſpiritu ſancto ducti nū-
quam miſſam celebrarunt,cum tū ordi-
nati eſſent,ſed id paucis datū videri pōt:
Silu.in verb.Miſſa 1.q.7.verſ.Quartum,
vbi hanc materiam fuſius tractat; aliqñ
ēt,qui ordinati adminiſtrarunt aliquo tē
pore,eodem ſpiritu ſancto duce,ab om-
nibus ordinibus, & ſacrificijs abſtinue-
runt,quaſi non ordinati, vt egit Ioannes
ſilentiarius, qui decem annos vixit Epi-
ſcopus, poſtea Epiſcopatu dimiſſo ſpon-
te, nullum miniſterium ſacrorum ordi-
nū peragens,vixit vltra alios annos quin
quaginta ſex ſub monachatu, vt ſcribit
Simeon Metaphraſtes in illius vita, ad
diem decimam tertiam Maij.

Quid aūt ſi aliquis certo breui mori-
turus ordinetur ad ſacros ordines, ani-
mo nunq̄ deſeruiendi illis? Reſpōdi poſ
ſe ex deuotione ordinari, ſic inſpirante
Deo,vt dignius ſedeat in cœlo:eſtq; exē-
plo Acepſimas ordinatus ſacerdos,cum
mox eſſet moritur⁹; ſcribit Theodoret.
in Philotheo.

Explicit Liber Tertius

# DE IRREGVLARITATIBVS, ET ALIIS CANONICIS IMPEDIMENTIS,

## Liber Quartus.

HACTENVS ea impedimenta canonica proſecuti ſumus, quæ ex defectibus perſonarum, locorum, ac temporum naſcebantur: Nunc ordo expoſtulat, vt eas irregularitates pertractemus, quæ proficiſcuntur ex ipſis ordinibus, vel conferendis, vel ſuſcipiendis; nam quandoque hæc impedimenta reſpectum habent ad ipſum ordinem, quandoque ad ipſum ordinatorem, quandoque ad ipſum ordinatum; de quibus ſingulis hoc libro agendum eſt.

### De Ordinis collatione indebita.

### De defectu in forma, & ſubſtantialibus ipſius ordinis.

### CAP. PRIMVM.

1 Forma dat eſſe rei.
Ordini conferendo, ſi defecerint ſubſtantialia, omnia ſunt ex integro repetenda.
Subſtantialia præſumuntur ea, de quibus eſt dubium, an ſint ſubſtantialia.
2 Subſtantialia ſingulorum ordinum, quæ ſint.
Subſtantialia ordinum non ſunt tempus, ætas, vnctio, tactus, interſtitia, proprius Epiſcopus, miſſa, ieiunium.
Ordo collatus deficientibus non ſubſtantialibus, non debet adminiſtrari, ſed prius ſanari.
3 Conſecrationum quarumcunque formæ pendent ex libro pontificali.
Epiſcopalis conſecrationis ſubſtantialia quæ ſint.
4 Epiſcopalis conſecrationis ſi quid omittatur nõ ſubſtantiale, alia vice erit ſupplendum
Conſecrationes omnes, in quibus deficit aliquid non ſubſtantiale, non debet in vſu ſuo adminiſtrari, ante quàm ſuppleatur.
5 Forma, ſi ſcienter omittatur, inducit peccatũ.
Papa electus à tertia tantum parte, ſi ſe pro Papa gerat, ipſe & adherentes ſunt excommunicati.
Electores ſpeciali caſu incurrunt irregularitatem.
Baptiſmus eſt de neceſſitate ad omnia ſacramenta.
6 Baptiſmo prætermiſſo, ſi quis ſit ordinatus Epiſcopus, debet baptizari, & poſtea rurſum ordinari.

Epi-



Epiſcopus conſecrari nõ poteſt, niſi ſit ſacerdos, aliter faciendo efficitur irregularis.
7 Epiſcopalis conſecratio, Theologis non videtur eſſe ordo.
8 Epiſcopi non comprehenduntur in legibus, vel edictis continentibus pœnam ſuſpenſionis, & quando id procedit.
Abbas non poteſt Abbatialia adminiſtrare, niſi fuerit ſacerdos, & ab Epiſcopo benedictus:
Cardinalis, & quilibet alius prælatus, habens ex priuilegio, non confert ordines minores, niſi ſit ſacerdos.
9 Epiſcopus conſecratus omiſſo aliquo ordine, ẽt minores, non poteſt illum conferre.
10 Papa non poteſt committere non Epiſcopo, vt ordines ſacros conferat, & non ſacerdoti, vt conferat minores.
Epiſcopus nihil poteſt cõmittere ſacerdoti, quod ſpectet ad poteſtatem Epiſcopalem,
Epiſcopo dicente verba in minoribus ordinibus conferendis, poteſt adſtans ſacerdos tradere ſignacula quibus character imprimitur.
Epiſcopus ſcienter aliquem promouens per ſaltum, fit irregularis.
Irregularem alium quiſquis facit ipſe quoque eſt irregularis.
11 Ordinibus conferendis ſcientia, & negligentia comparantur, quo ad pœnam.
Epiſcopus ordinans inuitum, per annum miſſas celebrare non poteſt.
Epiſcopus coactus ad ordinandum aliquem, fit irregularis.
Gregorius Præneſtinus Epiſcopus, Dei miraculo punitus.
12 Monialem vi cogens ad monaſterium, ipſo facto excommunicatus eſt.
Clerici quandoque cogendi ad ſuſcipiendos ordines.
13 Epiſcopatus, vel cura animarũ ſubeunda eſt ad præceptum ſuperioris.
Ordinare volentem dignum, ſi quis impediat puniendus,
Epiſcopus ſciẽs occultum peccatum clerici ſui, non poteſt impedire eum, quin ordinetur.
14 Regulares poſſunt ſuos ſubditos dignos impedire, ne promoueantur.
Religioſum auertens à religione, tenetur ipſe ſubire.
15 Monialem impediens, ne profiteatur excommunicatus eſt.

NIhil omnino tantum aduerſatur rebus ipſis, quàm formæ defectus; q̃a ipſa dat eſſe rei: Innoc. in Rub. de conſecr. Eccl. vel altar. propterea, ſi ipſa deficiat, nihil omnino
1 factum eſt, etiam in ipſis ſacramentis 1. q. 1. cap. qui perfectionem. vnde, quia ordines omnes ſuam habent formam, ea diligenter obſeruanda eſt; alioqui ea non ſeruata, & aliquibus ſubſtantialibus deficientibus, omnia ex integro repetenda ſunt; arg. tex. in cap. ſolennitates 1. de conſecr. d. 1. Ray. in tit. de form. conſecr. in princ. Alber. in verb. ordo ij. paulo ante fin. Nec ſolum vera eſt hæc regula in ijs, quæ certo, & indubitato iure ſunt de ſubſtantia, & forma, Verum etiam in ijs de quibus non conſtat certo, quòd nõ ſint de forma; Nam & ipſa dubitatio inducit vt præſumantur eſſe ſubſtantialia, ex ſententia S. Thom. & Pet. de Pal. refert Tabien. in Verb. ordo. 2. nu. 5. expreſſius ſcribit Raym. in loco citato: & ideo ſemper ex integro erunt omnia repetenda: Quæ repetitio poteſt, & ab eodem Epiſcopo fieri, & à quocumque canonice exercente; licet congruentius fieret, ſi idẽ omnia repeteret. Tabien. eod. num. 5.

Dicuntur autem in ordinibus ea eſſe de ſubſtantia, & forma, quæ ſuum chara-
2 cterem imprimunt; Ideo quæcumq; in pontificali continentur iudicanda ſunt ſubſtantialia, niſi pateant in iure non eſſe de ſubſtantia, vel niſi ſint quædam minima: Tabien. d. nu. 5. Ray. loco citato: Circa q̃d dicebat Silu. in verb. Ordo. 2. q. 11. quod id eſt de ſubſtãtia, & eſſentia ordinis, ꝙ conſiſtit in traditione ſignaculi, cum expreſſione verborum, per quæ character imprimitur: quia ipſe character eſt principaliter, & eſſentialiter ſacramentum ordinis. S. Thom. 4. diſt. 24.



q. 1.

q. 1. artic. 1. & refert Alberic. in verb. ordo. 3. & Silu. ibid. quæ ſignacula ſingulorum ordinum tam maiorum, quam minorum ponit. Silu. in d. verb. Ordo. 2. q. 4. & habetur d. 23. cap. Epiſcopus, cum multis ſeq. Alber. in verb. ordinandus: elegantius ponit Cõc. Colon. de ſacram. ord. §. ordinum.

Illa vero non ſunt de ſubſtantia, quæ de iure conſtat non eſſe: vtputa Tempus, de temp. ord. cap. ſane: Aetas, d. 76. capit. ſubdiaconus: vnctio, de ſacr. Vnct. cap. 1. circa fi. & de ſacr. non iteran. c. 1. Tactus in impoſitione manuum; Temporũ interſtitia, proprius Epiſcopus, miſſæ celebratio, Ieiunium tam ordinantis, quàm ordinati; iſta. n. omnia certum eſt in iure non eſſe ſubſtantialia. Ray. loco citato: Alberic. in verb. ordo. 2. Tabien. in d. nu. 5. d. Sil. q. 11. Si igitur iſtorum aliquod deficiat, character ipſe imprimitur, & ſola executio interdicenda eſt: non enim debent omnia ex integro repeti; ſed ſananda per diſpenſationem, vel pœnitentiam, vel ſtatutis temporibus ſupplenda; de ſacram. non iteran. cap. 1. & cap. preſbyterum, & ibi Innoc. ſum. conf. de ętat. ord. q. 33. Ideo antequam ſuppletio fiat, nullo modo ſuſceptus ordo exercendus eſt, & licite exercendo non fieret irregularis; tamen grauiſſime peccaret d. cap. 1. Tabien. in verb. irregularitas 4. nu. 2. Sil. in d. verb. ordo. 2. q. 10.

In alijs præterea cõſecrationibus quoniam certam habent formam, ſeruanda
3 eſt, vt in pontificali continetur, q loco iuris habetur: Silu. in verb. conſecratio, 1. q. 4. Ideo in Epiſcopis conſecrandis, ſi quid omittatur ſubſtantiale, nil actũ eſt, eruntque omnia ex integro repetenda, ex præmiſſis: ea etenim præcipuè formalia, & ſubſtantialia ſunt, quę ponuntur d. 23. cap. Epiſcopus, & d. 75. c. ordinationes 1. cum declarationibus gloſſarum: Sed ſi omittantur ea, q non ſunt de ſubſtantia, vt vnctio, vel liber, poterunt alia vice ſuppleri: arg. d. c. 1. de ſacr. vnct. ſecus ſi manuũ impoſitio fuiſſet omiſſa, quia tunc omnia ex integro eſſent repetenda:
4 Silu. in verb. Ordo. 2. q. 4. verſ. Quartum; quibus caſibus Epiſcopus ab omni officio, quod à conſecratione pendet abſtinere debebit, donec vel iteratio fiat, vel ſuppletio, vt diximus in alijs ordinibus: Silu. in verb. ordo. 2. q. 10. Idem eſt in omnibus conſecrationibus Monialium, & velis imponendis; eadem. n. omnino ratio eſt; Idem & alijs conſecrationibus Eccleſiarum; calicis, vel altaris, nam in vſu eſſe non debent conſecrationis, donec, vel iteratio fiat, vel ſuppletio iuxta diſtinctiones præmiſſas: Sic itaque tam ordinum, quàm aliarum conſecrationũ
5 forma, ſi ſcienter ab ordinatore omittatur, vel varietur, ēt propter vitandum ſcandalum, inducit maximum peccatũ: S. Tho. 4. diſt. 38. Piſanel. in verb. virginis conſecratio, verſ. Tertio: Quinimmo inducit magnam ſchiſmatis, vel hæreſis ſuſpicionem; vnde naſcitur irregularitas ob ritus Eccleſiaſticos minime ſeruatos, vt diximus ſuperiore lib. cap. penult.

Hinc eſt quòd in eligendo Romano Pontifice, ſi tertiam quis Cardinaliũ partem obtineat, & ob eam ſolam velit ſe ſe pro Papa gerere, & ipſe, & illi adhærentes in ea electione excommunicati ſunt, & cuiuſuis ſacri ordinis priuationem incurrunt, q ſignificat irregularitatem, c. licet, de elect. Specul. in cap. Vbi periculũ in 13. ſpeciali lib. 6. & hic eſt caſus notabilis in quo electores incurrunt irregularitatem.

Inter ſubſtantialia ordinũ præcipuũ eſt baptiſma: Nam cum ſit ianua omniũ ſacramentorum c. vlt. de presb. non baptiz.

ptiz.



ptiz. nullus omnino ordo imprimi po-
6 teſt in homine non baptizato. Ideoque, cum ordo ſit poteſtas quædam, hic non baptizatus nullam habebit poteſtatē, & per conſequens ſi fuerit in Epiſcopũ cõſecratus ſine baptiſmo, neminē ordinare põt; debet. n. ante omnia baptizari, & deinde omnes ordines ex integro ſunt repetendi ex Conc. apud Compen. habet, c. 1. de presb. non baptiz. quòd ſi ſciens ſe non baptizatum, auſus fuerit vti poteſtate, vel Epiſcopali, vel cuiuſcumque alterius ordinis, tam ſacrificando, q ordines conferendo, fit irregularis, ſicut quilibet non ordinatus miniſtrando; toto tit. de cler. non ordin. min. ſi vero neſciens hoc fecerit, nec peccat, nec irregularis fit, vt dicemus infra in ordinato nõ baptizato.

Eſt etiam ſubſtantiale, vt quis Epiſcopus conſecrari poſſit, quod ſacerdotiũ habeat, alioqui ipſo omiſſo Epiſcopalis conſecratio imprimi in homine non poteſt, gl. in cap. 1. de cler. per ſalt. promot. vbi Doct. Silu. in verb. ordo. 2. q. 1. & in verb. ordo. 5. q. 5. Ideo interim omnino nihil exequi debet, quòd pendeat ab Epiſcopali conſecratione; alioqui ſciens exequendo fieret irregularis: ſicut cæteri nõ
7 ordinati adminiſtrantes d. tit. de cler. nõ ord. min. Nam licet Epiſcopalis conſecratio apud Theologos inter ordines nõ annumeretur; tamen prægrandis eſt poteſtas, quæ confertur in conſecratione, & ideo abutendo illa, ita quis fit irregularis, ſicut abutendo alijs ordinibus, per illa verba generalia c. 1. de cler. non ord. min. ibi; aliquod diuinum officium exercuerit, non ordinatus. Vnde tam nõ rite conſecratus Epiſcopus, quàm non cõſecratus, ſi ea fecerit, quæ à conſecratione pendent, efficitur vere irregularis; Nec valet ratio, quòd cenſuræ ſuſpenſionum, quę infliguntur generaliter per canones,
8 non includunt Epiſcopos, niſi nominatim exprimãtur c. quia periculoſum, de ſent. excom. lib. 6. Armil. in verb. Epiſcopus nu. 12. qm̃ illud intelligendũ eſt in vero Epõ; non aũt in falſo: nam cum Eps non ſit ordinatus, vel non conſecratus, videtur carere priuilegio illius c. quia periculoſum, quòd cõceſſum eſt Epis, vt liberius poſſint vacare executioni Pontificalis officij, quod habent, nõ aũt eius, quod nõ habent: vt colligit ex ratione tex. d. c.

Huc illud ſpectat, qđ ſi Abbates, quibus de iure, vel ex priuilegio cõpetunt iura Epiſcopalia, ita vt minores ordines conferre poſſint; ſi ſacerdotiũ nondum acceperint, & ab Epiſcopo nõ fuerint benedicti; non poterunt ipſos ordines conferre; nec vlla Pontificalia exercere, tex. & gl. in c. qm̃. diſt. 69. & gl. in c. Abbates, in ver. Tonſura, de priuileg. in 6. tex. in c. cum contingat, vbi Abb. de ętat. & qual. Idem quoq; putandum eſt in oĩbus Archipresbyteris, Archidiaconis, uel Præpoſitis, ſeu ēt Cardin. habentibus hanc poteſtatem cõferendi minores ordines; nam non poſſunt fungi illa poteſtate, niſi ſint ſacerdotes gl. 2. in d. cap. Abbates, alioqui fierent irregulares, ſicut reliqui non ordinati miniſtrantes.

Quinimmo ſi quis vere ſit conſecra-
9 tus Epiſcopus, vel ſacerdos, ſed aliquem ordinē maiorem, vel minorē, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter omiſerit; nullo modo poſſet conferre illum ordinē, quē nõ habet, vtputa ſi ſacerdos cõſecretur Epiſcopus, cum tñ non habuiſſet ſubdiaconatũ, neminē poterit promouere in ſubdiaconum. Et præfati Abbates, vel Archipresbyteri, ſi ſacerdotiũ obtinuerint, forſan omiſſo hoſtiariatu, vel lectoriatu, illum conferre non poterunt; licet poſſent conferre ſuperiorem, & eſt ratio, quia cum non ſint in illo ordinati,

V 4 con-

conferendo illũ fierent irregulares, ſicut
cæteri non ordinati; ſed & alia ratione
ſunt irregulares, vt dicemus quando de
promotis per ſaltum tractandum erit;

Quæ omnia adeo vera ſunt, vt quiſq́s
10 non ſit ordinatus, ſeu conſecratus Epi-
ſcopus nullo modo etiam ad mãdatum
Papæ poſſit ſacros ordines conferre, &
is qui ſacerdos non ſit, minores ordines
conferre non poſſit, etiam ſi Papa ei hoc
ſpecialiter demandaret: tradit. S. Thom.
4. diſ. 25. q. 1. artic. 1. his verbis. Papa, qui
habet plenitudinem poteſtatis commit-
tere poteſt non Epiſcopo pertinentia ad
Epiſcopalem dignitatem, dummodo il-
la nõ habeant immediatam relationem
ad corpus Chriſti verum; Ideo ex eius
cõmiſſione, ſacerdos ſimplex poteſt con-
ferre ordines minores, & chriſmate, non
autem non ſacerdos; nec ſacerdos maio-
res ordines, qui habent immediatam re-
lationem ad corpus Chriſti, ſupra quod
conſecrandum Papa non habet maiorẽ
poteſtatem, quàm ſimplex ſacerdos: hæc
ille, quæ etiam tradit Capreol. 4. diſt. 7.
Sil. in ver. ordo. 3. q. 7. Innoc. poſt gl. in c.
quanto, de conſuet. & propterea gloſ. in
cap. omni tempore, de conſecr. diſt. 4. quę
dicit, quòd de mandato Papæ ſacerdos
poteſt exercere Epiſcopalia, debet intelli-
gi ſecundum diſtinctionem prædictam,
S. Thom. Qui Ideo benedixit mandatũ
Papæ requiri, quia Epiſcopus nihil com-
mittere poteſt ſacerdoti, quod ſpectet ad
ordinem Epiſcopalem cap. aqua, de con-
ſecr. eccl. vel alt.

Illud tamen verum eſt, quòd quando
Epiſcopus ordines minores confert, po-
teſt ſacerdos, qui aſtat Epiſcopo, tradere
ſignacula cõpetentia ſingulis ordinibus,
ſi Epiſcopus ipſe verba formæ proferat;
nam eo caſu ipſe Epiſcopus ordines con
fert; non autem ſacerdos: quia illa ſigna
cula tamquam ſubſtãtialia ſacerdos dat,
vt cooperatorium inſtrumentũ Epiſco-
pi. S. Thom. 4. diſt. 15. q. 1. art. 1. Silu. in
verb. ordo. 2. q. 5. tex. in capit. acolythus,
diſt. 23.

Ad hæc etiã ſpectat, ſi Epiſcopus ali-
quem promouerit, omiſſo aliquo ordi-
ne: ideſt ſi aliquem per ſaltum promoue
rit; mihi videtur ipſe ordinator factus ir
regularis, ſi ſcienter id fecerit: nam cum
ipſe ordinatus ſit irregularis, vt lati⁹ ſuo
loco dicemus, conſequenter, & ordina-
tor particeps huius culpæ, quæ irregula-
ritatem cauſat, etiã ipſe fiet irregularis;
eſt. n. hoc in iure clarum, quòd qui alium
reddit irregularem, ipſe quoq; efficitur;
exemplo eſt is, qui alterius faciẽ ita de-
honeſtauit, vt promoueri non poſſit, ipſe
dehoneſtator, etiam promoueri non po-
teſt; tradit Gul. de Laur. in ſuo ſacramẽ-
tali, vt refert Silu. in verb. homicidium.
3. q. 3. verſ. Tertium, in fin. Tabien. in
verb. irregularitas. 3. num. 26. Angel. in
verb. homicidiũ. 5. nu. 5. probatur quoq;
exẽplo mutilatoris, qui mutilando aliũ,
ita vt efficiatur irregularis, ipſe fiet etiã
irregularis: vt dicemus poſteriore libro
agentes de mutilatione.

11 Quæ res nõ ſolum vera eſt in Epiſco-
po promouente aliquem ſcienter per ſal
tum, ſed etiam ſi per ignauiam, aut inco-
gitantiam, vtputa omiſſo examine, nõ pe-
titis dimiſſorijs: nam in ordinibus con-
ferendis ſcientia, & negligentia compa-
rantur quoad culpam, & pœnam. Spec.
in cap. eos, de tem. ord. lib. 6: ſuper verb.
ſcientes.

Ad hæc ordinum ſubſtantialia etiam
pertinent defectus liberi conſenſus, ſiue
ordinatoris, ſiue ordinati. Propterea ſi
ordinet Epiſcopus quempiam inuitum,
vel reclamantẽ per annũ, ordinator miſ-
ſas celebrare non poteſt; Greg. lib. 1. Re-
giſtr.



giſtr. cap. 19. & eſt tex. in cap. 1. & 2. diſ.
74. Silu. in verb. ordo. 3. q. 9. quinimmo
ſicut à miſſa arcetur, ita & ab omnibus
ordinationibus, cap. vbi, & cap. ſeq. ead.
diſt. 74. Quod procedit, etiam ſi ipſe or-
dinator per vim coactus fuerit ad ordi-
nandum aliquem, forſan inhabilem; nã
tam grauiter peccat, vt mors potius ſub
eunda ſit; quàm quicquam committa-
tur aduerſus cõſcientiam: Aug. de ciuit.
Dei, lib. 2. cap. 18. habetur 32. q. 5. cap.
Ita ne; & cap. ſacris; de his quæ, vi metu-
ue cauſ. ſi. vnde magnam in ſe concitat
iram Dei, cuiuſmodi narratur de Grego
rio Epiſcopo Præneſtino, cui cum ſe pa-
teretur cogi ab Epiſcopo Nępeſino, vt
Conſtantinum virum laicũ, & Neophi-
tum ſacris initiaret, dei miraculo, manus
ita aruerunt, vt nec ad os illas admouere
poſſet; refert Plat. in Steph. III. Ioannet.
in Paulo. 1.

Qua ratione ſanctiſſime inſtitutũ eſt,
12 ſi quis monialem p̱ vim in monaſteriũ
induxerit, ipſo facto excommunicatus
cenſeatur, ex Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap.
18. de Regul. quo exemplo grauiſſimis
ſubijciendi pœnis ſunt etiam ij, qui ma-
ſculos per vim ad religionem inducunt,
de quibus in d. Conc. non eſt facta men-
tio, niſi quòd maſculus poſſet ſaltem in-
fra quinquennium, ſua iura proſequi, &
vim allegare, vt ibid. cap. 19. Vnde ſeue-
riori ſententia oportuit punire cogen-
tes fragilem muliebrem ſexum, quàm
maſculum.

Sunt tamen aliquando cogendi cleri-
ci ad ſuſcipiendos ordines, nõ per uim,
ſed per ſubtractionem beneficij, vel alte-
rius cõmodi, ſi hoc exigat qualitas bene-
ficij, vel Eccleſiæ magna neceſſitas: nam
ſi hoc fecerit Epiſcopus laude dignus cẽ
ſeri debet, Raym. in tit. de form. conſecr.
Epiſcop. verſ. Item nunquid Epiſcopus,
quẽ probat Silu. d. q. 9. ſuperiori etenim
præcipienti aliquod bonum publicum,
ſcilicet, vt quis curam animarum gerat,
13 vel Epiſcopatum ſumat, parendum eſt,
cap. niſi, de renunt. Quin nemo videtur
iure dignus cura animarum, niſi qui pro
moueatur inuitus. C. de Epiſcop. & cler.
l. ſi quemquam, ſicut ob temporale bo-
num publicum, quis iure cogi poteſt ad
tutelam, vel curam Tabien. in verb. or-
do. 2. nu. 16. ſed in ſpecie; quod quis poſ
ſit, vel metu induci per beneficij ſubtra-
ctionem ad ordines ſuſcipiendos, pro-
batur in c. vlt. de off. vic. & c. licet canon;
de elect. lib. 6. & cap. cum in cunctis, de
Elect. & diſt. 60. c. Innouamus. Epiph. in
epiſt. ad Ioan. Hieroſ.

Hæc autem irregularitas, vel cenſura,
quæ afficit ordinatores impellentes ali-
quem ad ordinem, vel religionem, etiã
procedit in caſu conuerſo, quando per
vim vel metum auertunt volentem or-
dinari, quando dignus, & idoneus eſt;
nam ſi nullam iuſtã cauſam habeat Epi-
ſcopus reijciendi ipſum, quodammodo
reſiſtere videtur ſpiritui ſancto vocanti
ad miniſterium ſuum illum clericũ; ſed
ſi cauſam habeat quantumuis occultã,
non tenetur ipſum ordinare: niſi quan-
do ille, qui ordinari vult, eſt arctatus ra-
tione beneficij: tunc enim Epiſcopus il-
lum reijcere non poſſet, etiam ſi cauſam
aliquam occultam ſciret, ob quã ille reij-
ciendus eſſet, de temp. ordin. cap. ex teno
re: Raym. in tit. de form. conſecr. verſ.
Quid ſi clericus vult promoueri: Alber.
in verb. ordinator, ante fin. Ideo quoniã
regulares non ſunt adſtricti ad ordines
ſuſcipiendos ratione beneficiorum, cum
ea non poſſideant, ipſi ſuperiores eos poſ
ſunt libere reijcere, etiam ſine cauſa. cap.
14 ad aures, de temp. ordin. Ray. ibid.

Illud autem verũ eſt, quòd ſi quis diſ-
ſua-

ſuadendo, vel cogendo auerterit aliquẽ,
ne religioſus fiat, ad omnia damna tene-
tur religioni illi: ſed ſi auerterit cũ iam
religioſus erat, debet alium æque dignũ
ſubſtituere, aut ipſemet loco illius profi-
teri; quòd olim fecerat Raym. ordinis
prædicatorum: & Romanæ Eccleſiæ pę-
nitentiarius, vt refert Angel. in verb. Re-
ligioſus, verſ. verum retrahens: num. 64.
Silu. in verb. Reſtitutio. 3. q. 1. In monia-
libus vero quiſquis impedierit eorũ vo-
luntatem veli accipiendi, vel voti emit-
tendi ipſo facto excommunicatus hodie
15 cenſetur, ex Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap.
18. de Regular.

*De ordinante alienum clericum.*

## CAP. II.

1 *Ordinans alienum, per annum ſuſpenſus eſt à collatione, ordinum;*
2 *Papa poteſt concedere dimiſſorias, pro confluentibus à toto orbe.*
*Papa neminem promoueret; niſi habentem dimiſſorias proprij Epiſcopi.*
*Florentinũ Archidiaconum Gregorius magnus ordinare noluit, ſine conſenſu Epiſcopi Florentini.*
3 *Dimiſſoria litera in ſcriptis fieri debent, & qua forma.*
*Capitulum ſede vacante non poteſt concedere dimiſſorias, niſi poſt annum.*
4 *Laicus abinitio poteſt ſibi eligere domicilium, ita quòd ibi dimiſſorias ad primam Tonſuram obtinebit, & ad reliquos ordines,*
*Beneficiatus ſortitur domicilium vbi eſt beneficiatus.*
5 *Epiſcopi familiaris triennio, ab eo ordinari pōt.*
6 *Dimiſſoria non requiruntur, quando proprius Epiſcopus eſt ſuſpenſus ob ordinatos alienos.*
7 *Ratihabitio proprij Epiſcopi ſanat ordinationẽ factam à non ſuo Epiſcopo, ſed ante eã exerceri non debet.*
*Beneficiato non licet peregrinari, etiam ex voto, niſi cum licentia proprij prælati, præter quàm vno caſu.*
*Monachus peregrinari non poteſt, ſine licentia ſuperioris.*
8 *Incogniti quanto tempore purgent hunc defectum;*
*Tempus non aufert excommunicationem, & irregularitatem.*
*Vltramontani non admittuntur, niſi quinque ſigillis.*
9 *Epiſcopus incognitus, non eſt admittendus.*
10 *Græcus infra diœceſim Latini Epiſcopi ſe ſe ingerens, eſt ipſo iure excommunicatus, & è contra.*
11 *Cardinalis minores ordines conferre poteſt, ſed non niſi ſuis ſubditis, & in ſuo titulo.*
*Alienus nunquam ordinari poteſt, quauis conſuetudine non obſtante.*
*Abbas non poteſt dare primam tonſuram Monacho, pendente anno probationis.*
12 *Ordinans alienum, qua pœna puniatur.*

ORdinans eum, qui ſibi ſubditꝰ
non ſit, ſed alterius diœceſis,
non habita eius ordinarij licẽ
1 tia, tam grauiter peccat, vt ipſo iure per
annum ſit à collatione ordinum, ſuſpen-
ſus, ex Conc. Lugd. de temp. ord. habetur
de temp. ord. c. eos, lib. 6. & nouiſſime idẽ
ſtatuitur Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 8. de ref.
Imo olim excõicationi ſubiacebat, qui
alienum ſubditum promouiſſet, ſine or-
dinarij licentia, ex Concil. Calced. c. 19.
2 habetur diſt. 71. c. clericos; Ideoq; licet
Papa poſſit pro quibuſcumq; à toto or-
be confluentibus ad illum, concedere di
miſſorias, perinde ac poſſunt ꝓprij Epi-
ſcopi, & vigore dimiſſoriarum ab ipſo
conceſſarum, quilibet Epiſcopus poſſit
ſibi non ſubditũ ordinare c. 1. de temp.
ord. lib. 6. Tamen eas perraro, vel nun-
quam concedit; quinimmo ipſe neminẽ
promouet, vel promoueri permittit ſine
proprij Epiſcopi atteſtatione, cui ex diu-
turna cõſuetudine vitæ, & mores ordinã
di innoteſcunt, vt conſtat decreto Grego
rij magni ad Ioannẽ Archiepiſc. Rauen.
nam cum Florentinus Archidiaconus à
clero Rauuen. poſtularetur, Gregorius
noluit aſſentiri, niſi Florentini Epiſcopi
conſenſus, & licentia interueniret; habe-
tur

tur diſt. 85. c. Archidiaconum; Multo
ergo magis quilibet ordinarius alterum
ordinarium conſulere debet, & dimiſſo-
rias literas, vel licentiam expectare in ſcri
ptis probandam; aut ſaltim per teſtes,
gl. in cap. priuatus, dict. 71. Specul. in d.
cap. eos, ſuper verb. licentia. Quarum di-
miſſoriarum formam habes, diſ. 73. cap.
1. & in Specul. in tit. de cler. peregr.

Eſt autem Epiſcopo diligenter cauen-
dum, ne dimiſſorijs quorumcumque or
dinariorum credat: nam capitulum ſe-
de vacante, licet olim has literas conce-
dere poſſet, d. cap. eos: Tamen hodie ex
Conc. Trident. eas dare non poteſt, niſi
vacatio Eccleſię ſit diuturnior anno: ſeſſ.
7. cap. 10. de reform. Idem erit in illis di
gnitaribus, quibus ſede vacante Epiſco-
pali cõpetit iuriſdictio; ſcilicet ſi Archi-
diaconus, vel Abbas, vel mortui Epiſco-
pi vicarius à capitulo confirmetur: nam
ante annum lapſum à die vacationis cõ-
cedere eis non licet; eod. Conc. Trid. ſeſſ.
23. cap. 10. qui ſi eas conceſſerint ab offi-
cio, & beneficio per annum ſunt ipſo iu-
re ſuſpenſi, vt ibid. Capitulum verò Ec-
cleſiaſtico ſubiacet interdicto d. ſeſſ. 7. c.
10. Quæ omnia non ſolum vera ſunt in
maioribus ordinibus conferendis, verũ
etiã in minoribus, & ipſa tonſura; Spec.
in d. cap. eos, ſuper verb. ordinare, & glo.
in c. 1. in verb. clericum, de temp. ordin.
lib. 6. quod hodie expreſſum eſt d. ſeſſ.
23. cap. 10.

Sunt tamen nonnulli caſus in quibus
4 hic dimiſſoriarum habendarum rigor
remittitur; Nam quiſquis laicus eſt, li-
bere domicilium vt libet mutare, & trãſ-
ferre poteſt; quo mutato ſufficit illas di-
miſſorias obtinere, quæ pendent ab eo
ordinario ad quem tranſtulit: gloſ. in d.
cap. primates d. 71. ita quòd Epiſcopus
eius loci, quo hic tranſtulit domiciliũ,
poſſet eũ ordinare abſque ordinarij ori-
ginarij literis; propterea ſi quis beneficiũ
obtineat in aliena diœceſi, ſortitur domi
cilium etiã illius diœceſis; & ſic ab vtro-
que poterit ordinari, ſiue ab Epiſcopo
originis, ſiue ab Epiſcopo loci beneficij,
cap. cum nullus, de temp. ordin. lib. 6.
Alber. in verb. ordinator: Quod ſi domi
cilium non tranſtulerit, non poteſt Epi-
ſcopus ei, quaſi extraneo conferre, nec
primam tonſuram, ſicut nec alios ordi-
nes, vt fuſius ſcribit Specul. in d. c. eos,
in verb. ordinare. de temp. ordin. 6. & vi-
detur traditum hoc in Concil. Cartha-
gin. I. cap. 5.

Quinimmo ſi quis triennio commo-
ratus fuerit cum aliquo Epiſcopo, ſorti-
tur forum & domicilium illius diœceſis,
quo ad hoc vt ab illo ordinari poſſit, ſi
5 ſtatim cum ordinibus conferatur illi be
neficium: Conc. Trident. ſeſſ. 23. cap. 9.
de reform. quapropter inhærendo ver-
bis eius canonis innuitur hoc procede-
re in illis familiaribus, qui cum Epiſco-
po commorantur; ideſt præſentes aſſi-
ſtunt obſequijs Epiſcopi: alioqui ſi ab-
ſentes ſint in regione remota, etiam ſi
illius ſumptibus viuant, quaſi procura-
tores, vel quomodolibet mercenarij,
videretur eos per hoc non acquirere do-
micilium vel facultatem promouendi,
quoniam in tam longa abſentia non po-
tuit hic Epiſcopus noſſe illius mores;
quandoquidem hoc triennium à Conc.
præfixum, poſſet ad hoc principaliter
ſuffragari, quòd mores, & vita ab Epi-
ſcopo cognoſcantur, argum. capit. ſi
quis incognitus, decima ſeptima quæſt.
2. Archidiac. in capit. legem, d. quin-
quageſima tertia; Nam quod requira-
tur commenſalitas continua poſſet col-
ligi ex eod. Concil. ſeſſ. 14. capit. 2. de
reform.

Alio

Alio prætera caſu, ſine dimiſſorijs,
ac licentia quis poteſt alienum clericum
ordinare, ſcilicet ſi proprius Epiſcopus
ſuſpenſus, vel interdictus eſt, ita vt ordi-
nes conferre non poſſit; tunc enim ipſi⁹
ſubditi, illo irrequiſito, poſſunt ad vici-
niores Epiſcopos accedere; qui à iure au
ctoritatem habent eos promouendi, exa
mine præmiſſo, & ſcrutinio perſonarum
habito ex Conc. Lugdun. habetur in d.c.
eos. & ibi Spec. ac Ioan. And. Hoc tamen
intelligendum eſt, non de omni ſuſpen-
ſione; ſed in ea ſola, quam Epiſcopus in-
currit ordinando alienos ſubditos; quia
in pęnam ſui delicti, & vt in eo puniatur,
in quo deliquit, ſuſpenſus declaratur, &
in tali ſuſpenſione poſitus negligi poteſt
à ſuis ſubditis, circa dimiſſorias peten-
das, ita ſonant verba d. cap. eos, & ita ex-
plicat Sil. in verb. irregularitas q. 9. & gl.
in d. cap. eos.

Alius etiam caſus eſt, nam ſi alienus
Epiſcopus ſibi non ſubditum ordinarit
7 canonice, cum ſpe ratihabitionis ꝓprij
Epiſcopi; ordinatio conualidatur, & nul
la pœna incurritur: tex. in cap. Lugdunē-
ſis 9. q. 2. cuius doctrinę auctor fuit Ray.
in tit. de form. conſec. verſ. in ſumma no-
ta quòd ordinati: & poſt eum ſenſit glo.
in cap. nullus alterius, in fin. magnæ glo.
9. q. 2. & licet glo. in d. cap. eos, videatur
ſentire contrarium, & Alberic. in verb.
ordinator in princ. poſt ſum. conf. tit. de
ætat. ordin. q. 38. Tamen multum hæreo
auctoritati Raym. viri, & doctiſſimi, &
optimi, propter verba d. cap. Lugdun. &
arg. optimo Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap.
3. de reform. caſus videtur apud Epiph.
in epiſt. ad Ioan. Hieroſ. Nam Epiphani⁹
in aliena diœceſi hac ſpe ratihabitionis
ordines contulerat. Sed & apud Grego-
rium Turonen. lib. in glor. conf. c. 106.
conſimilis caſus contigerat: nam cum
mortua Radegunde Pictauienſi, proprio
abſente Epiſcopo, ſacrandus locus eſſet,
nolebat Gregorius inconſulto Epiſcopo
ordinario conſecrationem facere; ſed ro
gatus à ciuibus & clero, vt ſpe ratihabi-
tionis id efficeret, illis obſecutus eſt. Sic
igitur in ordinibus conferendis videre-
tur ordinatio tolerari poſſe, ſub huiuſ-
modi ſpe ratihabitionis. Ita tamē, quòd
ratihabitio expreſſim ſubſequatur, qua
nondum ſubſecuta, ordinatus abſtinere
debebit ab executione ſuorum ordinū,
vt docet Silu. in verb. irregularitas. q. 9.
in princ.

Redeundo igitur ad propoſitam ma-
teriam, ſi quis domiciliū nullum habeat,
quia peregrinus eſt, vel vagus: tamen ne
mo illum ordinare poteſt, aut debet; nā
cum incognitus ſit, non eſt promouēdus
d. cap. ſi quis incognitus, & plerumque
eiuſmodi vagabundi ſunt crimino ſi, &
maxime ſuſpecti cap. 1. de temp. ordin.
lib. 6. ſunt enim clerici acephali, & nec
inter laicos, nec inter clericos ponuntur,
& ſunt hippocentauri, ideſt nec equi, nec
homines, vt fuſius ſcribit Cōc. Magunt.
can. 22. forſan etiam ſunt excōmunicati,
vel hæretici, vel rebaptizati, capit. afros,
diſ. 98. forſan ſunt illegitimi, vxorati, vel
non baptizati, Apoſtatæ, vel beneficiati,
quibus non licet abeſſe, nec quidem ex
voto ſine licentia ſui prælati, c. nō opor-
tet, 1. de conſecr. diſ. 5. & de vot. cap. ma-
gnę, & de renunt. cap. niſi, S. Thom. 2. 2.
q. vlt. artic. 7. niſi vno caſu excepto, quo
beneficiatus poteſt licite peregrinari, ſci-
licet quando Papa concedit oībus tran-
ſitum, Abb. in cap. vlt. de voto: Inſuper
iſti uagantes forſan ſunt monachi pere-
grini, abſque licentia Abbatis, vel ſupe-
rioris, quod nō eis licet, Tabien. in verb.
votum 5. nu. 4. Alberic. in verb. peregri-
nus 2. & 3. Ideo cautum eſſe oportet Epi
ſcopum



ſcopum in perueſtigāda incognitorum
qualitate, & vita, ne has cenſuras incur-
8 rat. Et licet olim fuiſſet conſtitutū, quòd
incogniti fierent cogniti, ſaltim ꝑ trien-
nalem conuerſationem, Archid. in capit.
legem, diſt. 53. & ibid glo. tex. in d. cap. ſi
quis incognitus, 17. q. 2. aliquando per
biennalem, 19. q. 3. cap. monaſterijs; ali-
quando per annalem, cap. Gondiſaluus:
17. q. 2. Tamen hæc tempora non ſuffi-
ciunt ad inducendam facultatem, vt or-
dinari poſſint, quia hæc tempora nō in-
ducunt, vt excommunicatus deſinat eſſe
excommunicatus, irregularis deſinat eſ-
ſe irregularis; Vnde merito dum inco-
gnita eſt præterita uita, & mores, promo
ueri nō debent; propterea debet Epiſco-
pus inueſtigare præteritos mores, & ui-
tam, nec credendum eſt omni atteſtatio
ni: nam in Vltramontanis requiruntur ſi-
gilla quinque Epiſcoporum, c. 1. de cler.
peregr. quæ ſigilla, etſi ſint incognita, ſi
tamē uno teſte comprobentur, ſufficiēt:
Raym. quem probat Alberic. in uerb. pe-
regrinus 2.

Ipſe quoq; Epiſcopus incognitus, aut
9 peregrinus facile admitti non debet ad
ordines conferendos, ſicut nec ad exer-
cendos ſuos ordines, ob eaſdem ratio-
nes cap. presbyteri, diſt. 68. Ideoq; titu-
lares Epiſcopi, id eſt, qui proprio caren-
tes grege alienas oues curare ſtudent, or-
dinare prohibentur quoſcumq; & quo-
cumque loco, etiam ſi Nullius diœceſis
ſit; nec proprios familiares, aut commē-
ſales promouere poſſunt, niſi habita or-
dinarij licentia, & dimiſſorijs; quod ſi cō
tra fecerint, per annum ab exercitio Pō-
tificalium ſuſpenduntur, Conc. Trident.
ſeſſ. 14. cap. 2. de reform. & quandoque
etiam excommunicationem incurrunt,
& depoſitionem ab omni miniſterio Ec-
cleſiaſtico, utputa ſi Græc⁹ Græcos infra
Latini epiſcopi diæceſim, uel Latinus La
10 tinos, infra Gręci Epiſcopi diœceſim ꝓ-
moueat, ſecundum caſum cap. quoniam
de off. ord. Conc. Lateran. cap. 9.

Nec iſta omnia ſolū uera ſunt in Epi-
ſcopis, uerum etiam in quibuſcumq; di-
gnitatibus, etiam inferioribus, quibus
forſan ius, uel priuilegium conceſſum
eſt minores ordines conferendi; nam ſo-
lis ſuis ſubditis, & in proprijs Eccleſijs
conferre poterunt, glo. in cap. 1. in uerb.
Epiſcoporum: de temp. ord. in 6. Abb. in
cap. cum contingat; de ætat. & qual. & in
cap. 1. de ſuppl. negl. prelat. Gemin. in
cap. Abbates, de priuileg. lib. 6. verſ. quę-
ro an Abbas; & eſt glo. aperta in d. c. Ab-
11 bates in verb. Epiſcopalem; Ideoq; Car-
dinales, quoniam ſuo iure minores ordi
nes conferre poſſunt; Hoſt. & Ioan. And.
in c. 1. de ſuppl. negl. prel. Mart. Lau. in
tract. de Card. q. 20. & ſeq. Iacobat. de
Conc. lib. 1. art. 12. verſ. item Cardinali-
bus, non poſſunt conferre niſi ſubditis,
& in propria parochia: Idem eſt dicen-
dum de omnibus Archipresbyteris, Prę
poſitis, ac ſimilibus etiam exemptis, ean-
dem poteſtatem habentibus, ex Concil.
Trident. ſeſſ. 23. cap. 10. de reform. Nec
vlla conſuetudine quantumuis inuetera
ta poteſt hoc induci, vt alienum clericū
iſti promouere poſſint; Gemin. in d. cap.
Abbates. verſ. Quæro an conſuetudine,
& Conc. Trident d. cap. 10.

Quinimmo iſti Abbates, vel Præpoſi-
ti, ſi Monaſterium habeant, non poterūt
conferre hos ordines illis ipſis, qui ibidē
ſunt poſiti infra annum probationis; nec
quidem primam tonſuram præbere; nā
hoc anno probationis pendente, haben-
tur pro non ſubditis, quoad ordines ſu-
ſcipiendos; & hoc inductum eſt, ne fiat
fraus legi, ſi illi poſtea clauſtrum dereli-
querint, Io. And. in d. c. Abbates in verb.
con-

conuolauerunt,ibid.Gem.& Lap.Quòd
ſi de facto alicui conuerſo intra hoc tẽ-
pus tonſura conferatur, non eum ligat,
Gemin.ibid. Iſtis autem ordinatoribus
contra prædictos canones impoſita eſt
pœna,quòd ipſo iure ſuſpenſi ſint per an
12 num d.c.eos.de temp.ord.lib.6.Vbi nul
la diſtinctio fit Epiſcoporum, ſeu aliorũ
ordinantium,ſicut etiam in Conc.Trid.
ſeſſ. 23. c. 8.eadem pœna ſtatuitur Epi-
ſcopis, nam quoad hoc non debent eſſe
melioris conditionis iſti inferiores, quã
ſint ipſi Epiſcopi.

### *Quando quis ſubditum ſuum ordina-re non poſſit.*

### CAP. III.

1 *Epiſcopus ſuos ſubditos ordinare non debet,niſi plene cognitos.*
*Iuramentum eius,qui petit ordinari, non ſufficit, vt admittatur, ſed qualitates requiſita debent probari.*
*Chriſmate ſignatus eſſe debet,quiſquis vult ordinari.*
*Ordinationes non ſunt ſolennes tenendæ,niſi ordinandi per menſem ante adeant Epiſcopum.*
2 *Epiſcopus non debet ordinare ſuũ ſubditum cognitum, ſi illius parentes ſint incogniti.*
*Epiſcopus non debet promouere ſuum ſubditũ, qui diu à patria abſuerit, nec eum admittet ad adminiſtrandum, niſi attulerit litteras,vbi vixit.*
3 *Excommunicato non videtur communicare,qui ab eo neceſſaria vitæ emerit.*
*Epiſcopus varia genera ſuorum ſubditorũ promouere non poteſt, vide hic vſque ad finem.*
4 *Delegatus à Papa conſecrando, vel ordinando indignum excuſatur,propter mandatũ Papæ.*
*Ordinans ſuſpenſum debet ipſe deponi.*
*Excommunicato à ſe Epiſcopus communicãdo, non cenſetur eum abſoluere.*
*Papa non videtur abſoluere excommunicatũ, admittendo eum ad oſculum.*
5 *Abſolutio,vt ſit valida,debent eſſe verba abſolutionis,tam in excommunicato,quam interdicto, vel ſuſpenſo.*
*Epiſcopus ordinans irregularem, an videatur auferre irregularitatem.*
*Irregularitas,vt auferatur, nulla certa verborum forma requiritur.*
*Ordinans indignum, ipſe redditur indignus ordinandi poteſtate, ſaltem quo ad eum ordinem;& mortaliter peccat.*
*Dioniſii Areop. conſilium quo ordinatores vti debent,*
6 *Epiſcopus negligens in diſcutiendis ordinandorum defectibus, non videtur diſpenſare, ſed peccat.*
7 *Epiſcopus indignum ordinans ad mandatum Papæ, an bene faciat.*
*Indignus quis eſt vno ordine, & altero eſt dignus.*
8 *Epiſcopus ordinans indignum excuſatur relatione Archidiaconi, & examinatoris.*
*Epiſcopus ordinans indignum excuſatur ſi ille ſe ſe furtim ingeſſerit.*
*Epiſcopo imputatur quòd negligentem,vel ignorantem examinatorem, deputauerit.*
*Titulo carentes, quaſi indigni non ſunt ordinandi.*
*Ordinans aliquem ſine titulo, ipſe tenetur eum alere, & quando hoc procedat.*

SVNT pręterea impedimen-
ta plurima,ne quis ſuos ſub
ditos promouere poſſit; nã
ſi tam grandis ſit diœceſis,
vt non facile omnes ordinã
1 di poſſint cogniti eſſe Epiſcopo, certe
eos promouere non debet,niſi informa-
tionibus ſumptis de ætate, moribus, na-
talibus, & fidem fecerint de anteriorib⁹
ordinibus ſuſceptis; nam tales ignoti ꝓ
peregrinis,& extraneis habendi ſunt;vt
aperte tradit Raym. in tit. de peregr. in
princ. glo. in c.vlt.diſt.71. nec hoc caſu
ſufficere debet iuramentum,quia nõ eſt
eis credendum c. Inter quatuor,de cler.
peregr. Alber.in verb. peregrinus 2. Nã
forſan non fuerunt chriſmate ſignati; vt
eſt neceſſarium, antequam ordines con-
ferantur, Cõc.Trid.ſeſſ.23.c.4 de refor.
Hinc ſancte eodem Concilio decretum
eſt,quòd quãdo Epiſcopus ordinationes
facturus eſt,qui volũt ad ſacros ordines
pro-



promoueri, adeant ipſum per menſem
ante diem ordinationum,& ſua nomina
publice deſcribi permittant,vt de natali-
bus,atque alijs informationes ſumi poſ-
ſint, ſeſſ.23.c.5.de reform. Rurſum per
tres dies ante ordinationem ſunt exami-
nandi,& ſcrutinium faciendum eſt, ead.
ſeſſ.c.7. quod etiam priſcis temporibus
fuerat inſtitutum c.quando,diſt.24.

Qua ratione etiam ſubditũ bene co-
gnitum Epiſcopus non ordinabit,ſi eius
2 parentes,& genus ignoti ſint; nã forſan
infamiam contraxerunt à progenitori-
bus, vel aliquam irregularitatem; vnde
promouendi non ſunt, niſi diſpenſati ex
cauſis,de quibus dictum eſt lib. 1. in tra-
ctatu de infantibus expoſitis: Simile eſt
ſi quis ſubditus diu abſuerit; nam ſiue
ꝓmoueri, ſiue promotus exercere velit,
non eſt admittendus, niſi literas adferat
eius ordinarij,vbi vixit, vbi verſatus eſt;
multas enim potuit incurriſſe irregula-
ritates,crimina, vel cenſuras;quæ illi im-
pedimentum adferant, ſicut cæteris in-
cognitis extraneis c.Tuæ,de cler.peregr.
c.afros,diſt.98.

Illud pręcipuè Epiſcopus animaduer
tere debet, ne iſti redeuntes, in locis ſu-
ſpectis de fide vixerint,vel vbi peſtis con
tagioſa inualuit; nam & ipſi eandem ſu-
ſpitionem incurrunt,vnde reijci debent
ab ordinibus,vt diximus ſupra, de ſuſpe
ctis, & de peſtilentiam patientibus; Eſt
autem eis illud condonandũ,ſi peragran
dò cum excõmunicatis, vel infidelibus
verſati ſint in emptione,& cõmercio cir-
3 ca res,& vſus neceſſarios humanę vitę c.
quoniam, 11. q. 3. Nec etiam eis obeſſe
debet, ſi in longa itineratione, habitum
mutauerint:cap.Epiſcopi,21.q.4.non.n.
eiſdem ſacerdotum veſtibus commode
vti poſſumus peragrantes, vt in Vrbe re-
ſidentes; & dicemus infra lib. 5.cap.5.

Cauere igitur debet Epiſcopus,ne or-
dinet de fide ſuſpectũ, vel de aliquo de-
licto inquiſitum,denuntiatum, vel accu-
ſatum,in quo depoſitionis, vel excõmu-
nicationis pœna poſſit irrogari; nam ſi
priuſquam tota res diſcutiatur eũ pro-
moueri,tam grauiter peccat; vt ordinã-
di poteſtate priuetur,tamquam eius cri-
minis ſocius, de quo ordinatus inquiſi-
tioni ſubijcitur c.omnipotẽs,de accuſat.
& diſt.81.cap.Tantis: ſed hoc declaran-
dum eſt dummodo non ſit lapſus ann⁹
à die pendentis accuſationis, vel inquiſi-
tionis,gloſ.in dictis locis: quæ cenſura ẽt
locum habet,ſi Epiſcopi conſecrent Epi-
ſcopum ita ſuſpectum,accuſatum, vel in-
quiſitum, quod probatur d.c.Tantis,vbi
videtur caſus; ſed hoc non habebit locũ
quotieſcunque conſecrantes illud mu-
nus peregerint vigore delegationis Pa-
4 pæ: nam ſine temeritate id faciunt,cum
pareant mandatis apoſtolicis, & ex obe-
dientia mereãtur cap.ad aures,de temp.
ordin.& 23.q.1.cap.quid culpatur: Nã
omnis promotio ad beneficia pro noto-
rie indigno, quando ita Papa vult excu-
ſat obediẽtem Epiſcopum à peccato: Io.
Andr.in cap. cum adeo,de reſcrip. & in
cap. ſignificauit, de off.ord. Silu.in verb.
obedientia q. 5. verſ. quarto.

Sed & ille, qui ordines confert ho-
mini ſuſpenſo, tam grauiter errat, vt
ſuo ordine deponi debeat: cap.quando,
diſt. vigeſſ. quarta, & ordinandi pote-
ſtatem vlterius non habebit: cap. ſi qui
Epiſcopi, vigeſſ. quinta quæſt.2. Et tam
etſi illud videretur animaduertendum,
quod ſi ipſe Epiſcopus ſuſpenſionis ſen-
tentiam tuliſſet; & ſciens eum ad ordi-
nes admiſerit, diſpenſare videretur, &
abſoluere; vt per Abb. in capit. veniens:
de fil. presbyt. Fely. in capit. præterea
num. 6.7.& 8. de Teſti cogen. tamen
con-

contrarium verius eſt,vt mox dicemus: Eadem procedunt in ordinatore eius, qui interdictus ſit: nam qui ordines cõfert,eaſdem pęnas incurrit: Idem ſi quis excommunicatum promouerit; nã hic Epiſcopus excommunicato communicans deponitur cap.Theugaldum,11.q.3.& hoc caſu non valet diſtinctio, quòd ſi hic idem Epiſcopus eum excõmunicauerit,videatur eum abſoluere admittendo ad ordines,quoniam Epiſcopus communicans excommunicato à ſe, non cẽſetur eum abſoluere.Abb.in cap.propoſuit,de cler.excom. miniſt. nam nec Papa per hoc videretur abſoluere,ſi taceat, Clem.ſi ſummus,de ſent.excõ.multo ergo minus in Epiſcopo, vt glo. ibid. quoniam abſolutio,vt ſit abſolutio,requiruntur in ea ſaltim verba ſimplicia abſolutoria: Innoc.cap.cum deſideret,de ſent. excom.Abb.in cap.vlt.de reſtit. ſpoliat. Imo hæc ſimplicia verba abſolutoria nõ ſunt ſine peccato: quoniam debet ea abſolutio fieri cum aliqua ſolennitate,Silu. in verb.abſolutio 3.verſ.ſciendum eſt ſecundo: licet etenim Ioannes Patriarcha cognomento Eleemoſynarius, clericum excommunicatum canonice ob violẽtas manus in alterum clericum ſtatuiſſet abſoluere (quia per excommunicationem erat factus deterior) & ob id eum reconciliauerit publice in Eccleſia abſque abſolutorijs verbis, tamen ſolennitas adfuit; nam primum ipſe excommunicato veniam petijt,quo facto reus quoque veniã petijt correctus; Ideo verba Patriarchę illa: Deus nobis omnibus indulgeat; vim abſolutionis habuerunt, maximè quia Patriarcha ſua manu excommunicatum in Eccleſiam introduxit,vt ſcribit Leontius. Neap. Cyp.Epiſcopus in illius vita,apud Lippom.tom.2.

Quæ rationes militant etiam in ſuſpẽſis, & interdictis quia, quoad ipſam abſolutionem hæc tria pari paſſu ambulãt: Sil.in verb.Abſolutio 6.verſ.ſecundum: vnde concluditur per promotionem nõ videri ipſum abſoluere ab interdicto,vel ſuſpenſione,ſicut nec ab excommunicatione d.cap.ſi ſumus, & Abb.in d.c.propoſuit de cler.excom.min.

Huc ſpectat, ꝙ ſi Epiſcopus promouerit irregularem,ex ea irregularitate, q̃ nõ reſidet diſpenſanda in facultate eius, ipſe quoque efficitur indignus auctoritate ordines conferendi; ſed ſi ea irregularitas reſideat in ipſius poteſtate, ſi ſciens eum ordinauerit,videtur diſpenſaſſe; & hoc poteſt probari per ſcripta Abb.in d. cap.veniens,de fil.presb.& Fel.in d.cap. Præterea nu.6.7.& 8.de teſtib.cog.& poteſt eſſe ratio,qui in irregularitate auferẽda nulla certa verborũ forma requirit, nec etiam nuda verba abſolutoria,ſed ſola diſpenſatio,etiam tacita: Silu.in verb. abſolutio 6.verſ.Tertium: Ex præmiſſis ſequitur, quod ordinans ſcienter publicum pœnitentem, priuatur ordinandi poteſtate,quia ipſe non poſſet diſpenſare cap.ex pęnitentibus,d.50.Alber.in verb. ordinandus. verſ. Quartodec. & habet Conc. Carthag.4.c.68. Idem ſi quis ordinet coniugatum, etiam ad primã tonſuram, per annũ eſt ipſo iure ſuſpẽſus,c. nullus,de temp.ord.lib.6.Ordinans illegitimum, priuatur ordinandi auctoritate,cap.cum Vintenien.de elect. Ordinãs ſcienter bigamum,vel maritũ viduæ, vel corruptæ, aut repudiatæ priuatur poteſtate ordinandi c.ex pœnitentibus,d.50. & cap.2.de bigam.non ordin.Ille etiam qui ordinat inſcium, vel illiteratum perdit ordinandi auctoritatem,cap. qui Eccleſiaſticis,d.36.Alberic.in verb.ordinatus debet: ſed ex conſtitutione Bonifacij octaui in d.cap. nullus de temp. ord.





lib. 6. ſi quis illiterato conferat etiã ſolã primam tonſuram, per annũ eſt ipſo iure ſuſpenſus: vnde apparet,quàm euidẽter errauerit Fel. in c. primo, col.6.verſ. ſimiliter dixit,de treug.& pac.vbi putat, quòd propter Papæ tolerantiam Epiſcopi excuſentur ſi ordinẽt illiteratos, quod non poteſt vllo modo eſſe verum, & pugnat cum toto iure;ſed & ille qui ſciẽter ordinat minorem ætate illa, quæ ordini neceſſaria eſt,deponitur diſ.77.c.ſubdiaconus, Alberic.in verb.ordinatus debet.Ideo qui primam tonſuram confert infanti; ipſo iure per annum ſuſpenſus eſt ab ipſius tonſuræ collatione d. c. nullus,de temp.ord.lib.6. Ille etiam qui ꝓmouet curię obnoxium,quem curialem dicunt, deponi debet.c.aliquantos, diſt. 51.Ordinans etiam Neophytũ priuatur auctoritate cõferendi eum ordinem,quẽ illi contulit,diſt.59.cap.qui:ſed & is qui ſeruum,vel quemcumque colonarium, aut aſcriptitium ordinauerit,præter id, ꝙ ad ſerui pretium tenetur in duplum, diſt.54.cap.ſi ſeruus abſente: Raym.tit. de ſeru.ord.verſ.ſi ſeruus fuerit, Miſſam per totum annum dicere non põt,Conc. Aureli. III. cap.20.Vnde ſequitur,quòd nec ordines ſacros illo anno cõferre poſſit; quia non niſi in Miſſa conferri poſſunt, gloſ in cap.quod ſicut,in gloſ.magna, de elect. Tandẽ concludendo quiſquis ordinat quempiam quauis ex cauſa indignum, reddit ſe ſe quoque indignum auctoritate ordines conferendi, cap. tantis, diſt. 81. & diſt.36.capit.qui Eccleſiaſticis; quo loco Archid. late diſputat, vtrum hic ordinator priuetur facultate conferendi omnes ordines, an vero eum ſolum,quem contulit:ſed mitior,& æquior eſt ſententia,vt in quo deliquit puniatur,ſcilicet,vt eos ſolos ordines conferre non poſſit,in quibus peccauit ex tex. claro,in cap. literas, de temp. ord.& cap.cum in cunctis.§.fin.de elect. & ita intelligendus tex. in cap.ſi qui Epiſcopi. 1.q.1.& cap. ſi qui Epiſcopi, 25. q.2.& cap.dilectus,de temp.ord.& diſt. 50.cap.ex pœnitentibus: Habebit autẽ, & alias pœnas à Domino; nam cum ordinans indignum mortaliter peccet, S. Thom.4.diſt.24.Conc.Trident.ſeſſ.24. cap. 1. de refor. alijs pœnis grauioribus ſe à Deo puniendum dubitare debet, q̃bus punitus fuit Ioroboam, cum paſſim & ſine delectu indignos ad ſacerdotium admitteret 3.Reg.cap.13.non enim fidelis eſt Domino qui ei indignum præbet miniſtrum cum melius ſit paucos habere miniſtros,qui digne poſſint opus Dei exercere, quàm multos inutiles,& indignos. capit. tales, diſt. 23. & de ætat. & qual. cap. cum ſit: Propterea ſi Epiſcopus beneficium conferat indigno: priuatur auctoritate beneficium conferendi d.cap.cum in cunctis, in fin. quam conſtitutionem probat Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. duodecimo,de refor. Et vt euitet prędictas vitioſas ordinationes,& collationes, debet ordinator ſequi conſiliũ S. Dionyſij Areopagitæ, de Eccleſ.hier. cap.5.part.3.cuius hęc ſunt verba: Moyſes legalium cęremoniarum promotor neque fratrẽ Aaron ad ſacerdotale munus inunxit, (& quidem cum Deo, & charum,& ſacerdotio non ignoraret eſſe digniſſimum) donec ad id diuinitus agitatus ſub Deo principe ſacerdotalem conſecrationẽ pontificaliter conſummauit. Rurſum ibid. Oportet (inquit) Pontificem ſanctum non motuproprio ſacerdotales ordinationes conficere, ſed ſub Deo agente has Pontificaliter, cœleſtique celebrare munditia: hæc ibi.

Quę omnia vera ſunt in illis indignis

cum quibus Epiſcopus diſpēſare ſuo iu-
re nō poſſet: alioqui ſi propria auctorita-
te diſpenſare poſſet, & indignitatem il-
lam ſcierit, ordinando diſpenſare vide-
retur; & ob id puniri non deberet, vt
ſcribit gloſ. in cap. qui in aliquo, diſt. 51.
qđ intellige ſi Epiſcopus cauſam diſpen
ſandi in mente habuerit, alioqui facien-
do ſupinè, & negligenter puniri debet;
vt aperte ſcribit Silu. in verb. diſpenſa-
tio, quæſt. vltima: ꝙ ſi neſcierit Epiſco-
pus, & negligentia eadem verſatus fue-
rit in diſcutiendis defectibus, non cen-
ſetur diſpenſaſſe; & ideo puniendus eſt,
iuxta prædicta: gloſ. ibid. in verb. concu-
binas, & gloſ. in cap. ſi quis ſine, diſt. 81.
præſertim ſi ordinaſſet indignum ob cri
mina, quoniam tunc non ſolum punire-
tur in priuatione poteſtatis conferendi
ordinem collatum, ſed etiam deponere-
tur ſimul cum ipſo ordinato crimino ſo
cap. aliquantos, diſt. 51. Alberic. in verb.
ordinatus debet.

Hæc autem regula pluribus modis
declaranda eſt, primo niſi in ordinatio-
ne indigni acceſſerit mandatum Papæ:
nam quia ſic Papa volens diſpenſare vi-
7 detur, Epiſcopus obediendo non eſt pu-
niendus: Io. Andr. in cap. cum adeo, &
in cap. ſi quando, de reſcrip. & in capit.
ſignificauit, de off. ordin. preſertim circa
collationem beneficiorum faciendā in-
dignis; ſed circa collationem ordinum,
ſi ea fieri ſine peccato non poſſit, & ideo
diſpenſatio illa tacita ſufficere non vide-
retur; Epiſcopus nullo modo procede-
re deberet ad ordinationem indigni, ſed
potius abſtinere, & monere Papam, quia
forſan male informatus fuit, vt docet d.
cap. ſi quando, & Silu. in verb. obedien-
tia q. 5. in fin.

Altera declaratio eſt, quòd quandoq;
quis indignus eſt vno ordine, ſed alio eſt
dignus c. accepimus, de ætat. & qual. &
diſt. 74. cap. geſta, vbi gl. Hoſt. in ſum. de
ætat. & qual. §. 3. Sum. conf. de ætat. ord.
q. 22. Alberic. in verb. ordinatus à non
Epiſcopo: propterea non erit puniendus
ordinator indigni, ſi cū ordinarit in or-
dine quo erat dignus.

Alia declaratio eſt ſi Epiſcopus mul-
8 tis occupatꝰ negotijs Archidiacono aut
alij examinandi onus commiſerit, vt de
iure tam vetere, quàm nouo poteſt, cap.
quando, diſt. 24. de off. Archid. c. ad hoc
Conc. Trident. ſeſſ. 23. c. 5. & c. 7. de ref.
ſi ad examinatorum relationē indignū
promouerit excuſabitur, Specul. in cap.
eos. de temp. ord. lib. 6. ſuper verb. ſcien-
ter; arg. de pignor. c. ſignificāte, & de cler.
excōm. min. c. apoſtolicæ; Ideo non ipſe
ſed examinatores puniendi, d. c. quando.

Quarto excuſaretur ordinator ſi fur-
tim, aut ex ſimplicitate ille indignus ſe ſe
intra multitudinem ordinandorum in-
geſſerit; nā ordinator id neſciens culpa
caret: Magna tamen diligentia in Epi-
ſcopo requiritur, vt culpam euitet: nam
ſi vel omnino examen, & informationes
omittat, vel ſi negligēter accipiat, vel ho-
mini negligenti cōmittat, excuſari non
poteſt, hoc. n. caſu aliena culpa ſibi impu
tari debet; quod aperte tradit Spec. in d.
cap. eos, in d. verb. ſcienter; & dicemus
quando de ſcrutinio agendum erit.

Quinto excuſaretur ſi indignum pro
mouerit ad minores; nam illa indignitas
facile tolerari poteſt, ſi feruens deſideriū
appareat in ordinato, cui ſi id negaretur
forſan abalienaretur à miniſterio, & ob-
ſequio Dei, quod aperte liquet ex ſenten
tia S. Pachomij Abbatis, qui ita in ſpecie
iudicauit, vt ſcribit Sim. Metaph. in illiꝰ
vita, die 14. Maij.

Inter indignos ordinibus ſacris, po-
nuntur ēt ij, qui titulo carent, nam graui-

ter



ter peccat ordinator eos promouendo,
& in illius iniuriam ordinatio irrita erat
Conc. Calced. c. 6. habetur diſt. 70. c. ne-
minem, & c. cum ſecundum, de præben.
nam quamtumuis idoneus ſit, tñ ordina
ri prohibetur ſine titulo, etiam hodie ex
Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 2. de refor. Propte-
rea in pœnam ordinatoris conſtitutum
eſt, vt eum alere ſuo ſumptu teneatur, do
nec de beneficio ei prouiderit. d. c. cū ſe-
cundum: & de ętat. & qual. c. accepimus,
& de præben. c. ſi Epiſcopus, lib. 6. Quod
tamen eſt ſano modo intelligendum; nā
ſi ordinator in aliena diœceſi forſan ſin-
gulares promotiones faciat, & loci ordi-
narius ſiue ſit Epiſcopus, ſiue Vicarius,
ſiue Archidiaconus, aut ſimiles ſuos cle-
ricos, vel extraneos habētes dimiſſorias
promouendos exhibeant, ipſi in culpa
ſunt, nō ordinator; ita & ille in culpa eſt
qui dimiſſorias vt à quocumq; ordinen-
tur concedit, nam iſtis caſibus: ſoli præ-
ſentantes, & dimiſſorias dantes, hanc pę
nam incurrunt non aūt ordinator: Silu.
in verb. Archidiaconus q. 8. per d. c. cum
ſecundum, & d. c. ſi Epiſcopus, Alber. in
verb. beneficium, & officium, verſ. & no-
ta, ꝙ ſi Epiſcopus. Silu. in verb. beneficiū
2. q. 5. ſed ſi ordinator in aliena diœceſi
ordines conferat generali ordinatione,
ipſe in culpa eſt, ſi abſq; debito examine
etiā dignos, ac multo magis ſi indignos
ordinet, quia ipſe cognoſcere, & exami-
nare debuit d. c. ſi Epiſcopꝰ. licet etenim
digni ſint ij, ſic ordinari ab eo, cum non
eſſent ſubditi eius ordinarij, in cuiꝰ diœ-
ceſi ordinauit, ipſe eſt in culpa, & punien
dus iuxta Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 5. de re-
form. quod verum eſſe videtur quando
ſuo motu ordines conferre voluit petita
licentia loci Ordinarij: at ſi Ordinarius
ipſum aduocauerit ad ordines, vice ip-
ſius Ordinarij cōferendos erit culpa im-
putanda ipſi Ordinario, vt dicemus etiā
infra hoc libro cap. 21.

## *Si ordinator in cenſuris poſitus, audeat ordinare.*

## CAP. IIII.

*1 Epiſcopus ſuſpenſus exercendo, fit irregularis, vt cæteri.*
*2 Epiſcopus ſuſpenſus à certo ordine, omnes ſuperiores illo exercere prohibetur.*
*Epiſcopus ſuſpenditur dupliciter, ſcilicet ab ordine exercendo, vel ab ordine conferendo,*
*3 Epiſcopus interdictus, celebrando ita fit irregularis, ſicut cæteri omnes.*
*Epiſcopus in canone continente pœnam excommunicationis comprehenditur ſub generalitate verborum.*
*4 Epiſcopus ex communicatus, adminiſtrans fit irregularis.*
*5 Epiſcopus irregularis, adminiſtrās punitur, vt cæteri omnes.*
*Ordinatus ab Epiſcopo irregulari, characterem ſuſcipit.*
*Epiſcopus depoſitus, adminiſtrans nunquam reſtitui poteſt, nec poſt pœnitentiam.*
*6 Ordinatus ab Epiſcopo depoſito, ſuſcipit characterem.*

EPiſcopus cenſura Eccleſiaſtica
illaqueatus, vtputa ſuſpenſus,
nullo iure pōt ordines confer-
re, quia cum ſuſpenſio adimat poteſtatē
exercendi proprium ordinē certe nulla
1 in re tam magna cōſideratur ſui ordinis
adminiſtratio, q̃ in ordinibus conferen-
dis: Iccirco ſicut quilibet ſuſpenſus ad-
miniſtrans fit vere irregularis, vt ipſo tra
ctatu diximus ſupra de ſuſpenſis, ita &
Epiſcopus, ſiue ſit ſuſpenſus ab omnibꝰ
ordinibus, ſiue ab aliquo ſpeciali; nā illū
exercendo fieret irregularis, ſicut cæteri
oēs ſuſpenſi, & ideo ſi ſuſpenſus fierit in
adminiſtrando certo ordine, oēs ſuperio
res illo exercere prohibetur; nam ſi à ſa-
cerdotio ſit ſuſpenſus pontificalia omni

2 no non exercebit: Abb.in c.ex literis,per illũ tex.verſ.vlt.de exceſſ. prælat. & ideo etiam quoſcumq; ordines conferre prohibetur: quia in illis exercetur officium Pontificale.

Vnde hic caſus differt ab alia ſuſpenſione, ſ.quando Epiſcopus ſuſpenſus eſt à collatione ordinũ, vel alicuius certi ordinis; nam eo caſu omnia poteſt adminiſtrare, tam Pontificalia, quàm ſacerdotalia, dummodo illum ordinem nõ conferat: & licet aliqui putent, quòd nec illum ordinem, nec illo ſuperiores poſſit conferre, ſicut ſuſpenſus ab vno, eſt ſuſpẽſus ab omnibus ſuperioribus. Ant. in c. vel non eſt, poſt Io.And. de temp.ord. vt refert Tabien. in verb. ordo. 3.ante fin. Tamen ea eſt nimis dura opinio; ſufficit .n.quòd illum tantum ordinem prohibitus cenſeatur conferre, & ſententia Ant. & Io.And. poſſet procedere in ſuſcipientę ordines, non in conferente, quia ſuſcipere ſuperiorem nemo põt, niſi in habitu, & actuali adminiſtratione inferioris; quę res non põt conſiderari in ordinatore, qui prohibitus conferre ſubdiaconatũ, nihil repugnat, quin poſſit conferre diaconatum, ſine violatione cenſuræ: & hæc mihi verior ſententia videtur;

Eadem quoq; dicenda ſunt in Epiſcopo interdicto: nam quicquid ille admi-
3 niſtrando in Pontificalibus, vel ſacerdotalibus fecerit; quia violat interdictũ, redditur irregularis. caſus clarus eſt in cap. vlt. de exceſſ. prælat. & latius dictum eſt ſupra, quando de cenſuris actum fuit, de perſonali interdicto. Nec valet illa ratio in contrarium, quòd Epiſcopus, niſi nominatim de eo fiat mentio, nunquam includitur in canone, vel ſententia continẽte pęnã ſuſpenſionis, vel interdicti. c.quia periculoſum, de ſent.excõm. in 6. quia illud procedit in Epiſcopis non ſuſpenſis, vel interdictis; nam per ſolam generalitatem verborum canonis, vel ſententiæ, ipſi comprehendi non videntur: Sed ſi certũ ſit ipſos ſuſpenſos, vel interdictos eſſe, omnes pœnæ, quę militant aduerſus huiuſmodi, etiam militant aduerſus Epiſcopos; qui violando cenſuras facti ſunt indigni illo priuilegio; & hoc probatur d.c.vlt.de exceſſ.prælat. vnde ſicut ſacerdotes ſimplices ſuſpenſi, vel interdicti contrauenientes in executione Ordinũ, fiunt irregulares, ita & Epiſcopi, quos in hoc caſu non reperio priuilegiatos eſſe, ſicut non ſunt priuilegiati in excommunicationibus; nam in canone, & ſententia continente pœnam excommunicationis, ipſi ſub generalitate verborum continentur, ſicut reliqui omnes, vt tradit gloſ. Archid. Hoſt. & Ioan. And. in d.cap. quia periculoſum, in verb. ſuſpenſionis.

4 Propterea quilibet Epiſcopus excommunicatus generaliter, vel à canone, vel à ſententia; quia ab Eccleſia diuiſus eſt, nihil omnino poteſt adminiſtrare, & cõtrafaciendo fieret irregularis; vnde quẽcumque ordinem conferat maiorẽ, vel minorem, irregularitatem Papalem incurrit ex Conc. Antiocheno capit.4. habetur 11.q.3.cap.ſi quis Epiſcopus damnatus: & ex Conc. Martini Brac. habetur ead.q.cap.ſi quis Epiſcopus in Concilio; & ob eandem rationem ſi Epiſcopus ſciat ſe ob aliquam cauſam irregularem eſſe, eaſdem pœnas incurrit, quas alij irregulares incurrunt exercendo ſuũ ordinem; vnde ſi ordines conferat poſitus in irregularitate, ſacrilegium committit, caret ſpe diſpenſationis, & quaſi incorrigibilis poſſet deponi; ipſe tamen ordinatus ab irregulari characterem verum accipit: Archidiac. diſt. 56. cap. apoſtolicæ, citat Innoc. & Hoſt.

Multo



Multo igitur magis, ſi Epiſcopus depoſitus, vel degradatus ſit, nam grauiſſime peccat, ſi audeat ordines conferre; ſicut degradati, qui adminiſtrant. S.Th. 3.q.82. quinimmo nunquam poterit hic Epiſcopus depoſitus reſtitui ad ſuos honores, nec quidem poſt peractam pęnitentiam, ſi ſic depoſitus aliquo modo adminiſtrauerit: præſertim ordines cõferendo. c.accedens, diſt. 50. Nam talis collatio facta à depoſito imprimit cha-
6 racterem. S. Thom. 4.diſt.25.q.1. ſicut etiam conficit alia ſacramenta, S.Thom. d.q.82. vt diximus aliàs, cum de degradatis agebamus.

## *De Dimiſſoriarum literarum impedimentis.*

## CAP. V.

1 *Dimiſſoriæ literæ ſunt quaſi delegatoriæ propriæ iuriſdictionis.*
*Dimiſſorias literas Epiſcopus, quando proprijs ſubditis concedere non poſſit.*
2 *Epiſcopus ſuſpenſus à dimiſſorijs concedendis, contrauenięns non fit irregularis.*
3 *Epiſcopus ſuſpenſus, quia ordinauit clericum, alienum, poteſt negligi à ſuis ſubditis.*
*Dimiſſoriæ literæ, quid continere debeant.*
4 *Dimiſſoriæ non iuſtificantur ex clauſula illa, onerantes conſcientiam ordinatoris.*
*Dimiſſorias concedere non poſſunt, qui ſunt Epiſcopis inferiores,*
5 *Dimiſſorias non concedit capitulum ſede vacante, niſi duobus caſibus.*
*Collegium Rom. vacante ſede Apoſtolica, an poſſit dimiſſorias concedere.*
6 *Dimiſſoriæ Latinorum pro ſubditis Græcis, vel Græcorum pro Latinis quomodo non valeant.*
*Græci hodie deberent à ſuis Latinis Epiſcopis ordinari.*

DImiſſoriarum literarum vſus, etiam S. Auguſtini temporibus obſeruari conſueuerat, vt ipſe ſcribit ad clerum Hipp. epiſt. 137. verſ. Cum enim iſta me cauſa: & ob id in uſu fuerunt, quã concedere ſolent ſuis ſubditis Epiſcopi, vel ordinarij, vt ab
1 alieno ordinatore promoueri poſſint; vnde hæc quaſi propriæ iuriſdictionis delegatio eſt. Videntur enim per has dimiſſorias officium ſuum alijs Epiſcopis concedere, vt probatur c. primatus, diſt. 71. & diſt.ſeq. cap.clericũ, & eſt optima gl.in c. fraternitati, de cleric. non reſid. propterea circa has concedendas multa occurrunt canonica impedimenta; nam ſi Epiſcopus ſuſpenſus, vel interdictus, ſit aut excommunicatus, depoſitus, vel degradatus, eas concedere non poteſt, quinimmo ſi concedat efficitur irregularis, quia omnis auctorizatio facta ab eo, qui eſt ſupradictis cẽſuris innodatus, reddit eum irregularẽ; quia abutitur clauibus Sancti Petri: nam & ſola beneficiorum collatio, redderet irregularem, cap.vlt.de exceſſ. prælat. Specul.in tit.de diſpenſ.§. iuxta.verſ.Quarto.

Quæ intelligenda ſunt in eo ordinario, vel Epiſcopo, qui ſimpliciter eſt ſuſpẽſus ab Epiſcopatu, vel ordinibus ſuis, quia tunc cenſetur etiam ſuſpenſus, & interdictus ab ijs, quæ pendent à dictis ordinibus; ſecus ſi principaliter eſſet ſuſpenſus à dimiſſorijs concedendis, quia eo caſu contraueniendo, non fieret irregularis, quia dimiſſorias concedere eſt
2 actus iuriſdictionis, quæ poſſet exerceri, etiam ab ipſis vicarijs Epiſcoporũ; vnde ob hoc non naſcitur irregularitas; ſicut nec ab executione quorumcumque iuriſdictionalium, à quibus quis ſit ſuſpẽſus; vt late probauimus ſupra tractatu de ſuſpenſione, declaratione decima: & in extenſione decima quarta. Hinc illud eſt, quòd ſi quis ordinauerit alienũ clericum ſine dimiſſorijs, ſit ipſo iure ſuſpenſus, & ab eo ſic ſuſpenſo ſubditi non

 de-

debent petere dimiſſorias, ſed libere poſſunt ad vicinos Epiſcopos ſine illis acce-
3 dere, & ab eis promoueri poſſunt c. eos, de temp. ordin. lib. 6. Silu. in verb. irregularitas. q. 9.

Aliud eſſe canonicum impedimentũ poteſt ex narratione ipſarum dimiſſoriarum; nam debent continere excuſationis cauſam, ob quam ipſe proprius Epiſcopus ordinare non poſſit, c. 1. de temp. ordin. lib. 6. nec cõcedi poſſunt niſi poſt examinationem, & approbationem, ex Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 3. de refor. Propterea damnandum cenſeo ſtilum illarum dimiſſoriarum, in quibus concedendis, ordinarius, cum nullum fecerit examen, vel approbationẽ addit clau-
4 ſulam illam, in quo ordinatoris conſciẽtiam oneramus, nam per eam clauſulã, concedens dimiſſorias non videtur excuſari, ſi indigno, & non idoneo conceſſerit; quia ipſe maiorem culpam contrahit, quàm ordinator. cap. ſi Epiſcopus, de præben. lib. 6. Propterea cum quidam ordinari in clericum poſtulaſſet à Sancto Auguſtino, ipſeque morderetur in conſcientia, nolletque ob ſuſpicionem criminis eum promouere, renuit etiam ei dimiſſorias literas concedere, ne ab alio promoueretur: putans tantam eſſe culpam, in ipſis concedendis, quantam in ordinatione facienda, vt conſtat ex eo in dict. epiſto. ad clerum Hipp. centeſima trigeſ. ſeptima, verſic. cum enim iſta me cauſa, refert Lippom. vit. ſanctor. tom. 2. in vita ſancti Felicis: Et quod ſit paris effectus ordinare per ſe, vel dimiſſorias concedere, eſt tex. in capit. accedens, de purg. canon.

Alij præterea ordinarij Epiſcopo inferiores, vtputa Abbates, & quocunque nomine prælati, etiam exempti, ſiue capitula, licet olim poſſent dimiſſorias cõcedere d. cap. eos, de temp ordin. lib. 6. hodie tamen ex Conc. Trident. non poſſunt; quinimmo ſi conceſſerint, ipſo iure ſunt ſuſpenſi ab officio, & beneficio, ſeſſ. 23. cap. 10. de reform. Vnde ſi in tali ſuſpenſione poſiti, immiſcerent ſe diuinis, fierẽt vere irregulares, ſicut omnes alij ſuſpenſi, vt ſuo loco diximus, & tradit Diaz in praxi canon. cap. 22. Quinimmo, etſi Epiſcopus deceſſerit, ideoq; ſedes Epiſcopalis vacet, mauult Tridẽt.
5 Concil. nullas omnino dimiſſorias concedi, quàm vt capitulum, aut alius quilibet ſuccedens in Epiſcopali iuriſdictione poſſit de illis prouidere: Imo ſi capitulum conceſſerit has literas, ipſo facto ſubiacet Eccleſiaſtico interdicto, ſeſſ. 7. cap. 10. de reform. Alij vero ſingulares ordinarij, in ea Epiſcopi iuriſdictione ſuccedentes, per annum ipſo iure ſuſpẽſi ſunt ab officio, & beneficio, ſeſſ. 23. capit. 10. Duo ſoli caſus excipiuntur, primus eſt ſi ſedes Epiſcopalis vacauerit vltra annum; Alter eſt ſi quis ratione obtenti, vel obtinendi beneficij ſit arctatus ad ſuſcipiendos ordines. iſtis .n. caſibus capitulum, vel ſingulares prædicti dimiſſorias concedere poterunt iuridice, ex d. capit. 10. ſeſſ. 7. Tertius caſus forte eſt ſede apoſtolica vacante; nã dimiſſorias forte concedere poteſt; quia illius vacantis ſedis iuriſdictionem non videntur limitaſſe verba dict. Concil. Trident. & ideo ſtare videtur in ſua conſueta iuriſdictione dimiſſorias concedendi, ſaluo ſemper ſedis apoſtolicæ iudicio.

Inter eos, qui dimiſſorias minus canonice concedunt, adnumerantur, Epiſcopi, qui cum Græci ſint concedunt ſuis ſubditis Latinis, vt à Græcis diuerſi ritus ordinari poſſint; Vel è contra ſi Lati-



Latini Epiſcopi concedant ſuis ſubditis, vt à Græcis diuerſi ritus promoueantur; Latini enim culpabiles ſunt, ſi tales dimiſſorias dent: capit. quòd tranſlationem, de temp. ordin. nam nec ipſe Græcus Epiſcopus ſuos ſubditos Latinos ordinare poteſt; nec Latinus ſubditum Græcum Græco more. cap. cum ſecundum, de temp. ord. debent enim in diuerſitate iſta rituum, certos deputare Vicarios, qui ſingulis ritibus obſeruandis, vel Græcis, vel Latinis præſint, Concil. Lateran. ſub Innoc. III. capit. 9. habetur de off. ordin. cap. quoniam; Latinus vero ſubditos Græcos, ſi non diſſentiant, debet ipſe ordinare Latino more; vt Græco ritu viuant. dict. capit. quòd tranſlationem; Græcis enim, nil obeſt, quin & ordinentur à Latinis, Latino more, & Eccleſiam Latinam obtineant cap. cum olim, de cler. coniug. & hoc eſt, quod vult dicere tex. in d. cap. quod tranſlationẽ, ibi dum dicit, à Græco facit, &c. debuit enim ipſe facere, ſi ordinandus non diſſentiat Latino ritu ordinari.

## *Nec pater filium, nec filius, patrem etiam legitimum promouere debet.*

## CAP. VI.

1 *Pater Epiſcopus filium ordinare non debet, ſiue ſit legitimus, ſiue legitimatus*
2 *Filius miniſtrare non poteſt in Eccleſia patris, & ideo ibi ordinari non poteſt.*
3 *Epiſcopus ſine diſpenſatione eſſe non poteſt, qui vxorem vnicam, & filios habuit.*
4 *Pater proprium filium illegitimum, legitimare non poteſt.*
5 *Filius non poteſt ordinare patrem ſuum. Adoptio naturam imitatur.*
6 *Epiſcopi cæci ſunt circa nepotes ex filijs. Priuignus poteſt ordinari, & quomodo.*
7 *Pater adoptiuus poteſt ordinare filios, vel nepotes adoptiuos.*
8 *Papa proprios filios poteſt legitimare.*

Contingit aliquãdo nullum eſſe canonicum impedimẽtum in perſona ordinatoris, nec in ipſo ordinato, nec in ipſo ordine, ſed ipſa perſonarum relatio ſola canonicum inducit impedimentum: exemplo eſt,
1 ſi pater Epiſcopus filium ad ordines promouere velit, non eſt hoc in Eccleſia Dei ferendum, etiam ſi vel legitimus, vel legitimatus ſit; Nam de illegitimis nulli dubium eſt, quia pater, & filius adinuicem ſibi miniſtrare non poſſunt in eadem Eccleſia. capit. cum decorem, de fil. presbyt. vt latius dictum eſt primo lib. At de legitimato idem quoque iuris eſt, quia legitimatio non aufert memoriam commiſſæ turpitudinis, quin eam refricet in mente tam patris, quàm aliorum ſpectantium, ideo non debet pater ordinem vllum conferre filio ſuo legitimato, nec legitimatus filius patri, quia nullum maius miniſterium adinuicem præbere poſſunt, quàm ordines, vel conferendo, vel ſuſcipiendo.

Quinimmo plus dico, quòd in Eccleſia paterna filius hic à nullo alio Epiſcopo ordines ſuſcipere poteſt, quia
2 hodie ex Concil. Trident. iſti non ſolum patri in ipſis Eccleſijs paternis, ſed etiam alij cuilibet miniſtrare prohibentur, ſeſſ. 25. capit. 15. de reform. vbi adeſt verbum, quoquomodo, quod tam pregnans eſt, vt etiam ordinis ſuſceptionem, vel collationem poſſit includere: Idque adeò verum eſſe putandum eſt, quòd etſi occultus ſit, quoad alios omnes, quia tamen patri occultus eſſe non poteſt, & in con-

conferendo, vel ſuſcipiendo ordines refricaret in mẽte patris turpitudinis eius memoriam.capit. mulier, 15. q. 1.Ideo abſtinere debent adinuicem,nec ei beneficium pater conferre debet,ob hanc occultam turpitudinis commiſſę recordationẽ: poteſt tamen conferre,& valet collatio, Deci. conſ. 129. tradit Villalob. in collectan.com. opin.litera F. num. 128. Lancillot. de attent.par.2.c.6. de recuſ. pend.num.40.

Quibus illud addo, ꝙ Epiſcopus nec legitimos ex matrimonio filios promouere debet,Nam quiſquis vxore mortua Epiſcopus fieri vult, iure prohibetur eſ-
3 ſe, ſi filios habeat; nã diſpenſatione eget: Abb.in cap.ſane,de conuerſ. coniug. & in cap.1.de teſtam. verſ. Item oppono: imo nec aſſũmi poteſt ad vllam omnino prȩlaturam,niſi cum diſpenſatione.dict. verſ.Item oppono;quod ideo inductum eſt à iure; quia paterna beneuolentia nimium afficitur erga filios,vt ſcribit Speculum ſummorum Pontificũ tit.de continentia ſacerdotum, cap. 81. ob quam cauſã ſi qs ſit ex cõcubina natus, & ſubſecuto matrimonio factus legitimus,Pater eius nõ poterit ſine diſpenſatione fieri prælatus.c.ad extirpandas de fil.presb. vnde poſito,ꝙ hic diſpenſationem obtinuerit circa Epiſcopatum,certe non debet permitti ordinare filium ſuum,quia ex illo turpi initio conceptionis refricatur turpitudo in mente ordinatoris.d. c. mulier, nam & in illis, qui in matrimonio concepti ſunt, eſt quædã parum honeſta reminiſcentia voluptatis.c.omnes, 27.q.2.& 33.q.4.cap.vir cum propria, & ita ſentire videtur Abb. in d.cap.cum decorem.de fil.presb.

Cui rei illud ſuffragatur,qđ licet quis facultatem habeat legitimandi illegiti-
4 mos,ſuos tamen legitimare non poteſt; quia in re ſua auctoritatem præſtare nõ valet.Archid.in c.in venditionibus,§.ét, poſt gl. ibi 17.q.4.& eſt tex.in c. per venerabilẽ,qui fil.ſint legit.vbi gl. & Doct. ita Epiſcopi;tametſi ius eligendi habeãt, quos ad diuinum miniſterium addicãt, non tamen filios proprios videntur poſſe eligere, vel ordinare: quia ob ſummã beneuolentiam facile falli poſſunt, Nam nec adoptare proprios filios pater poteſt nec de fonte leuare, nec ad chriſmatis vnctionem tenere,de cognat.ſpi.c.ſi vir. 30.q.1.c.1.& 2.

5 Quæ omnia etiã vera ſunt in caſu cõuerſo,ne filius ordines conferat patri;nã in adoptione ars imitari debet naturã. §.maiorem,inſtit.de adop. Ita in ordine quoque eſſe debet,in quo ſit quædã adoptio, imo generatio ſpiritualis, iuxta illud Pauli, Filioli, quos iterũ parturio,& 1.Pet.c.2.ſicut modo geniti infantes,&c. & ſicut de ordinibus hactenus locuti ſumus,idem debemus dicere de beneficiorum collatione,nam pater filio etiam legitimo conferre non poteſt illud beneficium, in quo ipſe aliàs miniſtrauit.cap. ad extirpandas,de fil.presb. Hæc etiam
6 procedunt in nepotibus ex filio: Epiſcopi etenim cęci ſunt circa hos nepotes.gl. in cap.peruenit.1.q.3.tex.in auth.quom. opor. Epiſc. §. 1. ſed in iſtis facilior erit diſpenſatio,quàm in filijs,ſi & parentes, & filij probi ſint.Abb.in d.verſ.Item oppono: quod re ipſa Romæ frequentius agi videmus. Hæc autem in priuigno nõ procedunt,quia mortua vxore,ſi fiat Epiſcopus poterit priuignũ ordinare in quo nulla eſt refricatio turpitudinis proprię in conceptione illius,ſed bene difficultas eſſet in hoc de Epiſcopatu obtinendo, quia nemo priuignum habere poteſt niſi ſuppoſita vxore vidua, & conſequẽter ſuper bigamia eſſet diſpẽſandus,vt Epiſcopus

ſcopus



conſtituatur, & tunc poſſet hunc priuignum ordinare.Et ideo dico,ꝙ pater adoptiuus poteſt ſine dubio ordinare filios,vel nepotes adoptiuos, eiſdẽ beneficia conferre in eadem Eccleſia,& ad inuicem miniſtrare,quia nil canonicum obſiſtit: Hæc quoque non procedent in Papa, quia cum neminem habeat ſuperiorem,ſicut poteſt proprios filios legitimare, & in rebus proprijs auctoritatem præſtare, c.per venerabilem,verſ.in ſup cum Rex. qui.fil.ſint legit. ita quoq; poterit ordinare,eligere,& diſpenſare: imo faciendo quicquid velit, conſequenter etiã diſpenſare videtur ex redundãti auctoritate eius, qui etiam iudicabit,qđ ſit honeſtius; an vt ipſe filios proprios promoueat; an per alium fieri mandet.

*De indebita ſuſceptione ordinis,*

*Et primum:*
*De ordinatis forma non ſeruata.*

## CAP. VII.

1 *Ordinatus non debita forma, nec characterem ſuſcipit.*
*Electio non ſeruata forma, irrita eſt.*
2 *Electus in Papam à minore parte Cardinaliũ, ſi ſe pro Papã gerat,excommunicatus eſt, & deponitur.*
3 *Cardinales quandoque poſſunt abſoluere ab excommunicatione eum quem volunt in Papã eligere.*
*Electiones Regulariũ, ſi omittatur forma, ſunt irrita.*

POſtquam ordinantium irregularitates hactenus à nobis per tractatæ ſunt,nunc ordo expoſcit,vt etiam eas tractemus, quas incurrunt ij, qui ordines minus canonice ſuſcipiunt, quarum prima illa eſt, ſi quis
1 ordinem ſuſceperit forma, vel ſubſtantia omiſſa; nam nihil omnino ſuſcipit, nec ipſum quidem characterem; & ideo omnia ſunt ex integro repetenda, & adeò prohibetur exercere eum ordinem, quòd fieret vere irregularis illum exercendo: ſicut omnes alij,qui cum nõ ſint ordinati, adminiſtrant, toto tit. de cler. non ord.min.de iſtis Alber.in verb. ordo 2. Tabien. in verb.ordo 2.num.5. Quid autem faciendũ ſit, quando omittuntur iſta ſubſtantialia,circa ordines tã maiores, quàm minores, & quæ ſint de forma ſingulorum ordinum,diximus fuſius hoc 4.lib.c.1. Ad hæc recte cõgruit omnis electio,quæ abſque debitis ſolennitatibus fit, nam irrita eſt, vt puta ſi tractetur de electione prælaturæ, ad quam non omnes ſint citati,ad quos ſpectat:nã irritatur,& non debet electus ſe ſe ingerere cap.Bonæ.2.de elect.imo in electione Pontificis electus à minori parte Car
2 dinalium præſentium, ſi audeat ſe pro Papa gerere,ipſo iure efficitur excõmunicatus,& totius ſacri ordinis miniſterio priuatur,c.licet, de elect. Ita quòd (alijs Cardinalibus, qui primo non conſenſerant,poſtea conſentientibus) non conualeſceret electio, quia facta eſt de excommunicata perſona,niſi Cardinales illi, q non fuerunt participes electionis, vel ei
3 non adhæſerant,eum abſoluiſſent ab excommunicatione; ad illos enim ſolos ꝑtinet abſolutio. Hoſt.in c.cum Vuinton. de elect.probat Specul.in c. vbi periculum, in tertio decimo ſpeciali col. pen. de elect. lib.6.

In alijs quoq; prælaturis multa ſunt de ſubſtantia; & forma electionis,quę ſi omittantur irritant ipſo iure electionẽ; & hæc ſunt ſcilicet,quòd ſecreto,& ſigillatim inquiſitio fiat, & publicatio in cõmuni,& incontinenti,& ſcriptura,tex.& gl.magiſtralis, in verb. ſanior,in cap.qa per

per

per diuerſas, de elect.glo.in cap.Eccleſia
veſtra,eo,tit.In regularibus quoq; eligen
dis ſua forma conſtituta eſt, quæ ſi non
obſeruetur,nihil factum eſt; nã ſiue ma-
ſculi ſint, ſiue fœminę, ſecreta vota eſſe
debent, & pro abſentibus nemo ſuffra-
gium ſupplere poteſt: ſi hæc aliter fiant,
ipſo iure electio irrita eſt,& qui ſe aliter
eligi permiſerit, inhabilis redditur ad
omnia officia in religione obtinenda,ex
Conc.Trident.ſeſſ.15.c.6.de regular.

*De eo, qui furtim ordines ſuſcipit;*

## CAP. VIII.

1 *Furtim ordines ſuſcipere quid ſit;*
*Ordines furtim ſuſcipiens irregularis eſt;*
2 *Ordines furtim ſuſcipiens, à ſolo Papa diſpenſatur, vt ad religionem tranſeat.*
3 *Dimiſſorias concedere non poſſunt Archidiaconi, Archipresbyteri, & ſimiles.*

FVrtim ordines ſuſcipit,quiſq;
ab Epiſcopo nõ admiſſus, vel
non examinatus, & ſine Epi-
ſcopi conſcientia ſe ſe ordinationi ingeſ-
ſerit inter aliorum approbatorum mul-
titudinem; aut forte mutato nomine ali
cuius approbati nomen acceperit, c.ex-
tra,diſt.64. Qui igitur hoc ſcelus admi-
ſerit,irregularis eſt,nec niſi à Papa diſpẽ
ſari poteſt. Io. Andr.in cap.1.de eo, qui
furt.ord.ſuſc.& ibid. Panor.cui rei liber
qui Pontificale inſcribitur proſpexit, nã
de more conſueuerunt Epiſcopi in ordi-
nationibus peragendis,comminari excõ
municationis ſententiam, ne quis audeat
ſe ſe ingerere,qui nõ fuerit approbatus:
propterea ſi quis nunc contrauenerit,
erit vſq; adeo irregularis, quòd nec ad
altiores aſcendet,nec ſuſceptos exercere
poterit.cap. innotuit,de eo qui furt.ord.
Sum.conf.de ætat. ordin. q. 13. & ſeq.
2 Diaz in praxi canonc. cap. 21. Poſſet ta-
men diſpẽſari,ſi voluerit ad Religionem
tranſire, & non niſi per Papam d. capit.
innotuit, Inter hos annumerantur, qui
per literas dimiſſorias Archidiaconi,ad-
mitti voluerunt, cum tamen Archidia-
conus eas concedere non poſſit.c. ſigni-
3 ficaſti.de off.ord.Idem erit, & de ijs,qui-
bus inhibuit Conc. Trident.dimiſſorias
concedere,vt ſeſſ. 7. c. 10. de reform. &
23. cap. 10.de reform.

*De examine, vel ſcrutinio prætermiſſo.*

## CAP. IX.

1 *Examen ſi omittatur,ordinatio vitioſa eſt.*
*Regulares hodie ab ordinatore examinandi.*
2 *Epiſcopus omittens examen,vel cõmittens ignaro,aut negligenti, puniendus.*
3 *Ordinatus omiſſo examine, de digno ſit indignus.*
*Epiſcopi debent examinari,& debent eſſe doctores,etiam ſi ſint Regulares, & alia requiruntur,vt hic.*
4 *Cardinales eligendi per ſcrutinium: & requitur qualitates multa, vt hic.*
*Epiſcopi ſi bene preſint, populi quoque bene viuent.*
5 *Regulares promouendi in Epiſcopos,non probãt Doctoratum in Academia, ſed ſufficit atteſtatio ſuperioris.*
*Scrutinia multa requirũtur in ordinatione facienda.*
6 *Ordinandus ſpectata virtutis, non ſubijcitur examini.*
*Examen Epiſcopi conſecrandi omitti nõ poteſt.*
7 *Epiſcopi promouendi, qua forma ſeruanda.*

EXamen,& ſcrutinium ideo re-
quiruntur in ordinibus confe
rendis,vt hominis ordinandi,
virtus,ac meritum conſtare poſſint:Pro-
pterea ſi omittantur hęc,& ordinatio vi-
tioſa eſt,& ordinatus deponendus,ex ſen
tentia Hoſt. vt probatur cap. expoſuiſti,
de corp. vitiat. & diſt. 24. cap. vlt. Nec
ſo-



ſolum hæc requiruntur in clericis ſęcu-
laribus, verum etiam in Regularibus,
quos ab Epiſcopo examinari, & appro-
bari iuſſit Conc. Trident. ſeſſ. 23. capit.
duodecimo de refor. vnde ſi iſti nimiũ
confiſi literis dimiſſorijs ſuorum præla-
torum, non recognitis ab ordinatore,
auſi ſint ſe ſe ingerere intra multitudinẽ
ordinandorum, quaſi furtim promoti
fiunt irregulares,argum.cap.Innotuit,de
eo qui furt. ordin.ſuſc. Nam & ipſe Epi-
2 ſcopus prætermittens examen, & ſcruti-
nium, vel negligenter faciens, aut negli-
genti committens, vel ignaro, puniri de
bet ſeuere iuxta cap. eos,de temp.ordin.
lib. 6. vbi Specul. ſuper verb. ſcienter:
vnde hic ita ordinatus & exercere ſuſce-
ptum ordinem prohibetur, & deponi
debet, gloſ. in d. cap. vlt. non enim vllo
modo poteſt videri dignus, qui ſe debi-
to examine dignum non oſtendit, qui
cum dignus eſſet, per hanc culpam fa-
3 ctus eſt indignus, quòd ſi indignus erat
per hoc ſcelus factus eſt indignior; ideo
ad diuina miniſteria non eſt admitten-
dus:cap.ex pœnitentibus,diſt.10.

Quę vera ſunt etiam in ipſis Epiſco-
pis promouendis,Leo.1.Papa epiſt.32.
nam & olim,& hodie quiſque examina-
ri debet,an bene nouerit ea,quæ ad mu-
nus ſuum ſpectent,& an ſit Doctor,Ma-
giſter, vel licentiatus, vel alicuius publi-
cæ Academiæ teſtimonio idoneus iudi-
cetur,vel ſaltem per prælatorum regula-
rium publicam atteſtationem (ſi regu-
laris ipſe ſit) probetur idoneus, & qui-
bus natalibus, quibus honoribus, qua
ętate,quis ſit,ſcrutinium ſumendum eſt.
& an ſit in ſacris; ſaltim per ſex menſes,
antequam in Epiſcopum nominetur, vt
conſtat Concil. Trident. ſeſſ. 22. c. 2.de
reform. & pro ratione, & opportunitate
prouinciarum, hæc examina fient, & in
inſtrumenta publica reducentur, ſerua-
tis omnibus alijs,quę iubet idem Conc.
Trident. ſeſſ. 24.capit. 1.de reform.quo
loco, & in Cardinalibus eligendis idem
4 ſcrutinium fieri ſtatuit, quo ad vitam,
ætatem, ac doctrinam illorum requiren
dam, ſicut & in ipſis Epiſcopis promo-
uendis: Quod autem Epiſcopi etiam iu-
re veteri examinandi eſſent probatur.
Concil. Cartag. 4. cap. 1. habetur diſt.
23. cap. qui epiſcopus. Silueſt. in verb.
ordo. 2. quæſt. 2. Ex quibus conſtat ſi
hæc tam ſancte inſtituta obſeruabuntur,
optime conſultum iri Eccleſiæ Dei; tum
enim bene agitur à populis, cum bene
præſunt epiſcopi.

Eſt autem hoc capite annotandum
examina in promouendis regularibus
diuerſo iure cenſeri; nam ſi promouen-
di ſint ad ordines ipſorum ſuperiorum,
fides & atteſtatio non ſufficit: nam ab
ordinatore examinari debent,vt iam di-
ximus, etſi promoueantur ad Epiſcopa-
tum, ipſorum prælatorum atteſtatio &
fides perinde valet, ac ſi alicuius Acade-
5 miæ publicum eſſet teſtimonium, ex d.
cap.2.de reform. In clericis vero ſęcula-
ribus, examen faciendum eſt, & ab eo,
qui dimiſſorias concedit, ſi ordinandus
ſit præſens,& ab eo qui ordinat, ſi ſit ab-
ſens,vt conſtat ex Conc.Trident.ſeſſ.23.
cap. 3. & 7. de reform. & cap. ſi epiſco-
pus, de præb.lib.6.

Verſantur autem hæc ſcrutinia cir-
ca multa, nam per menſem ante ordi-
nationem nomina ordinandorum de-
ſcribenda & publicanda ſunt, vt in-
ſtructio haberi poſſit de natalibus, mo-
ribus, ætate, & genere: Concil.Trident.
ſeſſ. vigeſima tertia, cap. 5. de reform.
Aliud ſcrutinium habetur triduo ante
ordinationem, & in eo agitur de ap-
probandis, vel reprobandis ijs, qui
ordi-

ordinari volunt, habito examine ſuper
ſcientia.ead. ſeſſ. c. 7.quod iure veteri ét
inſtitutũ fuerat. capit. quando, diſt.24.
Tertium eſt, quod fit ipſa hora, qua
ordines conferuntur,quando Epiſcopus
Archidiaconũ interrogat, num qui ad-
ſtant promouendi, ſint idonei, de quo
non multus labor habetur, quandoqui-
dem formula quædam eſt ex libro Pon-
tificali, ita quòd labor totus poſitus eſt,
circa primum,& ſecundum ſcrutinium
vel examen, priuſquam dies ordinatio-
num venerit.

Hæc autem omnia poſſent aliquãdo
ab ipſo iuris rigore laxari, videlicet ſi qs
vſque adeo ſpectatæ virtutis ſit,vt notus
omnibus habeatur, & populari teſtimo-
nio dignus cenſeatur,nam examen omit
6 ti poſſe ſine peccato ſentit Conc. Carth.
III.c.22.habetur diſt.24.cap.nullus or-
dinetur,& ibid.glo.Silu.in verb.ordo.2.
q. 2. niſi forte in examine, vel ſcrutinio,
qđ fit in Epõ conſecrando, quod omit-
ti non poſſe tradit gl.in d.c. qui Epiſco-
pus in 1. gl. cum non ita ſit in examine
vel ſcrutinio, quod fit in Epiſcopo pro-
mouendo,ſeu eligendo. d.ſeſſ.24.cap.1.
quo loco apparet non vnum tantũ ſcru-
tinium fieri oportere de qualitatibus
7 Epiſcopi, ſed etiam alterum circa rela-
tionem factam de ipſis qualitatibus in
conſiſtorio; nam iudicium, & decretũ
differri debet in aliud conſiſtorium, vt
de relatione iam facta adhuc cognoſci,&
informatio ſumi poſſit,an vera fuerit,an
præceps, an nimis accelerata, aut aliud
forſan canonice obijci poſſit homini in
Epiſcopum promouendo:Ideoque tunc
iudicandum erit eum vere habilem, &
dignũ eſſe Epiſcopatu, de quo hæc ſcru-
tinia, & examina facta fuerint; ſunt ta-
men omnia iſta in Papæ arbitrio poſita,
qui pro opportunitate loci, & temporis
deliberabit, pro vt illi expedire videbi-
tur.d.ſeſſ.24.cap.1.

## *Si ordinatus non reuelauerit ſuas irregularitates in ſcrutinio.*

## CAP. X.

1 *Ordinatus, qui nõ reuelauit crimina ſua enormia in ſcrutinio, eſt remouendus ab adminiſtratione.*
*Periuriũ paruifaciunt Priſcillianiſtæ hæretici.*
2 *Ordinandus non tenetur reuelare crimina mediocria occulta, niſi vt hic.*
*Criminoſus in diſpenſatus, promoueri non debet.*
3 *Diſpenſatio debet apparere, vt quis poſſit ordinari.*
*Diſpenſare quandoq; videtur Epiſcopus ſciens, & tacens, at male facit.*
4 *Irregularitates prouenientes ex corpore, etiam ex loco occulto, ſunt omnino reuelandæ ordinatori.*
5 *Confeſſori omnia mortalia etiam minima de neceſſitate dicenda ſunt.*

QVandoque euenit,quòd in ſcru
tinio faciendo, is qui ordinari
vult, reticet ſua crimina enor-
mia, quo caſu hoc ſcrutinium pro nõ fa
cto habetur,quoad præiudicium eius, q̃
reticuit; fuit enim ſententia Hoſt.quòd
quilibet ordinandus ad dignitates,tene-
tur confiteri crimina,& alia impedimen
ta iuris, & facti, quæ obſunt, ne promo-
ueri poſſit,niſi fuerit cum ipſo diſpenſa-
tum,ita ille in cap.expoſuiſti,de corp.vi-
tiat.per illum tex.& videtur tex. Concil.
Carth.IIII.cap.68.habetur diſt. 50.cap.
ex pœnitentibus, Silu.in verb.confeſſio,
1.q.1.quod procedit etiam ſi Epiſcopus
ea ſcierit, vel notoria ſint; nam vterque
punitur,vt dictis locis;quinimmo ſi hęc
crimina latentia,vel occulta, talia eſſent,
quòd etiam poſt pœnitentiam impedi-
rent ordinis ſuſceptionem,debet ordinã
dus,



dus confiteri ea ordinatori, etiam ſi pœ-
nitentiam peregerit de eis, exemplũ eſt
in homicidio, in ſimonia, in ordine, in
hæreſi, ac ſimilibus. Leo.1.Papa epiſt.32.
Hoſt.quem probat Alber. in verb.ordo.
2.colu. 1.& Tabien.in verb.electio.1.§.
vtrum electio nu.17.videtur tex.in c.vlt.
de temp.ord.Silu.in verb.ordo. 2.q.2.

Horum aũt, qui hæc enormia crimi
na reticent, pœna eſt ne ſuſceptum ordi-
1 nẽ adminiſtrare poſſint, c. niſi cum pri-
dem §.perſonæ, de renunt. Sil.d.q.2. Et
poſſunt ẽt incidere in ſuſpicionẽ hæreſis
Priſcillianiſtarum;qui ſentiunt licere pe-
ierare,ne ſecretum, pandatur,cõtra quos
Aug.de hæreſib.c.70. Alia vero crimina
mediocria,quæ poſt peractam pœniten-
tiã nõ impediunt ordinis executionem,
tunc ſi occulta ſint, qui vult ordinari nõ
tenetur ea publicare ordinatori.d. c. vlt.
de temp.ord.nec ante,nec poſt pœniten-
tiã, vt ibid. & ita diſtinguẽdo declaratur
illa quæſtio, an delicta occulta impediãt
promouendum, vel promotum, de qua
re optima gl.in c.ex tenore,in gl.magna,
de tem.ord. Conſiderandum tñ eſt, an
ordines petantur ab eo,qui tenetur pro-
moueri ratione beneficij,nam tũc occul-
ta hæc peccata nõ impediunt promotio
nẽ,ſuppoſito ſacramento pęnitentiæ,ſed
ſi non teneatur promoueri ratione bene
ficij non deberet occultare talia delicta,
2 etiam occulta mediocria, vtputa periu-
rium,falſitatẽ,& alia ſimilia, quia ſi ſcie-
rit Epiſcopus poterit ei inhibere, ne or-
dines ſuſcipiat,glo.in d.cap.ex tenore in
verb.prohibere.

Aliud quoque conſiderandũ eſt huic
ordinando,ſcilicet,vt poſtquam ſua deli-
cta,vel crimina,expoſuerit ordinatori,ex
pectet etiam diſpenſationem ſuper eis;
nemo.n.indiſpẽſatus promoueri debet:
quia hæc accuſatio proprij delicti,vel ir-
regularitatis fit ad detegendã indigni-
tatem hominis,ne fiat iniuria ſacramẽto
ordinis d.c.expoſuiſti,& d.c.ex pœniten-
tibus. Ideo ſola accuſatio,& detectio im
pedimenti, ſine expreſſa diſpẽſatione nõ
habilitat ad ordines,gl.& tex. in c. ſi qs
ſine,diſt.81.conſtare.n.debet de ea,Goff.
in ſum.de temp.ord.in fin.ſum.conf.de
ætat.ord.q.19.& ſeq.& tit.de lapſ. & di-
ſpen.q.3.Alberic.in verb.ordo 2.Et licet
ſciens, & tacens Epiſcopus videatur di-
ſpenſare,vt per gl.in c.qui in aliquo,diſ.
51.tamen malefacit, & puniri debet,qa
eſt indiſcreta diſpenſatio.gl.in d.c.ſi quis
ſine,Ray.in tit.de laſpſ.& diſp.§.vlt.Silu.
in verb.diſpenſatio q.vlt.circa fin.Habi-
ta vero diſpenſatione ab eo,qui diſpenſa
re poteſt, recte quiſque promoueri põt
ſine ſcrupulo.Innoc.in d.c.Niſi cum pri
dem.§.perſonæ:Hæ autem diſtinctiones
procedunt in criminibus, & in irregula-
ritatibus quamtumuis occultis,vtputa ſi
4 caſtrati, vel ſecreto loco mutilati,aut ſe-
cretum morbũ patientes, vel defectum
corporis, vel illegitimi,& ſimiles, omni-
no, & indiſtincte tenentur ſeſe prodere
ordinatori,ſiue ſint parui,ſiue magni de-
fectus,arg.d.cap.ex pęnitentibus, Silu.in
verb.confeſſio.1.q.1.

Quod vero diximꝰ,ſola enormia de-
licta eſſe reuelanda ordinatori, verũ eſt
in hoc genere ſcrutinij, & examinis, vel
inquiſitionis ad effectum faciendę ordi-
5 nationis,at diſcuſſio,quæ fit in conſciẽ-
tia,& ſacramẽto pęnitentiæ,omnino ne-
ceſſaria eſt cũ reuelatione etiam de qui-
buſcumq; minimis mortalibus, quoniã
in ſuſcipiendo ſacro ordine ſumitur &
Euchariſtia,& ordo:Et vtraq; ſunt ſacra
menta;quæ in peccato mortali ſumi nõ
poſſunt. Abb.in c.ſi celebret,de cler.ex-
cõm. min. & infra dicemus, quando de
mortali peccato agendum erit.lib.vlt.

De

*De ordinatis ad plures ordines vna die,*

## CAP. XI.

1 *Ordines plures vna die ſuſcipiens irregularis eſt, etiam ſi vltimum minorem cum primo ſacro ſuſcipiat.*
2 *Ordinatus ad plures vna die, poteſt diſpenſari, vt tranſeat ad religionẽ, & ad altiores aſcẽdere poterit.*
3 *Dies vna dicitur ſabbatum, & dominica, ſi ieiunium continuetur.*
*Epiphanius vna die diaconus, presbyter, & Epiſcopus creatus.*

QViſquis vna die plures ordines
ſuſcipit, inter irregulares adſcribitur;
Spec. in tit. de diſpẽſ. §. Iuxta. verſ. Item recipiens: plures autẽ
ordines intelligitur accipere, etiam qui
accipit minores gl. in cap. quicumque, in
verb. acolythus, diſt. 77. Sed ob id nõ eſt
irregularis; at ſi vltimum minorem cũ
1 primo ſacro ideſt ſubdiaconatu accipere
velit, non poteſt, Alberic. in verb. ordo
2. tex. in c. cum H. lator, de eo, qui furt.
ord. ſuſc. multo ergo magis erit irregularis,
ſi duos ſacros acceperit c. in ſingulis,
& c. quicumque, diſt. 57. & de tẽp. ord.
cap. literas, & c. cum dilectus: ſed ſuper
hac irregularitate olim Epiſcopus diſpẽſare
poterat, ſcilicet, ſi plures ſimul minores,
vel minores cũ ſubdiaconatu accepiſſet,
glo. in d. verb. acolythus: Raym.
in tit. de ætat. ordin. verſ. vlt. Alberic. in
d. verb. ordo. 2. Silu. in verb. irregularitas
q. 3. præſertim ſi ita erat conſuetudo, vt
illis eiſdem locis probatur: ſed hodie vt
minores cum ſubdiaconatu accipiat, talis
cõſuetudo nõ poterit approbari, quoniam
Conc. Trident. iubet omnes tam
minores, quam maiores, ſeruatis certis
temporum interſtitijs conferri, ſeſſ. 23.
cap. 11. de refor. Et licet ibi arbitrio Epiſcopi
permittat ſimul omnes minores
1 conferre, non tamen apparet, quod permittat
Epiſcopo, vt vna die minores, &
ſubdiaconatum conferat; ipſi tamen
Epiſcopo hoc concedit, ſcilicet, vt poſt
vltimum minorem, annus qui expectandus
eſſet ad dandum ſubdiaconatũ, non
ſeruetur, ſi ita ipſe iudicauerit.

Eſt autem illud adnotandum, ſi quis
hanc irregularitatem incurrerit, velitq;
ad religionem tranſire, poterit non ſolũ
2 diſpenſari, vt in ſuſceptis ordinibus adminiſtret,
verum etiam, vt ad altiores
aſcendat, ſi ſic videbitur prælatis ſuis, ob
probos eius mores; de eo qui fur. ord.
ſuſc. cap. innotuit. & d. cap. cum H. lator,
Silu. in d. q. 3. etiam ſi duos ſacros vno
die accepiſſet; nam religioſus factus poſſet
à ſuperioribus diſpenſari, ex ſententia
Hoſt. quem refert. Alber. in d. verb.
3 ordo. 2. vna autem dies dicitur etiam ſi
quis ſabbato vnum ordinem acceperit,
& continuato ieiunio alium die ſequenti;
nam hic plures ordines vna die accepiſſe
videtur; cap. latores: de temp. ord.
ſupra allegato: Puto autem de hac irregularitate
vetuſtiſſima tempora nõ multum
cogitaſſe, conſtat enim Epiphaniũ
vna die diaconatum, presbyteratum, &
Epiſcopalem conſecrationem accepiſſe
ad Salaminiorum Eccleſiam, ſed id ex
diſpenſatione omnium Epiſcoporũ Cypri
ad ſynodum congregatorum factũ
ſcribit Sim. Metaph. in vita eius die 15.
Maij.

*De eo, qui per ſaltum promotus eſt.*

## CAP. XII.

1 *Ordinatus per ſaltum irregularis eſt, etiam ſi ignorans.*
2 *Ordinato per ſaltũ, non ſufficit, ſi ſuppleat ordinem, quem omiſit, quia adhuc eget diſpẽſatione, vt adminiſtret.*

*Ordi-*



*Ordinati per ſaltum diſpenſatio quomodo Epiſcopalis ſit.*
3 *Epiſcopus promotus omiſſo ordine aliquo ſacro, eſt irregularis, & multo magis omiſſo ſacerdotio.*
*Epiſcopalis poteſtatis fundamentum eſt ſacerdotium.*
4 *Baptiſmo omiſſo promotus nil accipit.*
*Character ſacerdotij imprimitur baptizato et prætermiſſa confirmatione, & minoribus ordinibus.*
5 *Subdiaconatus olim non reputabatur ſacer.*
6 *Epiſcopus, & olim & hodie antequam eligatur debet eſſe ſubdiaconus, idem in ſuperioribus dignitatibus.*
7 *Laicus tam ſanctus eſſe poteſt, vt Epiſcopus eligatur.*
8 *Dignitates multæ olim dabantur ſolis exiſtentibus in ſacris, hodie ſecus.*
*Clericus ſimplex, non poteſt ſtatim fieri prælatus Regularium.*
9 *Ordinatus per ſaltum videtur, qui ſacramentum confirmationis non accepit.*

SEruare ordinem videri non
poteſt, quiſquis aliquid prætermittit
eorum, quæ quodã ſub ordine agenda ſunt;
Iccirco eum recte dicimus inordinate
1 aliquid agere, qui ſine ordine faciat; vnde
qui aliquem Eccleſiaſticum ordinẽ
prętermittens promouetur, ordine abutitur;
nam per ſaltum promotum eum
canones appellant, & ob id decernunt
eum eſſe irregularem, tit. de cler. p ſalt.
promot. cap. 1. quod irregularitatis genus
incurritur, & ab ignorante, & à ſciẽte:
vt ſenſit Hoſt. quem refert. Silue. in
verb. irregularitas q. 11. Diaz in praxi
canon. cap. 20. nam nec ad altiores promoueri
poteſt, nec in ſuſceptis adminiſtrare.
Hoſt. in Sum. tit. de cler. per ſalt.
prom. §. 1. Prius enim, quam adminiſtret,
eſt ſupplendus ordo prætermiſſus,
cap. ſollicitudo, diſt. 52. & de cler. per
ſalt. prom. cap. 1. nec ſuppletio ſola ſufficiet,
quoniam etiam requiri debet di-
2 ſpenſatio, vt & aſcendere, & adminiſtrare
poſſit, Domin. & Præpoſ. in d. cap. ſollicitudo;
Abb. in d. cap. 1. vlt. not. de
cler. per ſalt. promot. quod ſi ſcienter
omiſſa diſpenſatione adminiſtrauerit, diſpenſatio
hæc, quæ erat Epiſcopalis non
adminiſtrando, fit Papalis adminiſtrando:
Silu. in d. verb. irregularitas q. 11. &
q. 27. poſt med. Alberic. in verb. ordinatus
2. Diaz d. cap. 20. At hodie omnis
quæſtio circa hanc irregularitatem videtur
determinari ex Conc. Trident. ſeſſ.
23. cap. 14. de reform. his verbis: cum
promotis per ſaltum, ſi non miniſtrauerint,
Epiſcopus ex legitima cauſa poſſit
diſpenſare; quibus verbis non apparet
permiſſum Epiſcopo diſpenſare, quando
per ſaltum promotus miniſtrauerit,
& non habetur ibi vlla diſtinctio de adminiſtrante
ſcienter, vel ignoranter: Ita
quod poſſet defendi, qđ miniſtrans ſemper
egeat Papæ diſpenſatione, niſi in occultis,
& non deductis ad forum iudiciale,
ex eodem Conc. Trident. 24. cap. 6. de
reform.

Per ſaltum quoque promotus Epiſcopus,
ideſt ſi omiſſo ſubdiaconatu, vel diaconatu,
ſacerdos, & Epiſc. conſecretur,
ſuſcipit quidem characterem: Alberic.
in verb. ordinatus ſecundo, ſed irregularis
efficitur ex ſententia Hoſt. quem probat
Silueſt. in verb. ordo. 2. in princ. vnde
illos ordines conferre, quos non accepit,
nullo modo poteſt. S. Thom. 4. diſ.
25. glo. in d. cap. 1. de cler. per ſalt. prom.
ſi autem ſacerdotij ordinem prætermiſerit,
Epiſcopalis conſecratio, & poteſtas
in ipſo imprimi non potuit, quia Epiſcopalis
poteſtatis fundamentum eſt ipſum
ſacerdotium, vt ibid. & Silueſt. ordo. 5.
q. 5. & in verb. ordo. 2. q. 1. Raym. in tit.
de form. conſecr. verſ. Quid ſi clericus;
vbi dicit omnes fere Doctores idem ſentire;
idem ad verbum dicit Piſan in verb

ordi-

ordinatus 2.in princ.& ibid. ſupplem.Et
ideo reijcitur opinio Canoniſtarum ſen-
tientium, ꝙ ſine ſacerdotio Epiſcopalis
conſecratio valeat, vt ſentiebat Hoſt. &
Abb.in cap. 1.de cler. per ſalt. promot.
quorũ ſententia nõ ſuſtinetur iure Theo
logorum,ad quos videtur potius ſpecta-
re hic articulus.

Per ſaltum etiam promotus videtur,
qui ſine baptiſmo ordines ſuſcepit,nam
nullus character imprimi potuit: at ſu-
ſcepto baptiſmo,etiam ſi nec ſacramen-
tum confirmationis, nec vllum minorẽ
ordinem acceperit, ante ſacerdotium,
4 tamen ſacerdotij character imprimitur;
nam vel purus laicus ſacerdotalem cha-
racterem accipit, ex magis cõmuni ſen-
tentia,vt probat glo.in cap. ſollicitudo,
diſt. 52. & in c. 1.de cler.per ſalt.prom.
S.Thom.4.diſt.24.circa quam rem reie-
cta eſt ſententia Hug. & Ray. qui puta-
bant ad imprimendum characterem ſa-
cerdotalem,requiri ſaltim primam ton-
ſuram,contra quos ſcribit Abb.& Doct.
in d.cap. 1.de cler.per ſalt. Silu. in verb.
ordo.5.q.5.Hoſt.in ſum.de cler.per ſalt.
Sum.conf.eo tit.q.40.

Inter eos, qui per ſaltum promouen-
tur annumerari poſſunt ij, qui ordines
requiſitos ad dignitatem obtinendam
nondum habuerunt, vtputa, ſi quis ad
Cathedralem eccleſiam aſſumatur, nul-
lo ſacro ordine accepto; nam ſicut olim
quando ſubdiaconatus non reputaba-
5 tur inter ſacros (ſcilicet ante Gregoriũ
diſt. 28.cap.nullum, vel ante Siricij tem-
pora cap.quicumque,diſt.77. c. à mul-
tis,de ætat. & qual.).nullus ſubdiaconus
poterat promoueri ad Epiſcopatum, ni-
ſi ex Papæ diſpenſatione, cap. nullus in
Epiſcopum,diſt. 60.ita quãdo cępit ſub-
diaconatus inter ſacros haberi, Epiſco-
patus dari non poterat,niſi ſubdiaconis,
d.cap.multis:Poſtea vero ideſt poſt tem-
6 pora Innocentij III. cum non nihil re-
laxata fuerit obſeruatio hæc de aſſumen-
dis ad Epiſcopatum ſolis ijs, qui poſiti
eſſent in ſacro ordine, & ipſi Neophyti,
atq; laici aliquando aſſumerentur, ideo
opportune ſacrum Conc. Trident.huic
rei prouidit, vt ſcilicet ſaltem ſubdiaco-
nus ſit quiſquis ad Cathedrales Eccle-
ſias aſſumitur,eumque ordinem per ſex
menſes ante ſuſcepiſſe oportet, ſeſſ. 22.
cap.2.de reform.quod Conc.in hac par-
te idem diſponit, quod diſpoſuerant ve-
tuſti canones, ſcilicet, vt ſubdiaconatus
præcedere debeat in Epiſcopatibus ob-
tinendis: propterea quia verba illa, aſſũ-
mendi ad Cathedrales, multum gene-
ralia ſunt conſtare videtur idem eſſe, in
Archiepiſcopis, Patriarchis, Primati-
bus, & forſan etiam in eligendis in ſum
mos Pontifices, vt videtur probari ex.c.
7 nullus in præpoſitum, diſt.60.Poſſet ta-
men tanta eſſe laici ſanctitas, vt per di-
ſpenſationem, etiam ad Epiſcopatũ pro-
moueretur, quod multis olim contige-
rat, vt diximus ſupra cum de Neophy-
tis agendum fuit.

Eadem ratione, quiſquis in Præpoſi-
tum, Archidiaconum, Decanum Pri-
micerium, vel Cantorem, ſeu etiam in
Abbatem promoueri olim voluit, non
niſi per diſpenſationem admitti debe-
bat, ſi in ſacro ordine non erat conſtitu-
tus,d.cap.nullus in præpoſitum, & gloſ.
& Archid. in cap.nullus Epiſcopus, ead.
diſt.60.ſed hodie Conc.Trident.ſeſſ.24.
cap.12.de reform. in omnibus dignita-
tibus Cathedralium, vel inferiorum Ec-
cleſiarum exigit ad minus clericatum,
iuxta Conſtitut.Conc.Lateran.ſub Alex.
III. quæ habetur de elect. capit. cum in
cunctis; & ideo idem dixerim de pro-
mouendis in Abbates, quibus ſufficit, ſi
poſt



poſt adeptam Abbatiam ſuſcipiant preſ
byteratum,c. 1.de ætat. & qual. ſummi-
ſtæ omnes in verb. Abbas.

Videtur quoque per ſaltum promo-
ueri ille, qui ſtatim de clerico ad regula-
rium prælaturas aſpirauerit, licet enim
poſtulari poſſit, tamen eligi non poteſt,
capit. presbyteros, 16.quæſt. 1.capit. of-
ficij,de elect. Nam ſicut nouitius duran-
te anno profeſſionis prælaturas obtine-
re non poteſt,certe multo minus ille,qui
nondum clauſtra ingreſſus eſt, d. capit.
officij, & diximus quando egimus de
Neophytis.

Sed & per ſaltum promotus videtur,
qui gradatim omnes ordines ſuſcepit,
ſed confirmationis ſacramento non eſt
perunctus; nam licet confirmatio non
9 requiratur de neceſſitate ad præexiſten-
tiam ordinum, S.Thom.4.diſt.24.Silu.
ordo.2.in princ.Tamen ex decreto Cõc.
Trident. ſeſſ.23.cap.4.nullus ordo con-
ferri debet ei, qui ſacramentum confir-
mationis non acceperit; & ideo male fa-
cit, qui ordines ſuſcipit hoc ſacramento
pręterniſſo: vnde recte dicere poſſumus
hoc eſſe canonicum impedimentum, ex
d. cap. 4. poſſumus etiam dicere, quod
hodie confirmatio ad ordines ſuſcipien
dos, ſi non eſt de neceſſitate rei, eſt de
neceſſitate præcepti.

### *De eo, qui cum ordinatus non ſit, audet miniſtrare.*

### CAP. XIII.

1 *Miſſam dicens,cum non ſit ſacerdos,eſt irregu-*
*laris, & ipſo facto ſine diſputatione traden-*
*dus curiæ ſæculari.*
2 *Sacerdos benedicens populum more Epiſcopali,*
*ſit irregularis.*
*Cardinalis etiam non Epiſcopus, poteſt publi-*
*cam benedictionem dare ex priuilegio.*
3 *Baptizans,etiam in neceſſitate ritu ſacerdota-*
*li,cum non ſit ordinatus,ſit irregularis.*
*Epiſtolam dicens cum manipulo, in miſſa ſolen-*
*ni, cum non ſit ſubdiaconus, efficitur irregu-*
*laris.*
4 *Laicus celebrando in ordine, quem non habet,*
*ſit vere irregularis.*
5 *Laicus audiens confeſſionem in neceſſitate, ſit*
*irregularis,ſi vtatur verbis abſolutorijs,imo*
*eſt tradendus curiæ ſæculari.*
*Ordinatum ſe putans probabiliter,cum non ſit,*
*excuſatur ab irregularitate, adminiſtran-*
*do.*
6 *Minores ordines poſſunt exerceri, etiam a non*
*ordinatis iure veteri, hodie ſecus.*
7 *Furioſi vtentes ordinibus, ad quos non ſunt pro*
*moti,non ſiunt irregulares.*
*Loci cauſa adminiſtrans ordinem quem nõ ha*
*bet,an ſiat irregularis.*
8 *Deriſio eſt maximum crimen circa diuina.*
*Ordinem adminiſtrans de mandato Papæ, cum*
*eum non habeat, an efficiatur irregula-*
*ris.*
*Ordinatus ad ſacerdotium, omiſſa manus im-*
*poſitione; non poteſt confeſſiones audire.*
9 *Baptiſmus eſt fundamentum omnium ſacra-*
*mentorum.*
*Baptizatum ſe putans, cum non ſit, ſi promo-*
*tus adminiſtret, quid dicendum de ſacra-*
*mentis ſuis.*
10 *Ficte baptizatus ordinatus, an adminiſtret.*
*Prædicare non poteſt non ordinatus, vel non miſ*
*ſus, ſeu poſitus in peccato mortali.*
*Equitius Abbas non ordinatus, publice prædi-*
*cabat.*

SI ij, qui non canonice ordi-
nati ſunt, irregulares ſiunt,
quanto magis notam irre-
gularitatis incurrunt ij, qui
cum omnino ordinati non ſint, diuinis
ſe ſe ingerunt miniſterijs? duplici mo-
do quis dicitur non ordinatus, aut enim
nunquam ad ordinem ſuſcipiendum
acceſſit, aut acceſſit, vt ſuſciperet, ſed
inaniter accepit: Primo caſu ſemper
1 erit irregularis, qui ſe ſe ingeſſerit in
adminiſtratione ordinis non ſuſcepti,&
indiſpenſabilis eſt, toto tit. de cler. non
ordin. min. Specul. in tit. de diſpenſ. §.

 Iuxta,

Iuxta, verſ. Item non ordinatus, & in §.
Nunc de Epiſcoporum, verſ. 18. & ideo
ſi quis non exiſtens ſacerdos, auſus fue-
rit miſſam celebrare, non ſolum eſt irre-
gularis, verũ etiam ſine diſputatione eſt
tradendus curiæ ſęculari, vt ſtatuit Fel.
recor. Paulus IIII. (vt refert Iudit. Inq.)
Die 20. Maij 1557. Decreto 5. & die
decima ſeptima Febr. 1559. Decreto 7.
Huiuſmodi. n. fuit Iſchiras Athanaſij ad
uerſarius, qui abſq; vllo ordinatore, ſa-
cra myſteria corporis, & ſanguinis auſus
fuerat operari: quem cum in opere pa-
trato Athanaſius reperiſſet, abiecit, &
menſam euertit, & poculum confregit,
quaſi rem deluſoriam. Videatur Theo-
doretus hiſt. lib. 2. cap. 8. Socrates lib. 1.
cap. 20. Niceph. lib. 8. cap. 48. & 49. &
lib. 9. cap. 12. Præterea quiſquis admini-
ſtrat ordinem ſuperiorem eo quem ha-
buerit, habet locum irregularitas, etiam
ſi minimum actum peragat pertinẽtem
ad ordinẽ non ſuſceptum, vtputa ſi dia-
conus publice benedicat vt ſacerdos. vel
ſacerdos benedicat vt Epiſcopus cum il-
lis verbis; Sit nomen Domini benedi-
2 ctum. gloſ. & tex. in cap. miniſtrare, 26.
quæſt. 6. Cardinalis tamen nõdum Epi-
ſcopus poteſt publicam benedictionem
dare ex proprio priuilegio, Doct. in cap.
licet, de elect. Iacobat. tract. de Conc. lib.
1. tit. de Cardin. & patr. verſ. item aliud
priuilegium.

Quinimmo etiam ſi ea peragat, quæ
etiam laici poſſunt, ſi tamen adminiſtret
eadem quaſi ordinatus; efficitur ob id
3 irregularis, exemplũ ſi baptizet ſine ne-
ceſſitate, vel etiam in neceſſitate ſeruatis
ritibus cęremonialibus baptiſmi, fiet ir-
regularis, cap. 1. de cler. non ordin. min.
vbi gloſ. & Doct. Propterea qui incide-
rit in hanc irregularitatem, non ſolum
prohibetur promoueri, verum etiam ꝓ-
motus, quos ſuſcepit ordines, non admi
niſtrabit. cap. vlt. eod. titul. ſed diſpenſa-
ri ex cauſa poterit, quoad aſcendendum,
per ſolum Papam; quo vero ad exercen-
dos ordines ſuſceptos per Epiſcopum,
Goff. quem probat Silu. in verb. irregula-
ritas, q. 12. Abb. in d. cap. 1. de cler. non
ordin. min.
Fiet etiam ob eandem cauſam irregula-
ris, quiſquis cum nõ ſit ſubdiaconus, au-
deat epiſtolam ſolennem cantare in miſ
ſa, cum manipulo, & veſtibus ſubdiaco-
no conuenientibus, tex. in cap. ſi ſubdia-
conus, diſt. 34. ſed ſine manipulo, ſi in Ec
cleſijs talis ſit conſuetudo, vt poſſit non
ſubdiaconus epiſtolam cantare, non fiet
irregularis; dummodo non tangat ſacra
nec præſtet plenum miniſterium ſubdia
coni, vt probatur in cap. vt quiſque, de
vit. & hon. cler. vbi Innoc. & Hoſt. ſed
& ſine manipulo epiſtolam dicens fieret
irregularis, ſi intenderet in animo ſuo
præſtare miniſteriũ ſubdiaconi. Tabien.
in verb. irregularitas. 4. num. 2. & ita in-
telligitur eſſe mens Abb. in d. cap. vt quiſ
que; qui putat epiſtolam ſolennem de
cantari nullo modo poſſe ab eo, qui non
ſit ſubdiaconus, nam intelligi debet, vbi
non ſit ea conſuetudo, vel quando in ani
mo intendat adminiſtrare, quaſi ſubdia
conus: alioqui cum Eccleſiæ pleræque
id permittant, verius eſt eos non effici
irregulares, Silu. in d. quæ. 12. Hodie ta-
men, ex Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 17. de re-
form. conſtitutum eſt, ne miniſteria Ec-
cleſiaſtica exerceantur, niſi per conſtitu-
tos in ipſis ordinibus, vnde ex prægnan-
tia verborum, videretur, ſi copia fuerit
eorum, qui in ſubdiaconatus ordine cõ-
ſtituti ſint, non licere vlterius inferiores
ad id miniſterium admittere, multo er-
go minus licebit ei, qui merus laicus ſit
hæc miniſteria exercere.





4 Et licet nonnulli ſenſerint laicum nõ
effici irregularem, ſi Eccleſiaſtica mini-
ſteria exerceat: tamen mihi videtur ſen-
tentia valde abſona, quandoquidem ma
ior eſt contemptus in laico diuina per-
tractante, quàm in eo, qui iam inter cle-
ricos adſcriptus eſt, & qui iam diuinis
addictus eſt: vnde communis, & vera eſt
ſententia, laicos miniſtrantes in Eccleſia
ſticis officijs, effici irregulares, ſicut fiũt,
& clerici ipſi non ordinati: Silu. d. q. 12.
Tabien. in verb. irregularitas. 4. num. 1.
Propterea ſi in neceſſitate laicus confeſ-
5 ſionẽ audierit, ſi verbis abſolutorijs vta-
tur, dixerim eum effici irregularem, ſicut
qui adminiſtrat ſacramenta non ordina
tus, maxime ſi proferat ea verba, quæ fa-
ciunt abſolutionem, vtputa, Ego te abſol
uo, &c. At dicendo illa verba ſcilicet, Mi
ſereatur, &c. & illa, Indulgentiam, &c. &
ſimilia, quia non habent vim abſolutio-
nis formalis, ſed ſimplicis orationis, nõ
fieret irregularis, quia pro alio orare nõ
prohibetur; at clauibus vti non permit-
titur. glo. in cap. paſtoralis, in verb. præ-
terquam, de off. ordin. & ſecundum hãc
diſtinctionẽ intelligi poſſet Silu. in verb.
confeſſor. 1. in princ. & S. Ant. in ſuo de-
fecerunt, c. 1. vbi putauit laicum abſol-
uentem non effici irregularem; quinim-
mo dico, ꝙ quando laicus, vel non exi-
ſtens in ſacris, auſus fuerit temere, tam-
quam ſacerdos confeſſiones audire, &
ſic hoc pœnitentiæ ſacramento abuti, nõ
ſolum fieret irregularis, verum etiã eſſet
tradẽdus curiæ ſęculari, vt decreuit Fel.
record. Paulus IIII. anno 1559. die 17.
Feb. vt refert iud. Inq. d. decreto 7.

Sunt tamen nonnulli caſus, in quibus
non ordinatus adminiſtrans effugit irre-
gularitatem. Primus eſt ſi ignorans id fe
cerit putans probabiliter ſe eſſe ordina-
tum; non enim peccat, & irregularis nõ
ſit, Tabien. in verb. irregularitas. 4. nu. 2.
& Silu. d. q. 12. poteſt autem probabilis
eſſe ignorantia, ſi deſierit penitus inten-
tio ordinatoris, vel poteſtas in ordinato-
re, vel aliud ſimile. Alius caſus eſt, in ad-
6 miniſtratione minorum ordinum; nam
exerceri poſſunt, etiam à non ordinatis
ex ſententia S. Th. 4. diſt. 34. quem refert
Tabien. in d. verb. irregularitas. 4. nu. 2. &
Silu. d. quæſt. 12. Hodie tamen ex Conc.
Trident. nemo permitti debet admini-
ſtrare in ordinibus, etiam minoribus,
niſi ſit ordinatus in illis d. ſeſſ. 23. d. cap.
17. de reform. Alius etiam caſus excipi-
tur, nam pueri, mulieres, & amentes ſi
Eccleſiaſticis ordinibus miniſteriũ, præ-
beant, non fiunt irregulares, argu. Clem.
7 ſi furioſus, de homicid. Tabien. in verb.
irregularitas. 4. in princ. & pro ijs, arg. in
cap. Illa. 15. q. 1. Quinimmo, & adulti, ſi
per iocum, aut ludum miniſtrauerint, cũ
non ſint ordinati, dicunt nonnulli, ꝙ pec
cant mortaliter, ſed non efficiuntur irre-
gulares. Hoſt. & Sum. conf. de cler. non
ordin. q. 3. Alberic. in verb. ordinatus. 2.
Silu. d. q. 12. Quod mihi non ſatisfacit,
niſi cum declaratione: Nam aut hic io-
cus, & ludus eſt ex leuitate quadam, vel
animi refocillatione priuata, & ea licet
fieri non debeat, cum miniſterio Eccle-
ſiaſtico, etiam priuatim, quia aliqua eſt
irreuerentia, & eo caſu mihi placet non
induci irregularitatem, quia nõ dicitur
adminiſtratio ordinis non ſuſcepti; quia
in illo ludo nihil tale intenditur, ſed fit
quædam repręſentatio ipſorum ordinũ;
Quandoque vero iocus, aut ludus vergit
ad deriſionẽ, quo caſu vel hæreticus eſt,
8 vel de hæreſi ſuſpectus, qui hæc agit, vn-
de ob id incurritur irregularitas: nam
ſicut hæretici ſunt irregulares, ita & ſu-
ſpecti promoueri non poſſunt: quinim-
mo delictum irriſionis æquatur omni

grauiſſimæ culpæ.c.irriſor,de pœn.diſt. 3.vnde quanto excellentior eſt cauſa diuinorum miniſteriorum, tanto grauius eſt delictum deriſionis circa ea. S. Tho. 2.2.q.75.art.1.& 2. Summiſtæ in verb. deriſio, nam ad blaſphemiam ſpectat hæc deriſio ſacrorum.

Euitat etiam irregularitatem is, cui Papa mandauerit aliquid fieri circa miniſterium eius ordinis, quem nondum accepit, & ideo faciendo quod Papa mãdauit effugit, & peccatum, & irregularitatem, declarando ſecundum S. Thom. 4. diſt. 25. quæſt. 1. artic. 1. his verbis: Papa qui habet plenitudinem poteſtatis, poteſt committere non Epiſcopo pertinentia ad Epiſcopalem dignitatẽ, dummodo illa non habeant immediatam relationem ad verum corpus Chriſti. Ideoque de eius commiſſione, ſacerdos ſimplex poteſt conferre ordines minores, & confirmare, non autem nõ ſacerdos; nec ſacerdos maiores ordines, quia habent immediatam relationẽ ad Corpus Chriſti verum: ſupra quod cõſecrandum Papa non habet maiorẽ poteſtatem, quam ſimplex ſacerdos. hæc ille: quæ opinio ſeruatur in practica, vt per Capreol. 4. diſt. 7. vt refert Silu. in verb. ordo. 3. quæſt. 7. & ita intelligenda, & corrigenda eſt glo. in capit. omni tempore, de conſecr. diſt. 4. quæ dicit ſacerdotem poſſe Epiſcopalia exercere de mandato Papæ.

Nunc ſupereſt vt ſecundũ caput pertractemus, quando quis acceſſit, vt ordines acciperet, & tamen nihil accepit, nec characterem quidem, an hic adminiſtrans fiat irregularis, cum ordinatus inaniter ſit? exemplo eſt is, qui acceſſit, vt ſacerdos fieret; nam ſi omnia fuerint obſeruata, ſed manus impoſitio fuerit omiſſa, non poteſt exercere; & ideo cõfeſſiones audire non poſſet, ex ſent. Roſel. quam probat Silueſt. in verb. ordo. 2. quæſtio. quarta verſic. tertium, in fin. contrafaciens ideo fieret irregularis: Exemplo etiam eſt ſi quis non baptizatus ordinetur, nam cum baptiſmus ſit
9 fundamentum omnium ſacramentorũ, capit. vlt. de presbyt. non baptiſ. min. ſi non habeatur, nullus alius character imprimi poteſt, quia reliqua ſacramenta ſupponunt baptiſmum, S. Thom. 4. diſt. vigeſima quarta: Alberic. in verb. ordo. 4. in princ. Iſti igitur ſic ordinati, ſi miniſtrent ignoranter, putantes ſe baptizatos forſan, nati Chriſtianis parentibus, nec peccant, nec fiunt irregulares; quia quoad vltimos effectus ſacramenti ſupplet ſummus ſacerdos Chriſtus, ne decipiatur Eccleſia, S. Thom. diſt. vigeſima quarta: Alberic. in verb. baptiſmus quarto, in fin. Silueſt. in verb. baptiſmus, 6. glo in cap. 2. de presb. non ordin. min. vbi etiam text. iuncto tex. in cap. 3. eo. tit. Sed ſi ſciens ſe non eſſe baptizatum ordines ſuſcipiat, vel ignoranter ſuſceptos, ſciens exerceat, nulli dubium eſt eũ effici irregularem, & vt quilibet non ordinatus miniſtrans puniri debet: Quod ſi cum primùm veriſimilem rumorem audiens, ſe non eſſe baptizatum abſtinuerit, non eſt irregularis; nam poteſt baptizari, & rurſum ordinari, nullo obſtante impedimento, text. in cap. 1. & fin. de presbyt. non ordin. min. de qua materia vide Alber. in verb. baptiſmus, 4. Silu. in verb. baptiſmus, 6. Silu. in verb. ordo. 2. in princ. Alberic. in verb. ordo. 3. in princ. gloſ. diſt. 52. cap. ſolicitudo: Idem erit in eo, qui ficte accedit ad baptiſmũ in eo genere fictionis, quod impedit characteris impreſſionem; nam iſte non ordinatus eſt, ſi ordi-
10 nes ſuſcipiat, & ſit vere irregularis pp tot fictiones, & ſacrilegia præſertim, ſi adminiſtrauerit; At ſi ſit fictus in eo genere fictionis, quòd non impedit characterẽ baptiſmi, ſed ſolum fructum, eo caſu poſtea accedendo ad ordines fit etiam irregularis, & multo magis ſi adminiſtrauerit, quia licet recedente fictione gratia recuperetur S. Tho. vt refert Sil. in verb. baptiſmus 4. q. 17. tex. de conſec. diſt. 4. cap. tunc valere, tamen in pœnam illius fictionis debuit grauatus manere in irregularitate, & cogi, vt ſe diſpenſari faciat, vt fuſius diximus lib. 3. c. 7. in fin. arg. infra eod. lib. cap. 17.



Ad hoc caput optime congruit impedimentum prædicationis verbi Dei; quę vltra quod fieri debeat conſcientia munda à peccato mortali, non licet niſi ordinato ad ſacros, ſcilicet ad diaconatum, & de licentia Papæ, vel Epiſcopi, aut prælati: ſubeſt.n. pœna excommunicationis cap. excommunicamus. §. quia vero, de hæretic. S. Thô. 4. diſt. 19. q. 2. & fuſius Cardin. in Clem. dudum, de ſepult. Contingit tamen aliquãdo quod quis à Deo ſe mitti dicat, nec credẽdum eſt ei, omiſſa ordinarij licentia, quia ipſa de iure requiritur 2. Thim. c. 3. & Rom. cap. 10. & tali caſu licet poſſit eſſe verũ, quod mittatur à Deo, vt tradit S. Tho. quodl. 12. art. 29. & patet in Moyſe: tamen aliquo miraculo confirmare tenetur. Armil. in verb. prædicare, & poſſumus hoc comprobare exemplo Equitij Abbatis, qui cum non ordinatus prædicaret, correptus aliquando fuit, & ad Papam citatus, tamen quia id ſe ductu ſpiritus ſancti facere ſignis, ac miraculis edocuit, permiſſus eſt pſeuerare, vt ſcribit Greg. dialog. lib, 1. cap. 4.

***De eo, qui extra tempora ordinatus eſt.***

## CAP. XIIII.

1 *Ordinatus extra tempora, eſt irregularis conſuetudine non obſtante.*

ORdines certis temporibus eſſe accipiendos fuſius dictum eſt ſupra lib. 3. c. 24. cum de tempore ageremus: ideo quiſquis extra tẽ-
1 pora ibi narrata promouetur characterem quidem ſuſcipit, ſed adminiſtrare prohibetur, nec vlla contraria conſuetudo ſuffragari poteſt: cap. cum quidam, & cap. ſane, de temp. ordin. ſunt etiam ipſo facto irregulares, qui extra tempora promouentur, Spec. in tit. de diſpenſ. §. Iuxta. verſ. Item ordinatus extra tempora; ſed de ijs latius loco ſupracitato.

***De eo, qui ſine titulo ordinatus eſt.***

## CAP. XV.

1 *Ordinatus ſine titulo, ſiue ſæcularis, ſiue regularis, fit irregularis.*
2 *Tituli vicem patrimonium tenere poteſt: ſed cauendum à quadam pactione vt hic.*
*Tituli vicem habet Eccleſia, cui quis aſcribitur.*
3 *Titulus de futuro ſufficit, vt quis poſſit promoueri.*
*Beneficia manualia, non poſſunt eſſe loco tituli.*
4 *Vicaria temporalis, non habetur loco tituli.*

ORdinatus ſine titulo, vel beneficio, vacuam manuũ impoſitionem accipit, ideſt non ſuſcipit ordinis executionem? ex Concil. Calced. cap. 6. cuius canonis pœnam cõprobare videtur; Conc. Trident. ſeſſ. 21. cap. 2. de reform. dũm confirmat, & innouat omnes antiquorum canonum pęnas circa hos ordinatos: fuerat autem hæc pœna in vſu, & ſucceſſiuis tempori-

bus obſeruata, vt colligitur ex Abb. in capit. cum contingat; de ætat. & qual. Idem Abb. in capit. veniens, primo not. de fil. presb. tex. in capit. cum ſecundũ, de præben. & diſt. 70. capit. ſanctorum: Quinimmo per expreſſam Bullam Do-
1 mini Noſtri Papæ Pij Quinti editam anno Pontificatus Tertio, Milleſimo quingenteſimo Sexageſimo octauo Prid. Id. Octobr. declaratum eſt, quod non ſolum clerici ſæculares, ſed etiam Regulares ante profeſſionem emiſſam ordinari ſine titulo non poſſint, contrauenientes efficit inhabiles ad ordines exequendos, & exequentes reddit irregulares, cum alijs pœnis inibi deſcriptis: quæ res etiam olim videtur conſtituta fuiſſe. Nam regulares non profeſſi includi videntur ex verbis d. capit. Conc. Calced. vt ibi gl. ſentit. & Alber. in verb. ordinandi.

2 Propterea loco tituli quem quis non habet, ſtatuit Concil. Trident. patrimonium aſſignari poſſe ſufficiens ad ſubſtẽtationem vitæ eius, qui promouetur: ſed id non paſſim concedi debet, ſed ſoli ij promoueri ad patrimonij, vel penſionis titulum poſſunt, quos neceſſitas, vel commoditas Eccleſiæ ordinari ſuaſerit, ita habetur dict. ſeſſ. 21. capit. 2. In qua re cauendum eſt ne in conſignatione talis patrimonij loco tituli, fiat vlla pactio inter ordinatorem, & ordinatum, quod nunquam petet beneficium Eccleſiaſticum vel prouiſionem: nam talis pactio ſimoniaca eſt, ipſe enim ordinator ob id triennio à collatione ordinum ſuſpenſus eſt, ordinatus vero indeterminato tempore id eſt perpetuò, text. in cap. penul. de Sim. vnde eum effici irgularem expreſſim tradit Borgas de Diſpenſ. part. 1. quæſt. 5. num. 24. Sed & loco tituli eſt etiam eod. Conc. Trid. conſtitutum, quod quiſquis ordinari vult adſcribatur certæ Eccleſiæ, cui deſeruire teneatur in ordine ſuſcepto, ſeſſ. 23. capit. 16. de reform. Nam titulus deuinctum ſibi reddit eum, qui ordinatur, vnde poſſideri titulus non debet ſine miniſterio ordinis qui requiritur in eo obtinendo: ideo fauore tituli quis admittitur ad eos ordines à quibus reijceretur ſi titulum illum non haberet gl. & tex. in cap. ex tenore, de temp. ord. vbi etiam Abb.

Titulum autem accipere debemus non ſolum eum, qui præſens habetur, ſed & qui habendus eſt poſtea: Ideo
3 quando ad obtinendam dignitatem ſacri ordines præexiguntur, vtputa Epiſcopatus obtineri non poteſt, niſi ab eo, qui iam ſex menſes in ſubdiaconatu fuerit conſtitutus, certe hic nominatus, vel poſtulatus poteſt promoueri ad eum titulum, quem habiturus eſt, ſufficit enim titulus de futuro, gloſ. in cap. Oſius in gloſ. magna, diſt. 71. Vicaria autem tẽ-
4 poralis, & omnia alia beneficia manualia, & amouibilia, non poſſunt dici titulus; ſed ſi Vicaria ſit perpetua habetur pro titulo, text. & ibi Abb. in cap. Michael. & in capitul. conſtitutus, de fil. presb.

*De eo, qui ob vim, vel metum ordinari ſe paßus eſt.*

## CAP. XVI.

1 *Sacramentis faciendis neceſſaria eſt intentio.*
2 *Vis dupliciter conſiderari poteſt.*
3 *Metus quid ſit in ſuſcipiendo ordine.*
*Ordinatus animo diſſentiente, nil ſuſcipit.*
*Ordinatus per metum, quando ab Epiſcopo poſſit diſpenſari.*
*Ordinatus per vim præciſam, vel animo diſſentiente, an cogi poſſit clericari, & continentiam ſeruare.*





4 *Ordinari quandoque quis cogitur via iudiciali.*
*Ordinatus coacte non dicitur pactus à ſuperiore.*
5 *Ordinari ne quis teneatur, cauſa multa ſunt, quæ excuſant, & quomodo.*
*Irregularis beneficiatus, quando cogi poſſit ad quærendam diſpenſationem.*
6 *Regulares omnes cogi poſſunt à ſuperioribus, vt ordinentur.*
*Clericus cogi poteſt ab Epiſcopo, vt ordinetur ob vtilitatem, & neceſſitatem Eccleſiarum, & quando.*
*Epiſcopus dignus eſſe putatur, qui promouetur inuitus.*

QVoniam in ſacramentis intentio neceſſaria eſt, tam in conficiendis, & conferendis, Cõc. Trident. ſeſſ. 7. can. 11. quàm in ſuſcipiendis ab illis, quorum conſenſus neceſſarius eſt, S. Thom. 3. quæſt. 68. Ideo quiſquis promouetur, vt gratiam, & characterem ſuſcipiat, oportet vt libero animi motu conſentiat; Quod ſi diſſentiẽs inuitus, vel coactus quis promoueatur, nec ſuſcipit characterem, nec vllam ordinis poteſtatem: diſtinguendo tamen
2 vt ſequitur; Poteſt enim conſiderari vis dupliciter, ſcilicet cum coactione præciſa, aut cum coactione conditionali, primo caſu nihil accipit, nec ipſum quidem characterem, vtputa ſi per manus trahatur ad Epiſcopum, & reluctando ordinetur, ſicut in alijs ſacramentis dici ſolet, vt in baptiſmo; nam non imprimitur illius ſignum, & character ſi hoc modo quis cogatur, vt aliàs diximus lib. 3. text. in capit. maiores, de Baptiſm. ſicut nec poteſt puniri quis ex delicto, quod per hanc coactionem cogitur committere, vt ſacrificando Idolis, capitul. presbyteros, diſtinct. quinquageſima. Et in ſpecie de ordinato per vim coactiuam tradit Roſel. in verb. ordo. 3. num. 5. ſicut nec tenet monachatus aſſumptus per eandem vim, quãdoquidẽ infra quinquennium, qui eam vim prætenderit audietur. Concil. Tri-
3 dent. ſeſſ. vigeſima quinta, capit. decimo octauo, & ſequen. de regul. Secundo vero caſu, qui potius ad metum ſpectat, quam ad vim dicitur vis conditionalis, ſiue ſit metus cadens in conſtantem virum, ſiue non, cum reperitur aliquis conſenſus, quia maluit ordinari, quam mori, & eo caſu ſuſcipitur character, quia voluntas coacta voluntas eſt. l. metum. ff. quod met. cauſ. text. in capit. merito, decimo quinto quæſt. prima Raym. in titul. de form. conſecrat. verſic. Item nunquid Epiſcopus.

Verum quia turpiter facit permittens ſe promoueri contra conſcientiam, peccat, debet enim lubens, & volens dedere ſe obſequio diuino; ſed ſi finxerit ſe ordinari, cum tamen animo diſſentiat, nihil omnino ſuſcipit, vt dicemus infra capit. proximo: ſed & ſi lubens, & volens ad ordinem, & miniſterium diuinum velit accedere, ſed renuat ordinari ab Epiſcopo, quem ſcit nominatim excommunicatum, ſuſpenſum, vel interdictum, vel aliud adſit impedimentum canonicum, circa tempus, locum, vel ritum ordinationis, vel aliqua obſit irregularitas, ſuper qua velit expectare diſpenſationem, iſtis caſibus ſi per metum, etiam qui cadat in conſtantem virum permittat ſe ordinari, ſic repugnante conſcientia, peccat, & fit irregularis: ſed metus in hoc illi prodeſt, quod ſuper hoc exceſſu, & irregularitate Epiſcopus proprius poterit eum diſpenſare, vt tradit Tabien. in verb. irregularitas, 4. concluſ. decima quinta, ex ſententia Goff. & Hoſt. Idem

Silu.in verb.irregularitas, q.7. & ſic ſu-
ſcipit quidem characterem, ſed nõ exe-
cutionem, ſicut alij ordinati in irregula-
ritate, vel ab Epiſcopo ſuſpenſo, excom-
municato, vel interdicto: nec eſt mirum
eum puniri, ſi metu id fecit, potius enim
debuit pati, ſe excommunicari, quam à
tali nominatim excommunicato, ſuſpen
ſo, interdicto, vel hæretico, aut ſchiſmati-
co ordinari, arg. cap. inquiſitioni, de ſent.
excom. Silueſt. in verb. ordo. 3. q. 11. Nã
ſicut ordines ſuſcipiens ignorãter ab iſti-
uſmodi Epiſcopis efficitur Irregularis:
Specul. in tit. de diſpenſ. §. iuxta verſ. Itẽ
recipiens; ita multo magis, qui ſciens ac-
cipit, licet per metum, arg. l. qui poteſt. ff.
de reg. iur. Poſſet autem hoc loco tracta-
ri an ij, qui per vim, aut metum ordina-
ti ſunt animo diſſentiente, cum nullum
characterem ſuſceperint: ob ſcandalũ,
ꝙ inde naſcitur in Eccleſia teneantur cle
ricari, & continentiam ſeruare? ſed quia
id non pertinet ad propoſitam materiã
irregularitatis, omittendum eſt: vide de
hac re Tabien. in verb. Ordo. 2. nu. 17.
Roſell. in verb. Ordo. 3. num. 6. Alberic.
in verb. ordinatus primo, circa med. qui-
bus locis conſtabit etiã tibi, an gaudeant
priuilegio clericali.

Sunt tamen nõnulli caſus, in quibus
4 quis cogendus eſt ad ordines, via iudi-
ciali, & ſuperioris imperio; nam in paro-
chiali inſtitutus Eccleſia, cogi debet or-
dines ſuſcipere cap. licet, de elect. lib. 6.
idem in alijs beneficijs in quibus certus
ordo requiritur, ut in canonicatibus ſub
diaconatus, & alijs alius ordo, Cõc. Trid.
ſeſſ. 24. cap. 12. de refor. quę coactio non
inducit vim, vel metum, de quo hoc ca-
pite loquimur; nam iuridice fit, & is cui
hoc imperatur, non dicitur cogi; cap. In-
nouamus, cap. 60. quia potuit, vel bene-
ficium dimittere, vel ordinari, & ſic po-
tius electio eſt; cap. cũ in cunctis, de elect.
& de ætat. & qual. cap. 1.

Sunt vero multe cauſæ, ob quas excu
5 ſatio competit, ne quis cogi poſſit ordi-
nes ſubire, ſuo beneficio congruentes, vt
ſcribit Specul. in d. cap. licet nu. 55. col.
pen. quę ſunt irregularitates, & alia ca-
nonica impedimenta iuris, vel facti; ſed
hoc eget diſtinctione; nam aut irregula-
ritas, vel impedimentum erant ante ob-
tentũ beneficium, tunc ſi ſciens obtinuit,
eo caſu priuandus eſt illo; ſed ſi ignora-
uit, vel poſt obtentum ſuperuenit impe-
mentum, ſine culpa retinebit illud, dato
illi coadiutore. 7. q. 1. cap. illud; de cler.
ægrot. cap. fin. vbi Abb. ſi vero ex culpa,
inciderit in illud impedimentum, quia
forſan ſe ſe caſtrauerit, vel mutilauerit,
priuandus eſt; Silu. in verb. Ordo. 3. q.
10. Per. de Pal. 4. diſt. 18. q. 1. vt refert.
Tabien. in verb. Ordo. 2. nu. 16. niſi for-
ſan ſuper his poſſit de facili diſpenſatio
obtineri; quia tunc poterit, & ipſam di-
ſpenſationem Epiſcopus offerre, & coge-
re ad ordines, ſi illi videbitur: quinim-
mo ſi Papalis fuerit diſpenſatio eius ir-
regularitatis, quãm ab initio ignorabat,
cum obtinuit beneficium, ſciens poſtea
cogi poteſt, & ad petendam diſpenſatio-
nem, & ad ordines ſubeundos eadem ra-
tione.

Illud vero eſt annotandum, quod ſi
hic, qui canonicum impedimentum pa-
titur, obtinuit excuſationem, ne ordina-
ri cogeretur, nõ erit perpetua excuſatio;
nam ceſſante impedimento ceſſabit ex-
cuſatio, arg. cap. ſtatuimus, & cap. Neo-
phytus diſt. 71. & diximus primo lib. in
Regulis generalibus Reg. nona: Contin
git pręterea caſus in quo ordinari quis
cogitur imperio ſuperioris, etiam non
6 habito reſpectu ad beneficia; nam Re-
gulares omnes in ſuſcipiẽdis ordinibus
pedent



pedent ab imperio ſuperiorum. c. ad au-
res, de temp. ord. At in ſęcularibus cleri-
cis, ſi cõtingat magna neceſsitas, vel vtili-
tas Eccleſiæ, poteſt Epiſcopus impera-
re eis, quos neceſſarios viderit; qui ſi nul
lam obiecerint legitimam excuſationem
ex hac contumaci contradictione, fiunt
irregulares c. ſi qui clerici, & cap. placuit,
diſt. 74. poteſt enim eis Epiſcopus ſub-
trahere officia, & emolumenta Eccleſia-
ſtica, etiam beneficia, ex ſententia Ray.
& Hoſt. & aliorum, quos refert Silu. d. q.
10. & tex. de ætat. & qual. c. quæris.

Dicitur autem neceſſitas quando pe-
nuria eſt tanta, quod neque idonei neq;
minus idonei multi reperiantur, vtilitas
vero quando non eſt penuria, ſed nõ ad-
ſunt multi idonei; ideoque ijs caſibus
præceptum ſuperioris ſeruandum eſt, ſi
hoc colore ſe cogere velle prætendat, ẽt
ſi intrinſecus malo animo imperat, pro-
bat Raym. vt refert Alberic. in verb. or-
dinator, ante fin. Silu. in verb. Ordo. 3. q.
10. arg. tex. diſt. 23. q. 1. cap. quid culpa-
tur, in fin. & 33. q. 5. cap. manifeſtum: ex-
tra vero eam neceſſitatem, & euidentem
vtilitatem non eſt imperandum, imo ſi
imperet, licebit appellare tamquam à p̃-
cepto non canonico, vt prædicti omnes
ſentiunt ijſdem locis; Iſti tamen, qui ſic
à ſuperiore promoueri coguntur, uere
digni ſunt; nam ille cenſetur dignus Epi-
ſcopus, qui promouetur inuitus. l. ſi quẽ-
quam C. de Epiſcop. & cler.

*De eo, qui intentione ficta, & peruerſa mente ordinatus eſt.*

## CAP. XVII.

*1 Recta non poſſunt eſſe opera niſi recta ſit intẽtio*
*Fictio duplici modo accipi poteſt.*
*2 Fictione recedente in ordine ſuſcepto, nõ ſtatim ceſſat irregularitas.*
*Fictum fugit ſpiritus diſciplina.*
*3 Fictus difficilius diſpenſandus, quam meticuloſus.*
*Ordines ſubiens ob ambitionem, peccat mortaliter.*
*Gratis non datur ſi ab eo laus expectetur.*
*4 Monachum ſe faciens principali intentione, vt fiat Abbas fictus eſt, & ſimoniacus.*
*5 Subdiaconum ſe faciens principaliter, vt ſe pręparet ſponte ad Epiſcopatum peccat, ſecus ad pręceptum ſuperioris.*
*6 Prędicator habens primam intentionem ad regnum Dei, ſecundam vero ad temporalia, nõ peccat.*
*7 Ordinandus, vt euitet forum ſęculare, non eſt admittendus.*
*Ordinatus ficta intentione, quomodo ſuſcipiat characterem.*
*8 Seruus ſe redimens, vt promoueri poſſit, non peccat.*
*Emens agrum, vt ibi Eccleſiam conſtruat, non peccat.*
*9 Ordinatoris, & ordinati ſi recta ſit intentio, ſed vnus intendat dare vnum ordinem, alter ſuſcipere alterum, quid faciendum.*

INtentionis magna vis eſt in ſu-
ſcipiendis ordinibus; nam ſi
recta ſit, recte ſuſcipitur ordo,
ideſt ſi mentis oculus tendat in eum finẽ
ſuſcipiendi ordines, in quem conſtituti
ſunt, ſic enim dicitur recta ordinatio, q̃a
1 recta non poſſunt eſſe opera, niſi recta ſit
intentio cap. homines, 22. q. 2. S. Thom.
1. parte Sum. q. 19. Propterea ſi is, qui
ordinatur ficte accedat, grauiter peccat,
ſicut, & quiuis alius ad alia ſacramenta
ficte accedens.

Duplici etenim modo fictus eſſe po-
teſt, primo ſi non intendat ſuſcipere ip-
ſum ordinem, nec fructum eius, quia
non intendit facere quod facit Eccleſia,
tunc enim non ſuſcipit characterem, ſi-
cut nec baptiſmum, vt diximus alias de
ficte baptizatis: Secundo modo dicitur
fictus, quod intendat ordinari, ſed ad fi-
nem alium; quam conſtituti ſint ordines
à Deo, & tunc characterem ſuſcipit, ſed
non

non fructum; & ideo nunquam debet adminiſtrare ordinem ſuſceptum, etiã ſi receſſerit illa fictio. Nam licet in baptiſmo recedente fictione gratiam quis conſequatur, tamen non ita in ordine ficte ſuſcepto recedente fictione, quis recuperat liberam poteſtatem, & faculta-
2 tatem adminiſtrandi: Quia cum fuerit ſic ordinatus factus irregularis: & peccauerit ex illa fictione, pęnitentia delere poteſt peccatum, & culpam, ſed non irregularitatem: quia ſpiritus diſciplinæ effugiet fictum, & ſemper dubitandum eſt, de ſuperuentura iniquitate ſuper eũ, Sap.c.1.& de conſec.diſt.4.c.oſtenditur vnde ob hanc iniuriam, quam intulit ſacramento ordinis, eget diſpenſatione, vt adminiſtrare poſſit, & cum maiori difficultate diſpenſandus eſt, quàm ille, qui per metum promotus ſit; ſicut longe ma-
3 ior culpa incurritur ab eo, qui ſponte ſimulat, quam ab eo qui metu fingit, cap. de homine, de celeb. miſſa.

Inter hos fictos adnumerantur etiam ij, qui peruerſa mente ad ordines accedunt, ſpes.n. rerum temporalium, & honorum inducit perſæpe homines ad Eccleſiaſtica miniſteria obeunda.

Ideoq; ſi quis ob ambitionẽ ordines ſuſcipiat, peccat mortaliter S.Th.2.2.q.100.artic.5.& ea eſt ratio, quia expectans laudem non videtur gratis dare, quod gratis accipit: Greg. in homil. 4. ex 40. habetur c.ſunt nonnulli 1. q. 1. Ideo fit irregularis, & deponendus c. præſentiũ 7.q.1.c.officij, & ibi Abb. de elect. Qua ratione ſi quis ſe monachum faciat, hac principali intentione, & ſpe, vt fiat Abbas, dicitur ſimoniacus mentalis, & dicitur fictus, & corruptæ intentionis: c. per laicos, 16.q.7.gl. in c. quod interrogaſti diſt.17. Inferior enim ordo, ſi aſſumatur principali intentione propter maiorem ordinem, in quo ſit plus vtilitatis, honoris, vel cõmodi ſimoniam inducit.c.conſuluit, d. 74. exemplo eſſe poteſt hodie ille qui ſciens ſtatutum eſſe Conc. Trid. neminem ad Epiſcopatum promoueri poſſe, niſi antea per ſemeſtre ſubdiaconatus ordinem aſſumpſerit, ſeſſ.22.cap.2. velit ambire Epiſcopatum principali intentione in illum tendens, ſubdiacona-
5 tum ſuſcipiat, habendus eſt pro ſimoniaco, argum.d.cap.conſuluit, & d.cap.per laicos; & ſentire videtur Abb. in cap. cũ ad noſtram, de elect. ſiue igitur ob ambitionem, ſiue ob quęſtum, aliuduè cõmodum intendat ordinem ſuſcipere, erit inter irregulares ponendus, ex præmiſſis.

Hæc vera ſunt ſi principalis hæc intẽtio fuerit, alioqui ſi ſecundaria fuerit ad quæſtum, vel ambitionem, Prima vero ad obſequium Dei, nulla irregularitas incurritur, nec canonicum impedimentũ, gl.& tex. Abb. in d.cap.cum ad noſtram gl.& tex.in d.cap.per laicos, vbi Archid. & videtur probari ex ſententia S.Thom. quodl.2.artic.12.vbi probat prædicato-
6 rem, qui primam intentionem habet ad regnum Dei, ſecundam vero ad temporalia non peccare.

Declarantur ẽt prædicta, vt procedãt ſi ſubdiaconus fiat, vt Eps eſſe poſſit, motu ſuo ductus, vel ex Conſilio aut hortatione eius, ad quẽ Epiſcopatus dãdi ius nõ ſpectat; alioqui ſi is, qui conferre, vel aſſumere ad Epiſcopatum poteſt, dixerit, eſto ſubdiaconus, vel presbyter, vt inde Epiſcopatum obtinere poſſis, parendo illi etiam cum principali intentione obtinendi Epiſcopalẽ dignitatem, & illi onera, nec peccat, nec fit irregularis, gl. in d.cap. per laicos; videtur.n. potius ſic parendo laudandus, quam dãnandus auaritiæ, vel ambitionis.

Inter hos corruptã, & fictam intentio-

nem



nẽ habentes, adſcribuntur ẽt ij, qui ſecularis fori vitãdi cauſa promoueri volũt: nam eis nec prima quidem tonſura danda eſt, ideo donec hæc fictio non diſceſ-
7 ſerit ſemper erunt irregulares, ideſt promoueri nunquam poterunt, donec ea intentio ſolius fori vitandi perdurauerit, Conc. Trid. ſeſſ.23.c.4.de reform.

Iſti igitur, qui hac corrupta intentione promouentur, peccãt mortaliter, ſed characterem ſuſcipiunt indelebilem, gl. in c. quod interrogaſti, d. 27. vbi multa de his ſcribit Archid. Propterea in pęnã vlterius ad altiores promoueri non poterunt, nec ad ordines, nec ad dignitates: d.c.officij, de elect. vbi Abb. in penu.not.

8 Ad hunc tractatum ſpectat, an ſeruus q̃ redimit ſemetipſum à domino, vt liberiꝰ promoueri poſſit, dicatur corruptam habere intentionem? & certe pia voluntas eſt, quæ obeſſe domino ſæculari nõ vult in pretio ſuo, nec domino æterno in obſequio, & miniſterio Eccleſiaſtico, ad q̃d directim, & principaliter tẽdit, ſicut nec peccat; immo pia voluntas eſt eius, qui agrum emit, vt in eo Eccleſiã conſtruat, gl. in c.generalis, diſt. 54.

Ad hunc etiam tractatum pertinet; ſi
9 ordinatus rectam quidem habeat intentionem ordinem ſuſcipiendi; ordinator ẽt rectam habeat intentionem conferendi, ſed in hoc vtriuſq; intentiones differant, ꝙ ordinator intendit vnum certũ ordinẽ conferre, ordinatus vero aliũ ſuſcipere, vtrum iſta diuerſitas intentionũ inducat irregularitatem, vel canonicum impedimentum ne character imprimatur? finge Epiſcopum putare ſe conferre diaconatum, & uti forma diaconatꝰ, tam quo ad verba, quam quo ad ritus, ordinatus vero intendat ſuſcipere ſubdiaconatum; rurſum finge quod tam ordinator quam ordinatus intendat eũdem ordinẽ, ſed ordinator erret in forma, ideſt in dando diaconatu vtatur forma ſubdiaconali, quid ſit ſtatuendum, diximus pleno titulo infra de ordinato per errorem hoc lib. capitulo vltimo vide ibi.

*De eo, qui à Papa in ſubdiaconum ordinatus eſt.*

## CAP. XVIII.

1 *Irregularitas quandoque naſcitur ex maiori honore.*
2 *Ordinatus à Papa in ſubdiaconum, vlterius nõ niſi à Papa, vel eius mandato promoueri poteſt.*
3 *Beneficia dicuntur affecta per appoſitionem manus Papa.*
4 *Ordinatus à Papa ad minores, non ita difficile reſeruatus videtur; vt ab illo ſolo poſſit ordinari.*

NOtatu dignum eſt hoc, quod nunc tractandum occurrit, nam quandoque inde canonicum impedimentũ naſcitur, vbi plus honoris, & priuilegij eſt, ſi quis enim à Papa in ſubdiaconum promotus fuerit, non poteſt ad altiores aſcen-
1 dere, niſi per eandem manum Papæ, vel de ipſius expreſſa commiſſione, cap. cũ
2 in diſtribuendis, de temp. ordin. Silue. Ordo 4. verſic. decimo ſexto: Tabien. in verb. Ordo 4. & eſt apertiſſimus text. in cap. filium 1. quæſt. 1. videntur enim iſti à Papa promoti, quodammodo ad apoſtolicam ſedem reſeruati, vnde alij nulli in eos auctoritas ſeruata videri poteſt d.c.filium, exemplo beneficiorum, quæ dicuntur affecta per manus Papæ appoſitionem, ita quod nulli alij competit ius ea conferendi: & licet dixerimus de ſub diaconatu, idem erit de diaconatu, quinimmo forſan idem ẽt de inferioribus;

nam

nam ſi hoſtiarium Papa promouerit, al-
tiores ordines ab alio ſuſcipere non po-
terit de congruentia: facilius tamen Pa-
pa permittet ab alio ordinari eum, quē
ordinauit ad ordines minores, quia tale
4 priuilegium ſolis ſacris ordinibus Papa
efficaciter ſibi reſeruat.d.cap.filium:rep-
peri tamen inter literas Innocentij Papę
III. cum Mediolanenſis diœceſis cleri-
ci plures à Romano Pontifice ordinē ſu
ſcepiſſent, abſtinuit ab ordinatione Epi-
ſcopus ipſe; quin expectato Papæ iudi-
cio, eos ad altiores ordinauit, non quidē
ordinaria facultate, ſed delegata, & ex-
preſſa Apoſtolicæ ſedis auctoritate; ita
patet inter literas ipſius Innoc. tom. 1.

## *De ordinato dum vagus, peregrinus, vel incognitus eſſet.*

## CAP. XIX.

1 *Ordinatus, qui erat incognitus, adminiſtrare non poteſt.*
2 *Vagabundi Clerici dicuntur Acephali.*
*Clerici vagabundi, nō permittuntur prædicare.*
3 *Vagabundi nec in ſecreto poſſunt adminiſtrare.*
*Peregrini literas ſecum habere debent, & qua forma.*
4 *Peregrinorum ſtatus facienda eſt inquiſitio, ēt de minimis impedimentis canonicis.*
5 *Peregrinantium literæ debent habere quinque ſigilla.*
*Ordinatus eſſe quis non creditur etiam ſi iuret.*
*Ordinatus quis probatur ex quaſi poſſeſſ. et quod pro tali fuerit habitus.*
6 *Ordinatus debet habere literas ſui ordinantis.*
*Verba ſine ſpe diſpenſationis, quid ſignificent.*
7 *Multitudo incognitorum quandoque facilitat diſpenſationem.*
8 *Teſtimonium eſt ſuſpectum, vbi agitur de mutuo obſequio.*

IAM alio loco de iſtis tractatū
eſt, ſed non ad idem argumen-
tum, & materiam de quomo-
do agere inſtituimus; nam hoc lib. cap.
2. ſcripſimus de ordinante vagabundū,
& peregrinum, hic vero de ipſo vagabū-
do ordinato: Nam ſi cōtingat hunc per
incuriam, vel etiam malitiam Epiſcopi
ordinari, exequi ſuſceptum ordinem nō
poteſt; nam qua ratione promoueri non
1 poſſunt incogniti, & peregrini, eadem ēt
adminiſtrare prohibentur; multa enim
forſan habent canonica impedimenta,
& irregularitates, & forſan in cenſuras,
& crimina inciderūt, vel ſunt illegitimi,
apoſtatæ, rebaptizati, vnde non ſunt ad-
mittendi cap. 1. de temp. ordin. lib. 6. &
c. Afros, diſt. 98. vel peregrini ſine ſu-
periorum licentia, quod eſt iure prohibi
tum. Tabien. in verb. votum nu. 4. ſunt
enim iſti vagantes clerici Acephali, & ne
2 que inter laicos, neque inter clericos cō-
putantur: ſunt hippocentauri, id eſt nec
equi, nec homines, vt fuſius illis crimina-
tur Conc. Magunt. cap. 22. vnde iure me
rito Conc. Trident. ſeſſ. 22. in decreto de
obſeru. & euit. in ſacrif. miſſ. iubet eos
non permitti celebrare, idem iubet ſeſſ.
23. cap. 16. de reform. Quinimmo nec
prædicare permittuntur, ſiue ſęculares
clerici ſint, ſiue regulares, eod. Concil.
Trident. ſeſſ. 5. cap. 2. in fin.

Et propterea ea diſtinctio, quæ olim
apud Doct. fiebat circa iſtos peregrinos,
& incognitos, quod ſcilicet in priuato ce
lebrare poſſent, videtur hodie non eſſe
admodum vera, quoniam verba Conc.
Trident. hanc diſtinctionem non conti-
3 nent, ideo nullo modo admittendi vidē-
tur; debent igitur (vt admitti poſſint)
fides publicas ſecum ferre quinque ſigil
lis confirmatas, ſi Vltramontani, vel trāſ-
marini ſunt cap. 1. de cler. peregrinis, q.
bus literis apparere debet cauſa, & ſta-
tus perſonæ peregrinantis, quòd ſit legi-
timus, quòd non criminoſus, quòd non
irregularis, ſuſpenſus, interdictus, excō-
muni-



municatus, inquiſitus, vel de fide ſuſpe-
ctus, & quos ordines iam habeat, vel ad
quos promoueri velit, quòd ſi hæc non
cōtineantur in ipſis literis, ſemper eſt de
ipſis dubitādum: nam inquiſitio facien
4 da eſt de omnibus etiam minimis impe
dimentis canonicis, arg. d. cap. 1. de cler.
peregr. ibi actibus, & ibi inferioribus or-
dinibus: hęc vero ſigilla ſufficient etiam
ſi ſint incognita, ſi tamen vno ſaltim teſte
comprobentur: Ray. quem probat Al-
beric. in verb. peregrinus 2.

Sed ſi de omnibus iſtis conſtat, quan-
tum ad legitimam perſonam pertinet:
& ſit ſola dubitatio an ſit ordinatus, vel
quos ordines habeat, tunc ſuo iuramen-
to non eſt credendum, ſed per teſtes, vel
alias legitimas probationes id probare
poteſt cap. Inter, & c. Tuæ, de cleric. pe-
regr. vel probet ſe perdidiſſe, probando
5 tenorem ipſarum literarum, gl. in d. cap.
inter: idem ſi probet ſe longo tempore
pro ordinato habitum fuiſſe, & in quaſi
poſſeſſione adminiſtrandi, de presb. non
bap. min. cap. 2. & 3. Abb. in c. ſicut no-
bis, col. pen. de re iud. Fed. de ſen. conſ.
13. Bellam, deciſ. 77. Rota, deciſ. 3. 11.
in antiquis. Lapus deciſ. 88. col. 8. verſ.
venio ad ſecundam; melius tamen eſt
ipſas literas ſuæ ordinationis ſecum ha-
bere, obtentas à ſuo ordinatore 2. q. 1. c.
legum Alberic. in verb. ordinatus penul.
Quæ omnia procedunt in eo, qui iā or-
dinatus eſt, & poſt ordinationem pere-
grè proficiſcitur.

At is, qui cum ſit incognitus, vel va-
gabundus promoueri vult, tanta habet
à iure obſtacula, quòd ſi auſus fuerit, vel
precibus, vel fraude, vel nimia indulgen-
tia, aut incuria ordinatoris ordines ſuſci
6 pere, ipſo iure ſuſpenſus fit, ſine ſpe di-
ſpenſationis, ita quòd ob hanc cenſurā,
nec ſuſceptos ordines adminiſtrare po-
teſt, nec ad altiores aſcendere, ſicut cæ-
teri ſuſpenſi d. cap. 1. de temp. ordin. lib.
6. & d. cap. inter. de cler. peregr. quod ſi
exerceat hunc ſuſceptum ordinem fiet
irregularis, glo. d. cap. 1. de temp. ordin.
Quinimmo iſte qui ſic ordines ſuſcepit,
deponi debet, Ray. in tit. de form. con-
ſecrat. verſ. in ſumma nota: cui ſententiæ
ſuffragantur aperte verba d. c. ibi; abſq;
ſpe diſpenſationis, quæ perpetuum im-
pedimentum inducunt, quod depoſitio
nē ſignificat; poſſet tamen eſſe tanta mul-
7 titudo horum incognitorū, vel alia cau-
ſa, quæ ſufficeret ad diſpenſationem ſu-
per ordinibus iam ſuſceptis, c. Lugdu-
nenſis 9. q. 2. Sum. conſ. de ætat. q. 35.
nam in ordinationibus minus canoni-
ce factis ob multitudinem, Papam diſpē
ſare videtur: habetur in epiſt. Innoc. 24.
ad Synodum Toletanam cap. 1. & 2. Si
autē plures incogniti ordinari peterent,
non eſſent audiendi, aut diſpenſandi,
etiam ſi mutuò, vel alterutrum teſtimo-
nium redderent de ſingulis requiſitis
qualitatibus, quia eſſet illorum teſtimo-
nium ſuſpectum, propter mutuum ob-
8 ſequium, argum. cap. veniens ad nos,
& cap. ſuper eo, de teſtib.

## *De ordinatis ab Epiſcopo non ſuo.*

## CAP. XX.

1 *Ordinatus ab Epiſcopo non ſuo, eſt ſuſpenſus.*
*Ordinatus ab alieno Epiſcopo, per ratihabitionem reſtituitur, vt adminiſtret.*
2 *Monachus ab Epiſcopo diœceſano promoueri nō poteſt, ſine licentia Abbatis.*
*Monachus eligendus in Papam à Collegio Cardinalium repeti poteſt à ſuo Abbate.*
*Papa poteſt educere de Clauſtro monachum inuito Abbate.*
3 *Populo carente paſtore, quomodo prouidendum in dimiſſorijs concedendis.*
*Longe eſſe dicitur, quod eſt extra prouinciam.*
4 *Ordinarijs ſemper iura fauerunt.*

Paro-

*Parochis iura fauent in matrimonijs contrahẽdis, & in miſſis audiendis, & alijs multis.*

5 *Ordinatus ab Epiſcopo proprio, qui renunciauit Epiſcopatui, dicitur ordinatus ab alieno.*

6 *Epiſcopus, qui renuntiauit ciuitati, & dignitati, non poteſt vllum pontificale exercere, ẽt conſentientibus ordinarijs locorum.*

*Exempti non poſſunt ſuis ſubditis conferre, nec minimum ordinem, extra monaſteria propria.*

7 *Epiſcopalia iura, ſi quis habet ex priuilegio, nõ poteſt minores ordines cõferre niſi expreſſim hoc dicatur.*

8 *Cardinales ex priuilegio, poſſunt minores ordines conferre.*

*Dimiſſoriæ literæ ſunt quoddam medium, per quod quis ab alieno Epiſcopo promouetur.*

*Dimiſſoriæ obtentæ à capitulo ſede vacante nil proſunt.*

9 *Dimiſſoriæ à Curia Romana ſede vacante an poſſint obtineri.*

HVC proxime accedit quiſquis à non ſuo prælato ordines ſuſcipit, inſcio proprio Epiſcopo; nam ipſo iure hic ita ordinatus ſuſpenſus eſt; ex Conc. Trident. ſeſſ. 23. cap. 8. de reform. Quinimmo olim ex ſententia Raym. in tit. de form. conſecr. hic ordinatus præter licentiam ſui ordinarij deponi debebat, per c. quod tranſlationem, de temp. ordin. niſi tamen ſequeretur poſtea expreſſa ratihabitio proprij Epiſcopi, quæ videretur inducere diſpenſationem ſuper illo ordine ſic ſuſcepto: vt conſtat cap. Lugdunenſis. 9. q. 2. & argu. Conc. Trident. ſeſſ. 14. cap. 3. de reform. Quod autem olim eſſent deponendi, manifeſte ſtatutum fuerat Conc. Calced. cap. 19. habetur diſt. 71. c. Clericos; quo loco ipſo iure eos excommunicationem incurrere, declaratum eſt.

Qua ratione etiam monachus ab Epiſcopo eiuſdem diœceſis promoueri non poteſt, quia alienus Epiſcopus videtur
2 eſſe, niſi conſenſus, & licentia Abbatis, vel ſuperiorum interuenerit. cap. nullus, vbi etiam gl. diſt. 58. quinimmo, & ſi monachus à Collegio Cardinalium in Papam creandus eſſet inſcio Abbate, repeti poſſet ab eo, & ad Clauſtrum reuocari cap. quàm ſit, 18. q. 2. quod probat Archid. diſ. 78. c. 9. ſi quis pecunia, & diximus aliàs cum de monachis ageremus; ſolus enim Papa monachum in uito Abbate poteſt promouere. 1. q. 1. c. Filium, non autem alius (quiſquis ſit nec ipſum quidem Collegium Cardinalium,) vt patet in d. gl. 18. q. 2. quam comprobat Silu. in verb. religio. 7. q. 9. ſed bene verũ eſt, quòd Abbas debet compelli ad conſentiendum vt ibi per eum.

Ex ijs quoque apparet, quòd ſi populus paſtore careat, quia forſan nullius eſt
3 diœceſis, vel quia Epiſcopus in remota regione degit, vel inſeruitijs ſedis Apoſtolicæ, vel captiuus, aut ad peregrinandum diſpenſatus, ſui ſubditi à nemine promoueri poſſunt intra diœceſim, nec extra, niſi de licentia ordinarij habentis ab Epiſcopo facultatem concedendi dimiſſorias, vel niſi alienum Epiſcopũ per miſſerit intra diœceſim ordinare, Conc. Trident. ſeſſ. 14. cap. 2. de reform. & ſeſſ. 6. cap. 5. de reform. Dicitur autem regio valde remota, ſi ſit extra prouinciam generalem, vtputa extra Italiam capit. nihil. §. vlt. de elect. & idem de alijs prouincijs.

Quæ res niſi ſumma animaduerſione coerceretur, totus ordo Eccleſiaſticus vitiaretur in promotionibus faciendis:
4 canones enim tam veteres, quàm recentiores ob id ſemper fauerũt proprijs ordinarijs; quinimmo & parochis, vt conſtat in contrahendis matrimonijs per proprios parochos. Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. matr. & confeſſionibus audiendis per proprium parochũ. Cõc. Lateran. cap. 21. habetur de pœnit. & remiſſ. cap. omnis, & in miſſis audiendis dominicis diebus; nam Conc. Trident. ſeſſ. 22. in decreto de obſeru. in ſacrif. miſſ. monet adhortandos eſſe populos, vt in dominicis diebus, & alijs maioribus feſtis in propria parochia miſſam audiant; quinimmo ſi quis contempto proprio parocho præfatis diebus velit in alia parochia miſſæ intereſſe; debet abijci ab Eccleſia, ex Conc. Nãnetẽn. habetur de paroch. cap. 2.

Inter hos, qui promouentur ab Epiſcopo non ſuo connumeratur & ille, qui ordinatur ab Epiſcopo, qui renuntiauit Epiſcopatui; nã ſi ſciens, ſiue ignorans per ignorantiam craſſam promo-
5 tus fuerit ab huiuſmodi, fit irregularis à ſolo Papa diſpenſandus: Specul. in tit. de diſpenſ. §. Iuxta. verſ. Item eſt irregularis; ſed & ſi per ignorantiam probabilẽ fuerit ab eo promotus, nihilo magis adminiſtrare poteſt, niſi ſaltem per Epiſcopũ diſpenſetur. Tabien. in verb. irregularitas 4. num. 6. ſciens vero promotus adeo irregularis eſt, vt nec ordinis executionẽ ſuſcipiat, & ab ipſis ſuſceptis ſit deponendus, etiam ſi minores ordines ſint, quos ſuſcepit: Alberic. in verb. ordinatus, verſ. An Epiſcopus, qui reſignauit: quæ procedunt ſiue hic ordinator renũtiaſſet Epiſcopatui, & dignitati, ſiue ſoli ciuitati; nam vtroque caſu hæc iam dicta de iure procedunt.

In hoc tamen poſſet eſſe differentia, quòd qui ſoli ciuitati renuntiauit, quia retinet dignitatem, poſſet ordinationes ſacrorum ordinum facere de conſenſu, & licentia ordinarij; & eo caſu nulla incurreretur irregularitas; at in eo qui renuntiauit etiã dignitati, nec de conſenſu
6 ordinarij poſſet conferre ullum ordinẽ ſacrum. cap. 1. de Epiſc. qui renunt. propterea etiam ſi ordinarius conſenſiſſet, iſto caſu ille, qui ab eo ordinatus eſt ad ſacros irregularitatem prædictam incurrit: ſecus ſi ad minores, quia in memoriam priſtinę dignitatis canones permittunt huic renuntianti, vt cõferre eos poſſit, de conſenſu ordinarij, & tali caſu ipſos minores ſuſcipiens, nullam cenſurã incurreret. d. cap. 1.

Connumerantur etiam inter hos, qui non ſuo prælato ordinantur omnes ij, q Abbatibus in ſpiritualibus, & temporalibus ſubſunt, etiam ſi tales Abbates habeant iura Epiſcopalia ſuper eos: nã vel ſolam primam tonſuram ab eis poſſunt accipere, gl. in cap. quoniam, diſt. 69. aut ſaltem vſque ad lectoratum, gl. in cap. 1. in verb. Epiſcoporum, de temp. ord. lib. 6. & nec iſtos ordines poſſunt ab eis accipere, niſi in proprijs illorum monaſterijs: argu. Conc. Trident. ſeſſ. 23. cap. 10. de reform. quinimmo, nec intra ipſorũ monaſteria, niſi ipſi Abbates ſint benedicti, & in ſacerdotio conſtituti: iſta enim omnia requiruntur, vt iſti Abbates hos minimos ordines ſuis ſubditis conferre poſſint, c. cum contingat, vbi glo. & Abb. de ætat. & qual. & de ſuppl. negl. prælat. c. 1. & d. c. quoniam, cum glo. diſt. 69.

Quinimmo, & ſi iſti Abbates benedicti ſint, & in ſacerdotio conſtituti, iſtos tamen ordines nulli conferre poſſunt infra propria monaſteria, niſi ſubditis, & nec ſubditis extra monaſteria; alioqui ſic ordinati characterem quidem ſuſcipiunt, ſed non executionem, glo. in cap. Abbates, in verb. tonſuram, vbi et Arch. Boatin. & Gemin. de priuileg. lib. 6. & Conc. Trident. d. cap. 10. & licet præmiſſa dicta videantur de Abbatibus; tamen idem eſt in omnibus alijs dignitatibus Epiſcopo inferioribus habentibus iura Epiſcopalia, vt Archipresbyteris, præpoſitis, & conſimilibus; nam omnes iſti pa-

ri paſſu ambulant,quoad prædicta,gl.in
d.cap.Abbates,in verb.Abbates,& ibid.
Archid. & Gemin.ad idem gl.in cap.1,
de temp. ord. lib. 6. & gl.in c.pſalmiſta,
diſt.23. idem etiam erit, ſi quis ſimplex
presbyter habeat ex priuilegio iura Epi-
ſcopalia infra ſuam parochiam, gl. in d.
cap. 1. in verb. Epiſcoporum, de temp.
ordin.lib.6.

Eſt autem hoc loco animaduertendũ
nonnullorum fuiſſe ſententiam, quòd ſi
7 ex priuilegio generali præfatę dignitates
habeant iura Epiſcopalia,quòd ex eo ſo-
lo in conſequentiam poſſint omnes mi-
nores ordines conferre;quorum ſenten-
tia non eſt vera,ſed contraria verior eſt,
ſcilicet,quod ſit opus exprimi in priuile-
gio ſpecialiter loquendo de facultate cõ-
ferendi omnes minores, videlicet exor-
ciſtam, & acolythatum Gemin. in d.c.
Abbates,verſ.Quæro an Abbas; quo lo-
co dicit Lapum ita ſentire, citat etiã In-
noc.& Hoſt.in d.c.1.de ſuppl.neg.præl.
citat etiam Hoſt. ac Io.And.in d.cap.cũ
contingat. de ætat. & qual. ſed hæc non
procedunt in Cardinalibus; nam ex eo
ꝙ Cardinales ſunt,proprio ſuo iure poſ-
8 ſent cõferre omnes ordines minores in
proprijs titulis,& ſuis ſubditis: Hoſt. &
Io.Andr.in d.cap.1.de ſuppl.neg.prælat.
Mart.laud.in tract.de Card. q. 20. Iaco-
batius de Conc.lib.1.artic.12.verſ.Item
Cardinalibus.

Succurritur autem huic irregularita-
ti, ſi cum quis à non ſuo Epiſcopo pro-
moueri vult,dimiſſorias literas obtineat
de quibus abunde tractauimus hoc eo-
dem lib. cap. 5. propterea dimiſſoriæ li-
teræ à Capitulo obtentæ non proderũt,
nec quidem ſede vacante Conc. Tridẽt.
ſeſſ.7.cap. 10. de reform.Idem ſi dimiſ-
ſoriæ ſint cuiuſcumque prælati ſuccedẽ-
tis in iuriſdictionem Epiſcopi ſede vacã
te eod.Conc. Trid.ſeſſ.23.cap.10.de re-
form.Iſtis enim caſibus ordinati exequi
non poſſunt ordinem ſuſceptum d. ſeſſ.
7.d.cap.10.ſunt enim ipſo iure ſuſpenſi,
vt ibi; ſed hæc declarantur procedere
quando ſedes Epiſcopalis non vacauerit
vltra annum, ſed ſi vacaſſet vltra annum
tales dimiſſoriæ Capituli obtineri poſ-
ſent,& ordinatio vigore earum facta ra-
ta haberetur ex verbis d.ſeſſ.7.c.10.poſ-
ſet etiam hoc non procedere vacante ſe-
9 de Apoſtolica,quia ſuccedentes in iuriſ-
dictione non prohibentur concedere di
miſſorias,cum de ea ſede Conc. Tridẽt.
in d. c. non loquatur; ſaluo tamen ſedis
Apoſtolicæ iudicio.

### *De ordinatis ab Epiſcopo in propria Eccleſia non reſidente.*

## CAP. XXI.

1 *Ordinatus à proprio Epiſcopo non reſidente, ipſo iure ſuſpenſus eſt.*
*Dimiſſoria cum clauſula, vt ab Epiſcopo ſcilicet in ſua Eccleſia reſidente, quid valeant.*
2 *Ordinarij conſenſus dat ius, vt quilibet Epiſcopus poſſit ibi ordines conferre.*

Ille etiam qui ordinatus eſt ab
Epiſcopo ſuo, non tamen in
Eccleſia propria reſidente,et-
ſi characterem ſuſcipiat,nihi
lominus irrita eſt eius ordinatio, id eſt
1 executionẽ nõ accepit,ex Cõc.Antioch.
c.22.habetur 9.q.2.cap.Epm; quod lõge
magis verum eſt, ſi quis ordinetur à nõ
ſuo Epiſcopo,etiam nõ reſidente in pro-
pria Eccleſia; nam tunc erit ipſo iure ſu-
ſpenſus,ex Concil.Trident.ſeſſ.6.cap.5.
Aliquando tamen de licentia ordinarij
Epiſcopalis in aliena diœceſi ordines
confert proprio motu: quo caſu ſine di-
miſſorijs nemo ordinari ab eo poteſt,ni-





ſi ſubditi eius ordinarij, qui licentiam
conceſſit, vel forte etiam ſubditi ipſius
ordinatoris,alij vero extranei nequaquã
d.cap. 5. Sed ſi ordinarius ipſum aduo-
cauerit,vt vice ſua ordines conferat,quo
ſcunque ordinarius admiſerit, ſiue ſub-
ditos ſiue extraneos,tuta conſcientia or-
dinare poterit,vt ſupra eod.lib.c.3.infi.

Qua propter hi Epiſcopi extra diœ-
ceſim alieno nomine ordinationes faciẽ-
tes, diligenter in hac re cauere debent,
quos admittant ad ordines etiam quan-
tumuis idoneos, qui etſi dimiſſorias at-
tulerint conſiderandus eſt earum tenor,
nam quandoque in illis eſt clauſula vt à
quocumque Epiſcopo in ſua Eccleſia re-
ſidente: quo caſu promoueri non pote-
runt: Quandoque adeſt,& alia clauſula,
ſcilicet ab Epiſcopo in ſua Eccleſia reſi-
dente,vel in aliena de ordinarij licentia
2 ordines publice tenente,quo caſu extra-
nei approbari ordinari poterunt, Quan-
doque conceduntur dimiſſoriæ ſimpli-
citer,vt à quocumque, vel à certo nomi-
nato Epiſcopo, & eo caſu etiam in alie-
na diœceſi de ordinarij licentia ordina-
tio fieri poſſet,ex Conc.Trident.ſeſſ.14.
cap.2 de refor. vbi aperte agitur de Epi-
ſcopis titularibus,qui carent reſidentia,
quorum ordinationes nuſquam ratæ ha
bentur, niſi præuijs dimiſſorijs, & acce-
dente conſenſu ordinarij loci, vt ibi.

### *De ordinatis ab hæretico, vel ſchiſmatico.*

## CAP. XXII.

1 *Ordinatus à ſchiſmatico eſt irregularis, ſed ignorantia excuſabit, & quomodo, vt diſpenſetur.*
2 *Schiſmatici pro hæreticis ſunt, licet quandoq; ſchiſma poſſit eſſe ſine hæreſi.*
*Epiſcopus conſecratus ab hæreticis vel ſchiſmaticis, etiam ignorans, eſt irregularis.*
3 *Ordinatus ab hæreticis, vel ſchiſmaticis, nõ ſeruata forma Eccleſiæ, nec characterem ſuſcipit.*
4 *Ordinatus ab hæreticis quoad ſubdiaconatum, vel diaconatum, ſi ſacerdotium ſumpſit in Eccleſia, facilius diſpenſatur*
*Ordinatus ab hæretico eſt irregularis, etiam ſi per metum*
5 *Ordinatus per metum à ſimoniaco occulto, quam ſubterfugere non potuit, quoad peccatum eſt tutus.*

Quiſquis ordines ſuſcipit ſciens
ab hæretico, vel ſchiſmatico,
ſuſceptum ordinem exercere
non poteſt,niſi diſpenſetur cap.1.& cap.
fraternitati,de ſchiſmat. Silu.in verb.ir-
1 regularitas q.7.tex.in cap.Daybertum,
& cap.conuenientibus, verſ. Conſtanti-
nus 1.q.7.& diſt.32.cap.ad hos §. cæte-
rum; ſed ſi iſti dignam pœnitentiã ege-
rint,diſpenſari poterunt, ſcilicet adhibi-
ta diſtinctione, quod aut ſcientes ordinẽ
ſuſceperunt ab hmôi Epiſcopo, & tunc
ſolus Papa diſpenſabit, ex ſentẽtia Hoſt.
Si vero ignorantes ex probabili ignoran
tia per Epiſcopum præuia cauſæ cogni-
tione, diſpenſari poterunt arg. cap 1.&
2.de ord.ab eo qui renunt.Epiſcop.Silu.
in verb.irregularitas q.7.gl in cap.fin.de
apoſtat. quia etiam ignorantes ordinati
ab hæretico,vel ſchiſmatico fiunt irregu
lares: Specul. in tit. de diſpenſ. §. Iuxta
verſ.item recipiens ordines: ſunt enim
hæretici, & ſchiſmatici excommunicati
cap.excommunicamus, de ſent. excõm.
& cap. 1. de ſchiſmatic. & quotannis in
cœna Domini excommunicati declarã-
tur vtrique, quia ſchiſma vix poteſt eſſe
ſine hæreſi. Raym.in tit. de ſchiſm.§.fin.

Iſta tamen diſtinctio iam facta,de or-
dinatis ignorantibus, & ſcientibus, pro-
cedit in ipſo ſolo ſacerdotio, & alijs or-
dinibus inferioribus: at in Epiſcopali di
gnitate, & eius conſecratione ſuſcepta

ab hæreticis, vel ſchiſmaticis, ſiue per
ignorantiam quamlibet, ſiue cum ſcien-
tia, per ſolius Papæ diſpenſationem ſa-
natur, cap. quia diligentiam, de elect. Al-
beric. in verb. ſchiſma, poſt med. Sum.
conf. de ætat. ord. q. 37. quinimmo ſciēs
ſic conſecratus, nunquam diſpenſabitur,
ignorans vero diſpenſabitur. 1. q. 1. cap.
ordinationes, Ray. Goff. & Alber. ī verb.
ordinatus 1. ad fin. & hoc forte eſt, quod
Athanaſius litteris ſuis ſe ſentire declara
uerat Epiſcopos ab Arianis reuertentes
ex diſpenſatione admitti poſſe: vt refert
Baſil. epiſt. 75. ad Neoceſarien. Hinc quo
que illud fuit, vt presbyteri à Meletio hę
retico ordinati, iuſſu Niceni Concilij di
ſpenſatione præhabita admiſſi fuerint,
limitatis omnibus presbyteratus admi-
niſtrandi facultatibus, vt eſt apud Theo-
doretum hiſt. lib. 1. cap. 9. Hæc autem ir-
regularitas tunc demum incurritur per
receptionē ordinis ab hæreticis, vel ſchiſ
maticis, ſi ordo ſuſceptus fuerit in for-
ma Eccleſiæ. 1. q. 1. c. dominus declara-
uit: & cap. non nocet: & de conſecr. diſt.
4. cap. non in nobis, S. Thom. 4. diſt. 25.
alioquin ſi alia forma, vel ſubſtantia, q̃
Eccleſia Catholica obſeruet, tūc nec cha-
racter impreſſus eſt, & conſequenter alia
erit irregularitas, de qua diximus ſupra
3 cum egimus de defectu formæ, & alibi,
quando de varietate rituū tractauimus.
Contingit autem aliquando quempiā
ſuſcipere ſacros ordines à ſchiſmaticis,
4 vel hæreticis, ſed ipſum ſacerdotium à
Catholico Epiſcopo, quo caſu quia hæc
vltima manus impoſitio in Eccleſia acci
pitur, facilius diſpenſabitur ad ordines
exercendos, ſed ad altiora, vt puta Epi-
ſcopatum, & ſimilia non aſcendet, niſi
vrgente neceſſitate Eccleſiæ 9. q. 1. cap.
2. & 3. vbi glo. & Alberic. loco ſupra ci-
tato.

Iuxta hæc opportune illud ſubijcien-
dum eſt, quòd ſi quis per metum etiam
qui cadere poſſit in conſtantem virum
ordinetur à ſchiſmatico, vel hæretico,
adhuc tamen ab irregularitate non excu
ſatur; quia omnia potius mala ferenda
ſunt, quàm ab huiuſmodi ſacramenta ſu
ſcipere. cap. inquiſitioni, de ſent. excom.
Nam ſi (vt diximus) ignorans promo-
tus non effugit irregularitatē, certe mul-
to magis ſi ſciens meticuloſe accipiat,
arg. l. qui poteſt inuitis, ff. de reg. iur. Silu.
in verb. Ordo. 3. q. penul. Quod autem
S. Thom. in 4. diſt. 25. dicit, ſi quis talem
5 vim ſubterfugere non poſſit ab Epiſco-
po ſimoniaco occulto, poteſt ordinem
ſuſcipere ſine peccato, illud dicitur in fo
ro conſcientiæ, in quo ipſe ſcire poteſt,
an ſubterfugere potuerit, ſed in foro ex-
terno, & iudiciali, quod verſatur circa
id, quod eſt externum, poſſumus dice-
re, quòd hic exercere non permittendus
ſit, quaſi ob hoc canonicum impedimen
tum: ſed de hoc dicemus infra proximo
c. vbi videnda hæc materia eius qui pro-
mouetur à ſimoniaco.

*De ordinatis à Simoniaco.*

## CAP. XXIII.

1 *Simonia hæreſis eſt.*
*Ordinatus à ſimoniaco, etiam ignorans eſt irre gularis*
2 *Ordinatus à ſimoniaco, etiam per metum non excuſatur, & quomodo.*
*Ordinatus à ſimoniaco occulto ad mandatum ſuperioris non peccauit, & quando hoc.*
3 *Ordinatus ab Epiſcopo occulto crimino ſo, non eſt irregularis.*

ORdinatus à ſimoniaco Epi-
ſcopo, ab hæretico promotus
1 videtur; quia ſimonia hæreſis
eſt, cap. præſentium 7. q. 1. Aug. lib. de
hæreſ. c. 1. ideoque ēt ſi occultiſſima fue
rit Epiſcopi ſimonia, & omnibus ignota,
tamen ab eo ordinatus, etiam ignorans
ſuſceptum ordinē adminiſtrare non po-
teſt, gl. in c. ab excōicatis. 9. q. 1. & 1. q. 1.
c. ſi qui à ſimoniacis, vbi etiam glo. eget
enim diſpenſatione hic ignorans ordi-
natus, cum executionem non ſuſceperit,
quam ordinator non habuit. S. Thom. 4.
diſt. 25. Alberic. in verb. ordinator, ad
fin. citat. Raym. & Hoſtien. Quinimmo,
& ſi quis per vim conditionalē, vel me-
tum qui cadat in conſtantem virum or-
dinetur ab huiuſmodi Epiſcopo, & ſi fe-
2 cerit quantum potuit honeſte, vt ſubter
fugeret ordinari ab eo, ſi manifeſta eſt
ſimonia peccat, & ordinis executionem
non ſuſcipit, quia omnia aduerſa potius
pati debet quàm à ſimoniaco iam ſuſpē
ſo promoueri.
Sed ſi occulta ſit ſimonia, quam ipſe
ordinatus ſcit, & ſubterfugere, vel relu-
ctari non poteſt ſine ſcandalo, tunc ſi
permittat ſe ordinari ad mandatum ſu-
perioris, non peccat. S. Thom. d. diſt. 25.
ſed exercere non poterit, niſi diſpēſatio-
ne obtenta, quia executionem non ſuſce-
pit, ſicut ignorans ordinatus. Quæ om-
nia vera ſunt in ſimonia, quo ad ordinē,
ſed ſi ſimoniacus eſſet Epiſcopus ob aliā
cām occultā, ab eo ordinatus non incur-
rit hāc irregularitatem, licet teneatur fa-
cere quantum poteſt, vt licentiam ab ip-
ſo obtineat cum prudenti petitione, vt
concedat ſibi licentiam vt ordinetur ab
alijs Epiſcopis, vt docet Hoſt. & probat
Silu. in verb. ordo. 3. q. vltim. facit Sum.
conf. de ætat. ord. q. 53. & vlt. Alberic. in
verb. ordinator, in fin. quod procedit ēt
in omnibus alijs occultis criminibus
3 Epiſcoporum: nam non poſſunt obeſſe
ordinato: Silu. in verb. Euchariſtia 3. q.
4. Sed ſi hic Epiſcopus ſimoniacus, fuiſ-
ſet ob eam à ſuperiore excōmunicatus,
tunc nec ob id, quod eſſet occultus, poſ-
ſet quis licite ab eo promoueri, ſed poti⁹
omnia mala ferenda eſſent: Silu. in verb.
Ordo 3. q. vlt. Propterea Vrbanus II. Pa-
pa quendam ordinatum à Giberto Ar-
chiepō Rauen. ſpecialiter declarato, no-
luit diſpenſare, ne res tranſiret in malū
rei exemplū. Platin. in Vrbano II. Atrū
ex generali excōicatione quam incurrūt
ſimoniaci, nō ob id eſſet tanta neceſſitas
eum euitandi per conſtitutionem Mar-
tini V. in Conc. Conſtantien. vt diximus
ſupra de excōm. & infra cap. 25.

*De ordinatis à ſuſpenſo, vel interdicto ſpecialiter, & nominatim.*

## CAP. XXIIII.

1 *Ordinatus ab Epiſcopo ſuſpenſo, eſt ſuſpenſus,*
*Beneficium accipiens à collatione ſuſpenſo, vel interdicto, ipſe quoque fit irregularis.*
2 *Ordinatus ab Epiſcopo occulto interdicto, ſi fecit quantum potuit, vt ſubterfugiat, non peccauit.*
3 *Epiſcopi nunquam comprehenduntur in ſuſpenſione generali, niſi de eis fiat mentio.*
*Interdictum non dicitur, etiam ſi canon dicat, ipſo iure induci interdictum.*

SVſcipiens ordines ab homine
ſuſpenſo, vel interdicto, ipſe
quoque ſuſpenſus eſt, & inter-
1 dictus ab ordine ſic ſuſcepto, glo. in cap.
1. de ordin. ab Epiſcop. qui ren. Epiſcop.
nam & ille, qui beneficij collationem ac-
cipit ab Epiſcopo ſic interdicto, vel ſu-
ſpenſo (quaſi violet interdictū) ipſe quo
que fit irregularis: adeo quod etiam poſt
peractam pœnitentiam exequi non po-
teſt, de exceſſ. prælat. cap. Tanta: Specul.
in tit. de diſpenſ. §. Iuxta, verſ. Quarta:
quod etiam verum eſt in illo, qui igno-
rans ordinatur ab huiuſmodi Epiſcopo:

Specul. d. §. Iuxta, verſ. Item recipiens
ordines: Quinimmo idem erit, etiam ſi
coactus per vim conditionalem, vel me-
tum ab huiuſmodi Epiſcopo fuerit or-
dinatus, ſi manifeſta erat ſuſpenſio, vel
interdictum; nam tunc omnino reluctа
ri debet ex ſententia S.Thom.4.diſt.25.
ſed & ſi occulta ſit ſuſpenſio, & hic or-
dinatus non potuerit ſubterfugere ordi-
nationem ſine ſcandalo, ob mandatum
ſuperioris ordines ſuſcipiendo, non pec-
cauit. arg. ſententia S. Thom. eodem lo-
co: Tamen executionem non videtur ac
cipere, quam contuliſſe non potuit, qui
nõ habuit; propterea diſpenſatione erit
opus ad ſanandum hoc impedimentũ,
ſicut diximus capite proximo p̃cedenti.

Eſt tamen hoc cauendum, ne quis pu-
tet, aut iudicet temere Epiſcopos ſuſpen
ſos, quia quantumuis generaliter cano-
nes loquantur de ſuſpenſionibus ipſo iu
re incurrendis, tamen nunquam illa cẽ-
ſura complectitur Epiſcopos, niſi expreſ
3 ſim de ipſis mentio fiat. cap. quia peri-
culoſum, de ſent. excom. in 6. Ideo quan
do quis ordinari metuit à ſuſpenſo Epi-
ſcopo, oportet conſiderare cauſam, ob
quam putat Epiſcopum eſſe ſuſpenſum,
ſcilicet an ſit à canone, an ab homine, &
an ſit in ſpecie de Epiſcopis tractatum
in ea; Ita de interdicto, debet conſide-
ratio matura fieri; nam etſi canon dicat
ipſo iure interdictum incurri: Tamen
hoc non ſufficit, vt quis dicatur interdi-
ctus vitandus; nam debet publicatio fie-
ri, alioquin ante publicationem nunquá
videtur vt interdictus vitãdus, vt late tra-
ctauimus ſupra lib. 3. ex conſtitutione
Conc. Conſtantien. ſub V. Mart. vt ibi di-
ximus: ex qua conſtitutione etiam colli-
gi poteſt, ordinatum ab eo, qui non ſpe-
cialiter, ſed generaliter eſt ſuſpenſus, vel
interdictus, non eſſe irregularem.

*De ordinatis ab excommunicato ſpecialiter, & nominatim.*

## CAP. XXV.

1 *Ordinatus ab excommunicato, et ipſe ſuſpenſus*
*eſt, & irregularis, etiam ſi ignorans.*
2 *Ordinatus ab excommunicato ſcienter, à ſolo*
*Papa diſpenſatur, etiam ſi per vim.*
3 *Ordinatus ab excõmunicato generaliter, & cha*
*racterem ſuſcipit, & adminiſtrare poteſt: pro*
*pter conſtitutionem Concilij Conſtantien.*
4 *Epiſcopus licet non comprehendatur in ſuſpen-*
*ſione generali; tamen in excommunicatione*
*comprehenditur.*

ORdinatus ab excommunicato
Epiſcopo, ipſo iure ſuſpenſus
eſt, & irregularis, etiã ſi igno-
rans promotus ſit: Spec. in tit. de diſpẽſ.
1 §. iuxta. verſ. Item recipiens; differt tamẽ
qui ſcit ab eo, qui ignorat, quòd ſciens
non niſi à ſolo Papa diſpenſari põt, igno-
rans vero ab Epiſcopo diſpenſari per-
mittitur, tam in ſuſceptis, quàm in ſu-
ſcipiendis: Silu. in verb. irregularitas,
quæſt. 7. text. cap. 2. de ord. ab Epiſcop.
qui renunt. Epiſcop. vtroque tamen ca-
ſu character imprimitur, ſed non execu-
tio. glo. in capit. 1. in verb. ordinatio. 9.
q. 1. & per totam illam quæſtionem; nã
cum executionem non habuerit ordi-
nator eam huic conferre nõ potuit, cap.
Daibertum. 1. quæſt. 7. Silu. d. quæſt. 7.
& propterea in ſciente requiritur Papæ
diſpenſatio, quia ſicut ipſe excommuni-
catus miniſtrans à ſolo Papa eſt diſpen-
ſandus, glo. in cap. presbyteros, diſt. 50.
ita qui ſciens ab eo ordinatur fit parti-
ceps eiuſdem delicti, & conſequenter ea
dem irregularitate notatur. capit. vlt. de
apoſtat. ſicut & qui miniſtrat rebaptizãti.
cap. 2. de apoſtat.

Eſt etiam hoc loco addendum, quòd
etſi quis per vim conditionalem, vel
me-



metum, ab hoc nominatim excommu-
nicato ordinatus ſit, etiam eandem irre-
gularitatem incurrit, ſi manifeſta erat ex-
communicatio, debuit enim hic potius
ferre omnia aduerſa, quàm communica
re ipſi in ordinibus ſuſcipiendis. cap. In-
quiſitioni, de ſent. excom. & in ſpecie
eſt caſus in cap. ſacris, de ijs, quæ vi met.
cau. fi. Silu. in verb. excommunicatio. 5.
verſ. 14. & in verb. ordo. 3. q. penul.

Eſt tamen diligenter animaduerten-
dum, quòd ita facilis diſpenſatu eſt iſta
irregularitas, ſicut illa quę incurritur ob
ordines ſuſceptos ab interdicto, vel ſu-
ſpenſo: nam etiam in hac eſt neceſſe, ꝙ
Epiſcopus fuerit nominatim excõmuni-
catus, & publicatus, alioqui ſi tantum ſit
generali excommunicatione innodatus,
3 ſicut euitare eum non eſt neceſſe, neque
in oratione, neque verbo (niſi excõmu-
nicatus eſſet per euidentem iniectionem
manuum in clericum) ita nec in quorũ-
cumque ſacramentorum receptione, ex
conſtitutione Conc. Conſtantien. quam
de verbo ad verbum refert Silu. in verb.
excommunicatio. 5. verſ. ſciendum eſt
quarto: propterea ſi quis ordines ſuſci-
piat etiam ſcienter ab excommunicato
generaliter, non videtur ob id ſolum ef-
fici irregularis, Silu. in verb. irregularitas
q. 7. in fin. facit Tabien. in verb. interdi-
ctum 3. num. 9. Et non eſt nouum quòd
Epiſcopi poſſint incurrere excõionem
generalem ex canone; quia licet in ſuſpẽ-
ſione nunquam Epĩ videantur compre-
hendi, niſi de eis fiat expreſſa mentio, c.
quia periculoſum. de ſent. excõ. lib. 6. Ta
men in excommunicatione non habent
4 hoc priuilegium; quia in quocumq; ge-
nerali canone comprehenduntur ſicut
alij, gl. in d. c. quia periculoſum.

*De ordinatis à depoſito, vel degradato.*

## CAP. XXVI.

1 *Epiſcopalis dignitas in conſecratione non ſuſci*
*pit characterem.*
*Epiſcopalis conſecratio nulla degradatione tol*
*litur.*
*Ordinatus à degradato characterem ſuſcipit,*
*ſed non executionem.*
2 *Degradatus conficit Euchariſtiam.*

EPiſcopalis dignitas, licet in cõ-
ſecratione non ſuſcipiat cha-
1 racteris impreſſionem, tamen
reuerentia illius dignitatis efficit, vt ipſa
poteſtas in conſecratione collata, nunq̃
amittatur; nec per depoſitionem, aut de-
gradationem, S. Tho. 4. diſt. 25. Propte-
rea quiſquis ab hoc depoſito, aut degra-
dato ordines ſuſcipit, characterem ſuſci
pit. S. Tho. ibid. ſicut, & degradatus con-
2 ficere adhuc põt ſacramentum Euchari-
ſtiæ. S. Tho. 3. parte ſummæ q. 82. ꝗa or-
do ipſe habet characterẽ indelebilem. Ic
circo hic ſic promotus, licet characterẽ
ſuſcipiat, fit tñ irregularis, ſiue ſciens ac-
cipiat ab eo ordines ꝗa particeps ſcele-
ris, ſiue ignorans, quia non ſuſcipit ordi-
nis executionem, quam ille conferre non
potuit, nõ habens, vt iam ſæpius dictum
eſt proximis ſuperioribus capitibus.

*De ordinatis ab Epiſcopo conſecrato, nõ tamen baptizato; Et de ipſo ordinato non baptizato.*

## CAP. XXVII.

1 *Baptiſmum omnia ſacramenta ſupponunt.*
*Epiſcopalis conſecratio non eſt ſacramentum.*
2 *Ordinatus ab Epiſcopo conſecrato, non baptiza*
*to nec characterem ſuſcipit, etiam ſi ignoret.*
*Miſſam audiens eius ſacerdotis qui nõ fuit ba-*
*ptizatus ſciens ſcelus magnum committit.*
3 *Beneficium impetrans quaſi ordinatus cũ eſſet*
*ordinatus à non baptizato, obtinebit.*

4 *Ordinatus ab Epiſcopo, de quo eſt rumor, quòd non ſit baptiZatus, an debeat abſtinere.*
*Adulterio ſe natum audiens ſolo rumore, non debet ab hæreditate abſtinere.*
5 *Ordinatus non baptizato, ſacramenta faciens, q̃uo accipiatur, idẽ in ordinato nõ baptizato.*
6 *Ordinatus ob ſolum rumorem, quòd non ſit baptiZatus, non tenetur abſtinere.*
*Ordinatus non baptizatus, & ordinatus à non baptizato, nil differũt, quo ad irregularitatẽ*

NIhil eſt, quod impediat ita im-
1 primi characterem ordinis, q̃
defectus baptiſmi, propterea
ſicut ſacerdotium, & omnia alia ſacramẽ
ta ſupponunt baptiſmum. S. Tho. 4. diſt.
24. cum ſit ianua ſacramentorum. c. vlt.
de presb. non bapt. min. Ita conſecratio
Epiſcopalis, licet nõ ſit ſacramentum. S.
Tho. 4. diſt. prima, nec imprimat chara-
cterem, idem S. Tho. 4. diſt. 25. Tamen
vt ſuum ſortiatur effectum in poteſtate
accipienda, quæ ſpectat ad ipſam conſe-
crationem, ſupponitur baptiſmus, qui ſi
defuerit, nulla poteſtas Eccleſiaſtica ac-
cipi poteſt: vt contigit Xenaiæ Perſæ, qui
ad Epiſcopatum promotus fuit omiſſo
baptiſmo. Niceph. lib. 16. c. 27. & Sande
rus refert in Monarch. lib. 7. hæreſi 105.
Ideo, ſi quis ab hoc Epiſcopo conſecra-
to, ſed non baptizato, ordinatus fuerit, ẽt
ſi ſeruata fuerit forma Eccleſiæ, & in fa-
2 ciem Eccleſiæ, nihil omnino ſuſcipit, vt
ex hoc dicitur irregularis, quod exerce-
re non poteſt; præſertim ſi ſciens ab hu-
iuſmodi fuerit ordinatus, quia eo caſu vi
debitur indiſpenſabiliter factus irregula
ris; ꝙ auſus fuerit ordines ſuſcipere ab
eo, quem ob defectum baptiſmi ſciebat
non eſſe Epiſcopum, nec ſacerdotem: &
ideo aliud crimen cum illo committit,
ſi ſacros ordines ſuſcipiẽs ſacrificio miſ-
ſæ illius interſit, & cõionem Euchariſtię,
quam ille conficere nõ potuit, adorauit,
& ſumpſit; nec ſuffragaretur huic ſcien-
ter ordinato (ſi per ignorantiam iuris)
putaſſet, ex quo in Eccleſia adminiſtra-
bat, quòd poſſet celebrare, & ordinare;
quia nimis craſſa eſt ignorantia, quæ do-
lo comparatur. l. quod N.erua. ff. depoſi.

Sed & ſi fuerit ignorantia facti, etiam
probabilis, tamen adhuc irregularis eſt,
& eget Papæ diſpenſatione, vt male ſu-
ſceptos ordines poſſit ſuſcipere, & exer-
cere: Alberic. in verb. ordo. 3. in princ.
citat Sum. conf. de ætat. ord. q. 8. præſer-
tim ſi ſic ſuſceptos ordines exercuiſſet,
etiam ſub eadem ignorantia; quia exer-
cuiſſet ordines non ordinatus; quæ res
reddit hominem irregularem toto tit. de
presb. non ord. min. vno tamen caſu hæc
ignorantia excuſaret, ſcilicet, ſi cum hic
3 ſic ordinatus beneficium impetraſſet, &
in ſupplicatione narraſſet ſe ordinatum
ad ordinem in beneficio requiſitum, tũc
licet re vera non ſit ordinatus, tamen ta-
lis impetratio bona fide facta, tenet, & ꝑ
hoc ipſe non debet puniri in aliquo, Ber
nad. in c. cum adeo, de reſcript. Doct. in
cap. 2. de Inſtit. Alberic. in verb. clericus
primo, in princ.

Illud autem eſt animaduertendum,
ꝙ quilibet minimus rumor vulgi, vel
alterius veriſimile dictum, quòd Epiſco
pus non ſit baptizatus, ſufficit, vt iſte ab
illo ordinatus, debeat abſtinere, quia de-
ſinit eſſe in ignorantia probabili, & quia
cum ipſe conſcientiam alienam, ſcilicet,
4 Epiſcopi ordinatoris, non poſſit cogno-
ſcere, melius eſt vt abſtineat, q̃ vt ſup-
ponat ſe periculo tanti ſacrilegij, tex. cla-
rus in cap. presbyteri, diſ. 68. Nec obſtat
quòd in filio ſacerdotis, vel adulterij, ſo-
lus rumor, vel alicuius veriſimilis atte-
ſtatio non cogit eum filium ad abſtinen
dum, vt ſcribit Abb. in c. 1. de fil. presb.
& ſummiſtæ in verb. adulterium: quia il
lud procedit in eo, qui characterem, &
titu-



titulum habet, ſed defectiuum ex parte
illegitimitatis, quam ipſe credere facile
non tenetur (niſi repugnet ſibi conſcien
tia) & ideo paruifacere põt, vt ibi Doct.
ſed in hoc caſu propoſito negociũ pen-
det ab alterius conſcientia, & facto, ſci-
licet an Epiſcopus ſit baptizatꝰ, ita quòd
hic ab illo ordinatus, non poteſt certifi-
cari an ſuſceperit titulũ, vel characterẽ:
& ideo debet potius abſtinere à diuinis
ſacrificijs faciendis, q̃ ſubijcere ſe peri-
culo faciendi rem deluſoriã, d. c. presby-
teri ꝙ non eſt in filio ſacerdotis, vel adul-
terij, q̃a ſi ſacrificet bona fide, ſacrificat,
& non deludit miniſteriũ, & ob id nõ te-
netꝰ abſtinere, nempe deficiente periculo.

Sed non eſt prætermittendum, quòd
iſte ſic ordinatus, licet non potuerit, (vt
iam diximus) characterem accipere: ta-
men pie credi debet, quòd quantum ad
vltimos effectus ſacramenti ſummus ſa-
cerdos Chriſtus ſuppleat defectũ, ne de-
cipiatur Eccleſia, & ne periculum immi-
neat excuſat probabilis ignorãtia, vt ſcri-
bit S. Tho. 4. diſt 24. Nam & Albertus
magnus dicit, quòd hic ſic perperã or-
dinatus à non baptizato Epiſcopo, con-
ficit ſacramenta nõ poteſtate ſua, ſed po-
teſtate Eccleſię: deſcendit. n. tunc à virtu
te Spiritus Sancti vegetantis Eccleſiã po-
teſtas in illum, ne Eccleſia decipiatur, &
hunc excuſat ignorantia inuincibilis, ea-
dem Sum. conf. de ætat. ordin. d. q. 8. ſed
melior eſt ſententia S. Thomæ, & melio-
ribus verbis explicatur.

Et hinc eſt, quòd non baptizatus or-
dinatus rite, & à vero Epiſcopo, nihil qui
dem ſuſcipit in veritate, & nihil admini-
ſtrare poteſt toto tit. de presb. non bapt.
min. tamen audientes probabili ignoran
tia eius miſſam, recipiũt illos finales ef-
fectus, quos dicit S. Tho. ſed in hoc caſu
differentia eſt inter hunc non baptizatũ
ordinatum, & illum ordinatum ab Epõ
non baptizato; nam iſto caſu non bapti-
zatus ordinatus, ꝑ ſimplicẽ rumorẽ, vel
dubitationem an ſit baptizatus non tene
tur abſtinere; ſed põt perſeuerare, & ad
altiores ordines aſcendet, c. 3. de presb.
non ord. min. & hoc eſt propter periculũ
reiterationis baptiſmi; quia ſanare non
poſſet ſuos ordines in tali dubitatione,
niſi per ſuſceptionem baptiſmi, & itera-
tionem ordinũ. c. 1. de presbyt. non ord.
min. Ideo in dubio nõ eſt facienda talis
iteratio, quia nouit ſuam conſcientiã in
fide baptiſmi cõſiſtere, & bene præſumit
ſe fuiſſe baptizatum, cũ ſit natus, & edu-
catus parentibus chriſtianis, d. c. 3. in fin.
ſed in illo, qui baptizatus ab Epõ non or
dinato ordinatur, non põt ſuos ordines
ſanare per baptiſmum ſubſequentem in
perſona Epiſcopi, vnde quia hic neſcire
põt conſcientiam eius Epiſcopi ordina-
toris, an perſiſtat in fide baptiſmi, an prę
ſumat ſe baptizatum, ideo hoc caſu ab-
ſtinere debet, donec reddatur tutus in
conſcientia, per aliquam præſumptionẽ,
quæ habeatur loco legitimæ ꝓbationis,
vt dr̃ in d. c. 3. In hoc tñ conformes ſunt
iſti duo caſus, quòd adminiſtratio ẽt per
probabilem ignorantiã, reddit vtrumq;
irregularẽ, & vterq; eget diſpenſatione
Papali, vt iam dictum eſt, & vterq; ſciẽs
adminiſtrando pari pœna puniuntur,
iuxta ea, quæ iam diximus.

### *De ordinatis ab Epiſcopo conſecrato; qui ſacerdotio caret.*

### CAP. XXVIII.

1 *Epiſcopalis conſecrationis fundamentum, eſt ſacerdotium.*
2 *Ordinatus à conſecrato Epiſcopo, ſacerdotium non habente, nil ſuſcipit, non ſic ab Epiſcopo degradato à ſacerdotio.*
3 *Ordinatus ab Epiſcopo conſecrato non habente diaconatũ, eundem diaconatum non accipit.*

*Ordinatus ab Epiſcopo carente aliquo ordine non recipit executionem.*
4 *Ordinatus ab Epiſcopo, de quo eſt rumor quod careat aliquo ordine, abſtinere debet.*

PRoximæ iam dictæ irregularitati confinis eſt alia, ſcilicet, ſi quis ordinatus fuerit ab Epiſcopo conſecrato, cum tamen ſacerdotium non habuiſſet; Nam cum Epiſcopalis
1 conſecrationis fundamentum ſit ipſum ſacerdotium; cap. ex literis, vbi gl. de exceſſ. præl. glo. in cap. ſolicitudo, diſt. 52. in prima parte gl. Silu. in verb. Ordo 2. in princ. & in verb. Ordo 5. q. 5. gl. & Abb. poſt Hoſt. in cap. 1. de cler. per ſalt. prom. conſequens eſt, quòd conſecratus in epiſcopum omiſſo ſacerdotio, nullam recipiat conſecrationis poteſtatem; vnde
2 quiſquis ab hoc Epiſcopo ita conſecrato ordines ſuſceperit, nihil ſuſcepit, præſertim ſi ſacerdotium ab ipſo ſuſceperit, qđ cum non habuerit, conferre nõ potuit. S. Thom. 4. diſt. 25.

Propterea hic ita ordinatus eſt irregularis, ſi ſciens ordinatus fuerit, idem ſi ignorans; nam ſi exercuerit ſuſceptũ ordinem à Papa ſolo diſpenſari poterit, ſicut reliqui non ordinati adminiſtrãtes, toto tit. de cler. non ordin. min. Quod intelligo in eo Epiſcopo, qui omnino ſacerdotium non habuit, alioqui ſi habuiſſet, ſed ab eo fuiſſet depoſitus, vel degradatus, licet non poſſit conſecrationẽ Epiſcopalem exercere, nec aliqua pontificalia, ſicut nec ipſum ſacerdotium. d. cap. ex literis, vbi Abb. not. tamen ſi actu exerceat, vel conſecret, conficit, & facit ea, q̃ pendent ab ipſo ſacerdotio, vel conſecratione, & propterea ordinatus ab eo recipit characterem, ſed non executionem, vt fuſius diximus ſupra de ordinatis ab Epiſcopo depoſito, vel degradato.

Ordinatus vero ab Epiſcopo cõſecrato, qui ſacerdotium quidem habuerat, ſed non diaconatum, vel ſubdiaconatũ, tunc diſtinguendum eſt, an hic ordinetur ad eos ordines, quos Epiſcopus non
3 habuit, & tunc nil ſuſcipit, nec etiam characterem, quia nemo dat, quod non habet. S. Thom. 4. diſt. 25. glo. in d. c. 1. de cler. per ſalt. prom. aut ſuſcipit ſacerdotium, vel alios quos Epiſcopus habuit, & tunc recipit quidem characterem, ſed non executionem, quia Epiſcopus, qui illis ordinibus carebat, non poterat licite exercere, vel adminiſtrare, ſiue põtificalia, ſiue ſacerdotalia, cum eſſet ſuſpẽſus, vt diximus ſupra agendo de clerico per ſalt. prom. quæ procedunt in ordinato, tam ſciente, quàm ignorante; in dubio autem id eſt, ſi rumor vulgi, vel veriſimilis atteſtatio alicuius inducat ordinatũ in ſcrupulum conſcientiæ, ſcilicet, quòd ille Epiſcopus careret ſacerdotio, vel alio aliquo ordine, dico quòd debet abſtinere,
4 quia non debet in tali dubitatione exponere ſe periculo ſacrilegij in adminiſtratione eius ordinis, quem forſan non habet; quia in exercendis iſtis ſpiritualibus, multum obeſt incertitudo poteſtatis ordinatoris, caſus clarus in cap. preſbyteri, diſt. 68. & diſpenſationem ſtudio ſe debet impetrare, vt certa, & tranquilla fiat conſcientia, argu. optimo in cap. 1. de cler. per ſalt. promot.

Et ne forſan ſurrepat alicui cogitatio, quòd hoc contingere non poſſit, vt quis ſit Epiſcopus, & ſacerdotium nõ habuerit, ſcire debet Iſchiram Athanaſij aduerſarium conſecratum fuiſſe in Epiſcopum, & nunquam fuiſſe presbyterum. Theodoret. hiſt. lib. 2. c. 8. Niceph. lib. 8. c. 48. 49. & lib. 9. c. 12.





### *De ordinatis à non ordinato, vel non conſecrato Epiſcopo.*

## CAP. XXIX.

1 *Ordinatus à non conſecrato Epiſcopo, nil ſuſcipit.*
*Sacerdos non habet poteſtatem ordines conferendi.*
2 *Epiſcopus ordinatus aliquo ordine omiſſo, & tali defectu diſpenſatus, adhuc tamen exequi non poteſt, niſi ſuppleatur ille ordo.*
3 *Ordinatus ab Epiſcopo, de quo dubitatur, an fuerit conſecratus, abſtinere debet.*

DVplici ſenſu accipi poteſt Epi-
1 ſcopus non ordinatus, vel nõ conſecratus eſſe; primo modo ſi quis ſimplex ſacerdos ſe ſe pro Epiſcopo gerat, & Epiſcopalia munia audeat contrectare. Alio modo ſi quis electus quidem ſit Epiſcopus, ſed non conſecratus; vel conſecratus, ſed non in forma Eccleſiæ: omnibus vero iſtis caſibus, quiſquis ordines ſuſcipit ab huiuſmodi non ordinatis, vel non rite conſecratis, nihil accipit, nec ipſum quidem characterem; quia ordinis character, vt imprimatur præſupponit poteſtatem præeminentem in ordinatore; nec ſufficit illa excellentia ordinis, quam habet quilibet ſacerdos: ſed etiam requiritur excellentia dignitatis, quam habet quilibet Epiſcopus: vnde quando ſacerdos non eſt in dignitate Epiſcopali conſtitutus, nec eſt conſecratus, talem poteſtatem nõ habet ordines conferendi. S. Thom. 4. diſt. 25. q. 1. art. 1. & 2. hic igitur ordinatus, nihil ſuſcipere dicitur, deficiente poteſtate ordinatoris ſiue ſciens, ſiue ignorãs ordines ſuſcipere auſus fuerit; nam efficitur irregularis, præſertim ſi in ſuſcepto ordine adminiſtrauerit, vt diximus, proximis ſuperioribus capitibus. Nam & ab Epiſcopo, qui aliquem ordinẽ omiſſit in ſua promotione, nemo poteſt accipere eum ordinem, quem ille non habuit, vt ibid. diximus.

Idque adeo verum eſt, quòd & ſi ille Epiſcopus obtinuerit diſpenſationem à Papa ſuper adminiſtratione Epiſcopalium, & pontificalium, non obſtante ſuſpenſione, & impedimento illius ordinis
2 non habiti, tamen adminiſtrare non poterit, niſi illum ordinem ſibi ſuppleri fecerit, quia Papa per talem diſpenſationẽ cenſetur abſtuliſſe cenſuras, & canonica impedimenta, quę obſtabãt adminiſtrationi pontificalium, non tamen cenſetur voluiſſe, quòd per talem diſpenſationẽ tollatur neceſſitas ſupplendi ordinem, qui deficiebat; ideo à tali ſic diſpenſato nemo poteſt ordinem illum deficientẽ accipere, & accipiendo de facto, nec ipſe character poteſt imprimi, argu. Silue. in verb. Ordo 2. in princ. Alberic. in verb. ordinandus; quia impoſſibile eſt ſuſcipere ab eo aliquid, quod non habeat. S. Tho. 4. diſt. 25.

Quæ omnia vera ſunt non ſolũ quando certum eſt Epiſcopum non fuiſſe cõſecratum, verum etiam quando aliqua eſt dubitatio rationabilis; nam eo caſu,
3 quiſquis ordinatus eſt ab Epiſcopo de quo veriſimiliter dubitari contingit, an eſſet conſecratus, debet abſtinere, donec diſpenſetur, c. presbyteri, diſt. 68. & arg. c. 1. de cler. per ſalt. promot.

### *De ordinato pro parte per vnum Epiſcopum, & pro parte per alterum.*

## CAP. XXX.

1 *Vnitas diuiſionem non recipit.*
*Epiſcopi duo ſi eundem clericum ad ſacros ordinent, & vnus verba proferat, alter det ſignacula, ſunt ſeueriſſime puniendi.*

2 *Epiſcopi conſecrando alium, ſi vnus miſſam di-
cat, alter conſecret, puniendi omnes.*
*Ordines minores ita poſſunt conferri, vt Epiſco-
pus verba proferat, & ſacerdos det ſignacu-
la.*
*Epiſcopus poteſt ſupplere Epiſcopo cadenti in
morbum, dum ſacra facit, vel ordines con-
fert.*
3 *Epiſcopo ſacerdos ſupplere non poteſt, circa pon-
tificalia, & quomodo in alijs.*
*Ordinatus cum aliquo defectu ipſius ordinis, de
bet abſtinere donec ſuppleatur defectui.*

QVoniam ſacramenta oīa vnita-
tis ſunt, de conſecr. diſt. 2. cap.
quia paſſus: vnitas vero diui-
ſionem non recipit cap. loquitur. diſ. 24.
1 hinc eſt quòd ſacramenta pro parte ab
vno, & pro parte ab alio fieri nō poſſunt.
Propterea ſi in collatione ordinū vnus
Epiſcopus verba proferat: alter vero ſi-
gnacula ſubſtantialia tradat, vterq; gra-
uiſſime puniendi ſunt, ipſe vero ſic or-
dinatus deponendus eſt: ideo admini-
ſtrare non poteſt. cap. quorundam, diſt.
23. quinimmo, & in conſecratione Epi-
ſcopi in qua miſſæ celebratio de iure ne-
ceſſaria eſt, ſi vnus miſſam dicat, alter ve-
ro opus conſecrationis efficiat, vterque
puniendus eſt, & ipſe ordinatus interim
debet abſtinere, donec per Papam di-
ſpenſetur. dict. capit. quorundam, hoc
ſcripſit Bernard. in gloſ. in capit. quod
ſicut, & ibi Ioan. Andr. ſequitur in gloſ.
magna in verb. diuidatur, poſt med. de
electione.

Quæ omnia vera ſunt in maioribus
ordinibus, alioqui in minoribus confe-
rendis nihil obſtat, quòd Epiſcopus ver-
ba proferat, & alter vel Epiſcopus, vel
ſacerdos tribuat ordinato ſubſtantialia
ſignacula, quia tunc omnia quaſi per ip-
ſum Epiſcopum fieri videntur. S. Tho.
4. diſt. 25. q. 1. artic. 1. Silu. in verb. ordo.
2. q. 5. tex. in c. acolythus, diſt. 23. Quan-
do autem caſus neceſſitatis emerſerit, vt
puta ſi Epiſcopus in ordine conferendo
inciderit in mentis alienationem, aut ani
mi deliquium paſſus ſit, ſi reperiatur ali⁹
Epiſcopus, qui ſupplere poſſit, non vi-
detur hæc cenſura locum habere. cap. il-
lud & cap. nihil 7. quæſt. 1. ſacerdos ve-
ro ſimplex Epiſcopo ſupplere non poſ-
ſet; quod ſi ſuppleuerit non imprimet
characterem, Hug. in d. capit. nihil: ſed
hoc eget diſtinctione: nam ſi presbyter
3 ſuppleat circa ſubſtantialia, & formalia
ordinis, tunc verum dicit Hug. quia
circa pontificalia ſacerdos, non poteſt
ſupplere pro Epiſcopo, vt diximus ſu-
pra lib. 3. capit. 16. quando agendum
fuit de diuiſione ſacramentorum; aut
ſupplet ſacerdos non circa ſubſtantialia,
ſed circa alia quædam, quæ non ſunt de
ſubſtantia, vtputa ad perfectionem miſ-
ſæ, vel ad cōmunionem, & alias quaſdā
admonitiones verbales, & obſeruationes
quæ habentur in pontificali, tunc quia
character iam erat impreſſus ab Epiſco-
po, iſta ſuppletio ſacerdotis non poteſt
obeſſe; verum tamen eſt, quòd hic ordi-
natus non debet adminiſtrare, donec to
ta ſuppletio fiat per alium Epiſcopum;
& ita intelligo Caietan. in apoſtilla ad
S. Thom. 3. quæſt. 67. ipſe tamen ſacer-
dos malefacit ſupplēdo in illis partibus,
quas ſoli Epiſcopi ſolent facere, etiam
ſi non ſint ſubſtantiales dict. capit. quo-
rundam.

*De ordinatis ab illiterato Epiſcopo.*

## CAP. XXXI.

1 *Ordinatus ab illiterato characterem ſu-
ſcipit, ſed non executionem.*

Ordi-



ORdinatus ab Epiſcopo penitus
illiterato, exercere non debet,
quia cū ipſe illiteratus admi-
niſtrare ordines ſuos non poſſit, vt dixi-
mus lib. 1. cap. 32. quiſquis ab eo ordi-
natus eſt, characterem quidem ſuſcipit,
1 ſed non executionem, quam qui nō ha-
buit, transferre non potuit. c. vlt. de ætat.
& qual. Nam ob eam illiteraturam faci-
le errare potuit, vel in ſubſtantialibus, vel
in alijs requiſitis ad rectam ordinationē:
propterea cum ordinatio non ſit certa,
tuta, cautius eſt, vt hic ordinatus abſti-
neat, arg. cap. presbyteri, diſt. 68. dubita-
re enim poteſt de ſua ordinatione, quòd
forſan non ſit canonice facta, vt dicit Al-
beric. in verb. Ordo 3. poſt med. quomo
do autem intelligatur Epiſcopus illitera-
tus, dixi d. cap. 32.

*De ordinatis ab Epiſcopo idio-
matis diuerſi.*

## CAP. XXXII.

1 *Regula cancellariæ de idiomate cōmendanda.*
*Paſtor bonus non eſt cuius vocem oues neſciūt.*
*Valerius Epiſcopus natione Græcus coadiutorē
habuit S. Auguſtinum.*
*Græcus à Latino Græco more, & è contra ordi-
nari non permittitur.*
*Græcus clericus Latinam Eccleſiam obtinere
non poteſt.*
2 *Latinus Græcam Eccleſiam an obtinere poſſit.*
*Latini à Græcis ordinati, vel Græci à Latinis
an recipiant ordinis executionem.*
*Clerici vnius ciuitatis debent præferri extra-
neis.*

QVanquam Eccleſia probet oīa
idiomata linguarum, Tamen
ea confundi nunquam pmiſ-
ſum eſt, ob plurima pericula, quę immi-
1 nere poſſunt in confuſione idiomatum;
Iccirco regula cancellariæ de idiomate,
quę vetat obtineri beneficia in ea prouin
cia, cuius idioma impetrans neſciat, ſum
ma cōmendatione digna eſt: quid enim
proderit ſi Italus in Germania, & loqui,
& loquentes audire neſcit? quid profi-
ciet plebs ſub eo paſtore, cuius verba nō
intelliget, & cuius vocem non audiet?
nō enim bonus eſſe paſtor putandus eſt,
cuius vocem oues neſciunt, Ioan. cap. 10.
Hac ratione Valerius Hipponenſis Epi-
ſcopus, quia natura Græcus erat, minuſ-
que Latina lingua & literis inſtructus,
minus vtilem ſe illi Eccleſię pręuidebat;
& ob id vices ſuas omnes contulit in
Auguſtinum, poſt multas preces in
Deum fuſas, vt refert Poſſidonius Epi-
ſcopus in vita S. Auguſt.

Propterea Græcus à Latino Gręco
more, & Latinus à Græco Epiſcopo or-
dinari non permittitur, ne commixtio-
nes linguarum fiant. cap. cum ſecundū,
de temp. ordin. & ideo iſtæ ordinationes
non ſunt canonicę, & impediunt ordinis
ſuſcepti executionem, vt d. cap. cum ſe-
cundum, & cap. ſeq.

Hinc eſt, quòd clericus Græcus Lati-
nam Eccleſiam obtinere non poteſt, cap.
2 cum olim, vbi Abb. 2. not. de cler. con-
iug. & idem puto è contra, Latinus Gre-
cam non obtinebit, obſtante regula de
idiomate, niſi ex diſpenſatione Papæ;
vnde Conc. Lateran. ſub Inno. III. cap.
9. conſtitutum eſt, ſi in eadē diœceſi co-
pia ſit clericorum, diuerſarum linguarū;
non eſſe ordinationes faciendas, nec reli
qua pontificalia adminiſtranda, aut ſa-
cramenta conferenda ab ipſo Epiſcopo
proprio ſuo idiomate, in vniuerſa diœ-
ceſi, ſed certos deputari vicarios iuſſit,
qui pro ratione linguarum, & idioma-
tum diuina adminiſtrent, habetur cap.
quoniam, de off. ordin. aliter ſe ingeren-
tes ipſo facto ſunt excommunicati, &
contumaciter perſeuerantes deponēdi;

quod

quod etiam Ioannes Chryſoſtomus Cōſtantinopoli ſtatuerat, vt ſcilicet pro extraneis hominibus idiomatis diuerſi miniſtri deputarentur, & Eccleſiæ ſeorſum illis concederentur. Tripart. hiſt.lib. 10. cap. 5. ideo bene concluditur, ꝗ ordinati contra hos, canones diuerſi idiomatis nō recipiunt ordinis executionem, ſicut & ordinati à Latinis exercere non poſſunt ritu Græco, nec econtra, & dic vt diximus lib. 3. cap. penu. & hinc fit ꝗ clerici vnius ciuitatis ſunt prę̨ferendi extraneis. C. de Epiſcop. & cler. l. in Eccleſijs.

*De irregulari, qui præſumit ordines ſuſcipere.*

## CAP. XXXIII.

1 *Irregularis ſe faciens ordinari non habet ordinis executionem, præſertim ſi ordinatur ab irregulari.*
*Irregularitas noua quandoque naſcitur adminiſtrando in irregularitate.*
2 *Irregularis ſi audeat aſcendere indiſpenſatus, fit irregularis.*
*Ordo ſuperior non dicitur ſuſcipi, niſi cum habitu, & exercitio inferioris.*
3 *Irregularis laicus ſubiens clericatum, non ob id fit de nouo Irregularis, niſi ex cōtemptu.*
*Indignus faciens ſe ordinari, deponendus eſt.*

QVoniam ideo inuenta eſt irregularitatis cenſura, vt quis ab ordinibus excludatur, & miniſterio Eccleſiaſtico habeatur indignus, nulla tanta temeritas eſſe videtur quāta eius, qui cum Irregularis ſit, audeat ad ordines accedere, diſpenſatione non obtenta; propterea hic irregularis ordines
1 ſuſcipiens, characterē quidem accipit, actu, & habitu, ideſt verus ſacerdos fit, & vt verus ſacerdos accipit poteſtatem ſuper conſecratione Euchariſtiæ, vt ſcribit Archid. in cap. apoſtolicæ, diſt. 56. etiam ſi & ipſe ordinator eſſet irregularis, vtriuſq; enim irregularitas non impedit characteris impreſſionē, vt Archid. ibid. at quia videntur contemni claues Petri, executio interdicta eſt huic ordinato, ita quòd ſi exercuerit ipſa irregularitas de Epiſcopali fieret Papalis glo. in c. latores, de cler. excom. min. Quinimmo ex ipſa adminiſtratione nouam irregularitatem incurreret, præſertim ſi illa irregularitas erat ex crimine notorio: Arch. in d.c. apoſtolicæ.

Quare dico, quòd quiſquis eſt irregularis forſan ſubdiaconus, vel diaconus; ſi audeat neglecta irregularitate ad altiorem ordinem aſcendere, cenſetur adminiſtrare, quia ordo ſuperior ſuſcipi non poteſt niſi cum habitu, & miniſterio in-
2 ferioris; ideo eaſdem, pœnas, & irregularitates incurrit, quas ſi adminiſtraret ſuſpenſus ordinem ſuum, vt diximus in regulis generalibus Reg. 21. quod non procedit in ſuſceptione ſimplicis clericatus, quia quiſquis irregularis eum ſuſcipit, peccat quidem, ſed nouam irre-
3 gularitatem non incurrit, quia non eſt iure cautum, & non videtur exercere vllū ordinem ſuſceptum, niſi tantus eſſet cōtemptus in eo ſuſcipiendo, ꝗ ob id fieret irregularis: arg. cap. tanta, de exceſſ. prælat. & cap. cum illorum, de ſent. excō. Spec. in tit. de diſpenſ. §. iuxta, verſ. Tertio ſi quis: ſed & quicumque ex quauis cauſa indignus eſt ordinibus, ſi ordines ſuſcipiat, fit irregularis; nam & ipſe ordinator, & ordinatus ſcienter deponuntur, cap. aliquantos, diſt. 51. Alberic. in verb. ordinatus debet, indignus intelligitur ſecundum veras irregularitates, de quibus toto hoc opere tractamus.





*De ordinato, cum eſſet ligatus aliqua cenſura Eccleſiaſtica.*

## CAP. XXXIIII.

1 *Suſpenſus, vel interdictus ſuſcipiens ordines efficitur irregularis.*
2 *Ordo ſuperior ſuſcipi non poteſt, niſi in habitu, & exercitio inferioris.*
3 *Suſpenſus ordinatus per ſuam ignorantiam nō probabilem, exequi non poteſt.*
*Suſpenſio, vt reddat irregularem eum qui in ea ſe facit ordinari, ſufficit generalis.*
4 *Excommunicatus etiam generaliter faciens ſe ordinari fit vere irregularis, etiam ignorans ſi adminiſtrauerit.*
5 *Excommunicatum ſe eſſe ſentiens ex ſolo rumore vulgi, debet abſtinere.*
*Excommunicatus ordinatus ad minores incurrit irregularitatem.*
*Degradatus nunquam ſolet reſtitui, vel diſpenſari.*
*Degradatus conſecrādo ſine miſſa, dicitur exercere ſuum ordinem, ideo ſeueriſſime puniendus.*

QVemadmodum cenſura Eccleſiaſtica, ſcilicet ſuſpenſio, interdictum, & ſimiles inducunt irregularitatem, ſi quis in eis poſitus audeat ordines ſuſceptos adminiſtrare, vt fuſius diximus cum de ſuſpenſionibus, & interdictis ageremus, ita ſi quis ſu-
1 ſpenſus, vel interdictus audeat ordines ſuſcipere, efficitur irregularis; quia cum ordo ſuperior ſuſcipi non poſſit, niſi in habitu, paratu, & miniſterio inferioris. ideo qui ſe ordinari facit aperte exercet
2 ordinem, de quo tranſit ad ſuperiorem, & ex eo efficitur irregularis, præſertim ſi ſciens cenſuram id commiſerit, quia præſumitur facere in contemptum clauium; vnde qui in contemptum clauiū ordines ſuſcipit, etiam poſt peractā pœnitentiam ordines ſuſceptos exequi prohibetur, de ſent. excō. c. cū illorum, Spec. in tit. de diſpenſ. §. iuxta. verſ. Tertio ſi
3 quis; ſed & ſi ignoraſſet ſe eſſe ſuſpēſum vel interdictum, ſi ignorantia non eſſet probabilis, exequi non poſſet ſine Papæ diſpenſatione. d. cap. cum illorum, Silu. in verb. Irregularitas; q. 13. verſ. Quintū. Quæ etiam vera ſunt, tam in ſuſpenſionibus, & interdictis generalibus, quàm ſpecialibus, aut nominatim miſſis; Specul. in d. §. iuxta. verſ. Sed quæritur vtrum. Ille vero, qui cum eſſet excommunicatꝰ generali, vel ſpeciali excommunicatione à lege, vel ab homine, ordines ſubire
4 auſus fuerit, omnino irregularis efficitur: Tabiē. in verb. irregularitas, 4. nu. 5. Sil. in verb. irregularitas, q. 2. & eſt apertus tex. in d. capit. cum illorum; nam excommunicatus nihil omnino contingere poteſt de ſacro miniſterio, vt dicitur in Conc. Antioch. cap. 4. habetur 11. q. 3. cap. ſi quis Epiſcopus damnatus; nec diſtinguitur ſcierit, an ignorauerit; nam cum ſcire debuit in culpa eſt, idem quoque ſi ſolus ſit rumor ipſum eſſe excom-
5 municatum, ſola enim fama ſuam afficit conſcientiam; & ideo debet abſtinere; Panor. in capit. Illud, de cler. excōm. min. Silu. d. quæſt. 13. verſ. ſextum. Idem quoque erit ſi per ignorantiam iuris, nā adminiſtrando, vel ordines ſuſcipiendo excommunicatus efficitur Irregularis; Silu. d. q. 2. Doct. in d.c. cum illorum, & in cap. 1. de eo qui furt. ordin. ſuſc. Silu. in d. verſ. Quintum, Alberic. in verb. excommunicatio; primo. col. 4. circa fin. Specul. in d. §. iuxta. verſ. Item excommunicatus; & hæc procedunt non ſolū in ſuſceptione maiorum ordinum, verum etiam minorum. Silu. in d. q. 13. verſ. Tertium, ex ſententia Gul. in d.c. cū illorum, & ex glo. Ray. qui omnes ſentiunt ſemper in hac irregularitate requirendā diſpenſationem à Papa.

Sed & ille, qui depoſitus, aut degra-

datus à ſuis ordinibus, ſi vel eoſdem ſuſcipiat, irregularis eſt ob iterationem ſacramenti, de qua ſuo loco dictum eſt, vel ſi illos ſuſcipiat, quos non ſuſceperat maiores, vel minores; nam ſicut depoſitus caret omni facultate adminiſtrandi, ita nec poteſt ad clerũ vlterius aſpirare, & multo minus Eccleſiaſticis ordinib⁹ decorari; vnde cum eis nunquam fere ſolet Papa diſpenſare, ex d. Conc. Antioch. cap. 4. habetur 11. q. 3. cap. ſi quis Epiſcopus damnatus ſupra citato; Propterea ſi hic degradatus forſan dũ vult abſtinere ab exercitio miſſæ, audeat ſine miſſa conficere ſacramentũ, dicitur exequi ſuum ordinem, & ex eo fit irregularis, Anton. Floren. in tract. de cenſur. cap. octuageſimo ſeptimo.

### *De ordinatis in ſucceſſorem alicuius viuentis.*

### CAP. XXXV.

*1 Succeſſorem in beneficio nemo ſibi eligere poteſt.*
*Moyſes ſibi non elegit ſucceſſorem.*
*Papa non poteſt ſibi eligere ſucceſſorem.*
*2 Succeſſorem in beneficio, nec quilibet ſuperior poteſt alicui dare.*
*3 Regreſſus, & acceſſus hodie prohibentur.*
*Coadiutoria hodie prohibentur, cum clauſula, cum futura ſucceſſione.*
*4 Papa poteſt tractare cum Cardinalibus de futuro Papa eligendo.*
*5 Epiſcopus à Papa impetrare poteſt in articulo mortis, vt nominet quem ſibi optet ſucceſſorem.*
*Cardinales Papa viuente, non poſſunt tractare de eligendo ſucceſſore.*
*6 Epiſcopo mortuo, non erat olim eligendus ſucceſſor, niſi poſt triduum.*
*Papa mortuus ſæpe à viuo ſepelitur*
*Innocentius III. caſſauit electionem factam à capitulo Cremon. antequam ſepeliretur Epiſcopus defunctus.*
*Conſtitutiones, quæ probant viuo beneficiato, nõ eſſe tractandum de eius ſucceſſore*
*Conſtitutiones, quæ probant neminem ſibi eligere poſſe ſucceſſorem.*
*Platinæ error animaduertitur.*

Svcceſſorem ſibi eligere in beneficio nemo poteſt, cap. apoſtolica, 8. q. 1. Propterea ſi quis Epiſcopus in Epiſcopatu ſuo ſtatuat aliũ
1 Epiſcopum, non permittitur ille eo loco adminiſtrare vt prælatus; nam id eſt contra omnem Eccleſiaſticam regulam, & contra decreta patrum, vt ſibi ſucceſſorem quis conſtituat: cap. petiſti. & c. quia frater, 7. q. 1. & 8. q. 1. cap. 1. 2. 3. &
4. Nam nec Moyſes ipſe ſucceſſorẽ conſtituere potuit. cap. Moyſes. 8. q. 1. Quinimmo nec Papa de iure hoc poteſt; gl. in cap. ſi tranſitus, diſt. 79. Specul. in cap. vbi periculũ, q. vlt. de elect. lib. 6. Iacob. in tract. de cõc. lib. 6. art. 8. Quæ nõ ſolũ vera ſunt in Epis, & Pontificibus, verum ẽt in quibuſcumq; dignitatibus inferiorb⁹ text. & gl. in c. plerique. 8. q. 1. imo etiam in omni beneficiorum genere, d. cap. apoſtolica; ita quòd hæc ſucceſſio beneficij cuiuslibet viuentis non ſolum prohibetur fieri per ipſum met viuentem, ſed etiam per ſuperiorem, d. cap. apoſtolica; & apparet ex regula Cancellariæ de non impetrando beneficio viuentis; vnde ſancte decreuit ſacrum Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 7. de reform. ne regreſſus, & ac-
3 ceſſus vlterius concedantur; iſtis enim modis hæreditaria erant beneficia, & multi forte ea via ſibi ſucceſſorem deligebãt: & quia ob eandem cauſam fraus aliquando fiebat coadiutorijs cum futura ſucceſſione; ſtatutum eſt eod. c. coadiutorias quidem concedi iuſta ex cauſa poſſe, ſed iuſſit non poſſe apponi clauſulam, cum futura ſucceſſione, vt ibi patet. Quo vero ad Papam ipſe poſſet cũ cæte-
4 ris fratribus Cardinalibus tractare de ſucceſſore eligendo, glo. in d. cap. ſi tranſitus, Specul. d. cap. vbi periculum; ſicut & Epiſcopus à Papa impetrare poteſt in
5 articulo mortis, vt nominatim eligere valeat, qui ſit ſibi ſucceſſor futurus, quod olim contigit Bonifatio Moguntino Epiſcopo Germaniæ legato, qui id exorauit a Zacharia Pontifice, vt in epiſtola Zachariæ ad præfatum Bonif. capit. 5. & hodie ſæpe contingit id à Pontifice gratioſe impetrari, ſi ſumma pietas electi id ſuadeat.

Quando vero Cardinales ſoli de ſucceſſore Pontifice eligendo tractarent, dũ Papa viuit, id graui pœna dignum eſt, & excommunicatio, atque aliæ pœnæ multæ impoſitæ ſunt, ex Bulla Pauli IIII. Pont max. Quinimmo olim ex decreto Bonifatij. II. nec Papa, vel Epiſcopo vi-
6 uente, nec etiam mortuo, ante triduum à die depoſitionis, tractatus fieri poterat de ſucceſſore eligendo: habetur capit. nullus Pontifice, diſt. 79. & licet hoc vltimum vſu obſeruatum nõ fuiſſe ibidem ſcribat Hug. quoniam ſæpe à viuo Pontifice mortuus ſepelitur, vt tradit Spec. in d. cap. vbi periculum, in tertio decimo ſpeciali: Tamen Innocentius III. caſſauit electionẽ factam à capitulo Cremonen. priuſquam mortuus Epiſcopus ſepulturæ eſſet traditus. cap. bonæ. 2. de elect. & licet glo. & multi alij dicant nõ eam cauſam fuiſſe caſſationis, ſed alias multas: Tamen id expreſſim repugnat verbis illius tex. qui dicit, illud eſſe contra canonicas ſanctiones; ſunt enim canonicæ ſanctiones, ne viuo prælato de ſucceſſore tractari poſſit. Prima ex Cõc. Antioch. cap. 23. ibi, poſt obitum quieſcentis. Altera cõſtitutio fuit Symmachi Papæ, habetur cap. ſi quis Papa, diſt. 79. Tertia Bonifatij II. d. c. nullus Pontifice; ſicut etiam canonica ſanctio ſemper in vſu fuit, ne quis ſibi ſucceſſorem eligeret, primum ex Concil. Antiochen. d. cap. 23. habetur 8. quæſt. 1. capit. Epiſcopo. 1. Deinde Bonif. II. (in qua re errauit Platina, & alij poſt eum recentiores, qui putant primo hæc à Bonifatio iſto ſancita fuiſſe) Tertia fuit Ioannis III. conſtitutio capit. ſi Petrus. 8. quæſt. 1. Alia Pelagij. capit. quia frater. 7. quæſt. 1. alia Zachariæ. d. capit. petiſti.



### *De ordinatis per errorem.*

### CAP. XXXVI.

*1 Error in conferẽdo, vel ſuſcipiendo ordine multis modis incurritur.*
*Error in corpore vitiat legata, & matrimonia.*
*Ordinans Apuleium putans eſſe Tullium, an imprimat characterem.*
*2 Ordo, & matrimonium habent multum ſymbolum intra ſe.*
*Errantis nulla eſt voluntas.*
*Ordinatus tenet vicem ſponſi.*
*Ordinans tenet vicem non ſponſæ, ſed paranymphi.*
*3 Iacob per errorem patris benedictionem veram habuit.*
*Ordinans per errorem quem putat non eſſe irregularem, imprimit characterem.*
*Beneficium collatum ei, qui putabatur idoneus, poteſt ei auferri.*
*Naupacten. Archiepiſcopus per errorem promotus, ideo depoſitus fuit.*
*Error ordinatoris, & ordinati in ordine conferendo, vel ſuſcipiendo, etiam variata forma ordinum, non impedit characteris impreſſionem.*
*4 Ordinum præpoſteratio non impedit characteris impreſſionem.*
*Extremæ vnctionis ſacramentum per præpoſterationem vnctionum non deſinit eſſe ſacramentum.*
*Dormiens ſuſcipit characterem, ſi antea erat diſpoſitus.*
*Ordinatus per errorem putans ſe chriſmari nil accipit.*

5 Ordi-

5 *Ordinandus petens acolythatum ſi per errorem conferatur ſubdiaconatus, an obligetur.*

*Macedonius Chrytophagus ordinatus presbyter à S. Flauiano Epiſcopo, cum nihil tale cogitaret.*

*Ordinatus ad ſacros per errorem iuris non excuſatur ſed obligatur.*

*Monachus factus non excuſatur ex falſa cauſa, vel ex eo quod religionem putabat laxiorem.*

6 *Moniales non excuſantur à ſtricta clauſura, eo prætextu quod ſi putaſſent ſe reſtringi non voluiſſent.*

*Error in fide non impedit ordinis characterem, ſi intendit facere quod facit Eccleſia.*

7 *Error in variatione oleorum, an impediat veritatem ſacramenti.*

SVpereſt poſtremo loco ad abſoluendum tractatum, qui pertinet ad indebite ordinatos, vt de eis tractemus qui per errorem ordinati ſunt; de qua re, etſi non meminerim vllum vnquam ſcripſiſſe; Tamen nō fuerit incongruum, quod frequenter accidit, aliquatenus perſcrutari: In qua re quid ego ſentiam, ita aliorum iudicio ſubijcio, vt ſi quis melius ſentiat illi potius, quam mihi adhæſurus ſim. Multis igitur modis error in conferendo, aut ſuſcipiendo ordine contingere poteſt;
1 Nam quandoque errat Epiſcopus dū putat ſe ordinare Tullium, & ordinat Apuleium, quo caſu dubitari poteſt, quod character non ſit impreſſus: error enim in corpore iure ciuili legatum vitiat. l. 4. ff. de leg. 1. & in matrimonio error in corpore vitiat S. Tho. 4. diſt. 30. & ſummiſtę omnes in impedimētis matrimonij de errore; ita quoq; videretur nullum characterem iſto caſu fuiſſe impreſſum; pręſertim quia matrimonium, & ordo plurimum inter ſe Symbolum habent quia
2 vtrumque tendit ad fecunditatem alterum quidem carnis, alterum ad fecunditatem ſpiritus; ſi igitur erretur in corpore eius, cum quo contrahendum eſt matrimoniū ſpirituale, videretur nihil agi, nam qui errat non conſentit. l. ſi per errorem ff. de iuriſd. om. iud. & 18. quæſt. 1. in princ. & errantis voluntas nulla eſt. l. cum teſtamentum C. de iur. & fac. ign. & errantis conſenſus nullus eſt, Ibid. & l. non iccirco; maxime quia error, & coactio pari paſſu ambulant; Sanct. Thom. d. diſt. 30. ſublato igitur conſenſu, nihil actum videtur, vt alio loco diximus hoc ipſo libro.

Sed contrarium eſt verius, quòd impreſſus fuerit character ex conſenſu ipſius ordinati, qui voluit alligari militię, & obſequio Dei in ſacramento ordinis; Nam matrimonium quòd ſpiritualiter contrahitur in ordine conſideratur ex conſenſu ordinati, tanquam ſponſi q̄ ſic vult alligari, cuius conſenſus exigitur, vt characterē ſuſcipiat, ordinator vero non habet ſe vt ſponſa, ſed vt paranymphus, & amicus in deſponſando ordinatū alij, per ea quæ tradit. S. Thom. 4. diſt. 38. Tabien in verb. virginis: Ideoque nihil plus videtur obeſſe error Epiſcopi conferentis ordinem, errādo circa corpus, cui confert, quantum obeſſet matrimonio corporali error ſacerdotis errantis circa corpora contrahentium matrimonium, ſcilicet, ſi putet eſſe Petrū, & Franciſcam, cum eſſent Ioannes, & Maria; nam eſſet verum matrimonium, ex conſenſu ipſorum non errātium, quo ad ſe inuicem, & poteſt eſſe exemplum in benedictione data ab Iſaac filio ſuo Iacob, quē putabat eſſe Eſau, habuit enim effectū ſuum, in primogenitura, errante Iſaac; Gen. vigeſſ. ſeptimo.

Hic igitur vere ſuſcepit characterem, ſed dubitatʳ an exequi poſſit hunc ſic ſuſceptum ordinem; nam ſi ſe ſe furtim ingeſſit non approbatus eſt irregularis, ſicut



ſicut cæteri furtim ordinati, vt ſuo loco diximus; aut non ſe ingeſſit; ſed præuio examine, & approbatione ordinaria: at ordinator ſimplex nimium, aut ignauus aut inconſideratus ordinauit, putans eſſe alium, quàm qui ordinandus erat, nihil oberit quin adminiſtret: Epiſcopus vero negligenter faciens hæc opera Dei, non eſt ſine peccato: non tamen fit irregularis, ſi hic ordinatus eſt alioqui dignus, & ab ordinario approbatus.

Secundo modo error eſſe poteſt in qualitatibus, vtputa quia Epiſcopus putabat ordinatum fuiſſe legitimum, monogamum, doctum, irreprehenſibilem, cum talis non eſſet; quo caſu non poteſt impedire characterem huiuſmodi error ſuppoſita diſpoſitione, & conſenſu ordinati; ipſe tamen exequi ſuſceptum ordinem non poterit, donec diſpenſetur ſuper defectibus; & ordinator punietʳ modo, quo diximus hoc libro, tit. quand. quis ſuum ſubd. Beneficium verò collatum per hunc errorem reuocari poteſt, Abb. in cap. vlt. de ætat. & qual. & Silu. in verb. beneficium 2. q. 7. Cuius rei exemplum ducitur ab Archiepiſcopo Naupacten. qui cum eſſet mimus, & in Archiepiſcopum promotus, id neſciēte Papa, depoſitus fuit antequam munus cōſecrationis acciperet, ipſo Papa errorem excuſante, narrat Borgas. de diſpenſ. part. 1. q. 5. nu. 23.

Tertio modo error contingit ſi tā ordinator, quàm ordinatus bene diſpoſiti ſunt, ſed errant in ordine ipſo; vtputa ſi petito diaconatu detur ſubdiaconatus, vel è contra: vel cum petendus eſſet ſubdiaconatus, petatur diaconatus, vel è contra omnibus iſtis caſibus confertur character, etiam ſi Epiſcopus volens conferre vnum ordinē vtatur forma, & cæremonijs alterius, habet. n. ſuum effectū talis prępoſterata ordinatio; q̄ ſic probatʳ: Nam ſi ordo, q. ſic per errorē confertur, eſt ſuperior illo qui debuerat conferri, dicetur per ſaltū ordinatus, & habebit locū irregularitas illa; aut erit ordo inferior; & tunc q̄a iteratur ordo iam ſuſceptus, habebit locum irregularitas de iteratione ordinis; ſi aūt fuerat petitᵘ ordo, qui nō debebat peti, & Eṕs per errorem contulerit ordinem debitum, talis error nil mali adfert, etiam ſi ordinatus quoq; erraret: & eſt ratio quia vterque ipſorū intendebat ordinē debitum, & requiſitum, licet errando putaſſent alium conferri, non autem illum debitum.

Nec obſtat prædictis, quòd error in re excludit conſenſum, ſicut dici conſueuit in matrimonio, & ob id qui conſentit in diaconatu conferendo, vel ſuſcipiendo, nil videatur fieri ſi conferatur ſubdiaconatus, vel è contra, quaſi excluſo conſenſu: ad q̄d ita Reſpondetʳ, matrimonium determinatur ad vnum cōplectiuum conſenſum, & ad vnicam perſonam, & ſic ſi actus non valet, vt agitur, nec pōt alio modo valere; & ſic nil actū fuiſſe dicitur, at ordo non ita ſe habet; nam habet plures ſubordinatos ordines ita quòd conſenſus eſt quo ad ſacramentum, & vinculum ad obſequium Dei: ſemper enim conſentit in hoc, q̄d vult ordinari, & copulari militiæ Eccleſiæ, & Dei, & conſequenter huic rei adſtringitur, & obligatur per quemcumque ordinem, ſaltem ſacrum: vnde præpoſteratio ordinum non poteſt euacuare hunc conſenſum, & obligationem in ſacramētum; ſed reddit quadam parte defectiuū & propterea quia valere poteſt, & debet actus in quantum poteſt, ſuſcipitur character, ſed non executio, donec ſuppleatur defectui p̄ diſpenſationem, aut ſupplетionem: Poteſt eſſe exemplo ſacramē-

tum extremæ vnctionis,quę à prima vnctione incipit, & determinatur in vltima; finge quòd præpoſteretur ordo vnctionum,nonne erit ſacramentum? certe ſic, quia vterque conſentit in idem ſacramentum,maxime ſi per purum errorem talis pręposteratio vnctionum facta fuiſſet; ſic igitur conſenſus ille in ſacramentum,ſufficit ad characterem.& pręposteratio non impedit impreſſionem, ſicut dormiens, vel furioſus ante bene diſpoſiti ſuſcipiunt characterem ex primo conſenſu.c.maiores.§.vlt.de baptiſ. Ideo dico, quòd ſi ordinatus non intendiſſet ordinari, ſed aliquid aliud facere, non fuiſſet impreſſus character; exẽplo eſt ſi Epiſcopus cõferat publice ordines generales,& adoleſcens purus laicus putans illum conuentum popularem eſſe ob confirmationis ſacramentum; accedat cum multitudine, quaſi chriſma accepturus, & ſic ordinetur ad primã tonſuram,vel alium quemlibet ordinẽ, poſſet defendi eum nil accepiſſe, nec characterem; quia nil intendebat,quo ad hoc; niſi forſan quis velit ſentire ad euitandã iniuriam ordinis ſuſcepti, quòd character reputetur impreſſus, at ille non poſſit illi adſtringi, & ideo ſi poſtea voluerit clericari,ſupplebuntur alij ordines illo non repetito; ob quam rationem etiã Reſpondi,quòd ſi exorciſta petierit acolythatum, & Epiſcopus per errorem cõferat ſubdiaconatum, poſſe defendi characterem eſſe impreſſum, ſed non fuiſſe adſtrictum irreuocabiliter ad obſeruantiam ſubdiaconalem, ſcilicet continẽtię, & ſimilium; quia in talia non conſenſit; vnde ſi poſt ſuſceptum huiuſmodi ſubdiaconatum velit perſeuerare in militia Dei, cognito errore tali, non erit iterandus, ſed habebitur ratus,& verus ordo; & eum obligabit, maxime ſi fecerit ſibi ſupplere acolythatum, obtentaque diſpenſatione ſuper promotione per ſaltũ, adminiſtrare poterit in eo ſubdiaconatu,& tranſire ad ſuperiores, vt ſuis locis diximus: Hic enim error mihi videtur ſimilis eſſe erranti in matrimonio circa conditionem ſeruilem, quæ ſufficit ad impediendam obligationem, ſi tamen ſubſequatur conſenſus, tenet & obligat. cap.2.& vlt.de coniug.ſeru.

Ad quòd confirmandũ aptiſſime congruit exemplum S. Macedonij Chrythophagi,quem Sanctus Flauianus Epiſcopus,cum nouiſſet dignum ſacerdotio adduxit ad altare, eumque in ſacerdotẽ promouit inſcium,cum ille nil tale cogitaret; quinimmo cum ſciuit ſe creatum ſacerdotẽ,ſubiratus eſt; poſtea vero amicorum admonitionibus perſuaſus ratũ habuit ſacerdotium ſibi collatum, & onus, quod prius recuſauerat, ſubijt & exercuit, vt ſcribit Theodoretus in philothęo in vita eiuſdem Macedonij: habetur apud Lippoman. vit.San.to.2.vnde hoc exemplo probari videtur, quòd ad euitandam iterationem ne fiat iniuria ſacramento, error ſuſcipientis ordinem non excludit characterem, licet nõ obligetur, niſi poſtea obligari velle conſenſerit.

Quandoque etiam error eſt in iure, vtputa ſi quis petat ſubdiaconatũ errans & putans ſe non adſtringi ad continentiam ſeruandam,& vitam clericalem irreuocabiliter faciendam, talis error nec impedit characterem, nec adminiſtrationem: debuit.n.ſcire officium, quòd poſtulauit,& ad quod aſſumptus eſt.

Cui errori confinis eſt ille tractatus de monacho,ſi per errorem ſubierit aliquam religionem putans ſe ibi cõmode viuere, vel putans ſe ibi non teneri ad multa onera, aut aliã ob cauſam falſam, an ob hunc errorem poſſit excuſari ab obligatione religionis: Reſpondi,quod nec dolus,nec error, nec falſa cauſa,nec metus conditionalis, nec blanditiæ poſſunt excuſare hũc ſic profitentem: Ray. in tit. de vot.monachor.verſ.ſed quid ſi non metu: Silueſt. in verb. Religio,3.q. 11. Tabien.in verb.Religio.q.16.& ſeq. Quinimmo ſi cũ ab initio ingreſſus eſt religionem in aliquo monaſterio libero, vel diſſoluto, non intendat obligari, niſi in quantum obſeruetur in illo monaſterio, nihilominus ſi tale monaſterium reformetur, & augeatur in ea vita auſterior, non excuſatur ob illam primam erroneam intentionem; nam in foro iudiciali,& contentioſo tenetur ad totam reformationem,& noua onera: Abb. in c. ſuper eo,de Regul.poſt Innocent. Angel. in verb.Religioſus.§.32.Armil.in verb. Religio.numero.nono.Ray.loco ſupracitato: Tabienſ.in d.verb.Religio.q.21.
6 Silueſt.d.loco.q.12.Propterea Moniales quæ profitentur in Monaſterijs laxioribus,non excuſantur allegantes errorem, & quod intendebant nõ diſtineri in clauſura; nam poſſunt,& reformari, & arctius recludi.cap. 1. de ſtatu. Regular. lib. 6. quod etiam ſtatuit Concil. Trident. ſeſſ. 25.cap.5.de Regular.

Vltimo loco error conſiderari poteſt in fide,ſ.ſi putet, vel ordinator vel ordinatus ꝙ ordo non ſit ſacramentum, vel nõ conferat gratiã,vel non imprimat characterem,vel non ſit hierarchia ordinum: nam omnes iſti, & ſimiles errores ſunt hæreſes,Conc.Trident.ſeſſ.7.canone de ſacramentis, & ſeſſ.23.canon. de ordin. & conſequenter inducunt irregularitatem:ſed character imprimitur ſi adſit intentio faciẽdi quod facit Eccleſia. S.Th. 4.diſt.13.artic.1.Poteſt etiam conſiderari error in vſu ſacramentorum, puta ſi non oleo catechumenorum,ſed infirmorum vngatur in baptiſmo,vel Epiſcopus dando cõfirmationis ſacramentum, vtatur per errorem oleis,non chriſmate; nam ob deffectum proprię materiæ,poſſet dici non imprimi characterem; ſicut ſi in baptiſmo adhiberetur per errorem aqua artificialis: at ſi aqua ſit elementalis,oleorum variatio per errorem nõ impediret characterem,argu.S.Thom.4.d. diſt.13.art.2.quia illa vnctio non eſt de eſſentia baptiſmi. At in ſacerdotio q̃a vnctio non eſt de eſſentia, vt ſupra hoc lib. cap.1.olei variatio non impediret characterem; quia error eſſet in non ſubſtãtialibus: Idemq; eſſet in vnctione Epiſcopali;nam nõ impediretur impreſſio poteſtatis,eadem ratione tertia.

Explicit Liber Quartus.

# DE IRREGVLARITATIBVS, ET ALIIS CANONICIS IMPEDIMENTIS

## *Liber Quintus.*

## De peccato mortali.

### CAP. PRIMVM.

1 *Peccatũ mortale impedit promouendum,*
*Peccato mortali carere debent, etiam promouẽdi ad minores ordines.*
*Peccatum mortale obſtat, ne quis promoueatur vel promotus exerceat.*
*Peccato mortali illaqueatus, non eſt capax electionis de ſe facta, vel facienda.*
2 *Peccatum mortale impedit ſuſceptionem cuiuſlibet ſacramenti.*
*Peccato mortali illaqueatus peccat etiam tangẽdo illas res, quæ à ſolis ordinatis tangi poſſunt, vt ſacra.*
*Peccatum mortale manifeſtum habens, ſi ordinetur, cauſat depoſitionẽ in ſe, & in ordinãte.*
3 *Ordinans ſcienter exiſtentem in peccato mortali, vel ordinatus ſcienter ab exiſtente in eodem, ſunt pari pœna puniendi.*
*Ordinatus in peccato mortali, vt puniatur, requiritur quòd ſit peccatum facti, non cogitationis.*
4 *Peccatum habens mortale, celebrans eſt excommunicandus.*
*Peccatum mortale non ponitur inter irregularitates, tamen eſt maius impedimentum, quàm irregularitas.*
*Irregularitas, & ſine peccato, & cũ gratia Dei eſſe poteſt.*
*Peccatum mortale eſt impedimentum indiſpenſabile, vt quis in eo ordinetur, vel exerceat.*
5 *Peccato mortali illaqueatus celebrans non fit irregularis, niſi ex notorio crimine.*
*Notorio fornicatore celebrante nemo adeſſe debet in illa miſſa.*
*Peccato mortali etiam, leui illaqueatus, ſi celebret cum ſcandalo, efficitur irregularis.*
6 *Peccatum mortale ab Hugolino appellatur irregularitas.*
*Hugolinus ſcripſit diſtinctiones ſuper cap. ſi celebret, de cler. excom. min.*
*Peccati mortalis impedimentum tollitur cõtritione in ſuſcipiendis minoribus, non ſic in maioribus.*
7 *Punitus in foro conſcientiæ, adhuc puniri poteſt in foro iudiciali, & è contra.*
*Miſſam dicere an poſſit cõtritus de peccato mortali; ſed non confeſſus, remiſſiue, & infra hic num.* 10.
*Peccatum recens, etiam confeſſatum in pœnitẽtiæ ſacramento: eſt impedimentum canonicum ad celebrandum.*
8 *Iuſti nomen non amittit, qui cito reſurgit.*
*Peccatum mortale in gula, vel Luxuria etiã ſublatum in confeſſione per diem integrũ inducit impedimentum celebrandi, & adminiſtrandi.*
9 *Euchariſtia non eſt concedenda coniugibus, nocte antecedente copulatis.*
10 *Pollutus ſine peccato, an poſſit celebrare.*

*Pec-*



*Peccatum in propoſito perpetrandum poſt miſſam, inducit canonicum impedimentum.*
11 *Coniuges copulari non debent die, qua ſumpſerunt Euchariſtiam.*
*Cibus non eſt ſumendus ſtatim, poſt ſumptã Euchariſtiam, ſed aliquod internallum requiritur.*

NON minor eſt habenda rõ cuiuslibet ſimplicis peccati mortalis, q̃ cuiuslibet criminis ad hoc.i.ne quis promoueri poſſit, dum in peccato exiſtit, Nam nõ ſolũ ij, qui ſunt promouendi in Epos carere omni peccato debent, verum ẽt ij, qui ad inferiores
1 ordines c.1.diſt.81.& per totam; peccatum.n.hoc mortale obſtat, ne quis promoueri poſſit aut promotus exercere, tradit Ray.in Sum.lib. 3. tit. de lapſ. & diſp.in prima q.& plani⁹ in verſ.in ſumma nota; quod etiam tractat Abb.in c.ſi celebret, col. vlt. verſ. ex prædictis, de cler.excom.min.

Hinc illud eſt, quod exiſtens in peccato mortali non eſt capax electionis de ſe factæ, vel faciendæ ſecundũ diſtinctionẽ Iac.de S. Georg. Hoc & Innoc. quos refert Gemin.in c.perpetuæ, ante fin. de
2 elect. in 6. vbi fuſius hoc tradit; ſicut.n. in reliquis ſacramentis ſuſcipiendis peccatum mortale ſiue occultũ, ſiue manifeſtum obſtat, quinimmo ſi ſuſcipiant nouum peccatum cõmittitur; ita in ordinibus accipiendis. S.Th.quodl.1.q.6.art. 2.c.multi, diſt.40.& c.Illud.diſt.95.Alberic.in verb. ordinatus primo: ſicut & quicumq; ordinatus nouũ peccatũ cõmittit, quotieſcumq; ſuſceptum ordinẽ adminiſtrauerit in peccato mortali, etiã occulto, & ſi ſolum tetigerit eas res quæ non niſi ab ordinatis tangi poſſunt, extra neceſſitatẽ, vt tradit Silu.in verb.ordo 4. q. 2. Quando aũt mortale peccatũ eſt manifeſtatum, tam qui ordinat exiſtentẽ in illo, quã qui ordinatur ceſſare debet à clero, ideſt deponi ab ordine ſuo, qđ ſignificat irregularitatẽ, ex Conc.Nicæno, 1.cap.2.habetur, 48.d.cap.quoniam, & ibid.glo.in verb.ceſſabit, quę dicit ſi tale peccatum ſit manifeſtatum per teſtes ẽt in iudicio ciuili, inducere depoſitionem, per tex.in cap.vlt.diſt.24.vbi etiam glo.

Sed & ipſe ordinator, qui ſcit eum in peccato manifeſto ordinari, præcipitatur de ſtatu ſui clerici, quod depoſitionẽ, & per cõſequens etiam irregularitatem ſignificat, d.cap.2.& d.c.quoniam: quinimmo dico quòd ſi ordinator ſciat ꝓmouendum in occulto mortali exiſtere, efficitur particeps delicti, cum ipſo ordi-
3 nato, ſi ſine ſcandalo potuit effugere eius ordinationem, & idem puto in ordinato, qui ſcienter ſuſcipit ordines ab ordinatore exiſtẽte in peccato mortali, ſi ſine ſcandalo, ipſius ordinationem euitare potuit.

Quod aũt diximus promotum, cum exiſteret in peccato mortali deponendũ eſſe, procedit (vt dictum eſt) vel in manifeſtis, vel alijs peccatis, quæ in iudicio probari poſſent; at in mere mentalibus, & ſpiritualibus peccatis, quia ſub iudicio Eccleſiæ deduci non poſſunt, qui promouetur exiſtẽte in peccato tali, peccat quidem grauiſſime, ſed ab Eccleſia nõ damnatur, quo ad ſuſpenſionem, vel depoſitionem glo.vlt.in fin.in cap.Mandato: de Simon.

Hæc non ſolũ vera ſunt de ijs, q̃ cum peccato mortali promouentur, verum
4 etiam in ijs, qui promoti ſine peccato, adminiſtrant ſuſceptos ordines in peccato, præſertim manifeſto; nam celebrãs eſt excommunicandus. cap. Tanta, diſt. octuageſima ſexta, ibi, maledictione feriremus: quæ verba in excommunicationem, & depoſitionem ſonare videntur; & propterea dico, quòd licet peccatum

 mor-

mortale non ponatur inter irregularita-
tes, vt dicit Specul. in cap. eos, in glo. ſta-
tuunt, de temp. ordin. lib. 6. tamen eſt ma
ius impedimentum, quàm quælibet ir-
regularitas, quia ea ſine peccato, & cum
gratia Dei eſſe poteſt; vt in iudice exer-
cente vindictam ſanguinis, & in nato il-
legitimè, quod non eſt in habente pecca-
tum mortale; præterea omnes fere irre-
gularitates à Papa diſpenſantur: at pec-
catum mortale, eſt impedimentũ indi-
ſpenſabile; nam nec Papa ex quauis cau-
ſa hoc poteſt concedere, vt quis in pec-
cato ordinetur, vel ordinatus exerceat:
Alberic. in verb. ordinatus primo; eſt. n.
de iure diuino, vt ſacra ſanctè tractentur,
vt ibi idem dicit.

Licet autẽ celebrans in peccato mor-
tali non fiat proprie irregularis, vt dicit
Specul. in d. cap. eos. nu. 18. Tamen exi-
5 ſtens in peccato mortali notorio, & ma-
nifeſto poſſet damnari quaſi irregularis,
ſicut dicemus de fornicatore notorio, c.
præter hoc diſt. 32. nam ſi omnes pro-
hibentur intereſſe eius celebrationi miſ-
ſarum, d. cap. præter, & cap. nullus, ead.
diſt. certe multo magis, & ipſe à celebra-
tione ſuſpenſus eſt, eo maxime, quòd qui
cumque etiam in leui peccato conſtitu-
tus, celebrando adfert ſcandalum, irre-
gularis fit, cap. ex literis 1. de homicid. qa
& Goffredus, vt refert Hugol. in appa-
ratu ſuper cap. ſi celebret, de cler. excõ.
min. appellat etiam irregularitatem eã,
6 quæ ſurgit ex ſolo peccato mortali, licet
ex ſola pœnitentia poſſit aboleri: hic. n.
Hugolinus vetuſtiſsimus eſt, ante tẽpo-
ra Io. Andr. & ſcripſit diſtinctiones ſu-
per decretales, & eæ ſunt apud me in ve
tuſtis membranis; & eandem ſententiã
aperte concludit Nicol. de Auximo au-
ctor ſupplemen. in verb. irregularitas ſe
cundo verſ. verum celebrans, vbi dicit
notorium peccatorem non habere ordi-
nis executionem, niſi poſt diſpenſationẽ
Epiſcopi, qua diſpenſatione omiſſa, ſi ce-
lebret nõ poſſe diſpenſari niſi à Papa ſe-
cundum Hoſt. & Sum. conf. lib. 3. tit. 29.
q. 3. ad fin. ſed ſi peccatum non ſit noto-
rium, tollitur tale impedimentum ſaltẽ
contritione in minoribus ordinibus ſu-
ſcipiendis Silu. in verb. Confeſſio. 1. q. 2.
verſ. Quatuor: vel ex ſacramento pœni-
tentiæ, quoad ſacros ordines S. Thom.
quodlib. 1. q. 6. artic. 2. vel vt eos exerce-
re poſſit, quaſi ceſſante impedimento,
Specul. in tit. de diſpenſ. 5. Iuxta. verſ.
18. & verſ. vt autem in hac materia: Sil.
1. verb. ordo. 4. q. 2.

Quod intellige reſpectu reconcilia-
tionis animæ ſuæ cum Deo, ſed ad eui-
tandam cenſuram, & iudicium Eccleſiæ
hoc nõ ſufficeret; nam ſi quis fuiſſet or-
dinatus exiſtens in mortali; vel poſtea or
dines exercuiſſet contritus, & penitus, ad
7 huc tamen peccata illa commiſſa puniri
poterunt ab Eccleſia, etiam vſque ad de-
poſitionem ſi magnitudo culpæ expo-
ſtulauerit, quia forus conſcientiæ, non
eluit delictum in foro iudiciali, Abb. in
cap. vt menſura, de emp. & vend. Iudit.
Inquiſ. in verb. punitio: An autem Ali-
quando exiſtens in peccato mortali poſ-
ſit cum ſola contritione, ſine confeſſio-
ne in neceſſitate celebrare, præſertim ſi
ſit paratus ad ſatisfaciendum, nõ eſt no-
ſtri inſtituti; vide de ea re glo. in cap. de
homine, de celeb. miſſ. quæ probat, quod
poteſt; ſed ſuper ea re videndi ſunt ſum-
miſtæ in verb. miſſa.

Ad hoc impedimentum etiam perti-
net, ſi quis recens peccauerit; nam & ſi
pœnituerit, & confeſſus fuerit, tamen ei
conſulitur, vt à celebratione abſtineat. c.
Tanta. diſt. 86. Innocent. in cap. quæſitũ,
de temp. ord. non tamen cogi debet, vt
ab-



abſtineat; nam exequendo officium ſuũ
non peccat, licet laudandus ſit, vt diffe-
rat, Alberic. in verb. crimen, in fin. poteſt
. n. contingere, vt vno ictu oculi quis con
teratur, & peccatum ſtatim commiſſum
8 defleat, vnde iuſti nomen non amittit,
qui cito reſurgit. c. ſepties, de pœnit. diſt.
3. & ideo nõ multum tempus requiritur
inter peccatum, & adminiſtrationẽ offi-
cij ſui, ſed magnus affectus charitatis, vt
ſcribit Io. Chryſoſt. in lib. de repar. lapſ.
in ſecundo folio: non. n. (inquit) tempo-
ris longitudo, ſed affectus ſynceritatis, &
penitudo penſatur. An non legimus Le-
uitas peccatum illud grauiſſimum in de
ſerto, non temporis longitudine, ſed di-
ei vnius hora exigua diluiſſe? Sed & la-
tro qui pendebat in cruce, &c. tantum
ei ſpatium ſuffecit, quantum vnum pro-
ferre ſermonem poſſet, vt intra momen-
tum temporis totius vitæ ſceleribus ab-
ſolutus, & quæ ſequuntur, quod & pla-
nius docet Cœleſtinus I. Papa epiſt. 2. ad
Galliæ Epiſcopos cap. 2. his verbis: per-
didiſſet latro in cruce præmiũ ad Chri-
ſti dexteram pendens, ſi illum vnius ho-
ræ pœnitentia non iuuiſſet. Vera ergo ad
Deum conuerſio in vltimis poſitorum,
mente potius eſt exiſtimanda, quàm tẽ-
pore. Hæc ibi.

Quæ res procedit habita conſidera-
tione ſi per pœnitentiam natura ipſa re
ordinata ſit: nam in peccato gulæ, in
quo naturæ commotio fit, & ieiunium
ſoluitur, mens fit hebes, affectus ignau[9],
& intellectus tenebroſus, & pietas refri-
geraſcit, certe eo ipſo die non debet ſa-
cra tractare, quo hæc contigerunt, etiam
ſi per pœnitentiam dilutum fuerit pec-
catum; nam ſicut nec miſſam celebrare,
ita nec diaconi, nec ſubdiaconi officium
exercere, c. ſi conſtiterit, de accuſ.

Idem quoq; in pollutione culpabili,
& libidinoſa quacumq; nam natura per
eam deordinata, non tam breui reordi-
natur; & ideo etiam ſi per pœnitentiæ ſa
cramentum fuerit abſolutus, non debet
quis eo die celebrare, vel in diuinis ſerui
re ſine articulo neceſſitatis; videmus ete-
nim, quod ſi matrimonialis copula no-
ctu contigit, ſequenti mane Euchariſtia
coniugibus copulatis nõ eſt concedẽda,
9 propter naturæ deordinationem, quæ fit
in executione carnis: Greg. lib. 12. Regiſt.
Epiſt. vlt. ad Auguſt. Angl. Epiſc. c. 10. ha
betur in c. vir cum propria, 33. q. 4. tradit
Tabien. in verb. cõmunicare, nu. 36. Silu.
in verb. Euchariſtia. 3. q. 10. verſ. Quin-
tum: Iſtis. n. caſibus debet ab omni ſacro
miniſterio abſtinere, declarando tamen
ſecundum. S. Th. 3. q. 80. quod hoc im-
pedimentum canonicum cum ſit ex de-
centia ſacramenti, in iis, qui ſunt polluti
ſine peccato, permittitur adminiſtratio
10 propter aliquam neceſſitatẽ, vt in preſ-
bytero curato in die feſto, vel alia adſit
neceſſitas; ideo videtur, quod ſi cũ pec-
cato ſit talis pollutio legitimũ adfert im-
pedimentum non diſtincto, an ſit cura-
tus, rector, vel non: & an ſit dies feſtus,
vel non.

Quandocumq; vero peccatum mor-
tale ante per multos dies eſt cõmiſſum,
& interiore contritione defleatur, ſine
ſacramento pœnitentiæ nullo modo eſt
accipienda cõmunio, nec miſſa celebran
da. Hug. de ſancto Victo. his verbis: Au-
dacter dico ſi ante ſacerdotis abſolutio-
nem criminoſus ad cõmunionem cor-
poris Chriſti accedat, pro certo iudiciũ
ſibi manducat, & bibit, etiã ſi ante mul-
tum pœniteat, & vehementer doleat, &
ingemiſcat; & ideo tali caſu, etiam ſi ſit
dies feſtus, quo popul[9] miſſam expectat
hic non debet celebrare ſi aliquo modo
põteſt euitare ſine ſcandalo, vel ſi per

 alium

alium poſſit ſatisfacere plebi: quod ſi p
alium non poſſit, & adſit neceſſitas, poſ-
ſet ipſe, ſi tamen habeat propoſitũ con-
fitendi, cum primum opportune potue-
rit: quod ſi tale propoſitum non habue-
rit peccat, vt planius ſcribit S.Thom.4.
diſt.9.artic.3.

Ad hoc etiam caput pertinet, ſi quis
poſt miſſæ celebrationem, vel cõmunio-
nem recens peccauerit; nam ſi celebrans
paratus ſit poſt ſacrificium ad peccan-
dum, Iudæ comparatur, qui intendens
proditioni, cœnæ Domini auſus eſt par-
ticeps fieri: Si vero ex pronitate delicti
irreuerenter ſe habens ad ſumptum ſa-
cramentum proxime peccet mortaliter
incurrit pœnam tantam, vt excõmunica
ri poſſit.cap.Tanta,diſt.86.Nam & poſt
ſumptam Euchariſtiam coniuges ea die
copulari non debent, nec inuicem debi-
tum reddere, niſi poſt aliquam honeſtã
1 pœnitentiam: Silu. in verb. Euchariſtia
3.q.11.Alberic.in verb.communicare,
col.2.circa med. Sum.conf.q.76.tit.de
ſacram.Euchar. Quinimmo poſt cõmu-
nionem, nec ipſe cibus, vel potus ad
corporis alimoniã eſt ſumendus ſtatim,
niſi poſt aliquod interuallum, tum ob re-
uerentiam, tum ob periculum, vt proba-
tur.c.Tribus, de conſecr. diſt.2.& gl.in
c. ſi quis per ebrietatem, ead.d.nihil igi-
tur profanum faciendum eſt ſtatim an
te, vel poſt ſacri altaris communionem.

## *De Apoſtolicis irregularitatibus.*

## *Irreprehenſibilis ſit Epiſcopus, & quilibet clericus.*

## CAP. II.

*1 Irregularitates Apoſtolica cõueniunt etiam clericis minorum ordinum.*

*2 Irregularitates Apoſtolica à ſummiſſis ponuntur, licet aliter videatur Speculatori.*

*Pontificale Romanum compilauit Speculator.*

*Irreprehenſibilis quis dicatur.*

*3 Ordinaretur nemo, ſi ſine peccato ſoli exiſtentes ordinarentur.*

*Clericus à populo tanto differre debet, quanto paſtor à grege.*

*4 Peccatum, crimen & delictum differunt.*

*Irreprehenſibilis debet eſſe clericus in ſingulis membris corporis, quæ hic ponuntur.*

*5 Membra omnia corporis narrantur, quoad irreprehenſibilitatem.*

HIC locus, quo de peccatis tra-
ctãdum eſt, opportune nobis
ſuggerit apoſtolicas illas irre-
1 gularitates, de quibus S.Paul. 1.ad Tim.
cap.3.& ad Tit.c.1. Duodecim etenim
adnumerãtur, de quibus ſingulis ſuo or-
dine pertractauimus: Illud interim præ-
notandũ eſt, quod etſi illis locis S. Pau-
lus de Epiſcopis expreſſerit; tamen eæ-
dem irregularitates ad quoſcumque Ec-
cleſiaſticos ordines, etiam inferiores pti-
nere ſcribit Aug. ſuper Io.tract.41.ad c.
8.habetur diſt.81.cap.Apoſtolus; quod
etiam ſenſit Ambroſ.vt habetur diſt.34.
cap. cognoſcamus, Baſil. lib. Moralium
cap. Incip. ſi quis Epiſcopatum. Alberic.
in verb.Ordinandus, in princ.

Rurſum prænotandum eſt, quòd et-
ſi Specul.in tit.de diſpenſ.§.iuxta, verſ.ſu
mitur, putarit has apoſtolicas traditio-
nes, proprie non pertinere ad irregulari-
tatem; tamen ſi contra Pontificum de-
2 creta promoueri canonicum impedimẽ
tum eſt, certe idẽ videri debet in decre-
tis ſanctiſſimi Apoſtoli: Nam & in Pon-
tificali Rom. quod ab ipſo Speculatore
digeſtum, & compilatum fuiſſe ſcribit
Auguſtinus Picolomineus, ponunt iſta
omnia pro canonicis impedimentis, ne
quis ad ſacros promoueri poſſit, vt ibi
patet in Rub.tit.de ordin.ad ſacros: Sed
de hoc in ſingulis capitibus apertius agẽ
dum erit.

Prima



Prima igitur apoſtolica regula eſt ſi
non ſit irreprehenſibilis. Irreprehenſibi-
lem eſſe oportet, non quia omni peccati
genere eum carere omnino oporteat, qđ
homini ferme impoſſibile eſt, cũ ſepties
in die cadat iuſtus, cap.ſepties, de pœnit.
diſt.3.& omnes egent gratia Dei, & om-
nes declinauerũt; ideo ſi hoc rigore hic
locus S.Pauli intelligeretur, nemo ordi-
naretur, vt dicit Aug. d. cap.apoſtolus;
3 verbum igitur hoc, irreprehenſibilis, in-
terpretandum eſt, non obnoxium repre-
henſioni: Eſſe enim debet clericus talis,
vt a populis tanto differat, quanto pa-
ſtor à grege, cap.vnum orarium, diſt.25.
Ideoque non eſt quærendus irreprehen-
ſibilis à peccato, ſed a crimine; nam S.
Paul.ad Tit.cap.1. dixit ſine crimine, &
ſecundum ſignificationem criminis ir-
reprehenſibilis eſſe debet, vt Aug.d.cap.
Apoſtolus: longe enim differunt, pecca-
tum, & crimen, vel delictum, glo.in cap.
4 pecatum, de reg. iur. in 6. Sanct.Aug.in
lib.quæſt.ſuper Leuitic.q.20.& alia glo.
in d.cap.vnum. vnde ille vere irreprehen
ſibilis fuerit, cui crimen obijci non poſ-
ſit, ſcilicet adulterium, furtum, homici-
dium, & ſimilia d.cap.apoſtolus: fuerit
autem irreprehenſibilior, ſi nulla pecca-
ti mortalis conſcientia mordeatur. cap.
primum, diſt.25.

Qđ ſi ſupradicta, aut conſimile aliud
obijci ei poteſt, reprehenſibilis eſt, & reij-
ciendus à ſacerdotio; nam quomodo po
teſt præſes Eccleſię auferre malũ de me-
dio eius; qui in ſimile delictum corruit?
aut qua libertate peccantẽ corripere po-
teſt, cum tacitus ſibi ipſe reſpondeat ea-
dem ſe admiſiſſe quæ corripit? d.cap.1.

Debet igitur irreprehenſibilis eſſe pri
mum in toto corporis ſtatu, vt diximus
lib.1. cum de corporis impedimentis
ageremus.

Deinde a capite ad plantam pedis p-
fectus eſſe debet, & mortificatus, ſicut de
5 figura Chriſti dicitur, 6.q.1.cap.ſunt plu
rimi, verſ.capite, Iſaiæ c.1.

Debet enim irreprehenſibilis eſſe in
tonſura, de vit.& hon.cler.cap.clerici.

In crinibus, coma & barba, Concil.
Carthag. IIII. c.44.de vit.& hon.cler.c.
clericus.

Irreprehenſibilis in fronte per verecũ
diam, diſt.50.cap.domino.

In ſupercilijs ob faſtum, vel arrogan-
tiam, diſt.15.cap.1.in fin.

In auribus ob detractionem, 6.q.1.c.
ex merito.

In oculis propter impudicitiam, &
curioſitatem, aut vagationem, diſt.23.c.
his igitur.

In palpebris, & pupilla oculi, ad lippi-
tudinẽ, & maculatam aciem viſus, Greg.
in paſtorali. habetur c.hinc etenim, diſt.
49.§.lippus, & § albuginem.

In naſo grandiore, ob indiſcretionẽ:
vel naſo paruo, ob nimiam ſubtilitatem,
Greg.ibid.& in d. capit. hinc etenim.§.
paruo.

In labijs: vt cuſtodiant, non perdant
ſcientiam. cap.ſacerdotibus, 11.quæſt.1.
Malach.c.2.& diſt.93.cap.diaconi 2.

In ore: vt cuſtodiant animam ſuam,
ne inconſiderate loquantur. 5.q.5.capit.
vlt.vel nimio riſu delectentur, quem dã-
nat Chriſtus, Luc.6.Baſil.in regulis bre-
uioribus, cap.incip.Cum dominus eos.

In lingua conſeruanda, & moderan-
da, diſt.32.cap.ſi quis vero: vel ne ſit pe-
tulans, aut procax, diſt.23.cap.hi igitur.
aut in ſilentio nimium obſeruando, c.ſit
rector, diſt.43.

Facie, & vultu ne ſuperbiam, vel ela-
tionem demonſtret.capit. in capite, diſt.
50.ne fucum præſeferat, de conſec.diſt.
5.cap.fucare; ne ignominiam, vel hyppo-
criſim

criſim ex facie monſtret, Matt.cap.6.& de ſacr.vnct.cap.1.

In gutture, & faucibus nihil leuitatis ſit ob ſonoram vocem, & melodiam: Hier.in.Epiſt.ad Epheſ.habetur diſt.92. cap.cantantes,& cap.ſeq. Ambr.offi.lib. 1.cap.19.

In humeris non inconſtantiã, & ignauiam, ſed ad labores promptitudinẽ habeat de ſacr.vnct.c.1.

In dorſo non in terram incuruo, ſed ad cœleſtia,diſt.37.cap.Ideo,& diſt.49. cap.1.§.Gibboſus.

In pectore in veritate colenda, diſt. 36.cap.qui Eccleſiaſticis,& de ſacr.vnct. cap.1.

Manus ne ſint pigræ, aut non operoſæ, act. apoſt. cap.20.ſed occupatæ circa ſacros ordines, de conſecr. diſt. 5.capit. nunquam, & ad omne opus bonum, de ſacr.vnct.cap.1.

In ventre debet eſſe irreprehenſibilis quo ad ingluuiem, & ebrietatem c. venter,diſt.35.& quo ad omne intemperantiæ genus,diſt.41.cap.quiſquis.

In lumbis propter luxuriem irreprehenſibilis eſſe debet, Iob cap.40.de pœnit. diſt. 2. cap. ſi enim.§.tentatio,Idem de genitalibus dicendum, 49.cap. hinc etenim,§.Iugem vero, & §.ponderoſus.

In genufleſſione quoque debet carere omni reprehenſione, ne nimis durus, aut difficilis, vel nimium facilis,cum nõ flectendum eſt, de ferijs, cap. 2. 3. Reg. cap.19.

Irreprehenſibilis eſſe debet in Tibijs, ſeu cruribus, vel pedibus, ne ingreſſum habeat nimis lentum, aut nimis acceleratum, diſt.23.c.his igitur.propterea cũ quidã ſacerdos Mediolanenſis in inceſſu nimiam leuitatem præſeferret, ſcurrarũ more, ſanctus Ambroſius eum à ſe abiecit, iuſſitq; ne ipſi vnquam præiret: detectaq; tandem eſt ipſius ſacerdotis mens impia; quandoquidem ſe eſſe ſacerdotẽ negauit,vt narrat ipſe S.Ambroſ.offi.lib. 1.cap.18. vbi pulchra docet de clericorum inceſſu.

Geſtus,& motus corporis habeant decorem d.cap.ijs igitur. Compertum etenim eſt clericos quibus indecentes, & ſcurriles geſtus ſunt, non eſſe mentis ſanæ, aut fidelis: S. enim Ambroſius ſcribit quendam ſibi commendatum optimis officijs, ſed ob indecentes geſtus à ſe fuiſſe abiectum: impiam autem eius mentem inde fuiſſe detectam, quòd in Arianã hæreſim fuerit poſtea prolapſus. Hæc à S. Ambroſio offic. lib. 1. eodem cap.18.

Totum corpus, atq; eius ſtatum ſancte cuſtodiat,diſt.32.cap.ſi quis vero:ſic .n. omni ex parte clericum irreprehenſibilem eſſe oportet,vt de ijs fuſius ſcribit Spec.in Aureo Repert.lib.3.tit.de vit.& hon. cler.

*Secunda Regula eſt, Vnius vxoris vir, ſed de hac diximus vberrime lib. primo cum de bigamis ageremus.*

### *De irregularitate contra ſobrietatem.*

## CAP. III.

*1 Ebrioſus non eſt promouendus.*
*Vorax non eſt promouendus.*
*2 Venter pinguis non gignit ſenſum tenuem.*
*Clerici ſenſus debet eſſe tenuis, & uigilans.*
*3 Temperantia facit ſoſpitem ſacerdotem;*
*Vinolentia munditiam tollit.*
*4 Vini vſus olim ſacerdotibus fuerat interdictus.*
*Dæmones ieiunio fugantur, temperantia prouocantur.*
*6 Gula vitium non eſt temere iudicandum.*
*7 Cibis ſe replens vſque ad uomitum, conſilio medicorum non peccat.*
*Potatio conſideranda ex natura hominis,*
*Venrodus Brito presbyter, ob ebrietatem factus dæmoniacus.*

Potatio



ADuerſus hanc apoſtolicã regulam agunt omnes ebrioſi, & voraces,& propterea,vt criminoſi, & irregulares promouendi nõ ſunt
1 Specul. in tit. de diſpenſ.§.Iuxta,verſ.&
ſcias; nam quod de ebrioſo,& vorace ſit
ius probat Raym.in tit.de ſobriet.ordin.
& probatur verbis S. Paul. ad Rom.13.
ibi:non in commeſſationibus,& ebrietatibus: vtrumque enim crimen eſt, & cũ vtroque aliquando, S. Auguſtinus laboraret,ipſis verbis Pauli ſubito caſu perlectis conuerſus eſt in domo Nebridij Mediolan. vt ipſe idem ſcribit in lib. confeſſionum. 8.cap.vlt.

Et ſane iure dicimus ingluuiem obeſſe ordini clericali; nam pinguis venter
2 non gignit ſenſum tenuem,diſt.44.cap.
nõ liceat,nec permittit quicquam tenue,
aut cœleſte cogitare,cap.Ne tales, in fin.
de conſecr. diſt.5.cum tamen in clerico
ſenſus debeat eſſe tenuis,& vigil.cap.qui
Epiſcopus, in princ. diſt. 23. inde fit, vt
3 temperantia ſoſpitem faciat ſacerdotẽ,
atque hilarem,de conſecr.diſt.5.cap.nihil enim ſic iucundũ,è contra verò ebrietas nutrix,& fomes eſt vitiorum,diſt.35. cap.ante omnia: ingluuies quoque omne bonũ opus diſſoluit,diſt.44.in princ. vinolentia munditiam tollit, cùm ſit excitatiua libidinis,prouerb.20.

Propterea olim vini vſus lege Moyſis
4 vetitus fuit, Leuit. cap.10.& Ezech.cap.
44. vt refert Aug. lib. de ſobriet.& virg. vbi addit,quicumque erit honore ſacerdotali p̃ditus, & proximus fuerit ebrietati,vicinus eſt vltioni; vbi alia multa ad rem facientia diſertè ſcribit:quin & lege Platonis, ſacerdotibus interdictus erat, vt refert Euſeb.Pamph.de p̃par. Euang. lib. 9. cap.2.& lib.12.cap.17. Dæmones
5 etenim ieiunio fugãtur,ſicut è contra
intemperatia prouocantur, ſcribit idem Euſeb.lib.4.cap.12.eſt tamen in hoc genere irregularitatis ſumma animaduerſione vtendum,vt ſcribit Auguſtinus lib. de Doct.Chriſt.3.cap.12.his verbis: at-
6 tendendum eſt, ne temere flagitia repre-
hendamus; fieri enim poteſt, vt ſine aliquo vitio cupidinis, vel uoracitatis prætioſiſſimo cibo ſapiens vtatur, inſipiens autem fœdiſſima gulæ flamma in vtiliſſimum ardeſcat,& ſanius quiſque maluerit more domini piſce veſci,quam lenticula more Eſau; aut ordeo more iumẽtorum, habetur diſt. 41. cap.quiſquis: Baſilius quoque in lib. de regul.breuiar. ſuper illa verba Paul. 1. ad Corinth.cap. 10.manducandum,& bibendum in gloriam Dei, Nimirum (inquit) quando beneficiorum diuinorum erga ſe memoriam conſeruat,& eiuſcemodi animi affectionem retinet, quæ ex compoſitione ẽt corporis declaretur, vt non tanquam ſecurus omnino manducet,ſed vt qui inſpectorem habeat dominum,& quando in ſumendo cibo illud ſibi propoſitum habet, vt non tanquam ventris mancipium, propter voluptatem manducet, ſed tanquam operarius Dei, vt in operibus ijs,quę ſunt ex mandato Chriſti,exequendis firmior eſſe poſſit, Hæc ille:qui etiam alio loco putat nimiam attritionem corporis in ciborũ abſtinentia mẽti,& intellectui contrariam eſſe: nam in lib.de virginitat. ſcribens, quòd venter pinguis non gignit ſenſum tenuem, ſubijcit hęc verba; Valde tenuis venter ob imbecilitatem,in corporis debilitate mẽtem mortuam efficiens, etiam iam partum ſubtilem intellectum extinguit.

Quamobrem nõ manducatio,& potatio damnantur, ſed vitium, & culpa:

Iccirco

7 Iccirco ſi quis medicorum conſilio, ad repletionem adducatur, nihil criminis illi imputari poteſt.S.Thom. 2.2.q.150. artic.2.ad 3. ſicut non omnis inebriatio reddit ebrioſum hominem, ſed ea ſola, quæ ex culpa cauſatur, vt ibid. Vnde & ſi vnuſquiſq; trina potatione contentus eſſe debeat, cap.quando,diſt.44.Tamen ſi ipſa hominis naturæ complexio plus exigat,poteſt ſine culpa hunc numerum potando excedere. Silu.in verb. clericus 2. verſ. Quinto: ſicut ex diuerſo aliquis hunc ternarium numerum potando nō excedens, inter ebrioſos adſcribi poſſet ex multis cauſis,vtputa ſi ſit compotator ad bibendum inuitans,cap.à crapula,de vit.& hon.cler.Deinde ſi purum, ac meraciſſimum bibat; nam honeſtius eſt, vt aqua diluatur. Abb.in d.cap.à crapula: niſi tam leue uinum ſit, vt naturæ hominis bene congruat,vt ibid.ille & Tabien. in verb.ebrietas nu.6.Tertio contingere poteſt,vt parum bibens plurimum incaleſcat,vel ad ſcurrillia vergat canendo inter epulas, nam excommunicandus eſt. c.clericū 22.q.1.ex Conc. Carthag. IIII. cap.62.vel etiam poſſet in Tabernis verſari pernoctando, ſic vinolentus, poſtea mane ſine vlla dormitione miſſam dicere,quo caſu eſt deponendus.cap. ſi conſtiterit,de accuſat.

Sic itaque neque quantitas, neq; prætioſus cibus ſobrietatem adimunt,ſed affectus, ſtudium, immunditia, multiloquium, ſcurrilitas, & mentis hebetudo intemperantem hominem indicant, & hanc inducunt irregularitatem,& quandoque etiam aliam maiorem, vtputa ſi factus ebrioſus inciderit in furorem, & in dæmonis poteſtatem, vt de Vennodo Britone presbytero narrat Greg. qui cū vini abſtemius quodammodo eſſet,aſueſcendo adeo diſſolutus eſt, vt poſt ebrietatem à dæmone correptus fuerit, & debacchādo reliquos armis inſequeretur, tandem immedicabili hoc morbo infra biennium necatus eſt.Hęc Greg.Turon. lib. 8.cap.34. contra uoracitatem, & ingluuiem nemo adeo doctè,pie,profuſeq; ſcripſiſſe videtur,quā Clem.Alex.Pędag. lib.2.cap.1.& 2.

*De irregularitate contra prudentiam.*

## CAP. IIII.

1 *Prudentiæ contraria ſunt inconſideratio, temeritas, præcipitatio.*
2 *Prudens vt ſerpens quis ſit.*
3 *Suſpiciones aliæ beneuolæ, aliæ maleuolæ.*
*Suſpicari bonum non poteſt malus, nec malum bonus*
*Imprudentia eſt canonicum impedimentum.*
*Scientia requiritur,vt bonus dicatur prudens.*
*Incautum eſſe inter canonica impedimentū ponitur.*
5 *Simplicitas nimia canonicum impedimentum eſt.*
*Gregorius abiecit Petrum electum in Epiſcopū Neapolitanum; ob nimiam eius ſimplicitatem.*
6 *Epiſcopo non ſufficit orare, ſed oportet & prouidum eſſe.*
*Epiſcopus debet ſemper ſuis negotijs cauere.*
7 *Seculum nullum fuit vnquam iſto malitioſius.*

HVIC Apoſtolicæ regulæ aduerſatur quicunque inconſideratus,temerarius,præceps: hæc enim prudentię contraria ſunt, & ad mortale peccatum pertinent, S.Tho.
1 2.2. quęſt. 53.art.2.3.& 4.Nam Chriſti pręceptum eſt Matt. cap. 10. eſtote prudentes ſicut ſerpentes, &c. quæ verba Baſil. in Regul.breuior.eleganter ita in-
2 terpretatur, prudens (inquit) ſerpens eſt, qui in doctrina tradenda ita ſe moderatur, vt adhibita circumſpectione conſiderationeque,qua ratione id, & fieri,& facile fieri poſſit, omnia faciat, vt audientium animos ad auſcultandum habeat paratos; ſimplex autem vt columba,qui ne ſimpliciter quidem,de vlciſcendo eo, qui ſibi aduerſatus ſit,cogitat, &c.



Cum igitur ſacerdotij munus ſit alijs præeſſe,prudentiæ eius pars eſt ſuſpicari ſi populos diligit iuxta poeticum illud:

*Res eſt ſolliciti plena timoris amor.*

Fit enim ob eam cauſam circumſpectior, Ideoq; idem Baſil.eod.lib.Omnes (inquit) quæ ab iniquo,& maliuolo animo proficiſcuntur ſuſpiciones culpātur ab Apoſtolo: cæterum diligentiā in omnibus obſeruandis adhibere in charitate Chriſti,& ſtudio curandi eum,qui ſuſpectus ſit, hoc eius eſt, qui ei præfectus officio eſt, vt cunctos gubernet, &c. hæc ille: Cui adſtipulatur Chryſoſt.tomo. 5. homil.9. de ſancta Suſanna, Maliuolæ (inquit) ſuſpiciones ſunt calumniantiū, beniuolæ ſuſpiciones ſunt gubernantiū;
3 licet de filio male ſuſpicari,vtiq; ſuſpicaris malum, ſed optas inuenire bonum: qui beniuole ſuſpicatur, vinci cupit; tūc enim bene lętatur,quando falſum inuentum fuerit,quod male ſuſpicabatur, hæc ibi: Prudentis igitur eſt beniuole ſuſpicari, ſicut imprudentis eſt vbique ſe ſe tutum putare; ſicut etiam nimium leuiter ſuſpicari de viro probo damnabile eſt,prouerb.cap.24.ne quæras impietatē in domo iuſti,neq; uaſtes requiem eius, &probatur.cap.abſit, 11.q.3.nam vt dicit Greg.difficile eſt aliquē ſuſpicari malum, qui bonus eſt,& difficile eſt aliquē ſuſpicari bonum,qui malus eſt.

Aliud quoque imprudentiæ genus, in ſacerdote eſt, ſi inſcius ſit, & minime verſatus per ſacras literas; eſt enim incūbendum ſcrutationi ſacrarum ſcripturarum, iuxta illud, ſcrutamini ſcripturas, &c. & Paul. 1.Tim.4.Attende lectioni, & exhortationi doctrinæ; nam quantū-
4 uis quis ſit pius,ſi ſit incautus, & imprudens ruſticitate ſciētiæ plurimūm obeſt Eccleſiæ. Hier.in 1.prologo Bibliæ,Sancta (inquit) ruſticitas ſolum ſibi ꝓdeſt, & quantum ex vitæ merito ædificat Eccleſiam Chriſti, tantum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat. Greg.quoque 1.moralium, Nulla (ait) eſt ſcientia ſi vtilitatem pietatis non habet, & valde inutilis eſt pietas, ſi ſcientiæ diſcretione caret. ꝓbat S. Tho.2.2.q.9.artic.3.tenemur etenim nos Eccleſiaſtici, omni poſcenti rationē reddere de ea quę in nobis eſt fide 1.Pet. cap.3.alioqui ſemper incauti, & improuidi ad fallacias mundi, ac dæmonis futuri ſumus ſiue tacendo, ſiue loquendo, cum tamen ſacerdotis munus præcipuū ſit,ne aut tacenda proferat,aut proferenda reticeſcat; Nam vt incauta locutio in errorem protrahit,ſic indiſcretum ſilentium eos, qui erudiri poterant,in errore derelinquit, vt ſcribit Greg.in paſt.c.15. habetur diſt.43.cap.ſit Rector.

Aliud etiam imprudentiæ genus eſt in rebus agendis, quod plurimum obeſt
5 animarum regimini: quamobrem nonnulli nimium ſimplices dignitatibus depoſiti ſunt. Gregorius etenim repellendum ſtatuit Epiſcopum Neapolitanum, quòd nimium ſimplex eſſet,habetur diſt. 39.his verbis; Petrus diaconus,quem à vobis electum aſſeritis, omnino, vt dicitur, ſimplex eſt, & noſtis quia hoc tempore,talis in regiminis arce debet conſtitui,qui non ſolum de ſalute animarum, verum etiam de extrinſeca vtilitate, & cautela ſciat eſſe ſolicitus, quo loco gloſ. probat eos,qui eiuſmodi ſimplices ſunt, irregulares eſſe,& promoueri non poſſe.

Ad hæc accedit, quòd Epiſcopo, & ſacerdoti non ſufficit ſolis orationibus in-

6 incumbere,niſi etiã prouidus ſit, vt ſcribit idem Greg.ad Secundum Epiſcopũ, habetur diſt.86.cap.fratrem; Epiſcopus enim,& ſacerdos debent peruigiles eſſe, & ſuis negotijs ſemper cauentes.cap.qui Epiſcopus, in princ.diſt.23.quæ conueniunt reliquis omnibus inferioribus ordinibus, præſertim hoc noſtro ſæculo,
7 quo non arbitror à Chriſto nato aliud fuiſſe malitioſius,vſq; adeo,vt ſibi à malis cauere vix quiſquam poſſit.

### *De irregularitate contra ornatum.*

## CAP. V

1 *Ornatum intelligimus, & veſtitu, & virtutibus.*
*Veſtitus ſimplex eſſe debet,& decore plenus.*
2 *Veſtitus ſi nimium cultum habeat,peccatũ eſt, an longus, an manicatus.*
3 *Veſtitu ſumptuoſiore vti licet, ſi aſtandum ſit perſona auctoritatem publicam habenti.*
*Veſtitus diſſolutus,& abiectus non commendatur.*
4 *Veſtitus damnatur quandoque vſque ad ſuſpẽſionem, quandoque vſque ad excommunicationem.*
*Veſtitum ſacerdotalem dimittere ob perſecutiones quandoque licet.*

SAcerdotem ornatum eſſe op-
1 portet,tã moribus, quàm honeſto veſtimentorum vſu, vt docet glo.ſuper verb. ornatum ad Epiſt. 1.Tim. cap.3.de ornatu ex moribus hic non agimus;nam toto hoc fere opere de ea re ſcripſimus. At in hoc capite de ſolis veſtibus agere inſtituimus: fit igitur aduerſus apoſtolicam regulam,ſi in veſtitu nimius cultus habeatur: laudandus
2 quippe eſt decor,& competens ornamẽtum: Ambroſ. etenim libro primo off.c. 19.Decor (inquit) corporis non ſit affectatus,ſed naturaliter ſimplex, neglectꝰ, magis, quàm exquiſitus, non precioſis, aut albentibus intus veſtimentis, ſed cõmunibus,& honeſtati, vel neceſſitati nihil deſit, nihil accedat nitoris, hæc ille; ideo Conc.Matiſc.1.c.5.& Cõc.Carth. 4.cap.45.habetur diſt.41.cap.clericus, multa cõſtituuntur circa veſtium vſum clericorum. Conc. etiam Conſtantien. ſeſſ. 14. tit. de vit. & hon.cleric.certa veſtiendi norma præſcribitur,additis grauiſſimis pœnis, & ideo contrauenientes poſſunt aliquomodo dici apoſtatæ,Silu. in verb.apoſtaſia,quæſt.2.vnde hodie,ex Conc.Trident. ſeſſ. 14.cap.6.& ſeſſ.24. c. 12. de reform. Statutum eſt clericis, vt decenti habitu,domi foriſque vtãtur: Decens autem videtur habitus oblongꝰ vſque ad talos: nam tametſi talares, & manicatas tunicas habere apud Romanos olim flagitium erat ob nimiam mollitiem; tamen poſt illa tempora,viſus eſt honeſtiòr huiuſmodi veſtitus,& grauitati Chriſtianæ conuenientior. patent hæc ex S. Aug. de doct.Chr.lib.3.cap.12.In manicatis vero veſtibus ferẽdis illud cauendum eſt, ne gerantur ad mollitiem, leuitatẽ,aut ignauiam, cuiuſmodi ethnici ferre conſueuerant; nã damnatas fuiſſe illis conſtat ex Marone:

*Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.*

Quòd etiam ſcripſit Aul. Gell. lib.7. cap.12. Secus igitur fuerit ſi ferantur ſic manicatæ veſtes ex aliquo regulari inſtituto, aut Eccleſiaſtica conſtitutione: ex quibus aperte cõcludimus nimium cultum in veſtitu peccatum eſſe,vt tradit S. Thom.2.2.q.169.art.1.& ante eum ſcripſerat S. Greg. in homil. vlt. ex quadraginta,his verbis:Sunt nonnulli,qui cultũ ſubtilium pretioſarumque veſtium non putant eſſe peccatum, quod ſi videlicet culpa non eſſet, nequaquam ſermo Dei

tam



tam uigilanter exprimeret, quòd diues, qui torquetur apud inferos byſſo,& purpura indutus fuiſſet.Hæc ille.

Fit autem aliquando,vt etiam ſi abſit ſumptuoſitas veſtium, tamen ob nimiũ ſtudium,& vſum inſolitum, quis damnetur,veluti ſi virgatas (quòd aiunt) veſtes, aut diſſectas deferat ex Cõc.Vienen. quod habetur in Clem. 2.de vit.& hon. cleric. de qua re videndus Bern.Diaz in praxi canon. cap.79.quo loco addit aliquando ob opportunitatem temporis, loci, ac perſonæ coram qua clericus aſ-
3 ſiſtere debet, poſſet ſumptuoſiore, & accuratiore veſtiẽdi forma vti,ex deciſ.Toloſan.52.cum additione Aufrerij:quod etiam ſcripſit ante hos omnes Baſil. in Regul.breuioribus,Idem & Sil.in verb. Apoſtaſia.q.2.

Fit etiam aliquando quis reus huius criminis, ob nimium ornamenti contẽptum,ſcribit enim Ariſt. Ethic. lib.7.ad mollitiem pertinere, ſi quis veſtem vno latere pendentem,vel in terram collabẽtem nõ attollat, aut ſubleuet,vt refert S. Tho.d.q.169.artic.1. Idem quoq; ſcripſit S. Aug. lib.3.de doct.Chriſ.quiſqs (inquit) reſtrictius rebus vtitur,quàm ſe habeât mores eorum,cum quibus viuit, aut intemperans eſt,aut ſuperſtitioſus.S. Thom.d.quæſt. Alberic. in verb. veſtis, Nam nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ delitiæ laudes pariunt, S. Hier. vt habetur diſt. 41. in princ. Ideo bene dicitur in Conc.Gangren.cap.vlt.ornatum præter corporis diligentiam infucatum laudamus,diſſolutos autem,& fractos veſtibus,& inceſſu non recipimus,habetur in cap.parſimonia,diſt.41.Hoc igitur Cõc. Gangrenſi non ſolum lex lata eſt de veſtitu, verum etiam executioni mandata: Nam Euſtathium Sebaſtæ Epiſcopũ depoſuit, quòd non Epiſcopalem,ſed philoſophorum habitum indueret; quam depoſitionis ſentẽtiam prius tulerat Eulalius Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus ipſius Euſtachij pater, vt ſcribit Socrat. hiſt.lib.2.cap.33.

Sic itaque cum pluribus modis in veſtitu peccatum incurri poſſit p̃ clericos, vt ſcribit Tabien.in verb.clericus 2.verſ. quærit qualis, iure merito hoc caput in-
4 ter canonica impedimẽta aſcribi debet; nam aliquando excommunicationis pœna imponitur, vt cap. Epiſcopi, 21.q.4. vbi Archid. & Hug. & aliquando cum ſuſpenſione omnium ordinum,& etiam vſque ad beneficij priuationem, vt ex Conc. Trident. ſeſſ. 14.c.6.de refor.erit tamen illud conſiderandum, ſi quis ſacerdotalem habitum depoſuerit ob hoſtium perſecutiones,præſertim tranſiturus ad alia loca; nam tunc nulla pœna dignus eſſe videtur,qui hoc fecerit. Nã Euſebius Samoſatenus Epiſcopus, cum per Thraciam peragrans confirmaret fideles, ac Epiſcopalia munia perficeret, deferebat militarem habitum, depoſito Epiſcopali. Trip. hiſt. lib. 7. c. 16. facit cap.Epiſcopi 21.q.4. At Epiſcopi uagãtes,habitu mutato,ſine rationabili cauſa ipſo facto excommunicationem incurrunt.Extrauag. Ioan. xxij. in c. vt prælatorum,& cap.Et ſi deceat.

### *De ea irregularitate, quæ contraria eſt pudicitiæ.*

## CAP. VI.

1 *Impuditiæ ſigna plurima, etiam ſemota copula carnali.*
*Impudicus occulus impudici cordis eſt nuncius.*
*Pudorem ſentiunt etiam ipſa mortuorum corpora.*
2 *Virgines mortuæ pudorem ſeruarunt, nudatis eorum corporibus.*

Epipha-

*Epiphanius etiam mortuus pudorem ſeruauit.*
*Lanfredus Epiſcopus à Nicolao I. deponendus fuit, quòd cum propria filia nimia conſuetudine vteretur.*
3 *Impudicitia vnum eſt ex illis operibus, quæ dicit S. Paulus nos excludere à Regno Dei.*
4 *Pudicitia etiam ethnicis religioni fuit, ne cũ filio pater lauaretur.*
5 *Verecundus is vere eſt, qui ſe ipſum veretur. Democriti dictum.*
6 *Impudiciſſimi quandoque ſunt ipſi Eunuchi.*

HVIC loco fornicationis mate-
ria non congruit, nam de eà
aliàs opportuniꝰ tractaturi ſu
mus: hic vero agimus de ſolo pudore cu
ſtodiendo, ne quis quicquam agat turpe,
quod ſit pudicitiæ contrarium; nam ad-
uerſus hanc Apoſtoli Regulam facit nõ
ſolum qui fornicatur, ſed etiam is, qui
cum nõ fornicetur, tamen obſcœnos ha-
bet oculos, linguam, oſcula, tactus, aut
1 corporis motus: ſunt etenim hæc omnia
impudicitiæ ſigna, & caſtitati pudorem
incutiunt. S. Thom. 2. 2. q. 156. artic. 4. S.
Cyprian. lib. de diſcipl. Virg. colu. 10.
in fin.

Nam & in coniugali caſtitate verecũ-
dia incutit pudorem. Aug. lib. de ciuit.
Dei 14. cap. 17. Et parum eſt à copula ab
ſtinere, ſi oculis, aut alijs ſenſibus laſci-
uias; oculus etenim impudicus impudi-
ci cordis eſt nuntius. cap. nec ſolo, 30. q.
5. & intactis ab immunda violatione cor
poribus fugit caſtitas ipſa de moribus,
vt ibid. Nam vel mortua corpora pudo-
rem etiam ſeruare videntur, vt habetur
in prato ſpirituali Sophronij ſophiſtæ,
ſiue Ioannis Euirati ad Sophronium, c.
77. cum quidam effoſſo ſepulchro, mor-
tui corpus ſpoliaret, ita excitatus puta-
2 tur mortuus, vt digitis oculos furis effo-
derit: eodem etiam lib. cap. 78. conſimi-
lis ſepulchri effoſſor, vbi puella nubilis ſe
pulta extiterat, eam cum denudaſſet, à
mortua per manum detentus eſt, his ver
bis: Neque ſexum muliebrem reueritus
es? viuẽte me, nullus extraneus vnquam
vidit faciem meam, & tu poſt mortẽ nu-
dum aſpexiſti corpus meũ; quibus mor
tuæ verbis adſtrictus eſt monachus fieri,
vt ibi diffuſius enarratur. Sanctus quoq;
Epiphanius in naui mortuus, improbũ
nautam, qui eius verenda reuelare au-
ſus fuerat, pede ita percuſſit, omnibꝰ vi-
dentibus, vt reuelator mortuus fuerit.
ſcribit Sim. Metaph. in eius vita die 15.
Maij. iure igitur ex hoc genere apoſtoli
carum regularum fit irregularis quiſqꝫ
impudicus eſt; nam ſacerdotio indignus
eſt, & promotus deponi debet, ob ingens
ſcandalum, & maximam infamiam. Nã
Lanfredus Epiſcopus ſub Nicolao I. Põ-
tifice maximo, excommunicandus, & de
ponendus ab illo eſt iudicatus, quia filię
propriæ conſuetudine nimium familia-
riter vtebatur. diſt. 34. cap. quorundam.
ad hæc faciunt text. & doct. in cap. cũ in
iuuentute, de præſumpt. & in cap. cum in
iuuentute de purgat. canon. ſummiſtæ
omnes in verb. impudicitia: eſt enim hęc
impudicitia vnum ex operibus carnis,
ob quæ à regno Dei excludimur. S. Paul.
ad Galat. cap. 5. publico enim loco nul-
lum impudicitię ſcelus abſque ſcandalo
committi poteſt: nam quid ſcãdaloſius,
imò quid miſerabilius audiri poteſt ſe-
ditione illa Hieroſolymitana ſub præſi-
de Cumano? quando ob unam vnius
militis Romani impudicitiam corã Po-
pulo cõmiſſam, viginti virorum ac mu-
lierum millia extincta ſunt ipſa eadẽ ho
ra commiſſi criminis. Cum enim miles
Romanus Hebræorum Populo nudata
genitalia oſtendiſſet, excitatus eſt tam in-
gens tumultus aduerſus præſidem, vt Iu-
dæorum iam dictus numerus fuerit oc-
ciſus. Ioſeph Antiq. lib. 20. cap. 4. quin
hęc



hæc impudicitia ſeminarium origoque
fuit omnium ſeditionum aduerſus Ro-
manos: adeòut nunquam deinceps Iu-
dæi conquieuerint, donec ad ipſum ex-
cidium tãdem peruenerint. Ioſeph bell.
Iud. lib. 2. c. 21. atque hęc quidem apud
Iudæos.

Quinimmo etiam ipſis ethnicis pu-
dicitia religioni fuit, nam verecundiæ
cauſa nec pater cum filio pubere, nec ſo
4 cer cum genero lauabatur, Max. lib. 2. tit.
de inſtit. antiq. ita quoque ſeipſum nu-
dum inſpicere, aut impudenter contin-
gere, ad hoc idem genus irregularitatis
ſpectabit; ſi manifeſte id fiat: Muſonius,
etenim eum apud omnes verecundia di
gnum haberi dicebat, qui primum ſeip-
ſum vereri didiciſſet: Stobæ: Serm. 29.
Ibidem quoque dicit Democritum di-
ctitaſſe malum etiam ſi ſolus fueris, neq;
dixeris, neque feceris, diſce autem teip-
ſum multo magis, quàm alios reuereri;
quibus exemplis nos, qui Chriſtum co-
limus ad veram pudicitiam longe ma-
gis excitãdi ſumus, vt patet apud Clem.
Alex. in Pedag. lib. 3. cap. 4. & 5. vbi fuſiꝰ
hoc impudicitię genus inſectatur: ad qđ
etiam pertinet quod Hammonius Ana-
choreta dicebat. Turpe eſſe Monacho,
nudum ſui ipſius corpus contemplari.
Socrat. hiſt. lib. 4. cap. 18. Nec excuſabi-
tur ſi quis fuerit caſtratus, aut diſſectus,
nam plerumque ij, qui genitalibus carẽt,
impudiciſſimi ſunt, vt fuſius ſcribit Baſ.
lib. de virgin. & latius diximus primo li-
bro, quando de caſtratis agebamus.

*De irregularitate hoſpitalitati contraria.*

## CAP. VII.

1 *Hoſpitalitate, qui caret, etiam Regno cœlorum eijcitur.*
2 *Gregorius magnus Archidiaconum Florentinũ abiecit, quòd inhoſpitalis eſſet.*
3 *Hoſpitalis non eſt, qui eleemoſinarius non eſt.*
4 *Epiſcopus niſi ſit eleemoſinarius, vacuum nomẽ habet.*

TAnta eſt hæc hoſpitalitatis vir-
tus, quod ſi quis ea careat ſa-
cerdotio indignus iudicatur,
non ſolum hac apoſtolica regula, ſed ẽt
1 Euangelica auctoritate abijcitur à regno
cœlorum: Matt. 25. Vidua quoque in
miniſterio Apoſtolorũ admitti prohibe-
batur ſi hoſpitalis non fuiſſet 1. ad Tim.
cap. 5. iure igitur merito non eſt recipiẽ-
dus in miniſterio Dei quiſquis fuerit in-
hoſpitalis: Propterea S. Gregorius Ar-
chidiaconum Florentinum abijciẽdum
putabat, quod tenax vſque adeo eſſet, vt
2 nunquam ipſius domũ quiſquam ami-
cus ingreſſus foret hoſpitalitatis cauſa,
habetur diſt. 85. cap. Florentinum.

Quanto autem odio Deus inhoſpita-
lès clericos proſequatur, inde conijcere
poſſumus, quòd quemlibet laicum ſuæ
rei dominum extremo iudicio damna-
turus eſt ob inhoſpitalitatem, diſt. cap.
25. Matt. multoq; magis clericus dam-
nandus, qui qđ ſuum non eſt, ſed alienũ,
non erogat ad hoſpitalitatis officium;
nam aliena capere conuincitur, qui de
bonis Eccleſiaſticis vltra neceſſaria ſibi
retinere probatur, diſt. 42. in princ. & ille
inhoſpitalis etiam dicitur, qui eleemoſi-
narius non ſit, ex Greg. ad Secundum,
3 Nec ſibi, (inquit) credat ſolam lectionẽ,
& orationem ſufficere, vt remotus nihil
ſtudeat fructificare, ſed longam manum
habeat, neceſſitatem patientibus ſuccur-
rat, alienam inopiam ſuam credat, quia
4 ſi hoc non habet vacuum nomen Epi te-
net, habetur diſt. 86. c. fratrem; Ambroſ.
quoque dicit: Neq; enim minus eſt cri-
minis habenti tollere, quam cum poſſis

& abundes indigentibus denegare, habetur diſt. 47. cap. ſicut de hac erogatione bonorum Eccleſiaſticorũ vide Sil. in verb. clericus, Tab. ien in verb. Reſtitutio. S. Tho. quodlib. 6. artic. 12.

*De ea irregularitate, quæ Doctrinæ contraria eſt.*

## CAP. VIII.

1 *Muti canes dicuntur, qui populum non docent.*
2 *Negligens eſt qui non ſe excitat ad opus, quod preſtare debet.*
*Epiſcopi, qui non docent puniendi.*
*Error, cui non reſiſtitur approbatur.*
3 *Correctionem populorum non faciens, puniendus.*
*Correctionem non faciens impudicus canis dicitur.*
4 *Negligens ſacerdos deponendus eſt.*
5 *Seueritas nimia præcauenda.*
*Paſtoralis liber Gregorij Epiſcopis neceſſarius.*
*Abſoluens, quem non debet, deponitur.*
*Innocentem condemnare tutius eſt quàm nocentem abſoluere in crimine hæreſis.*

HVIC Regulæ aduerſatur ille, qui imperitus, aut illiteratus, aut imprudens eſt, de quibus aliàs oportunis locis abunde diximus; Aduerſatur præterea is, qui cum peritus ſit, populum non docet; nam deponendus videtur, etiam iure veteris teſtamenti, vt colligitur Ezechiel. 34. videntur etenim canes muti, non valentes latrare,
1 Iſa. cap. 56. quo loco notandum eſt verbum, non valentes, nam quandoque latrare volunt, ſed non valent, quia cum mundi gloriã toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, & virtute diligant, vellent populo ſublimia dicere, vt etiam de ſublimitate verbi poſſent gloriam habere; ſed ideo latrare non poſſunt, quia dum prauo corde terrena meditantur, occulta veritatis, quæ proferant, reuelatione nulla comprehendunt. hæc Greg. ad lib. 1. Reg. cap. 3.

Vnde qui eiuſmodi ſunt paſtores, aut ſacerdotes, quia doctores non ſunt, ideſt, actu non docent, quæ ad ſalutem pertinent, reijciẽdi ſunt; nam vel ignaui ſunt,
2 Vnde incurrunt crimen negligentiæ, ex eo quod ſeſe non excitant ad opus, quod præſtare debent. S. Thom. 2. 2. q. 53. art. 1. 2. & 3. & contra eos omnia iura clamant, nam vltra tot Concilia, & ſanctorum patrum decreta, nouiſſime ex Côc. Trident. varijs pœnis ſubijciuntur paſtores, qui non docent: ſeſſ. 5. cap. 2.

Nec hoc docendi opus ad ſolam verbi prædicationem pertinet, ſed etiam ad puerorum inſtructionem, quoad fidei rudimenta, eod. Conc. ſeſſ. 24. cap. 4. de refor. Quinimmo, & is dicitur non eſſe doctor, qui vitiorum correctionem non
3 exerceat; nã populi vitia rectoribus aſcribuntur, diſt. 86. cap. culpam: Error etenim, cui non reſiſtitur, approbatur, cap. error, diſt. 83. Ideo que Rectores huiuſmodi correctiones omittentes deponendi ſunt, probatur aperte in capit. ſi quis Epiſcopus, cum glo. diſt. 83. & quandoq; ab ordinibus ſuſpenduntur. c. quicquid, 1. q. 1. nam quiſquis Epiſcopus nimium remiſſus eſt in puniendis, vel omnino nõ puniendis ſubditis, languere videtur, qd plus eſt, quàm negligẽtem eſſe, probatur cap. non putes. 23. q. 5. quinimmo canes impudici nuncupantur, cap. nemo, diſt. 83. quem locum Gratian. tribuit Auguſtino: ſed ſane totus fere ille text. eſt ex Greg. in paſtorali. c. 2. licet talia verba, ſcilicet, canis impudicus, apud Greg. nõ habeantur; ſed habentur ex Iſaia d. cap. 56. vbi impudentiſſimos canes appellat eos, qui ſtudijs non vacant ad legem intelligendam.

Præterea incidunt in ſuſpicionem ſocietatis criminis; non enim caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. d. capit. error: ſed etſi hęc correctionis omiſſio ex ignauia, aut negligentia oriatur, quia per eam Epiſcopus, vel ſacerdos redditur inutilis, efficitur irregularis; nam deponi de-
4 bet ſacerdos negligens capit. alius, 15. quæſt. 6. Alberic. in verbo Epiſcopalis ordo: ob negligentiam etenim ſacerdotes deponuntur, cap. dictum, cum gloſ. diſt. 81. nam omnes ignaui, aut negligẽtes alijs vitijs concomitantur, quia vel ex nimio luxu fiunt, vel qa mulieroſi ſunt, vnde ſurgit ſegnities, vt ſcribit Archid. qui ita intelligit illum tex. in d. cap. alius, cum glo.

Quacumque igitur cauſa quis non doceat populum verbo, vel exemplo vel correctione, inter irregulares aſcribi poteſt, ex præmiſſis: Illud tamen cauendũ eſt nobis, ne in nimiam ſeueritatem inci-
5 damus ex hac correctione; nam plurimum laudandi ſunt, qui ſeueritati miſericordiam coniunctam habent, cap. diſciplina, & cap. omnis, diſt. 45. Eſt enim vitioſa correctio, quę caret miſericordia, vnde illud iudicium ſine miſericordia ei, qui non fecit miſericordiam, Iac. c. 2. De qua re diligenter, & ſancte exercẽda, ſcilicet qua arte Epiſcopi docere, & corrigere debeant, vitam quoque propriam inſtituere, nemo vnquam melius, aut vberius ſcripſit quàm Sanctiſſimus Greg. 1. in paſtorali ſuo, quem librũ Epiſcopis neceſſarium eſſe declarauit Conc. Remen. cap. 10.

Ad hæc illud aptiſſime conuenit, ſi Epiſcopus, vel quilibet Rector per negligentiam abſoluerit à cenſuris, aut criminibus eum, quem non debuerat, deponitur ab officio, & miniſterio Epiſcopali cap. Theugaldum, 11. quæſt. 3. ſiue id fecerit defectu iuriſdictionis, aut auctoritatis, idem enim eſt d. c. Theugaldum; Ideo ſacerdotes abſoluentes in caſibus ſedi Apoſtolicæ in Cœna Domini reſeruatis, etiam ſi per negligentiam contẽptu admixtam id commiſerint, excommunicationem incurrunt; ſed non eodẽ modo reſeruatam, vt in dicta Bulla continetur; quæ cenſura eſt maior, quàm irregularitas, quæ cum gratia Dei aliquando eſſe poteſt, cum tamen excommunicatio, & à Deo, & ab Eccleſia ſeparet: qđ præcipue procedet in abſolutione ab hæreſi, quia in hoc crimine tutius eſt Innocentem condemnare, quàm nocentem abſoluere, Imol. in Clem. 1. de hæretic. Squillac. de fid. cath. cap. 34. Iudit. Inquiſit. in verb. hæreticus num. 33.

*De Irregularitate litigioſi.*

## CAP. IX.

1 *Litigioſi vitijs pleni ſunt, vt hic.*
2 *Clerici officium eſt aliorum lites componere.*
*Litigioſum eſſe crimen, & delictum eſt.*
*Litigioſus eſt & is, qui inania ſcrutatur contentione.*
3 *Litigioſi arrogantes, & impudentes.*
*Litigans pro iuribus ſuæ Eccleſiæ, non eſt litigioſus.*
5 *Clerici in Romana curia alieno etiam nomine litigando, quæſtum faciunt.*

NON ſolum, qui litibus implicitus eſt arceri debet ab ordinibus, vt fuſe tractauimus, cum de obligatis ad ratiocinia ageremus, verum etiam quiſquis litibus operam dat, & ſi non multum implicetur illis: nam ob id quod, qui li-
1 tes proſequuntur contentioſi plerumque ſunt, verboſi, proditores, adulatores, detractores, inuidi, maledici,



 ad

ad vltionem faciles, ob has cauſas miniſterio Dei apti eſſe non poſſunt; diſtin. 46. cap. 1. verſ. Ecce, ſcribit Raym. in tit. de litigioſ. Ideoque dicuntur irregulares eſſe ex hac apoſtolica regula, & tradit Specul. in tit. de diſpenſat. §. Iuxta. verſ. Item litigioſus: eſt enim cleri-
2 ci, & ſacerdotis officium aliorum lites
componere, diſt. 90. cap. placuit, & cap. ſtudendum: vnde ſi ipſi litigioſi ſint, ipſi reprobi efficiuntur, dum alijs prædicant, contra id quod docet Paul. 1. ad Corinth. cap 9. Nam litigioſum eſſe crimen eſt, & delictum S. Paul. 1. Corinth. capit. 7. & probat S. Auguſt. in Ench. capit. 78.

Litigioſum quoque accipere debemus non eum ſolum, qui litibus in foro incumbit, verum etiam eum, qui extra forum contentioſus eſt verbis, & ad inanes contentiones facilis, vt colligitur ex Paul. 2. ad Tim. capitul. 2. noli, inquit, contendere verbis, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium, idem in Epiſt. ad Tit. cap. 3. ſtultas, inquit, quæſtiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita, ſunt enim inutiles, & vanæ: Præterea arrogantis animi inditium eſt huiuſmodi contentio, vt ſentit Gregor. habetur diſt. 46. cap. hoc habet, quinimmo arrogantiam, & garrulitatem cum impudentia contentio ipſa coniungit, nihil enim impudentius illorum arrogantia, qui garrulitatem auctoritatem putant, diſt. 46. in princ. Raym. in d. tit. de litigioſ. Vide Alberic. in verb. litigium, & in verb. litigioſus.

Aliquando tamen ad tuenda Eccleſię iura eſt opus lite, nam etiam iuramento quilibet beneficiatus adſtringitur ad ſuæ Eccleſiæ iura proſequenda: propterea eo caſu excuſatur, ſi tamen ab Eccleſiæ obſequijs non diſtrahatur; ſed melius egerit ſi per alium litigarit capit. Epiſcopus, 14. quæſt. ſecunda; In curia autem Romana vſus inoleuit, vt non ſolum ſuo nomine quiſque clericus litiget, ſed & alieno: quinimmo, & procuratoris, & aduocati titulum gerunt paſſim ad omnes lites quantumlibet profanas, pretio conducti; ſed ſane non omne, quòd licet honeſtum eſt, vt dictat regula iuris: omnia etenim licent, ſed non omnia expediunt, Paul. 1. ad Corinth. capit. 6. Nam vel ipſo iure ciuili, in foro ſeculari nemo clericorum aduocare, vel patrocinari poteſt C. de Epiſcop. & Cler. l. placet, niſi in cauſa ſui collegij, vt ibi.

*De irregularitate cupidi.*

## CAP. X.

1 *Cupiditas cordis, non inducit irregularitatem.*
2 *Negotia ſæcularia exercens dicitur cupidus, & eſt irregularis.*
*Milites etiam deponuntur ob negotiandi cupiditatem.*
3 *Auaritia ſenſus peruertuntur.*
*Auarus ſciens comparatur hæretico neſcienti.*
4 *Artem honeſtam exercens honeſtioris vitæ cauſa, non eſt reprehendendus.*
*Apoſtoli, proprijs manibus laborando vixerunt.*
5 *Paulus ſutor tabernaculorum fuit, & artifex.*
*Clericus negotiari poſſet, pro propria cauſa, & miſerabilibus perſonis.*
6 *Proxeneta clericus degradandus.*
*Proxeneta illiciti contractus, eandem pœnam incurrit, quam ipſi contrahentes.*
7 *Vſuras negotiando alieno nomine, eadem pœna quiſque punitur.*

Cupi-



CVpiditas illa, quæ ſolo corde verſatur, peccatum quidem mortale eſt, & omnium malorum radix, S. Paul. 1. ad Tim. c. 6. & diſt.
1 46. cap. bonorum, & de conſtitut. c. nam
concupiſcentiam; ſed hæc inter irregularitates adſcribenda non eſt, ſi intra animi terminos contineatur; ſed ſi cupiditas exerceat etiam opera cupiditatis, red-
2 dit irregularem, ita docet Archid. diſt.
86. cap. non liceat, videlicet ſi quis cupiditate ductus exerceat negotia ſecularia; Ideo huiuſmodi homines irregulares ſunt, ſcribit Specul. in tit. de diſpenſ. §. Iuxta. verſ. Item cupidus, & pleno titulo proſequitur Ray. in tit. de cupidis, non ordin. & ita perſæpe ſacri canones decreuerunt; nam dicitur in c. quoniam, diſt. 47. deijciatur à clero, & alienus fiat à regula, & diſt. 88. cap. conſequens, dicit in quocumque gradu ſint poſiti mox clericalibus officijs cogantur abſtinere; ſed & in cap. Epiſcopus, aut ſacerdos, ead. d. dicitur, deijciantur, quibus locis irregularitas ipſa demonſtratur.

Quinimmo ſi huiuſmodi cupiditatis negocia exercentes, etiam à ſeculari militia deponuntur C. Negotiat. ne milit. lib. 12. multo magis militans deo implicari nō permittitur negotijs ſecularibus Paul. 2. ad Tim. cap. 2. Incidunt enim in magnū laqueum auaritiæ, qua ſenſus he-
3 betantur, & opinio peruertitur cap. accu
ſatores, vel teſtes, 3. q. 5. Mens etiam ab animæ ſalute conſideranda diſtrahitur; auarus etenim ſemper cōputat reditus, & gratius aurum, quàm ſolē intuetur, ex verbis Ambroſ. habentur diſt. 47. capit. ſicut; quinimmo æqualiter peccat auarus ſciens, ſicut hæreticus neſciens cap. quæro 6. q. 1.

Eſt autem illud animaduertendū cupidum ad hanc materiam dici eum, qui mercimonia vtitur lucri cauſa capit. ei-
4 ciens, diſt. 88. alioqui exercens artem ad
honeſtiorem vitam degendam, laudabilis eſt Conc. Carthag. IIII. cap. 51. habetur diſ. 91. cap. 2. & 3. vtputa ſi quis ſutor ſit, aut librarius glo. 14. q. 3. in fin. primæ glo. & glo. in cap. canonum, 14. q. 4. nam Diuus Hieron. ad Ruſt. monach. probat Apoſtolos proprijs manibus laboraſſe, vt viuerent cap. nunquam, de conſec. diſ. 5. & probat de act. apoſt. cap. 20. ſanctus etenim Paulus ſutor tabernaculorū fuit,
5 artifex in pellibus, vt fuſius probauim?
lib. 3. cap. 1. circa has artes quando congruere poſſint clericis ſcribit Abb. in c. vlt. de vit. & hon. cleric. Piam etiam ob cauſam, ſi pro Eccleſia, aut pauperibus pupillis, aut alijs miſerabilibus perſonis clericus bona adminiſtret, qa id ſine lucro facit, iure facit, vt diximus ſupra cū de obligatis ad ratiocinia ſcriberemus.

Eſt autem hoc loco non prætermittēdum, quod & ſi clerici negocia ipſi non adminiſtrent, ſi tamen inter negociatores intercedāt, vt proxenetæ in foro, aut nundinis, aut alio quouis Emporio, ex hoc ſolo officio interremptoris, ſiue proxenetæ degradari debent, Conc. Carth. IIII. cap. 48. & cap. 50. habetur diſt. 91. cap. clericus quilibet, vbi bona gloſ. vile etenim officiū eſt proxenetæ, præſertim clericis: ſed ſi proxenetæ officium gerat clericus priuatis negocijs, non in foro, aut nundinis, ſola arbitraria pœna punitur; ſi vero proxenetæ officium egerit in illicitis contractibus, vtputa vſurarijs, aut ſimoniacis, aut alijs turpibus à gradu ſuo debet deponi, Rom. ſing. ſeptingenteſſ. vigeſimo ſecundo, Incipit proxenetæ eſt tex. in cap. ſi quis Epiſcopus. 1. q. 1. & tradit Diaz in prax. canon. cap. 51. per gloſ. in l. ſi ſciente, ff. de parricid. tale enim delictum committit, quale eſt

 illud

illud, in quo efficitur mediator, ſicut ne-
gociator clericus alieno nomine circa
vſuras, idem delictum facit cap. ſicut,
diſt. 46.

### *De irregularitate eius, qui domui ſuę non eſt bene præpoſitus.*

### CAP. XI.

1 *Domui ſuæ non bene præpoſitus, nec Dei Eccleſiam gubernabit.*
2 *Familia, ſi cuius diſſoluta eſt domino impedimentum facit, ne promoueatur.*
*Domeſticos non coercens negligens eſt, & deponendus,*
*Heli à domino punitus, quod nimium leniter filios correxit.*
3 *Domeſticorum ſuorum curam non habens, eſt infideli deterior.*
4 *Familiam bene docens, & in officio cõtinens excuſatur, ſi illa ſit incorrigibilis.*
5 *Familiæ propriæ mores, licet occultò perſcrutari, & explorare.*
6 *Suſpiciones gubernantium beneuolæ ſunt.*

IRregularitatis huius rationẽ ip
ſe Paul. adfert. 1. ad Tim. cap.
3. Ibi; ſi enim domui ſuę præ-
eſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei curã
1 habebit? nam populum redarguere nõ
videbitur audere, qui ſuæ familiæ vitia
non extirparit, glo. in cap. ſicut. §. neceſſe,
diſt. 47. ſcribit etiam Ray. eos, quorum
familia diſſoluta eſt, ordinari non debe-
2 re, & ſemper contra eos præſumi quòd
in culpa ſint, donec contrarium probe-
tur, ita ille in tit. quod ordinand. domui
ſuæ, &c. Alberic. in verb. ordinandus; eſt
autem alia ratio huius irregularitatis, qa
arguitur magnæ negligentiæ, qui dome-
ſticorum vitia non coercet; vnde ſola ne
gligentia ſufficit ad depoſitionem indu-
cendam, ſicut & dolus, capit. dictum,
cum gloſ. diſt. 81. Ideo Heli qui filios ni-
mium leniter monuit cum ſumma ſe-
ueritate coercere debuiſſet, incidit in ſe-
ueriſſimum iudicium Dei 1. Regũ. cap.
2. & 4.

Vnde illud congruè hoc loco conue-
nit, qui domeſticorum ſuorum curam
non habet, hic fidem abnegauit, & eſt in-
fideli deterior S. Paul. 1. ad Tim. cap. 5.
Propterea quidam patresfamilias incer-
tis ſedibus vagantes dimiſſa familia, cũ
3 illa irregularitate vagationis, de qua aliàs
diximus, habent etiam hanc ipſam, &
promoueri non debent: Sum. conf. tit. q
ordin. dom. ſuæ ſit ben. prep. q. 14. quem
refert, ac probat Alber. in verb. beneficiũ
& officium, poſt medium. Ideoq; ſi quis
vnum in familia habeat non catholicũ,
ipſe paterfamilias promoueri non pote-
rit, donec illum, & totam familiam ca-
tholicam fecerit. Concil. Carthag. III.
cap. 18.

Hæc autem irregularitas eſt declarã-
da ſano modo in eo, qui domeſticos, &
familiares habet diſcolos, vt tunc demũ
obſint ei illorum vitia, ſi ignauus fuerit
in illis corripiendis, vt diximus: alioqui
ſi pro viribus, & opportunè, verbo & exẽ-
plo familiam doceat, & coerceat ſeueri-
4 tate ſibi conueniente, non erit irregula-
ris, ſi illa tam pertinax ſit, vt obduratè
velit delinquere; nam tunc nil ei obeſſe
poterit talis pertinacia, quãdo nulla cul-
pa ei imputari poteſt, capit. quantumli-
bet, diſt. 47. & gl. in d. cap. neceſſe, Nil. n.
obfuit Noè impietas Cam, nec Dauid
impietas Abſolonis, nec Chriſto im-
pietas Iudæ, & alia quam plura conſi-
milia.

Propterea quiſquis veretur ob fami-
liam excludi ab ordinibus per hanc re-
gulam, ſtudioſe obſeruare debet familię
mores, etiam explorando occulte: nam
5 ſi amat, ſollicitus eſſe debet, ex carmine;

Res



*Res eſt ſolliciti plena timoris amor.*

Nec ob eam cauſam ſuſpicari qd tur
pe in familia malum eſt; nam gubernan
tium ſuſpiciones beneuolæ ſunt, vt ſcri-
bit Io. Chryſoſt. tom. 5. hom. 9. de ſancta
Suſanna, Baſil. quoque in regulis breuio-
ribus ſuſpiciones has collaudat, putatq;
6 ad circumſpectionis virtutem pertinere,
vt fuſius de ea re diximus ſupra cum de
prudentia ageremus.

### *De irregularitatibus ex criminibus in genere.*

### CAP. XII.

1 *Crimen enorme, & manifeſtum, an inducat irregularitatem*
*Crimina enormia, manifeſta, an etiam poſt peractam pœnitentiam inducant irregularitatem.*
2 *Crimina enormia ſunt hæreſis; homicidium. Simonia in ordine, & beneficio.*
*Crimina quantumuis enormia occulta non inducunt irregularitatem, præter homicidiũ.*
*Manifeſta non dicuntur quæ ſciuntur a multis.*
3 *Epiſcopus diſpenſat ſuper omnibus irregularitatibus occultis, præter homicidium.*
4 *Capitale crimen committens, ſemper eſt irregularis.*
*Mortis pœna verſa in irregularitatem.*

POST has Apoſtolicas irregu-
laritates ex peccato deriuãtes,
ordo expoſcit, vt ad alia quæ-
cumque crimina tranſeamus; ſed priuſ-
quam de ſingulis agamus, nonnulla ge-
neralia axiomata, & propoſitiones p̃mit-
tendæ ſunt, quæ etſi ex varietate ſenten-
tiarum apud ſcriptores plurimam dubi
tationem habeant, & non abſolute pro
veris haberi poſſint: Tamen hoc loco de
ſcribi ea non fuerit importunum. Alij
enim ſic generatim propoſuerunt.
1 Omne crimen enorme, & manifeſtũ,
vel de quo quis eſt conuictus, confeſſus,
vel cõdemnatus reddit irregularem, 15.
q. 8. cap. ſi quis presbyter, & de teſtib. c.
teſtimonium, cum glo. & 50. diſt. cap. de
ijs vero, Specul. in tit. de diſpenſ. §. Iux-
ta, verſ. 11. & verſ. Item conuictus.

Alio loco idem Specul. dicit, qui pro-
motus eſt ſiue egerit ſiue non egerit pœ-
nitentiam ſemper peccat, celebrando ſi-
ne diſpenſatione in quocumque, & qua-
licumque delicto manifeſto à ſe cõmiſ-
ſo: ita ille, in d. §. Iuxta. verſ. 18. in fin.
quod probat per tex. & glo. in cap. ſacer-
dotes, diſt. 50.

Alia eſt propoſitio; Enormia etiã oc-
culta etiam poſt peractam pœnitentiam
ſicut impediunt promouendum, ita deij
ciunt promotum. 1. q. 1. cap. ventum, ſcri
bit glo. in cap. fin. diſt. 25. text. de hæret.
cap. quicumque, & cap. ſtatutum. lib. 6.
de temp. ord. cap. quæſitum, de Simon.
cap. tanta: & enormia appellant crimina
hæreſis, homicidij voluntarij, ſimonię in
ordine, & beneficio.

Ideoq; alia crimina nõ enormia, ſed
grauia, & occulta poſt condignam pęni-
tentiã, nec deijciunt promotum, nec im-
pediunt p̃mouendum. d. cap. quæſitum,
Alberic. hoc ſcribit in verb. crimen; &
ideo alia delicta non ita grauia, ſed me-
diocria ſi manifeſta ſint per euidentiam
facti, aut per cõfeſſionem in iudicio, vel
per ſententiam, & impediunt promouẽ-
dum, & deijciunt promotum. d. c. quęſi-
tum; ſi vero ſint manifeſta per ſolã famã
indicitur purgatio, qua peracta abſolui-
tur, ſed ſi defecerit, tunc & promoueri
prohibetur, & promotus deponitur, de
adult. cap. ſignificaſti, & de purg. canon.
cap. ex tuarum; Quod ſi hæc mediocria
fuerint occulta poſt condignam pœnitẽ-
tiam licebit, & ſuſceptos ordines admi-
niſtrare, & ad maiores aſcendere, de tẽp.
ordin. cap. ex tenore, & cap. quæſitum, Et

 hoc

hoc tenuit Silu. in verb. Lex. q. 13.verſ.
15.in fi.vbi dicit,quod mediocria crimi
na licet ſciantur à multis non indigent
diſpenſatione,ſicut non egerent ſi eſſent
penitus occulta, non enim dicuntur ma-
nifeſta, vel notoria etiam ſi ſciantur a
multis.

Alio axiomatis genere vtitur Archid.
ſcribit enim hæc eſſe crimina,quæ etiam
poſt pœnitentiam impediunt ordinis
executionem, & ſuſceptionem,videlicet
homicidium, ſimonia, & omne crimen
notorium de iure, vel defacto, & ſi quis
incontemptum clauium excommunica
tus celebrauerit,& omne delictum,quod
ipſo facto inducit infamiam ciuilem:
Idem in omni delicto per ſententiam de
clarato, ſi inde inſurgat infamia iuris,
hæc ſcribit Archid. in cap.de ijs vero vi-
ſum eſt,diſt. 50.qui propemodum imita
tur Specul.in d.§.Iuxta.verſ.16 per tex.
in §. porro 3.q. 7.& C. de infam.l.1.ff.
eod.l.1.& l.ait,ſubditque hanc fuiſſe do
ctrinam Io. & ideo in hac propoſitione
ſi generali includit alia crimina in d. §.
Iuxta.verſ.ſunt quoq; irregulares: & iti-
dem alia includit gl.in cap. niſi cum pri
dem in verb. dumtaxat, de renunt. Ita
quod non poteſt aliqua elici certitudo.

Præterea alio loquendi genere vtitur
Abb.nam abſolute ſcribit omne crimen
publicum,vel notorium inducere talem
irregularitatem, quæ etiam poſt pœnitē-
tiam impedit promouendum, & deijcit
promotū, ne exercere ſuos ordines poſ-
ſit, ita ille in cap.poſt translationem,col.
2.verſ.Nota omne crimen,de temp.ord.

Alio loquendi genere vtitur idē Abb.
in cap. ex literarum, aliàs ex tenore, de
temp.ordin.

Alio modo idem Abb. loquitur in c.
fin.de cler.excom.min.

Et alio modo loquitur Sil.in verb. ir-
regularitas.q.14.

Gloſſæ etiam ipſe varijs loquēdi mo-
dis in hac ipſa re vſæ ſunt: in occultis,
etiam enormibus dicunt ſolum homici-
dium inducere tantam irregularitatem,
vt quis poſt pœnitentiam exercere pro-
hibeatur, ita dicit glo.in cap.vlt.diſt.21.
& glo.in cap.erubeſcant,diſt.32.In alijs
vero criminibus quantumuis enormib⁹
occultis.poſt pœnitentiam dicit nullum
eſſe impedimentum, ita docet gl.in cap.
ferrum, diſt. 50 pro qua videtur text. in
d.cap.quæſitum,& in d.cap.de ijs vero,
diſt. 50.

Sed & alio modo loquitur alia glo.in
cap.1. in verb de vltim.15.q.8.Ob quas
Gloſſæ, ac Doctorum varietates quia in
hac re nullam adferunt certitudinē do-
ctrinæ, ſed plurimum inuoluunt lecto-
ris animum, iccirco operepretiū eſt nos
per ſingula crimina proprias irregulari-
tates pertractare.

Vnica tamen, & inuiolata Regula re-
tenta eſt,quam præſcribit Conc. Tridēt.
ſeſſ. 24. c.6.de reſor. vbi habetur, quod
in omnibus irregularitatibus ex occulto
delicto prouenientibus poſſit Epiſcopus
3 ſuo iure diſpenſare, præterquā in homi-
cidio voluntario, ex quibus verbis Con-
cilij recte colligere poſſemus,quædā alia
quoque crimina occulta inducere irre-
gularitatem, licet non exprimat q̄ ſint:
Nam ſolum homicidium excipit.

Alia quoque Regula recte,ac vere ſu-
ſtineri poteſt, ſcilicet quod committens
quoduis capitale crimen irregularis effi-
citur; nam fit infamis cap. illi.6. q.1.&
4 deponitur delinquens,ex Con.Agathen.
cap.34.habetur diſt. 54.c.ſi Epiſcopus,
aut presbyter, imò & degradatur iuxta
verba Conc.Aurelian.3.cap.5.ſed ibi de
gradatio ſolam depoſitionem ſignificat.

Extat & alia regula hic digne cōme-
mo-



moranda, quæ eſt: Omnia crimina, in
quibus teſtamento veteri imponebatur
pœna mortis naturalis, inducunt irregu
laritatem, ex decreto Gregorij Papæ. I.
vt probat Ioannes Diaconus in vita. S.
Gregorij lib.2.cap.16.

*De ſcandalo, & eius irregularitate.*

## CAP. XIII.

1 *Scandalum cauſat irregularitatem, etiam in ſola verborum contentione.*
*Delictum quod non impedit promouendum per ſe propter ſcandalum,inducit impedimentū.*
3 *Digiti particula vitiata, cum non ſufficiat ad irregularitatem, tamen obſcandalum induceret.*

Vnum quodque quantumuis le
ue delictum inducit irregula-
ritatem, ſi ex illo natum fuerit
ſcandalum, tex. in cap ex lite-
ris, Primo de homicid. tradit Specul. in
tit.de diſpenſ.§.Iuxta.verſ.ſcandalum ē:
Nam verboſa contentio,quæ adfert ſcā-
dalum,& diſcordiam inducit irregulari
1 tatem, Ray. in tit. quod ordin.non deb.
eſſ.litig & eſt tex. cum gl. in cap. ſeditio-
narios, diſt 46 Propterea dicebat idem
Ray. quod ſi tale delictum quis cōmit-
teret, ob quod de iure non impediretur
promoueri, vel promotus exercere, Ta-
2 men propter ſcandalum deberet abſtine
re,& ab ordine ſuſcipiēdo, & à ſuſcepto
adminiſtrando, ita ille in tit. de parent.
qui fil.occid. verſ. In ſumma. inſuper vi
tiatus ſola particula digiti, per quam de
iure nō fieret irregularis, ſi illa parua di-
minutio habuerit principium ſcandalo-
ſum, forſan ex duello, vel ex aliquo alio
turpi actu, tunc fieret irregularis. cap. 1.
de corp.vitiat.vt iam frequentiſſime con
3 cluſimus hoc ipſo opere quando oppor-
tunè dicendum fuit.

*De Seditioſis:*

## CAP. XIIII.

1 *Seditioſi ſunt irregulares, etiam ſi Epiſcopi ſint.*

Quiſquis ſeditioſus eſt, nec pro-
moueri poteſt, nec promotus
adminiſtrare, c. ſeditionarios
diſt.46.ibi nunquam ordinandos, & gl.
ibi ſubaudit, & ordinatos deijciendos:
qui tex.exceptus eſt ex Concil.Carthag.
IIII. cap.67.Iccirco Epiſcopi ſeditiones
in ſua, vel aliena diœceſe commouentes
abijciūtur à clero,& honor eis aufertur,
Conc. Anch. cap.18.habetur diſt.91.c.
ſi qui Epiſcopi.

*Epiſcopus, vel Prælatus conſentiens ſubditorum delictis.*

## CAP. XV.

1 *Delicto conſentiens ſubditorum deponitur.*
2 *Conſenſus continet mandatum, fauorem,& approbationem.*
3 *Conſentiens ſubditorum delictis pecunia interueniente, ſimoniam committit.*
4 *Domini temporales conſentientes ſubditorum delictis inducentibus irregularitatem fiunt irregulares.*
5 *Conſentiens, vel conſultor quandoque grauius delinquit, quam ipſe delinquens.*
6 *Medicus tribuens venenum filio ad occidendū patrem, grauius delinquit; quam filius.*

ALio quodam loco dixeramus
Epiſcopum negligentiam in
corrigendis ſubditorum erra-
tis fieri irregularem; qm̄ qui non corri-
1 git conſentire vr̄.c.quid prodeſt,& c.cō-
ſentire,diſt.83 Multo ergo magis delin-
quit,qui vere conſentit,quā qui cōniuet,
nam ſi conſenſerit deponitur. c.eos,diſt.
32.ibi officij interdictione mulctentur.
&

& in cap. ſi quis Epiſcopus, cum gl. diſt.
83. ibi ſuſpendatur: colligitur autẽ hic
conſenſus, vel ex mandato, vel ex fauore,
aut conſilio, & qualibet approbatione;
2 nam verbum cõſenſus hæc omnia ſigni-
ficat glo. in c. notum 2. q. 1. & hos omnes
eſſe irregulares expreſſim tradit S. Aug.
ad fratres in Erem. Serm. 7. Ille vero om-
nium deteſtabilior eſt cõnſenſus, qui pe-
cunia interueniente præſtatur. d. cap. ſi
quis Epiſcopus; nam ob id Rector, aut
3 prælatus ſimoniam committit. cap. ne-
mo, de ſimon. quæ plenam depoſitionẽ,
& irregularitatem continet.

Hæc autem irregularitas non ſolum
pertinet ad Eccleſiarum Rectores, ſed ẽt
ad quoſcumque etiam laicos conſentiẽ-
tes quoquomodo illis delictis, quæ indu
4 cunt irregularitatẽ; nam incurrunt ean-
dem quam ipſi delinquentes. cap. fęlicis.
de pœnis, & Cle. 1. de pœn. Deci. in l. con-
ſilij, de reg. iur. nu. 5. Quinimmo quan-
doque grauius delinquit, & arctius fit ir-
regularis conſultor, & conſentiens, quã
5 ipſe delinquens probatur expreſſim in
cap. Tanta, diſt. 86. finge ſi medicus vene
num filio tribuat, quo patrẽ interficiat,
certe grauius delinquit medicus, ſcribit
Archid. in d. cap. tanta, in fin. ſicut & alia
glo. in c. qui aliorum, 24. q. 3. dicit plus
puniri conſulentem, quàm facientem.

### *De Inuidis.*

## CAP. XVI.

1 *Inuidia quandoque non eſt peccatum.*
2 *Inuidens profectui fratrum circa pietatẽ, quo-*
*dammodo peccat in ſpiritum ſanctum.*

1 TAmetſi inuidia quandoq; ſine
peccato ſit, ex ſententia Greg.
moral. lib. 22. his verbis, Ple-
rumque euenit, vt non amiſſa
charitate, inimici ruina nos lætificet, &
eius gloria ſine inuidiæ culpa contriſtet,
cum ruente eo, quoſdam bene erigi cre-
dimus, & proficiente illo, pleroſque inius
ſte opprimi formidamus; Tamen quiſ-
quis clericus inuidẽs fratrum profecti-
bus non debet promoueri, vt expreſſim
ſtatuit Conc. Carth. IIII. c. 54. habetur,
diſt. 46. c. clericus inuidens; Qua ratio-
ne conſiderandum eſt non omnem inui-
diam dum exiſtit peccatum mortale ſpi
rituale ſimpliciter inducere irregularita
tem iſtam; ſed ſolum illam inuidiam,
quæ officit, & obeſſe conatur verbo, vel
facto fratribus proficientibus in fide, re-
ligione, vel pietate: eſt enim quædã ſpe-
cies peccati in ſpiritũ ſanctum nolle pro
2 fectum fidei, & pietatis, ideſt inuidia fra-
ternę gratię, vt docet. S. Tho. 2. 2. q. 14.
quod genus inuidiæ ponitur inter grauiſ
ſima peccata, vt ſcribit Tabien. in verb.
inuidia. q. vlt. Ideo in clerico ad irregula-
ritatem pertinet d. Conc. Carthag.

### *De vltoribus propriæ iniuriæ.*

## CAP. XVII.

1 *Iniuriam vlciſcens, non eſt ordinandus.*
*Concordari cum aduerſarijs nolens, nõ eſt pro-*
*mouendus.*
2 *Iniuria poteſt animo remitti, & peti ſatisfa-*
*ctio.*
*Iudex, qui prætextu iuſtitiæ ſuam iniuriam vl-*
*ciſci vult, non eſt promouendus.*
3 *Iudex in iniuria ſibi illata põt procedere, ſi illa*
*iniuria redundet in præiudicium Eccleſiæ.*
4 *Inquiſitor poteſt propriam iniuriam punire.*
*Eccleſiæ Rector poteſt eſſe Iudex in facto proprio.*
5 *Caſus, in quibus quis in facto proprio eſt Iudex*
*remiſſiue.*
6 *Iudex, qui propriam iniuriam vlciſcitur, debet*
*omni odio vacare, & ideo prius debet inte-*
*reſſe priuatum parti remittere.*
7 *Iniuriam vlciſci non dicitur, qui ſe defendit.*
*Epiſcopi, & alij animarum paſtores peccant, ſi*
*nõ reſiſtant infamiæ, quæ ſeminatur cõtra ſe.*
Pro-



*Prometheus vulnerando aduerſarium, ut occi-*
*deret ſanauit.*
8 *Mala facienda non ſunt, ut eueniant bona.*
*Malus animus non purgatur bono euentu.*

NIhil minus congruit homini
Chriſtiano, quàm iniurias vl-
ciſci, cum ſcriptum ſit: diligi-
te inimicos veſtros, benefaci-
te ijs, qui oderunt vos. Matt. 5. propterea
qui odit fratrem ſuum homicida eſt, Io.
Epiſt. 1. cap. 2. & cap. 3. Iccirco iure meri
to ab Eccleſia reijcitur, & ordinandus
1 non eſt, qui propriam iniuriam, vel vlci-
ſci nititur, vel actu vlciſcitur, Concil.
Carthag. IIII. cap. 67. habetur diſt. 46.
cap. ſeditionarios: ob quam cauſam, qa
ordinandus non eſt, recte dicitur irregu-
laris. Multis autem modis hic caſus re
cipit declarationem: nam quicumque
odio priuato proſequitur iniuriantem,
& ad concordiam adduci non vult, eó
caſu huiuſmodi homo promouendus
non eſt. d. Conc. Carth. cap. 59. his ver-
bis: diſcordantes clericos Epiſcopus vel
ratione, vel poteſtate ad cõcordiam tra-
hat, inobedientes ſynodus per audientiã
damnet: clerici etenim nolentes pacem
componere, & propter odium nolentes
inimicitias deponere, per excommunica
tionẽ ab Eccleſia ſunt expellendi: Conc.
Agathen. cap. 22.

Alio modo intelligi poteſt in eo, qui
odium quidem remittit, ſed iniuriæ ac-
2 ceptæ ſatisfactionem quærit, hic non vi
detur ob hoc ſolũ irregularis eſſe gl. per
illum text. in c. & qui emendat, diſt. 45.

Alio modo intelligi poteſt in Iudice,
Rectore, vel Prælato, qui prætextu iuſti-
tiæ ſuam iniuriã vlciſcitur, quo caſu fiet
irregularis: nam maximum crimen eſt;
Greg. ad Ianuarium in Regiſt. lib. 2. cap.
34. habetur. c. inter, 23. q. 4. Nam Iudex
priuato odio non debet quemquam per-
ſuam iuriſdictionem punire. cap. de oc-
cidendis, cum glo. 23. q. 5. & in iſtis ca-
ſibus intelligi debet text. d. cap. ſeditiona
rios, vt ſcribit gloſ. in d. cap. & qui emen-
dat, ſcilicet vt ille tex. qui dicit promoue
ri non debere eos, qui vltores ſunt, pro-
cedat in ſuperiore, qui priuato odio ſua
publica auctoritate vtitur in puniendo,
ita docet illa gl. at ſi ſine odio id fiat, po-
teſt Iudex quandoque propriam iniuriã
iure vlciſci, vt ibid. gl. cui ſupplenda eſt
diſtinctio, videlicet aut iniuria redundat
in præiudicium ſolius perſonæ Iudicis,
puta ſi ei dicatur quòd ruſticus, vel vilis
eſt, eo caſu ipſe vlciſci non debet: aut re-
3 dundat etiam in iniuriam Eccleſiæ, puta
ſi dicatur ei quod eſt ſimoniacus, quòd
irregularis, quòd illegitimus, quòd hæ-
reticus; eo caſu vlciſci ipſemet põt ſuo
iudicio, ita docet glo. ſingularis in cap. ſi
quis ab Epiſcopo 2. q. 7. Vbi etiam Arch.
& idem Archid. in d. c. & qui emendat:
Et ideo inquiſitor poteſt propriam iniu-
riam vlciſci puniendo: arg. c. 1. de pœn.
lib. 6. & tradit Iuditial. inquiſit. in verb.
iniuria; ſed non tenetur vlciſci, ſi illa in-
iuria ab ipſo ſit interpretata perſonalis,
vt fecit Dauid. 2. lib. Reg. cap. 16. Hoc
ipſum fecit Helias. 4. Reg. cap. 1. & Heli-
ſęus ibid. cap. 2. Idem fecit Siluerius Pa-
pa, habetur. 23. q. 4. cap. Guiliſarius. vide
S. Thom. 2. 2. q. 108. Silu. in verb. patien-
tia; Ex quo illud ſequitur, quòd Rector
Eccleſiæ offenſæ poteſt eſſe Iudex in fa-
cto proprio, vt tradit Specul. in cap. hoc
conſultiſſimo in vlt. glo. de reb. Eccleſ.
alien. lib. 6. Alios autem caſus, in quibus
in facto proprio quis eſſe poteſt Iudex,
ponit. idem Spec. in Aureo ſuo Reper-
torio, in tit. de offi. ordin. verſ. an Epiſco-
pus, & in tit. de pœn. verſ. An Iudex. In-
noc. in cap. ex parte, de verb. ſignifi. & eſt
tex. in cap. dilecto, de ſent. excom. lib. 6.
Qui

Qui omnes loci debent intelligi ut ea iu
dicialis vindicta careat odio, ſecundum
glo.in d. cap. & qui emendat; alias con-
trafaceret dicto cap. ſeditionarios,& nõ
poſſet promoueri; ideo ſemper laudan-
6 dus erit Iudex, ſi propriam iniuriam re-
mittat, deinde publicam cauſam ſynce-
re tractet, cap.cum deſideres,de ſentent.
excom.Tabien.in verb.vindicta.

Vltores vero propriæ iniuriæ non vi-
dentur ij, qui quando iniuria eſt in fieri
ſe ſe defendunt,etiam percutiẽdo; nam
non peccant,ſi cum moderamine incul-
patæ tutelæ id faciant: Silu.in verb.iniu-
ria.q.4.At quando iniuria eſt in facto eſ-
ſe,tunc non licet vlciſci, ſed remitti de-
bet,Silu.ibid.q.5.Tabien.in verb.chari-
tas.§.10.& ſeq.De ijs,& alijs vide Alber:
in verb. iniuria: nec etiam inter vltores
propriæ iniurię ponitur ille prælatus,vel
ſuperior qui caſtigat eum qui ipſum in-
famat;nam cum infamia non ſoli præla-
to obſit,ſed etiam commiſſo populo,qui
fidem minuit erga prælatum,non ſolum
licet ipſi prælato compeſcere diffamato-
res ſuos,ſed peccat non compeſcendo S.
Thom.quodl.10.artic.13.Greg.hom.9.
ſupra Ezech.

Vnum prætermittendũ mihi hoc lo-
co non videtur; Quid ſi quis vlciſcendi
animo aduerſarium ſit aggreſſus, & per
vltionem magis profuerit aduerſario, q̃
obfuerit,an erit irregularis?finge caſum
ex Plutarch. lib.quam vtilit.cap. poſſ. ex
inimic. Narrat enim Prometheum quẽ-
dam animo vlciſcendi in aduerſariũ ir-
ruiſſe,vt necaret,multis illatis vulnerib⁹,
præcipuum vulnus fuit,quo poſtema in-
ueteratum, atq; inſordeſcens pèrcuſſum
eſt; ita vt purgato apoſtemate, atq; alijs
ſanatis vulneribus homo conualuerit;
cum tñ facile moribundus erat, ſi abſq;
vllo vulnere apoſtema diutius inſorduiſ-
ſet, quæritur num hic vltor per bonum
hunc euentum debeat facile diſpenſari?
Reſpon.non ſunt facienda mala, vt eue-
niant bona.cap.is autem. 22. q. 2. Ideo
repellendus eſt,quaſi Vltor propriæ iniu
riæ; malus enim vltoris animus,bono ad
uerſarij euentu non purgatur.

### *De duellantibus.*

## CAP. XVIII.

*1 Duellantes, & patrini ſunt perpetuo infames.*
*Clericus duello pugnans ipſo facto eſt irregularis, etiam ſi non pugnet, ſed pugnanti miniſtrat.*
*Phalereus qui duello factus eſt à magna ægritudine incolumis, ex duello non effugeret irregularitatem.*
*Morti ſe ſponte offerens vitæ impatiens eſt irregularis & pro eo oratio non fieret.*
*Clericus in ſe manus inijciens, eſt excommunicatus.*

Laici duellantes, & patrini ſiũt
perpetuo infames, & propte-
rea promoueri non poſſunt,
ex Conc. Trident.ſeſſ.25.c.19.de reſor.
Clericus vero pugnans in duello ipſo fa-
cto efficitur irregularis; etiam non ſecu-
ta morte, vel mutilatione.cap.1.de cler.
pugn. in due. quinimmo, & ſi non ipſe
pugnauerit,ſed alij pugnanti arma mini
ſtrarit, & inde mors, vel mutilatio ſit ſe-
cuta irregularis eſt.cap.2.eod.tit. & cap.
1.de corp.vitiat.Specul.in tit.de diſpenſ.
§.Iuxta.verſ.ſacerdos.

Huc pertinet quæſtio, finge illũ Pha-
lereum de quo Plin. lib.7.cap.50.narrat
paſſum fuiſſe tantum ſanguinis fluxum.
vt nullo medicorũ remedio ſanari poſ-
ſet, cumque ob id viuere eum tæderet,
ſe ſe inermem bello obtulit,vt gladio vi-
tam finiret; atque per eum modum, cũ
in pectore vulnus accepiſſet, facta eſt di-
uerſio ſanguinis à loco vnde prior mana





bat fluxus,ad locũ vulneris; ſicque aper-
to vulnere,& medicorum arte ſanato in
columis factus eſt; quærendum eſt num
hic promoueri poſſit? dubium mouet,
quod duello non videtur ſe ſe obtuliſſe,
qui nullum vltionis cogitatum habuit,q
in duello haberi ſolet, & inde beneficiũ
accepit,videlicet incolumitatem, verius
eſt eum non eſſe promouendũ, ſicut nec
ij, qui in ſe manus conijciunt, vel inijci
iubent,vt Saul.1.Regum.cap.31.nam ſi
clericus in ſe manus inijciat per indigna
tionem,ipſo facto excommunicatus eſt,
Archid. in cap.ſi non licet,23.q.5.Ideo
cum ingens fuerit ſcandalum,nõ ſolum
promoueri non debet,ſed puniri, & pri-
uari etiam Eccleſiaſtica ſepultura, & p
eo oratio fieri non deberet, ſi eum mori
contingeret; nec conſtaret eum pœnitẽ-
tiam egiſſe.c.placuit.23.q.5.Quòd vero
incolumitatem ſit conſecutus Phalere⁹
id præter ſpẽ contigit,vnde animus ma-
lus inſpici debet, non fortuitus euentus:
& tametſi vlciſci in alium non cogitaret,
vt duellantes ſolent,tamen deteſtabilius
fuit eum in ſe ipſum ſęuire ſicut in Saul.

### *De proditore, ſeu traditore, vel coniuratis, aut rebellibus.*

## CAP. XIX.

*1 Proditor pluribus modis accipitur.*
*Proditor propriè eſt, qui cõmiſſum ſibi ſecretũ, hoſtibus exponit.*
*2 Proditor eſt, qui ſe amicum ſimulat, vt te fallat.*
*Proditor eſt, qui coniurat in proprium Epiſcopum, vel Monachus in prælatum.*
*3 Clericus coniurans in Regem degradatur, idem in Epiſcopo.*
*Proditor eſt qui occultum peccatorem publicat.*
*4 Publica pœna non eſt danda crimini non publicato; quod profuſe colligitur ex S. Auguſt. & S.Thoma.*
*Secretius punienda, quæ peccantur ſecretius.*
*Adulteros occultos occulte coercet Auguſtinus.*
*5 Adulterium contra coniugatas non facile inquirendum.*
*Adulterium non tenetur confiteri mulier non diffamata.*
*Inquiſitio particularis non poteſt fieri de occultis.*
*Iudex inquiſito adulterio occulto contra ius, ſi mulier à conſanguineis occidatur, ipſe ſit irregularis, ſecus ſi iuridice.*
*6 Confeſſor reuelans confeſſ. proditor eſt, & deponitur, & vere irregularis eſt, etiam peracta pœnitentia.*
*7 Laicus reuelans confeſſionem ſibi factam in neceſſitate, eſt puniendus, & non promouendus.*
*8 Secretum ſibi commiſſum reuelans eſt proditor.*
*Papirij prætextati heroicum mendacium.*
*Patauinorum ſeruorum fides.*
*Priſcillianiſtarum hæreſis circa periurium.*

Pluribus modis proditor acci-
pitur in iure ſecundum gl. in
cap.clericus qui adulationib⁹
diſt.46. ſed ille modus videtur mihi ad
rem noſtram aptior, proditorem accipi
1 eum qui rem, aut negotium ſibi cõmiſ-
ſum hoſtibus exponit, cuiuſmodi habe-
tur caſus in cap.de forma, 22.q.5.ſed &
ille, qui ſe tibi amicum ſimulat, vt te fal-
lat proditor eſt, in quem ſenſum accipit
S.Thom.2.2.q.115.art.2.in fin.& vide-
2 tur caſus in cap. ſi cupis, 16. q. 1. quæ
duæ ſignificationes propriæ ſunt de mẽ-
te canonis in Conc. Carthag.IIII.c.56.
vbi adulatio,& proditio coniunguntur;
iubet enim hos degradari: vt apparet in
d.cap.clericus qui adulationibus.

Proditor quoque eſt, qui coniurat in
proprium Epiſcopum, vel monachus in
3 ſuum prælatũ, nam deponitur ex Conc.
Calced.cap.17.habetur 11. q. 1. c.ſi qui
clerici, cum ſeq. & cap.coniurationum;
& de exceſſ. prælatorum cap.grauem,de
qua re Diaz in praxi canon.cap.109.Idẽ

quoque eſt in eo qui coniurat in Regē, vel dominum temporalem: nam cum læſæ maieſtatis teneatur, & rebellis ſit, ac proditor, degradatur cap. ſi quis laicus, vigeſima tertia q. 5. Abb. in cap. at ſi clerici, de iudi. idque procedit etiam in Epiſcopo rebelle, vt longa ratiocinatione probat Diaz in praxi Canon. cap. 110.

Proditor etiā eſt clericus iudex, qui occultum peccatorem publice iudicat, & caſtigat, probatur in cap. ſi peccauerit 2. quæſt. 1. non enim coercendus,
4 aut puniendus eſt publice quiſquam de crimine non publicato, vt ſentit S.Aug. habetur 23. quæſt. 4. cap. forte; explicatius hoc tradit Aug. de verb. dom. ſecund. Euang. Matt. Serm. 16. his verbis: Nam ſi ſolus noſti, quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es correptor, ſed proditor. & ibidem hoc probat exemplo Ioſephi qui occulte dimittere Mariam voluit, non punire. & infra: Ipſa corripienda ſunt ſecretius, quæ peccantur ſecretius; ſi quando peccatur ab aliquo, vt ab altero neſciatur, in ſecreto debemus corripere, ne volentes publice arguere prodamus hominem; hæc ibi. Si ideo iſtū comparamus proditori, certe etiam deponendus videretur ex verbis dict. cap. clericus, qui adulationibus. Similis prudentia fuit in S. Britio Turonenſi Epiſcopo, qui cum ſtupri infamiam falſo incurriſſet, infantuli recens nati teſtimonio ſuam purgauit innocentiam, loquēte infante: at cum populus rogaret Britium vt iuberet infanti vt proderet ſtupratorem, reſpondit Britius nō eſſe quēquam prodendum. Gregor. Turon. hiſt. Gall. lib. 2. cap. 1.

Propterea ſi adulterij delatio, vel accuſatio facta ſit ab alio quàm à neceſſarijs & proximis mulieris adulteræ, iudex proditor dr̄, ſi adulterium publicet ſententibus proximis; niſi Lænocinij conſcij ſint; nam lege ciuili huic rei ſanctè cautum eſt. C. de adult. l. quamuis 2. his verbis: Ne volentibus temere liceat fœdare connubia proximis, neceſſarijſque perſonis ſolummodo placet deferri copiā accuſandi adulterium, hoc eſt fratri, patri, necnon patruo & auunculo, quos verus dolor ad accuſationem impellit; ſed & ijs perſonis legem imponimus, vt crimen abolitione ſi voluerint compeſcāt, in primis maritū Thori genitalis iudicem eſſe oportet, cui quidem ex ſuſpicione coniugem ream facere licet; extraneos procul arceri ab hac accuſatione cenſemus, hæc ibi. quam legem tranſtulit in ſuum volumen Decretorum Iuo Carnoten. par. 8. cap. 115.

Hinc illud conſequitur, vt inquiſitio
5 quoque aduerſus mulieres coniugatas (legitima infamia non præcedente, aut clamoroſa inſinuatione) damnanda ſit iure canonico, quo particulares inquiſitiones non permittuntur. cap. inquiſitionis. §. 1. de accuſat. ne ad aliorum iniuriam occulta delicta publicentur. Et hoc idem comprobatur verbis Auguſtini in d. Sermon. 16. his verbis; Sunt homines adulteri, in domibus ſuis in ſecreto peccant, aliquando nobis ꝓduntur ab vxoribus ſuis plerumq; zelantibus, aliquando maritorum ſalutem quærētibus, nos non prodimus palam, ſed in ſecreto arguimus vbi contigit malum, ibi moriatur malum. Hæc ibi: propterea S.Tho. quodl. 5. art. 16. dicit, mulierem non teneri confiteri iudici adulterium, de quo non extat infamia, aut vehemens ſuſpicio, & idem S.Thom. 2. 2. q. 33. artic. 7. non habet, inquit, poteſtatem præcipiēdi aliquid ſuper occultis niſi in quantū præ-



præcedunt aliqua indicia, puta per infamiam, &c. hæc ille: & hæc ſententia S. Thomæ videtur comprobari poſſe optima conſtitutione Innocentij III. in cap. qualiter. 1. de accuſat. vbi iudex inquiſitor de occultis criminibus nō poteſt deferre iuramentū teſtibus de dicenda veritate, & idem dixit S. Tho. quodl. 1. art. 16. imò dicit id ex grauiſſimè, & mortaliter peccare etiam ſi tres, vel quatuor teſtes habeat, nam non faciunt famam vt ibi, & probat Nauar. Man. cap. 18. nu. 38. & ſeq. & ex ijs ſoleo ego elicere concluſionem, quòd iudex qui in cauſa adulterij vel ſtupri damnauit adulterum, vel ſtuprantem ex proceſſu minus legitime facto, & ob id proximi mulieris eam occiderint, quòd ipſe ſit irregularis, quia in culpa eſt: ſed ſi proceſſus factus ſit ſine vlla reprehenſione; tunc quia iudex caret omni culpa, non erit irregularis.

Hæc proxime accedit, ſi quis reuelat peccata per ſacramentalem confeſſionē ſibi notificata; nam dicitur Proditor, & ideo deponitur. cap. ſacerdos, de pœnit.
6 diſt. 6. hic enim reuelator confeſſionis vere efficitur irregularis, c. omnis §. fin. de pœnit. & remiſſ. Spec. in tit. de diſpēſ. §. Iuxta. verſ. Nono presbyter, quo loco ait etiam poſt peractam pœnitentiā adhuc eum manere irregularem, de qua re fuſius per Diaz in praxi canon. cap. 102. Quinimmo ſi laicus in articulo ne-
7 ceſſitatis volentem confiteri audierit, & poſtea reuelauerit, puniendus ſeuere eſt Hoſt. in d. cap. omnis: Angelic. in verb. confeſſio 7. verſ. ſed nunquid: Steph. Auf. in tract. de poteſt. Eccleſ. ſuper laic. verſ. 129. & ideo ob infamiam, & ob ſimile periculum ne delinquat poſtea ordinatus eum reijcerem à ſuſcipiēdis ordinibus, & ob id inter irregulares eum conſtituerem, ex præmiſſis.

Non ſolum igitur ſacerdos reuelator confeſſionis dicitur proditor, ſed etiam
8 reuelator ſecreti ſibi commiſſi, gloſ. in d. cap. clericus, qui adulationibus, Diaz d. cap. centeſimo ſecundo; eſt enim contra ius naturale ſecreta ſibi cōmiſſa pandere. Armil. in verb. ſecretum; niſi ex cauſis de quibus S. Thom quodl. 1. art. decimo quinto, & decimo ſexto, & 2. 2. q. octuageſima nona; Propterea Papirius prætextatus puer ſenatus Conſultum ſecreto auditum maluit mendacio tegere, quàm prodere. Aul. Gell. noct. attic. lib. 1. cap. vigeſimo tertio. Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 6. Sed & Patauinorum ſerui cum Aſinius Pollio libertatem edicto propoſuiſſet, ſi quis Dominum latentem prodidiſſet, libertatem potius ſpreuerūt, quàm vt Dominos proderēt Bap. Fulg. lib. 6. And. Eboren. de fid. ſeru. erga do. ſed omnium exemplorum illud magis laudabile, & ſanctum eſt, de ciue Tuburbitano martyre, qui excarnificari maluit à Genſerico, quàm amici ſecreta nudare, refert Victor Epiſcopus Viten. de perſecut. Vand. lib. 3.

Caue tamen ne ex hoc incidas in hæreſim Priſcillianiſtarum, qui dicebant licere peierare, ne ſecretum panderetur hoc vulgatiſſimo illorum carmine, Iura periura ſecretum pandere noli, contra quos Auguſt. de hæreſi. cap. ſeptuageſimo.

*De delatoribus, & percunctatoribus.*

## CAP. XX.

1 *Crimina aliena deferre non zelo iuſtitia turpiſſimum.*

*Delatores lege Romanorum non admittebantur.*

2 *Iudices plerumque falluntur à delatoribus, & per-*

*percunctatoribus.*
*Domitij Aphri dictum elegans.*
*Domitiani dictum elegans.*
3 *Delatores ſeueriſſimè per canones puniuntur.*
4 *Delatori falſo lingua in pœnam præſcindenda.*
*Delator ab accuſatore quomodo differat.*
5 *Maledicus tenetur ad retractanda, quæ dixerit, & ad veniam petendam, nolens hæc facere degradetur.*
6 *Iniuriarum damnatus fit infamis, & irregularis, ſiue falſa, ſiue vera dixerit.*

AD proditionem proxime accedit quiſquis delatoris; & percunctatoris officium egerit ob inuidiã; nam hic tibi ruinam clam machinatur, ſiue in iudicio, ſiue apud principem, aut apud hoſtes tuos; ſiue enim falſum, ſiue verũ deferat, inſidias ſtruere videtur vitæ, atque honori: Eſt enim turpiſſimum aliena crimina deferre ob odium, non zelo iuſtitiæ, propterea delatores vltronei, lege veteri Romanorũ nõ admittebantur contra Chriſtianos: lege enim Antonini Imperatoris cautum fuerat, vt delatores aduerſus chriſtianos punirentur; vt patet ex ipſius epiſtola ad S. P. Q. R. quę habetur poſt apologiã Iuſtini: refert ẽt Tertullianus in apolog. hoc fuiſſe à Tiberio conſtitutum: Euſebius quoque hiſt. lib. 5. cap. 20. tradit delatores Chriſtianorũ, eo ſolo quia Chriſtiani eſſent, puniri conſueuiſſe. Eadem ſcribit Pontius S. Cypriani diſcipulus in illius paſſione; eſt enim ratio, quoniam plerumque iudices falluntur ab ijs percunctatoribus, & delatoribus, quod etſi non fallantur (dum eis aditum p̃ſtant) inaniter perturbantur, ob quam cauſam dictitabat Domitius Afer, Principem, q̃ omnia ſcire velit per delatores, neceſſe habere multa ignoſcere: refert Quintil. lib. 8. cap. 5. & ob eandem cauſam Domitianus dicere conſueuerat: Delatores qui non caſtigat, irritat, vt meminit Rauiſ. textor in Epitht. in verb. adulatio: Quibus rationibus monemur quãtum exoſi eſſe debeant iſti delatores.

Propterea ſacri canones ſtatuerunt quod ſi delator ad ſuperiorem verum
3 detulerit, ob quam delationem aliquis fuerit proſcriptus, aut morte affectus delator communione priuetur, quod ſi cathecumenus ſit in quinquennium differatur eius baptiſma, Conc. Elibert. cap. 73. habetur 5. q. 6. cap. delator. Quod ſi falſa detulerit lingua illi præſcinditur,
4 aut caput amputatur cap. delatori, ead. q. 6. & eſt tex. cum glo. in cap. accuſatores, diſt. 46. vbi probatur eos eſſe irregulares accipiendo verbum accuſatores pro iſtis delatoribus: nam eo caſu prohibet eos admitti ad Clerum, quod nil aliud ſignificat, quam irregularitatem.

Differt autem hic tractatus, de delatoribus ab accuſatoribus; quandoquidem accuſatores ſe ipſos manifeſtant, iudicium ſuſcipiunt, & ſe aduerſarios conſtituunt; at delatores clam moliuntur homini ruinam per ſolam inuidiam, d. cap. delatori, & nec calumnæ dãnari poſſunt iſti delatores, quoniam ſe ſe non ſubſcribunt delationi, vnde impudentius tam vera, quam falſa temere deferunt.

Ad hoc irregularitatis genus aptiſſime pertinet, ſi quis maledicus ſit, detra-
5 ctor, aut diffamator, ſiue is laicus ſit, ſiue clericus; nam cogi debet ad retractãda, quæ dixerit, & ad veniã petendam offenſo; quæ oĩa ſi facere renuat, promoueri non debet, & promotus degradabitur, Conc. Carthag. IIII. cap. 57. habetur, diſt. 46. cap. clericus maledicus; qui ſi
6 condemnetur actione iniuriarũ, ob hanc maledicentiam fit infamis, & conſequẽter irregularis, text. & Abb. in cap. cum te; de re iud. ſiue verũ, ſiue falſum maledictum dixerit animo iniuriandi, & propterea etiam poteſt excõmunicari c. alienus, diſt. 90. de quare vide Diaz cap. 70.





### *De Adulatore, & paraſito.*

## CAP. XXI.

1 *Adulatorum varia genera.*
2 *Adulator in crimine eſt degradandus, & irregularis.*
3 *Adulatio mentes principum inficit.*
*Arriani dictum elegans in Alexandrum.*
*Cleon Siculus, & Hagen Argiuus induxerunt Alexandrum vt ſe filium Iouis crederet.*
4 *Adulatione obtinens beneficiũ, ſimoniacus eſt.*
*Adulatorem eſſe irregularem, non eſt durum.*
5 *Athenienſes Thimagoram ſupplitio affecerunt quod Darium adulando adoraſſet, ijdem & Demadem, & Euagoram punierunt.*
*Chariſophus Dioniſii paraſitus.*
*Cliſophus Philippi Macedonis adulator.*
6 *Adulatorum mores carmine decantantur.*

ADulationum varia ſunt genera, nec omnia reddunt irregularem; nam aliquando quis ita adulatur vt in conuerſan-
1 do, & cohabitando ſit delectabilior familiaritas, eadem volendo, & eadem nolendo, vt probos amicos decet, quo caſu cum nullum mortale peccatum incurratur, nec etiam vere adulator dici poteſt, ex ſententia Ariſtotelis, ſed dicendus eſt vir placidus, vt probat S. Thom. 2. 2. quæſt. 115. art. 1. & omnes ſummiſtæ in verb. Adulatio: ſi quis etiam blandiatur alteri ad euitandum aliquod imminens periculum, aut ad conſequendum aliquid iuſtum, & neceſſarium, non peccat mortaliter S. Thom. dict. quæſt. ſi quis vero blandiatur, vt decipiat, tunc eſt mortale propter fraudem, & fallaciam, & hic vere adulator eſt ſceleſtus, & proditor, ſicut & ille, qui aſſentatur aliorum delictis
2 applaudendo. Iſti enim omnes ſi clerici ſint, degradantur, Conc. Carthag. 4. cap. 56. habetur dict. quæſt. 46. cap. clericus qui adulationibus, quem tex. hoc ſenſu intelligit S. Tho. dict. quæſt. 115. art. 2. vltimis verbis: & ad hoc videtur tex. in cap. ſunt, diſt. 46. & tex. in cap. ve qui dicitis, 11. quæſt. 3. retenta diſtinctione, quam facit gloſſ. in cap. vnum in verb. adulari, diſt. 25.

Ii omnibus obſunt, nulli proſunt. Nil enim (inquit Hieron.) quod tam facile corrumpat mentes hominum, quàm adulatio S. Thom. dict. quæſt.
3 Sermones eorum inquit idem Hieron. ſiue malis eſſe Auguſtini ad Demetriadem Epiſt. 142. cap. 21. ſuper oleum molles ſunt, & ipſi ſunt iacula; corrumpunt fictis laudibus leues animas, & male credulis mentibus blandum vulnus infigunt; Idque etiam ethnici ſenſerũt: Nam Arrianus lib. 2. in vitam Alexandri veriſſime ſcripſit adulatores æternã regibus perniciem eſſe.

Quam rem ipſe vſus docuit N. m Hagen Argiuus, & Cleon Siculus ferũtur induxiſſe Alexandrum in tantam dementiam, vt contempto Philippo patre, ſe Iouis filium eſſe crederet. Iure igitur tam ignominioſum hominum genus irregulare eſt; nam ſi clerici ſint, degradari debent, & ſi benefitium, aut ordines per adulationem obtinuerint, ſimoniæ crimen incurrunt. Tabien.
4 in verb. ſimonia num. 58. Archiep. Flor. 2. tit. 1. cap. 4. Et benefitium hoc modo obtentũ tenetur dimittere. Silu. in verb. adulatio quæſt. 4. quod intelligendum, cum diſt quam ibi Silu. ponit.

Et ne videatur ſeuerior hæc ſententia, vt ex ſola adulatione inter chriſtianos quis cenſeatur irregularis; ethnicorum leges nobis exemplo erunt; nam
5 Athenienſes Thimagoram capitis ſupplicio affecerunt, quòd Darium per adulationem Perſarum more adoraſſet;

Demadem quoque decem talentis mul
ɫtarunt; & Euagoram enecarunt, quod
eorum vterque Alexandrum Macedo-
nem Deum adulando appellaſſet: Eſt
enim hoc genus hominum improbiſſi-
mum; fruſtra confidis homini adulato
ri; quoquo te vertas vertitur, quicquid
agis, laudas, damnas, agit, laudat,
damnat; virtutes ac vitia promiſcua lau
de, ac deteſtatione prædicat: Cariſo-
phus enim Dionyſij paraſitus, cum vide
ret patronum ſeparatim cum amicis ri-
dentem, ipſe quoque procul ridebat;
eiuſdem Dionyſij alij paraſiti fuere, qui
expuenti faciem obijciebant, & oris ſu-
perfluitatem collambebant, aſſeueran-
tes ea ſibi videri dulcia. Fuit & Cliſo-
phus Philippi Macedonis adulator, qui
ſe claudum fingebat, quoniam Philip-
pus fractum crus habebat; os oculoſq;
contorquebat, quoniam eos motus in
Philippo quoque videbat; ſed præ om-
nibus adulatoribus inſignis commemo
ratur Ecebolius philoſophus, qui illud
religionis amplectebatur ſiue gentile, ſi-
ue hæreticum, ſiue catholicum quod
probabant ſinguli Imperatores pro tē-
pore viuentes; vti tradit Socrat. hiſt. lib.
3. cap. 11. Itaq; de tam obſcœno ho-
minum genere eleganter luſit poeta nō
ineruditus hoc carmine:

6 *Si friges algent, ſi dixeris æſtus, ſudant:*
*Si lente incedis, teſtudine tardius ibunt;*
*Si properare iubes, vincunt pronitate Camil-*
*lam;*
*Si claudum eſt tibi crus, ſubſtant tardante*
*podagra;*
*Si laudas aliquem, laudant, ſi ſpernis ab-*
*horrent;*
*Si te conſpiciunt triſtem, pallore grauantur;*
*Et vultū accipiunt Niobes ſua pignora flētis*
*Si latum frontem diſcuſſa nube ſerenant;*
*Caligas, illis oculus cæcutit vterque;*
*Progeniem laudas, genus ipſo ex Hercule*
*ducunt;*
*Effundis lacrymas, lacrymarū flumina mittūt;*
*Laudas arma, tubas ſimulant, & claſſica fingūt.*
*Rura probas, vrbes illis putere videntur;*
*Commendas vrbem, ciues ad ſidera tollunt.*
*Fles, flent, quæ alba vocas, niuea his ſunt, ni-*
*graque carbo.*
*Et quaſcumque voles in vultu fingere formas,*
*Protinus effingent Vertumno doctius ipſo.*

### *De eo, qui adulatores admittit, eiſq; delectatur.*

## CAP. XXII.

1 *Adulari ſibi volens, malus paſtor eſt, & Laza-*
*ri lepra comparatur.*
2 *Oleum peccatoris adulatio eſt.*
3 *Adulatores admittens facile in ſcelera prola-*
*bitur.*
*Criſpinus Domitiani Adulator.*
4 *Adulator, & adulatores admittens, commune*
*peccatum committunt.*
5 *Adulatoribus donare iure prohibemur.*

NIhil minus delinquit, qui adu-
latorem admittit, quàm ipſe
adulator. Cicero etenim pri-
mo officiorum lib. ſcripſit, cauendū no-
bis eſſe ne aſſentatoribus patefaciamus
aures, ne adulari nos ſinamus, in quo fal
li facile eſt, tales.n nos putamus eſſe, vt
iure laudemur: quinimmo Diuus Greg.
dicebat magnam adeſſe Dei iram, cum
adeſt adulatio, non adeſt correctio: pa-
ſtor.n. qui luporū laudes, vel blandimen
ta quærit, oues perdit; quod ēt probari
1 pōt c. nihil, diſt. 83. vnde iure merito ij,
qui adulatoribus delectantur, debent ea
dē innodari irregularitate, qua ipſi adu-
latores, vt colligitur in c. ſunt nonnulli,
diſt. 46. nam ſicut Lazarus, lepra corre-
ptus à canibus vulnera lingi patiebatur,
ita prælatus, & Rector lingi vulnera pati-
tur, qui adulantiū lingua delectatur; adu
lantibus.n. vulnera noſtra lingere eſt; qđ
plerumque ſolent etiam ipſa mala, quæ
nos in nobis reprehendimus impro-
bo



bo fauore laudare; ita explanat Diuus
Gregor. Homil. vltima ex quadragin-
2 ta: vnde iſtis rectoribus recte obijcitur,
quod permittant oleo peccatoris im-
pinguari caput ſuum, contra pſalmi-
ſtam, pſalm. centeſimo quadrageſimo.
Vnde ſcribit Gregor. impinguat caput
oleum peccatoris, cum demulcet men-
tem fauor adulantis, ita ille homil. duo-
decima ex 40.

Nam qui adulatoribus delectatur, fa-
cile ad delinquendū adducitur, & adu-
lantium ſcelera facile per Indulgētiam
3 augeri permittit. Criſpinus enim Do-
mitiani adulator princeps equitum fa-
ctus eſt, & propter mutuam ſcelerum
conſuetudinem veſtalis virginis ſtuprū,
& peregit, & impunitatem impetrauit:
Sic itaque non minus delinquit adula-
tores familiariter admittens, quàm ipſi
adulatores, & ita docet Alex. de Hales,
quem ad hoc citat Silu. in verb. adula-
tio quæſt. 5. nam commune peccatum
eſt vtrique, vt ſcribit S. Thom. 2.2. quæſt.
4 centeſima ſexageſima octaua, artic. 2.
ad 3. & ideo iura prohibent, ne quis fa-
ueat adulatoribus, neque quicquam eis
5 donet. cap. donare, diſt. 86. vnde ex hac
participatione delicti vterque incidit in
parem indignitatem ordinis ſuſcipien-
di.

### *De Scurra.*

## CAP. XXIII.

1 *Scurrilitas poteſt eſſe peccatum mortale.*
2 *Scurrilitas in clerico inducit depoſitionem.*
3 *Clericus ioculator priuatur communione.*
*Camillus Quernus Archipoeta ſcurra.*
4 *Clericus canens inter epulas excommunica-*
*tur.*

1 SCurrilitatē damnauit Paul.
ad Epheſ. cap. 5. & poteſt
mortale peccatum eſſe, vt
tractat S. Thom. 2.2. quæſt.
148. art. 6. Propterea licet non ſit inge-
2 ns delictum, tamen in Clerico, quia ma
gnum adfert ſcandalum inducit depo-
ſitionem, Conc. Carthag. IIII. cap. 60.
habetur diſt. 46. cap. clericum, ibi, ab
officio retrahendum, quod irregularita-
3 tem ſignificat: Quinimmo huiuſmodi
ſcurræ ſi ioculatores ſint etiam commu-
nione priuandi ſunt, vt eleganti Epiſto-
la tradit S. Cyprian. ad Euaritium, ha-
betur de conſecr. diſt. 2. cap. pro dile-
ctione.

Inter quos ſcurras princeps mihi ex-
titiſſe videtur Eunucus ille Epheſinæ in-
truſus Epiſcopus, de quo ſcribit Pallad.
Epiſcopus Helenopolitan. in vita ſancti
Ioan. Chryſoſt. vt refert Lipp. Tom. 2.
vit. ſanct. ſub num. 42. ſcribit enim eū
fuiſſe impudentem, ebrioſum, ventri
ſubditum, in feminas inſanientem, &
quod inter Satirica conuiuia, Theatri-
cas puellas ſuis humeris geſſerit, capi-
teq; coronato edera craterem ferens ma
nu vina fuderit, hæc ille ſcripſit: poteſt
ne audiri celebrior ſcurra? ſane de illo
ſententiam tulit Theodorus Rom. Ec-
cleſiæ diaconus dicens, in eadem culpa
eſſe eos, qui illum Epiſcopum promo-
uerant, in qua fuerant, qui ſpineam co
ronam Dei filio impoſuerat; ita Pallad.
ibi: Celebris quoque ſcurra fuit Camil-
lus Quernus Appulus Archipoeta, cuius
erudita poeſis omnium irriſioni patuit;
ridiculus ipſo præpingui vultu, atque
alacri, hic fertur cœnante quodam prin
cipe ſemeſa, & ferme dentibus obtri-
ta illius ab ore obſonia comediſſe, &
inter eiuſmodi epulas ſubitaria car-
mina eleganti ſtylo factitaſſe, cantando

ęque, ac potando: ſed eius hominis exitus, quanta ſit ſcurrarum impudentia, apertiſſime demonſtrauit; nam ęger egenus in hoſpitali publica domo Neapoli ventrem ſibi ac intima viſcera forfice p̃fodit, vt narrat Iouius Eulog. 62. Huic rei illud apte conuenit, quòd inter epu-
4 las clericus canens excõmunicatur: eod. Conc. Carthag. cap. 62. habetur in cap. clericum, 22. q. 1. Tollitur autem hæc irregularitas baptiſmo, ſicut & aliæ plerę que, vt conſtat apud Palladium loco ſupra citato.

## *De Clericis confugientibus ad forum ſeculare.*

## CAP. XXIIII.

1 *Clericus confugiens ad forum ſeculare vna cũ ipſo iudice ſeculari ab Eccleſia communione pelluntur.*
*Monachi inter ſeculares viuere prohibentur.*
*Laici impedientes Eccleſiaſticam libertatem tam perſonarum, quam iuriſdictionis, quã varijs pœnis puniantur.*
2 *Ordinibus minoribus renunciari poteſt.*
3 *Clericus in minoribus quomodo admittendus, quando declinat forum Eccleſiaſticum.*
*Clericus in minoribus, qui expreſſim renuntiauit ſuis ordinibus, non debet vlterius vnquam admitti ad clerum.*
*Marcus à S. Paulo aliquando reiectus & ob quam cauſam.*

DEficere, & rebellis Eccleſiæ quodammodo videtur is, qui cum ab Eccleſiaſtico iudice corripitur, ad ſecularem iudicem confugerit, vt ab illo contra Eccleſiaſticum defendatur: propterea tam iudex ſecularis defenſor, quàm clericus defenſus ab Eccleſiæ communione pelluntur, vt eſt expreſſum Conc. Agathen. cap. 7. habetur vigeſima prima q. 5. cap. placuit; idem longe apertius probatur Conc. Antioch. cap. 11. Iubet enim clericos, vel Epiſcopos, ad Imperatorem confugientes reprobari, & abijci non ſolum à communione, verum etiam ab honore, ſcilicet ordinum, vt habetur 23. q. 8. cap. ſi quis Epiſcopus.

1 Propterea Gregorius Papa deplorat ſui temporis infelicitatem ob hanc cauſam: Nam cum Salonitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, ipſo Pontifice contempto, ad Imperatorem cõfugiſſet, ſic ipſe Gregorius ſcribit ad Conſtantinam Auguſtam: Valde (inquit) graue eſt, vt vir, de quo talia & tanta nunciantur, cum ante requiri debeat, honoretur: Et ſi Epiſcoporum cauſæ mihi commiſſorum apud pijſſimos Dominos aliorum patrocinio diſponũtur, Infelix ego in Eccleſia iſta quid facio? Sed vt Epiſcopi mei me deſpiciant, & contra me refugium ad ſæculares Iudices habeant; omnipotenti Deo gratias ago, peccatis meis deputo. Hæc retulit Ioannes Diaconus in vita eiuſdem Gregorij lib. 4. cap. 10. Iſtis enim modis laici in Eccleſiaſticas perſonas ſibi ius vendicarunt propterea à cõmunione Eccleſiæ etiam ipſos laicos æquum eſt arcere, vt etiam conſtitutum fuerat Conc. Cabilonen. cap. 11. & ob eandem rationem Carolus Magnus Cõcilium cogi curauit, ab Eugenio ij. Papa ad compeſcendam laicorum principum inſolentiam in clericos: nam eo conſtitutum eſt ne laicorum imperio quiſquam clericorum pareat, nec abſtineant Eccleſiaſtici iudices ab ordinaria ipſorum iuſtitia, etiam ſi laicorum imperio prohibeantur, vt habetur cap. 2. de Iudit. quinimmo quoniam qui fundatores Eccleſiarum fuerant, putabant ſibi ius aliquod competere ex fundatione, ſuper ordinandis clericis in ipſis Eccleſijs, & ipſarum bonis admi-



niſtrandis, ideo ipſos laicos etiam cõmunione priuãdos ſtatuitur d. Conc. Cabilonen. cap. 14. quo etiam loco cap. 15. ſtatuitur, ne Abbates, aut monachi ſecularis poteſtatis patrocinio vtantur, nec (abſque licentia Epiſcopi) ad principis præſentiam accedant, ſub excõmunicationis pœna; Et quia hic abuſus nimiũ irrepſerat in monachis, vt ad obſequia ſecularium confugerent, ſępius idem conſtitutũ eſt: Nam idẽ conſtituit Inoc. iij. vt habetur cap. quanto, de off. ordin. Idẽ in Conc. Vien. Clem. ne in agro §. quia vero, de ſtat. monac. idem in Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 4. de Regular. Sed & quoniam Epiſcopi nimijs principum ſeculariũ obſequijs ſe ſe demittebant, & nimiam exinde ſeculares ſuper Eccleſiaſticas perſonas auctoritatẽ acquirebant, Conc. Trid. prouiſum eſt, ne id fiat d. ſeſſ. 25. capit. 17. de Reform. Et cum hæ omnes prouiſiones pontificum, & conciliorum non ſufficerẽt ad compeſcendos ſeculares dominos, in vſurpanda Eccleſiaſtica iuriſdictione, nouiſſime oportuit p̃ Pontifices Pium V. & Greg. XIII. hoc criminis genus excommunicatione punire reſeruata ſibi in cæna domini; nam quicumque dominus temporalis, vel etiam Eccleſiaſticus, qui eis faueat, quomodocumque in libertate Eccleſiaſtica impedienda, vel in auocandis à foro eccleſiaſtico cauſis, ad ſeculare trahendis, dicta excommunicatione plectitur, & prout latius ibi continetur.

Hinc igitur recte ſequitur, ꝙ irregulares fiant Epiſcopi, preſbyteri, diaconi, atque ſubdiaconi committentes hoc crimẽ, quia cũ in ſacris iſti omnes ſint, ipſo iure papali irregularitate notant̃ ab Hono. iij. Papa capit. grauem, de exceſſ. Prælat. vt probat Silu. in verb. irregularitas verſ. 23. Ideoque conſtituti in minoribus ordinibus, quum poſſint renuntiare priuilegijs Eccleſiaſticis, vt ſcribit idem Silu. in verb. apoſtaſia quæſtio. 3. non efficiuntur ipſo iure irregulares, confugiendo ad forum ſeculare, ſed per ſententiam; & tunc intantum ſunt irregulares, inquantum videntur renuntiare minorum ordinum miniſterio, deponentes ſemetipſos, præſertim hodie quã do deſcribuntur certo miniſterio Eccleſiarum; vnde confugiendo ad forum ſeculare, deponi iure poſſent d. cap. placuit, quod multo magis verum eſſet, ſi hic cõſtitutus in minoribus beneficium Eccleſiaſticum poſſideret.

Quandocumque igitur iſti minores ordines habentes, declinant forum Eccleſiaſticum in cauſis ciuilibus, vel criminalibus, eo prætextu quod liberi adhuc ſint non audiendos puto, quo ad hanc declinationem, niſi cum clauſula; dummodo cõſtet de expreſſa renunciatione priuilegij clericalis; quod ſi fecerint, poſtea ad altiores non admittam;
3 nec eos qui prædictas cenſuras incurriſſent dum laici eſſent, quia ſi Eccleſiæ ſalubria præcepta contempſerant, & libertatem oppreſſerant, ipſius benignitatem facile experiri non debent, Conc. Trid. ſeſſ. 24. capi. 5. de Ref. matr. & ad hoc optime facit text. act. Apoſt. cap. 15. in fin. quo loco cum Marcus aſſumptus fuiſſet ad opus Euangelij, illudq; deſeruiſſet in conſulto S. Paulo; & poſtea Barnabas rurſum vellet eundem ad idem opus aſſumere, S. Paulus noluit aſſentiri, quaſi videretur indignus miniſterio is, qui prius aſſumptum neglexiſſet, vt ibi patet; quod comprobatur ratione; nam iurans, vel vouens non clericari irregularis eſt, licet tale iuramentum, vel votum ſit temerariũ 12. quæſt. 4. §. fin. & diſt. 85. capit. Archidiaconum: tradit

Borgas; de diſpenſ. p. 1. quæſt. 5. num.
37. Propterea Cyprianus epiſt. 28. Aco
lythum & alios quoſdam ſubdiaconos,
qui à clero receſſerant ad priſtinum mi-
niſterium admittere noluit, niſi cauſa
cognita, & cum diſpenſatione, vt ibi
patet.

### *De acceptantibus beneficia de manu laici.*

## CAP. XXV.

1 *Beneficia accipiens de manu laici fit irregularis.*
*Electus ad beneficia per laicos, fit intelligibilis, & omnium dignitatum Eccleſiaſticarum incapax.*
2 *Intruſus per laicam poteſtatem irregularis eſt.*
*Intruſus quid quid agit nil valet.*
3 *Eligens per vim, & poteſtatem laicam fit magis irregularis, quam ipſe electus.*
*Conſuetudo inducere poteſt, vt electio; nominatio, vel poſtulatio per laicos fiat vnà cum clero.*
4 *Conſuetudo inducere non poteſt, vt collatio, & inſtitutio beneficiorum de manu laici accipiatur.*
*Imperatores olim cum clero pontificem eligebant.*
5 *Stephanus ix. Papa iuſſit, ne in Pontificem admitterent qui non fuiſſet electus à clero.*
*Paſchaſius I. Papa electus fuit pretermiſſo Imperatore.*
6 *Ludouici Imperatoris egregium reſponſum.*
*Nicolaus II. depoſuit Benedictum X. à laicis electum; & ob id conſtitutionem promulgauit, vt clerus eligeret, qua confirmata eſt à Greg. vij.*

GRauiſſimam iniuriam infert
1 Eccleſiæ, qui quod Eccleſia
domina præſtare ſolet de lai-
corum manibus ſuſcipiat; vt
puta, ſi quis beneficia, quæ Eccleſia-
ſtica ſunt de manu laici recipiat, atque
ab eo ſeſe inſtitui patiatur, tam gra-
uiter delinquit, vt irregularis efficia-
tur, cap. ſi quis deinceps, 16. quæſt. 7.
quo loco nullus ordo Eccleſiaſticus ab
hac nota excipitur; idem probatur ead.
q. cap. quoniam. cap. ſi quis Epiſcopus. c.
ſi quis clericus, cap cõſtitutiones, & cap.
nullus. Id quoq; expreſſius probatur in
cap. quiſquis, de elect. nam ſic electus fit
ineligibilis, & omnium Eccleſiaſticarũ
dignitatum incapax, vt ibi, & per glo. &
Doct. Quod patet exemplo Henrici III.
Imperatoris, qui cum ſacerdoti cuidam
Epiſcopatum pollicitus fuiſſet, ac etiam
præſtitiſſet ob leue quoddam humanũ
obſequium, Dei vltionem eſt expertus;
ductusq; pœnitentia, de Epiſcoporum
conſilio, Epiſcopum illum ſic à ſe nomi-
natum, & intruſum deponendum cura-
uit. Naucler. Gener. 36.

Hinc illud conſequitur, vt quicumq;
2 intruditur p manus laicas in beneficio,
eadem irregularitate notetur. d. capit. ſi
quis deinceps, & d. cap. quiſquis. Spec.
in tit. de diſpenſ. §. Iuxta. verſ. 15. vnde
talis intruſus exequi non poteſt ſuorum
ordinum poteſtatem competentẽ ex tali
beneficio; quia quod agit intruſus, nihil
valet, glo. per illum tex. in cap. factus, &
ſeq. 7. q. 1.

Illi præterea, qui per vim ſęcularis po
3 teſtatis quempiam Eligunt, vel intrudũt
ad Eccleſiaſtica beneficia, multo magis
irregulares fiunt, quàm ſic electi. d. cap.
quiſquis, de elect. vbi Bernard. & glo. di-
cunt plus delinquere eligentes, quã ele-
ctum; ſed hoc declarandum eſt, non pro-
cedere quando ex approbata conſuetu-
dine in huiuſmodi electione eſſet requi-
renda, vel admittenda poteſtas ſęcularis.
Bern. in d. cap. quiſquis; qui bene loqui-
tur in electione, nominatione, vel poſtu-
latione; ſed in collatione beneficiorum
4 nunquam conſuetudo poſſet inducere,
vt collatio, & inſtitutio de manu laici





accipi poſſit propter incapacitatem ta-
lis poteſtatis laici in conferendo, & inſti-
tuendo per ea quæ ſcribit Abb. poſt glo.
in cap. fin. de conſuetud. Fely. in c. cau-
ſam, circa princ. de præſcript. cum alijs,
quos citat Roch. Curt. in tract. de cõſue-
tud. in ſecundo Requiſito q. 3. verſ. Ter-
tia ſit concluſio, in prima limitatione.

Et ideo ex dictis locis videtur ſentien
dum, quòd nec electio prælatorũ de cõ-
ſuetudine competere poteſt laicis, ſcili-
cet quando per ſe ſoli eligerent, vt ibi:
at ſi in cõmunione cum clero, poſſet ad-
mitti ſententia Bernard. ſupradicta; Et
iam ab initijs Eccleſiæ naſcentis Impera
tores, ac ſęculares poteſtates in electioni
bus admittebantur cum clero, vt conſtat
ex annalibus Pontificum: ſed quia ad im
pietatem illud poterat pertinere, Stepha
nus nonus Pontifex, cum ſe ob ęgritudi-
5 nem moriturum putaret, iuſſit clero, ne
quemquem aliter electum, quàm à cle-
ro ipſo in Pontificem admitterent: quã-
quam diu antea Paſchaſius primus, cũ
prætermiſſo Imperatore Ludouico ele-
ctus à clero fuiſſet, ab ipſo Ludouico cõ-
probatus eſt, his verbis, patrum inſtitu-
ta non eſſe violanda, refert Plat. & Ioan-
netus; poſtea vero Nicol. II. compulit ab
dicare ſe Pontificatu Benedictum X. qa
à Romanis patritijs electus fuerat, & ob
eandem rem Laterani coacto Concilio
conſtitutionem promulgauit, qua iuſſit
ne ab alijs quàm à clero Pontifex elige-
retur, addita maledictionis, & excom-
municationis pœna; quam legem ad re-
liqua omnia Eccleſiaſtica beneficia con-
ferenda, per ſęcularem poteſtatem extẽ-
dit Greg. ſeptimus, ut refert Honuphri*
in eius vita.

### *De inobedientibus ſedi Apoſtolicæ, & incorrigibilibus.*

## CAP. XXVI.

1 *Sedi Apoſtolicæ obedire contemnens peccatum paganitatis incurrit.*
*Sedi Apoſtolicæ inobedientes irregulares ſunt, & infames;*
2 *Sedi Apoſtolicæ inobediens dicitur ex contẽptu, ſecus ex ignauia, aut moroſitate.*
3 *Hæreticus putatur, qui credit ſe non teneri obedire canonibus Pontificum; at non ſic in contrafaciente perluxum, & intemperantiam, vel ignauiam.*
*Epiſcopus non ſeruans, nec ſeruari faciens canones. & reſeruationes apoſtolicas, eſt periurus, niſi in caſibus, vt hic.*
*Alienatio rei Eccleſiæ modica conceditur Epiſcopo.*
*Incorrigibiles qui, & inuincibiles deponuntur, ſine ſpe reſtitutionis.*
*Incorrigibiles, omnes ſunt irregulares.*
*Incorrigibilis dicitur perſeuerans in delictis, dimittens pœnitentiam, non oſtendens dolorem delicti.*
*Incorrigibilis declaratus ſtatim poteſt capi à Iudice ſęculari.*

ARiolis, atq; idololatris compa
randi ſunt, qui ſedis Apoſto-
licę iuſſa contemnunt. 1. Reg.
cap. 15. & 81. diſt. capit. ſi qui
1 ſunt, Peccatum enim paganitatis incur-
rit, quiſquis dum Chriſtianũ ſe eſſe aſ-
ſerit, ſedi Apoſtolicæ obedire contẽnit,
vt dicitur in d. cap. ſi qui ſunt; quacum-
que is polleat dignitate, nec promoueri,
nec exercere permittitur. cap. nulli, diſt.
19. cuius rei cauſam demonſtrat Greg.
Quia qui prælatorũ imperio repugnat,
diuinam voluntatem ſe ſcire melius ex-
timat; nemo enim in inobedientiæ ſuæ
obſtinatione perſiſteret, ſi propoſiti fig-
mentum, in corde quaſi idolum nõ ge-
ſtaret, dum enim agenda in corde con-
cipit, quaſi idolum facit. Hæc Greg. ſu-
per lib. 1. Reg. cap. 15. ſunt igitur huiuſ-

modi irregulares, quia infames ſunt, 6.
q. 1. cap. Infames; Quod verum eſt in il-
lis, qui pertinaciter nolunt acquieſcere;
ſecus ſi moroſi, & tardiores in obedien-
do, vt diſtinguit idem S. Greg. d. cap. 15.
his verbis: Plerique ad horam repugna-
2 re videntur, dum ſtatim prępoſitorũ im-
peria non recipiunt, qui tamen eiſdem
imperijs poſtmodum aquieſcunt: Nol-
le autẽ acquieſcere quid eſt, niſi & iniun-
ctæ obedientię repugnare, & in eiuſdem
repugnationis obſtinatione perſiſtere?
Non enim acquieſcunt, q̃ in cordis ſui
propoſito inuincibiles ſunt; & quæ de-
cernunt agere, nullius auctoritate prę-
mittunt. Hæc ille: quod etiã fuſius tra-
dit Oſius Varmien. in conf. Cath. c. 92.
de tradition.

Ex quibus conſtat hos qui nolunt ac-
quieſcere iuſſis prælatorum, dici inuin-
cibiles, ideſt incorrigibiles, qui pro tan-
ta inobedientia, & contumacia tam Põ-
tificali, quàm ſacerdotali officio priuan-
di ſunt, & in perpetuũ deponuntur ſine
ſpe reſtitutionis, vt de incorrigibilibus
expreſſim tradit text. in cap. veritatis. §.
fin. de dol. & contu; omnis enim incor-
rigibilis eſt irregularis d. cap. veritatis; et
poſt peractam pœnitentiam, propter illa
verba ſine ſpe reſtitutionis; imò poſſet
etiam degradari, per glo. & text. in cap.
forte, 23. q. 4. & videtur tex. in cap. cum
non ab homine, de Iudit. & tradit. Spec.
in tit. de diſpenſ. §. Iuxta. verſ. 10. vnde
nec promoueri, nec promoti exercere
poſſunt.

Quinimmo iſti poſſunt tanquam hæ-
3 retici moleſtari, ſi credant ſe non teneri
ad canonum obedientiam: S. Th. quodl.
7. artic. 18. verſ. ad quintum, glo. in d.
cap. nulli: tex. in c. 1. diſ. 22. dixit enim
Gregor. Turon. hiſt. Gall. lib. 2. cap. 23.
hanc egregiam ſententiã: Illud ſine hæ-
reſi eſſe non poteſt, vt in Eccleſia Dei nõ
obediatur ſacerdoti Dei, cui ad paſcen-
dum oues commiſſæ ſunt.

At omnes tranſgreſſores canonũ ob
luxum, vel concupiſcentiam, nõ per hoc
incidunt in contemptum canonis, etiã
ſi frequenter contraueniant, quia nollẽt
contemnere ſi poſſent luxuriari: S. Tho.
2. 2. q. 1. artic. 10. S. Auguſt. de natu. &
grat. Io. de Tur. crem. diſt. 81. cap. qui-
cumque;

At ſi quis etiam Epiſcopus nõ ſeruet,
aut ſeruari non faciat per comtemptum
ipſos canones, eſt periurus, & ab eo rece-
di poteſt, ſicut ab excommunicato, vel
præciſo; Abb. in capit. ego, de iure iur.
ſummiſtæ in verb. Epiſcopus. Idemque
erit ſi Epiſcopus reſeruationes ſedi Apo-
ſtolicæ factas non ſeruet, tam in foro Iu-
diciali, quàm in foro conſcientiæ: nam
præter id quod incidit in Bullam cœnæ
Domini, quando facit contra eam, vt in
ipſa aperte conſtat, eſt etiã periurus con-
tra proprium iuramentum, in ſua conſe-
cratione præſtitum, & hæc infraſcriptis
modis limitantur primo niſi forſan res
de qua ageretur eſſet modica, vt eſt exẽ-
plũ in alienatione rei Eccleſiaſticæ mo-
dicæ: Caietan. in ſumma in verb. excõ-
municatio, cap. 75. Abb. in c. tua, de Ec-
cleſ. ædif. nam in tali caſu non eſt credẽ-
dum Papam velle illaqueare prælatos
Abb. in c. vt ſuper, de reb. Eccl. & plura
in ſpecie tradit Ias. in tit. qui feu. dar.
poſſ. col. 6. verſ. Addo ad confirmationẽ,
& col. 8. verſ. Quarto vltra alios: com-
probat alijs multis Silu. in verb. Aliena-
tio, q. 16. Secus igitur iudicaretur, quan-
do res quæ alienatur non eſſet modica,
vtputa valoris vltra aureos viginti, ſecun
dum glo. in cap. Terrulas 12. q. 2. illo ca-
ſu tam Iudex commiſſarius approbans,
quàm qui procurant huiuſmodi aliena-
tio-



tionem illicitam ſunt excommunicati,
& irregulares, etiam ſi ſint Epiſcopi, vt
eſt per expreſſam Bullam declaratum à
Paulo II. Papa anno I. menſe Maij: quę
Bulla etiam hodie eſt in uiridi obſer-
uantia.

Alter caſus eſt, quando Epiſcopus vti
tur iure ſibi conceſſo, contra reſeruatio-
nes in caſibus ſibi permiſſis, ex Concil.
Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform.

Quod autem Epiſcopi, & alij vſurpan
tes auctoritatem, quæ ſoli Apoſtolicæ ſe-
di competit, ſint irregulares, aſſerit Da-
maſ. Papa in epiſt. ad Stephanum, ante
fin.

Ad cognoſcendum autem quis dica-
tur incorrigibilis pluribus modis Do-
ctores locuti ſunt, primo ſi reuertitur ad
priora delicta; & in eis perſeuerat, vel
in alijs æque grauibus Abb. in d. c. cum
non ab homine, col. pen. verſ. quæro, &
ibid. Dec. col. vlt. Secundo eſt incorrigi-
bilis ſi aſſignatum locũ pœnitentiæ deſe
4 rat fugiendo Abb. & Dec. Ibid. Tertio ſi
quis termonitus non deſiſtat à crimini-
bus, dicitur incorrigibilis, Dec. ibid. Sed
& in modo confitendi delictum ſuũ po-
teſt Reus talia verba dicere, per quæ ap-
pareat eum eſſe incorrigibilem, quia for
te non oſtendit ſe ſe pęnitere de delicto,
ſed potius dolere, quòd non fuerit per-
fectius perpetratum, ita ſcripſit Cardin.
vt refert Fely. in cap. Rod. col. 35. de re-
ſcript. & refert Diaz cap. 131. in fin. ſic
itaq; ſi declaretur incorrigibilis per Iu-
dicem Eccleſiaſticum, poteſt ſic declara-
tus comprimi per Iudicem ſęcularem
abſque alia degradatione. Aret. qui atte-
ſtatur de communi ſententia in d. capit.
cum non ab homine, & latius proſequi-
tur Diaz in praxi canon. d. cap. 101.

*De relapſis.*

## CAP. XXVII.

1 *Delicta poſteriora ſunt grauiora prioribus.*
*Irriſor eſt, qui ad priora delicta relabitur.*
2 *Diſpenſatus ſuper aliquo crimine, redeundo ad idem, fit indignus diſpenſatione.*
*Relapſi nec aſcendere, nec adminiſtrare poſſunt.*
*Relapſis in hæreſim debetur vltimum ſupplitium.*
3 *Relapſus in hæreſim dicitur, qui in ſolam præſumptionem vrgentem incidit.*
*Hieronymus de Praga relapſus, crematus fuit.*

AD incorrigibilem proximè ac-
cedit relapſus: cum etenim ſe-
cunda delicta ſemper ſint gra-
1 uiora prioribus, Geneſ. cap. 4. in fin. Ic-
circo qui ad eadem relabitur delicta, nõ
pœnitens, ſed Irriſor potius dicẽdus eſt,
ex Iſidori ſententia: q̃ habetur de pœnit.
diſt. 3. cap. Irriſor: Imò videtur dicen-
dus incorrigibilis ꝑ ea quæ tradit Abb.
in cap. cum non ab homine, colum. pen.
verſic. Quæro de Iudic. Et ibid. Dec. &
Diaz in praxi canon. cap. 131. in princ.
Propterea qui ſemel diſpenſatus eſt in
crimine, ſi in idẽ relabitur, fit indignus
diſpenſatione, ex Conc. Trident. ſeſſ. 24.
cap. 5. de reform. Ideoque efficaciter ca-
dit à dignitate ſui officij, ita vt nec aſcẽ-
dere ad altiores, nec ſuſceptos vlterius
poſſit adminiſtrare: Cõc. Ilerdenſi cap.
5. habetur c. hi qui altario. §. quod ſi ite-
rato, diſt. 50. & fuſius dicemus infra cap.
33. de periuris.

De relapſis in hæreſim non eſt agen-
dum, quoad irregularitatem, quando-
quidem vltimum debetur ſuppliciũ: c.
ſuper eo, de hæret. lib. 6. etiam ſi ſecũda
vice non veram hæreſim amplectantur,
ſed inciderint in ſolam præſumptionẽ
vehementem; nam inter relapſos con-
nu-

numerantur c. accuſatus, de hæret. lib. 6.

Vnde ſicut quilibet hęreticus eſt ipſo iure irregularis, vt ſuo loco opportuniꝰ dicemus; multo magis qui relabitur; ſed vt dixi raro diſceptatur de irregularitate in relapſis, cum tradantur curiæ ſęculari, d. cap. ſuper eo: Silu. in verb. hæreſis 1. q. 9. & 11. vt vſus perpetuus approbauit, & patet ex frequentibus Iudicijs Romanæ Sanctiſſimæ Inquiſitionis, & præcipue hoc patuit in Hier. de Praga, qui cum hęreſes Ioannis Vuiclef. & Ioannis Hus in Conc. Conſtantien. in ſeſſ. 19. publicæ abiuraſſet, & poſtea relapſus in eaſdem fuiſſet, eodem Con. ſeſſ. 21. relapſus declaratus curiæ ſęculari traditus eſt, & combuſtus anno Domini, Mileſ. Quadringenteſ. dec. ſexto.

### *De furibus, & latronibus.*

## CAP. XXVIII.

1 *Furti conuictus infamis efficitur.*
*Clericus fur deponitur.*
2 *Fures quibus pœnis iudicauit plectendos Plato.*
*Furtum Etnicis inter grauiora crimina habitum.*
3 *Latrocinij clericus damnatus degradatur.*
*Bona Eccleſiarum occupantes ſunt ipſo iure excommunicati, & irregulares.*
4 *Furta literaria.*
*Speculator ex pluribus auctoribus ſpeculum cõpilauit.*
*Ioannes Andrea literaria furta collaudat.*
*Apulaius Aſinum aureum Luciani ſibi aſcripſit.*
*Macrobius Auli Gellij pleraque continet.*
*Plato plura à coetaneis furatus dicitur.*
*Numerius Platonicus Chriſtiana dogmata ſæpe ſibi aſcripſit.*
5 *Græci à Barbaris, & Hæbreis multa dogmata furto ſuſtulerunt.*
*Furti redargui poteſt, qui alienos labores ſibi aſcribit.*

FVrti conuictus in iudicio proculdubio infamis efficitur. c. infames, 6. q. 1. ex quo infamiæ capite promoueri non poteſt, vt diximus, quando de infamibus agendum fuit: ſi vero promotus ſit, qui furtum cõmiſit, gradu ſuo deijcitur, diſt. 50. capit. de ijs vero, & d. cap. infames: ſunt enim clerici fures deponendi cap. cum non ab homine, de iudic. Hoc enim crimen inter maiora, & grauiora annumeratur, Abb. in cap. cum contingat, col. 6. de for.
2 compet. nam Plato ſeruum furantem ficus, aut vuas vulneribus feriendum eſſe ſtatuit, cum tamen parricidio tantũmodo triennale exilium propoſuiſſet, vt ſcribit Euſeb. Pamph. de præpar. Euang. lib. 13. c. 13. vnde vel ethnicis ipſis furtum inter grauiora delicta annumeratũ eſt: propterea canones Apoſtolici hoc clericorum crimen depoſitione dignum ſtatuerunt, vt in canon. 25. habetur diſt. 81. cap. presbyter, & alijs etiam pœnis puniendum docet Diaz in praxi canon. cap. 84.

Eſt tamen aliquod furti genus longe grauiſſimum, quod rapina, & latrociniũ
3 dicitur: quare ſi clericus in hoc crimen latrocinij incurriſſe deprehendatur, aut conuincatur, vt tergiuerſari non poſſit, degradari debet. cap. Tuę, de pęn. & ideo ſunt in ſummo gradu irregulares, ſed & alijs pœnis puniuntur, de quibus Diaz d. cap. 84.

Inter fures adnumerantur non ſolũ, qui aliena ſubtrahunt, verum etiam, qui in adminiſtratione bonorum alienorum tam Eccleſiæ, quàm alterius laici ſibi ſecreto retinent, aut ẽt ſi depoſitam apud ſe rem in uſus ſuos vertant. l. 4. C. depoſ. ſed ad hanc irregularitatem præcipuè pertinent ij laici, vel clerici, qui Eccleſiarum bona, iura & iuriſdictiones occupant,

pant,



pant, ſiue clam, ſiue palam, ſiue per vim, ſiue quouis quæſito colore; nam & ipſo iure excommunicati ſunt Papali excommunicatione reſeruata, & omnibus beneficijs priuantur, & ad alia redduntur inhabiles, & ſuſceptos ordines exercere ꝓhibentur, vt latius Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 11. quod notandum pro dominis temporalibus non promouendis, q̃ facile in hoc crimen incidunt, dum non reddunt, quæ ſunt Dei Deo, contra verbum Domini.

Eſt præterea aliud furti genus, quod non ad has pœnas pertinet, quod cõe eſt
4 literarum profeſſoribus, dum quiſq; alienos rapit labores, & in laudem, ac nomẽ ſuum transfert, quod præcipuum eſt iuriſperitis, quorum volumina in tantam molem aucta ſunt, dũ alter alterius ſcripta repetit, tacitis priorum auctorũ nominibus, alieno labore laudẽ quæritans, vt nec ætas vna peruoluendis titulis, atq; inſcriptionibus voluminum ſufficere videatur: Speculator etenim egregiũ opus cõſcripſit, quod Speculum nuncupauit, nulla penitus parte reprehenſibile eſt, quod vtile, pium, ac veridicum ſit, & vtinam eius veſtigia ſequeretur cœtus Doctorum; Tñ ſi priſci, qui ante eum vixerant ſcriptores, reuiuiſcerent, & quiſque ſuas partes ab eo opere repeteret inane Gulielmi Duranti opus redderetur; nã aliquando integros codices de verbo, ad verbũ retulit, videlicet Ioannis de Deo, & Martini de Fano, vt notat ſæpe Ioannes Andreæ, in addit. ad ſpecul. ſed & ipſe Ioan. Andr. qui hoc illi obijcit, in idem tamen crimen incidit paſſim; quinimmo & ſe ſe aliquando id feciſſe gloriatur, & huiuſmodi furta collaudat.

Fecere itidem & alij; Apulæius aſinũ Aureum ſibi aſcripſit, qui fuerat Luciani; Macrobius pleraque Auli Gellij ſcripta verbotenus refert, tacito illius nomine; ſed & iſtis vetuſtior Plato multa à ſcriptoribus coętaneis furatus eſſe dicitur, vt refert Euſeb. de præpar. Euangel. lib. 10. c. 1. ſicut & Græci ferme omnes hoc vitio laborarunt, vt idem Euſeb. eo loco refert, quod & Baſil. in expoſit. ſua ad Euangel. in principio, quæ eſt homil. 45. atteſtatur de Numenio Platonico loquens: Plurimi, inquit, veritatis inimici, mundana ſapientia ſe plurimum iactantes, ſic admirati iſta fuerunt, vt in ſuis libris conſcribere auſi ſint; Furatur enim noſtra diabolus, & ſuis ea largiri conatur.

Sed & idem Euſeb. de præpar. Euãg.
5 lib. 7. c. 7. dicit Græcos nonnulla à Barbaris, ab Hæbreis vero multa furto ſurripuiſſe: Marſ. quoq; Ficinus in lib. de religione Chriſtiana cap. 22. de Platonicis ita ſcribit, Ego certe reperi præcipua Numenij, Philonis, Plotini, Iamblici, Proculi myſteria a Ioanne, Paulo, Hierotheo, Dionyſio Areopagita accepta fuiſſe; quicquid enim de mente diuina, angeliſque, & cæteris ad Theologiam ſpectantibus magnificum dixere, manifeſte ab illis vſurpauerunt: Hæc ille. Hæc furta Græcorum, & alia eiuſdẽ generis recenſet fuſius quàm cæteri Clem. Alex. Strom. lib. 6. primã enim illius libri partem abſumit in detegendis his Græcorũ auctorum furtis.

Sic itaque, ſi quis alienum opus ſibi falſo ſcribat, ſine ulla laborioſa immutatione, & falſi, & furti redargui poteſt; præter id quod ſæpe numero in lucem prodeunt ea furta, magna cum infamia ad inſtar corniculæ Flacci, de qua ille epiſt. 3. ad Iul. Florum.

*Ne ſi forte ſuas repetitum venerit olim*
*Grex auium, plumas, moueat Cornicula riſum*
*Furtiuis nudata coloribus.*

Sed

Sed hoc genus furti nihil ad irregu-
laritatem pertinet,niſi fortè re in iudicio
cognita,ſententia de falſo feratur.

*De vſurarijs.*

## CAP. XXIX.

1 *Vſurarius eſt infamis, etiam peracta pœnitentia, & irregularis.*
2 *Clericus vſurarius ſuſpenditur ab omni officio Eccleſiaſtico,& perſeuerans degradatur.*
*Vſurarij nomine contrahens, vel mediator eſt irregularis.*
3 *Vſurariorum appellatione veniunt mediatores.*
*Vſurarij filij, & hæredes ſunt irregulares,*
4 *Vſura ſi imputetur alicui collegio, vel vniuerſitati; omnes ſunt irregulares.*
5 *Vſurarius manifeſtus bonis cedendo non promouetur,non enim habet beneficium ceſſionis iure canonico.*

AD fures, & latrones proximè
accedit vſurarius,ipſe etenim
eſt ẽt infamis,vt tradit Abb.in
1 cap. Inter dilectos, per illum text. in 3.
not. de exceſſ. prælat. & remanet infa-
mis etiam poſt peractam pœnitentiam,
& poſt factam reſtitutionem vſurarum,
ſcribit Bald.in l.improbum C. ex quib.
cauſ.inf.irrog.ob quam infamiæ notam
obtinere officium non poteſt,glo.in cap.
pręterea.de vſur.nec ad vllum ordinem
promoueri permittitur; quia irregula-
ris eſt,diſt.46.cap.ſeditionarios, & diſt.
47.cap.de Petro;nam omne genus vſu-
rariorum,ne ad ordines Eccleſiaſticos,
vel ad clerum admittatur monet Augu.
lib.de dogmat.Eccleſiaſt.c.72.habet in
cap. maritum,diſt.33.licet per errorem
ille locus à Gratiano adſcribatur beato
Gregorio.

Si verò qui iam promotus eſt, vſura-
rius reperiatur, ſuſpenditur ab omni of-
ficio Eccleſiaſtico,d.c.præterea, de vſur.
2 qui ſi perſeueret deponitur, imò & de-
gradatur,cap.ſi quis clericorum,& cap.
quoniam, & c.Epiſcopus,diſt.47. Alex.
cōſ.72.vol.1.Hoſt.in Sum.de vſur.§.vlt.
verſ. Alia à Iudice: Quod autē verè ſint
irregulares vſurarij ſcribit Specul.in tit.
de diſpenſ.§.Iuxta.verſ.Item cupidus.

Amplia vt non ſolum ſi quis ſuo no-
mine vſuras exerceat, verũ etiam ſi alie-
3 no tex. in cap. ſicut, diſt.47. Idem ſi ſit
mediator cõtractus vſurarij, iſti omnes
ſunt in eadem culpa,qua ipſe vſurarius,
& dici debent vſurarij,& veniunt appel-
latione vſurariorum, & eodẽ modo de-
bent reſtituere, glo.ſing.in l. ſi ſciente ff.
de parricid. & ſcribit Diaz in praxi ca-
non.cap.51.poſt Philip.in cap. 1. de te-
ſtibus in 6.

Quinimmo non ipſe ſolus vſurarius
efficitur irregularis,verum etiã eius filij,
aut hæredes, niſi ſatisfaciant,reſtituant,
aut hæreditatem repudiẽt: ſcribit Hoſt.
in cap.Tua nos,de vſur.refert.ac probat
Tabien.in verb. ratiocinia, idem etiam
Abb.notat in cap.1.de oblig. ad ratioc.
propè fin. Quibus omnibus illud nota-
4 tu dignum accedere debet, quòd ſi col-
legiũ,vel vniuerſitas vſuras exerceat om-
nes, ſicut ad vſurarum reſtitutionem te-
nentur,ita eodẽ modo irregulares fiunt;
ſed in hoc ab alijs vſurarijs differunt,q̃d
ij,qui de ea vniuerſitate, vel collegio ni-
hil egerunt,verbo,vel facto circa contra-
ctus vſurarios, facilius diſpenſabuntur:
at non ita facile ij, qui verbo uel facto
præfuerunt negocio vſurario, vt dice-
mus infra quib.mod. toll. Irregul. verſ.
Alius caſus eſt.

Sed & ſi vſurarius manifeſtus velit
bonis cedere, tamen adhuc promoueri
non permittitur, quia cum de iure Ca-
nonico vſurarius non habeat beneficiũ
ceſſionis, quia ſemper poſſet conueniri
in



in ſolidum,glo.in cap. cum tu, de vſur.
Bald.in ſuo peculio in litera C. verſ. cæ-
dens bonis,conſequens eſt,vt nec ꝓmo-
ueri poſſit, quaſi debitor, & illaqueatus
litibus, & ratiocinijs cũ magna infamia
iuris,& facti.

*De ſacrilegis.*

## CAP. XXX.

1 *Sacrilegus multis modis dicitur.*
*Sacras res vendens eſt irregularis.*
2 *Sacrilegus clericus eſt deponendus.*
3 *Monialibus commiſcens omnino eſt irregularis etiam ſi hoc manifeſtum non ſit, etiam ſi ſemel tantum*
4 *Monialem ſollicitans eſt irregularis.*
*Sacrilegij diſpenſatio quandoq; Epiſcopi,quandoque Papa eſt.*

SAcrilegij multæ ſunt cauſæ,
vnde multis modis quis dici-
tur ſacrilegus. 17. q.4.c.quiſ-
1 quis,& late ſcribit Mart. ordinis prædi-
catorũ in ſua margarita Decreti,in verb.
ſacrilegium, & ſacrilegus; ſed quoad rẽ
noſtram præcipuus caſus eſt in iure, vt
quis fiat irregularis,ſi de miniſterijs Ec-
cleſiæ hoc eſt de paramentis altaris, de
ipſis rebus ſacris,aliquid vendiderit; nã
non poteſt eſſe in ordine Eccleſiaſtico,
ideſt non poteſt eſſe de numero clerico-
rum.cap.ſi quis presbyter,aut diaconus,
diſt.50.quàm irregularitatem ad omne
ſacrilegij genus extendere poſſumus, ꝓ-
pter eandem rationem ob generalitatẽ
verborum cap. infames 6. q. 1.vbi indi-
ſtincte ſacrilegi inter infames,& irregu-
lares adnumerantur: Hoc etenim,quod
2 ſcilicet in omni ſacrilegio pœna ſit cleri
ci,depoſitio, tradit Hoſt.in Sum. tit. de
accuſat.§.quis ſit effectus, verſ. & gratiæ
exempli: probat Diaz in praxi canon,c.
81.

Et ideò omnium ſacrilegiorum maxi
mũ mihi videtur,& omni grauitate pœ-
nę dignum,ſi quis monialibus cõmiſcea-
tur; nam nec promoueri debet, vt adul-
ter, vt ſtuprator,vt inceſtuoſus,vt ſacri-
legus,& ſi promotus eſt, deponitur,cap.
ſi quis Epiſcopus,27.q.1.tradit Ioan.de
Anan. conſ. 1.verſ.ſecundo quod fama,
Grillan. in tract.de pęn.omnif.coit.1.q.
priuatur enim omnibus ordinibus,om-
nibus beneficijs, non ſolum ſi tale crimẽ
deuenerit ad notitiam populi, verum ẽt
ſi nullum inde ſurrexerit ſcandalum in
populo,forſan quia paucis notum, nam
talis pęna debetur, etiam ſi tale crimen
non diu continuatum,an frequentatum
fuerit à delinquente,vt probat Diaz pra-
xi canon. cap. 75.quo loco fuſius tradit
genera pœnarum quæ debentur iſtis ſan
ctimonialium corruptoribus.

Quinimmo idem erit,ſi quis hoc cri
men attentauerit.l.ſi quis non dicam ra-
4 pere C.de Epiſcop.& cler. & cap. ſi quis
non dicam,36.q.1.&de pœnit.d.1.cap.
ſi quis non dicam, & 27.q.1.cap.ſi qua
monacharum,& cap. ſi quis rapuerit; Il-
lud tamen animaduertendum eſt,quod
diſpenſatio ſuper hac irregularitate va-
rio iure cenſetur;nam in minoribus qui
buſdam ſacrilegijs Epiſcopus ſua aucto-
ritate diſpenſare poteſt; at in maioribus
ſolus Papa, caſus clarus in cap. de viro,
1.2.q.2. & ita diſtinguit, glo. in d. cap. ſi
quis presbyter.

*De ſortilegis, magis, maleficis, incantatoribus, diuinatoribus, & mathematicis.*

## CAP. XXXI.

1 *Sortilegium ad plurima referri poteſt.*
*Clericus ſortilegus deponitur, & degradatur.*

2 Sor-

2 *Sortilegium ſi ſapiat hæreſim punitur eiſdẽ pœ-
nis, quibus & hæreſis.*
*Malefici omnes ſunt irregulares, etiam occulti.*
*Sortilegos conſulens per ſimplicitatem per annũ
adminiſtrare non permittitur, ſecus ſi ſtu-
dioſe.*
*Auium cantus obſeruans damnatur.*
*Crucis ſignum qua pietate faciendum.*

Sortilegium in hac materia ad
multa referri poteſt, videlicet
1 ad magiam, ad maleficium,
ad incantationem, ad diuinationem, ſeu
inuocationem dæmonum, & ad reliqua
huiuſmodi quocumque nomine nuncu-
pentur, quales ſunt negromantici, piro-
mantici, hidromantici: iſti enim omnes
atque conſimiles in eadem deteſtatione
ſunt, & ab Eccleſia pari pœna plectũtur,
26.q.5.cap. nec mirum: clerico etenim
hæc committenti depoſitionis pœna in-
fligitur, ead.q.5.cap. non oportet, & cap.
ſi quis Epiſcopus, & cap. aliquãti, & cap.
ſi quis clericus, & per totam illam q. ſed
apertiſſimè hoc probat cap. quicumque
ead. q. quam depoſitionẽ intelligere de-
bemus, ideſt degradationem. 26. q. 7. c.
non obſeruetis, iuncto cap. admoneant;
ſic enim hanc depoſitionem pro degra-
datione intelligit Ant. Butr. & Abb. in c.
at ſi clerici, de iudic. & idem dicit Dec.
ibi col. 22. verſ. Quartus caſus, cum alijs
locis, quos ad hoc propoſitũ citat Diaz
in praxi canon. cap. 100.

Quandoque vero illud crimen com-
2 mittentes eadem pœna puniuntur, qua
hæretici, vtputa ſi hæc ſortilegia, vel di-
uinationes ſaperent hæreſim manifeſtã,
ſcilicet in contemptum ſacramẽtorum,
fidei deteſtationem, aut aliud ſimile hæ-
reticum; nam eo caſu non vt ſimplex
ſortilegium eſt puniendum, ſed vt hære-
ſis, tex. in cap. accuſatus. §. ſane, vbi bona
glo. de hæret. lib. 6. Et proſequitur latius
iudic. Inquiſit. in verb. diuinationes nu.
4 vbi docet etiam modum procedẽdi ad-
uerſus huiuſmodi, quo caſu omne im-
pedimentum canonicum, vel irregulari-
tas, quæ hæreticis obeſt, obeſſet etiã iſtis
d. §. ſane: quinimmo etiam quandoque
puniuntur pluſquam hæretici, ſcilicet
morte ante relapſum, vt patet de Baſilio
monacho mago, quem Romæ igne cre-
matum fuiſſe narrat Greg. dialog. lib. 1.
cap. 4.

Quòd igitur omnes præfati delinquẽ-
tes ſint irregulares; expreſſim dixit Ber.
in cap. 2. de ſortileg. etiam ſi occulto de-
liquerint, vt ſcripſit Silu. in verb. ſuper-
ſtitio q. 11. ſed etſi per ſimplicitatem, &
bono zelo aliquis clericus conſuluerit
magos, ſortilegos, vel diuinatores, aut hu-
iuſmodi ſuſceptos ordines per annum
exercere non permittitur d. capit. 2. de
ſortileg. qđ ſi ſtudioſe accedat ad iſtos,
vt conſilium ab eis capiat, ob iſtam par-
ticipationem delicti, eadem irregulari-
tate notaretur, qua ipſi diuinatores, &
ſortilegi, ob ſacrilegium, quod commiſ-
ſit eos conſulendo. Conc. Toletan. IIII.
cap. 28. habetur 26. quæſt. 5. cap. ſi quis
Epiſcopus. Diaz in praxi canon. c. 101.

Idem eſt quoad omnes Aſtrologos,
& Mathematicos, qui ſignis celeſtibus,
omnia noſtra tribuũt, quaſi fatalia: ſunt
enim dicti Priſcillianiſtæ hæretici, de q-
bus Augu. lib. de hæreſ. cap. 70. Idem fer-
me erit in obſeruatione cantãtium auiũ,
vel diei, qua quiſq; domo exeat, vel ſter-
nutationum: hæc enim damnatione di-
gna ſunt. S. Aug. de temp. Serm. 241. Nã
Chriſtiano homini contra hæc omnia
vnum valet ſignum crucis, vt ibi ille pro-
bat, dum tamen ſignum crucis fiat cũ
pietate ob bona opera: alioquin pro ma-
lo opere parum proficiet ſignũ, ex verb.
Auguſt. Homil. 21. ex 50. Omnis (in-
quit) qui ad aliquod malum opus cur-
rit, ſi forte pedem impegerit, ſignat os
ſuum, & neſcit, quod includit potius
dæmonem, quàm excludit; debet enim
hoc ſignum crucis, fide, ac deuotione
fieri, non autem per incuriam, & igna-
uiam ſine intelligentia. Auguſt. Homil.
31. Nos ſignum crucis, in fronte por-
tamus, quia illud intelligimus: multi
hoc faciunt, & intelligere nolunt; facto-
rem quærit Deus ſignorum ſuorum, nõ
pictorem, &c. Hæc ille.



*De Blaſphemis.*

## CAP. XXXII.

1 *Clericus blaſphemus deponendus in quacumq;
blaſphemia, præſertim ſi fuerit tertio moni-
tus.*
2 *Blaſphemis pœna ſpecialis imponitur ex Conci-
lio Lateran. ſub Leon. X.*
3 *Blaſphemia Senacherib exercitum perdidit.*
*Blaſphemia Reges Regno eiecit.*

LOnga oratione eſſet opus hoc
loco in deteſtationem huius
ſceleris: ſed quia Diaz Epi-
ſcopus Calaguritanus id eloquentiſſimè
præſtitit in ſua praxi canon. cap. 103.
1 eò lectorem reijcio, & tantummodo hic
inſtitutum proſequar meum. Clericus
etenim blaſphemus quocumq; blaſphe-
miæ genere in Deum, aut ſanctos, depo-
nendus eſt, vt expreſſim decernitur in c.
ſi quis per capillum, 22. quæſt. 1. & li-
cet Hoſt. in Sum. de maled. §. blaſphe-
mantes, dicat hodie hoc pœnæ genus
ceſſare per deſuetudinem, quem ſequi-
tur Card. & Abb. in cap. 2. de maledic.
præſuppoſita communi ſententia; Ta-
men ſi ſit tertio monitus, vt deſiſtat, &
appareat incorrigibilis, hic rigor depoſi-
tionis debet obſeruari, vt ſcribit Alexan.
in conſ. 72. volum. 1. col. 4. verſ. Præte-
rea: quinimmo poſſet tam enormis eſſe
blaſphemia, vt etiam prima vice depo-
ſitio interueniret, vt docet Abb. in dict.
cap. 2. de maledic. per tex. in d. capit. ſi
quis p Capillum, præſertim ſi blaſphe-
mia eſſet cum peccato in ſpiritum ſan-
ctum.

Hodie tamẽ poſt horum Doctorum
2 tempora Conc. Lateran. ſub Leone X.
conſtitutio emanauit cõtra blaſphemos
clericos, his pœnis: prima vice perdat
omnium beneficiorũ fructus anni vni⁹.
Altera vice vno vel altero beneficio pri-
uatur. Tertia vice omnibus beneficijs,
& dignitatibus, officijs quoq; priuatus
exiſtit, & inhabilis ad alia conſequenda,
vel retinenda efficitur. Tabien. in verb.
diſpenſatio. quæſt. 15. verſ. ſecundus ca-
ſus, Diaz d. cap. 103. & ideo propter
hanc inhabilitatem, & incapacitatem
recte dici poteſt irregularis, cum ſine di-
ſpenſatione ad nullum titulum promo-
ueri poſſit; videmus etenim lege veteri
3 centum octuaginta quinque millia mi-
litum ob vnam Regis Senacherib bla-
ſphemiam per Angelum interfecta fuiſ-
ſe 4. Regum. cap. 19. Alphonſus quoq;
decimus caſtellæ Rex ob blaſphemiam
regno eiectus eſt, vt Annales Hiſpaniæ,
ac refert Marc. Anton. Natta Aſtenſ. de
pulchro lib. 2. nam blaſphemia penè
æquabatur homicidio, & lapidibus ob-
ruebatur vſque ad mortem, Leuit. cap.
24. & ideo hoc crimen ponitur inter
grauiſſima delicta, vt per S. Thom. 2. 2.
quæſt. 13. & 14. & non ſolum ipſi bla-
ſphemantes, ſed & ipſi iudices, qui eos
non puniunt, eiſdem pœnis ſubijciun-
tur: Tabien. in dict. verſic. ſecundus
caſus.

### De periuris.

### CAP. XXXIII.

*1 Periurus deponitur ab ordine, & beneficio.*
*2 Periuris Romana Curia depoſitionem, & priuationem beneficiorum non infligit, niſi periuris in iudicio.*
*Periurus in proprio crimine, licet non ſit puniendus in iudicio, tamen peccat, & ſit infamis de facto limita, vt hic in fin.*
*3 Delictum proprium quiſque tenetur iudici confiteri, quando delictum illud adfert impedimentum ordini, vel beneficio.*

PRoxime ad blaſphemiam eſt periurium, quo iniuria Deo irrogatur; ideo conuictus de periurio, ſuo gradu deijcitur cap. de ijs
1 vero, diſt. 50. deponitur etenim ab ordine, & beneficio cap. presbyter, diſt. 81. & ſcribit Abb. in c. quærelam, de iureiur. in 2. not. pro qua re clarus tex. in c. cum non ab homine, de iudic. quòd duobus modis declaratur: primo, vt non procedat ipſo iure huiuſmodi depoſitio, ita. n. ſentit communis Doct. ſententia, de qua atteſtatur Dec. in d. cap. cum non ab homine, col. 1. verſ. ſed communis de iudicijs, contra Ant. Butr. & And. Sic ſecũdo declaratur, vt procedat in ſolo periu-
2 rio iudiciali, vſus enim Curiarum nunquam induxit depoſitionem, vel priuationem niſi pro periurio iudiciali: nam pro periurio extra iudicium facto, ea pęna obſeruari non conſueuit: ſignatura etenim, & Papa non ſolent inducere priuationem beneficiorum ob periurium, niſi ſit iudiciale Stafil. in tract. de Grat. fol. 78. verſ. Tertio periurus, quem cum alijs probat Diaz in praxi canon. c. 86. quòd etiam olim ſenſerat Archid. in c. iuramenti, 22. q. 5.

Illud verò notatu dignũ eſt, quòd & ſi in cauſa criminali cõtra ſe mota quis non puniatur de periurio, quando negat cum iuramento veritatem ſui criminis, Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. C. de bon. cor. qui ſib. mort. apoſtilla ad Abb. in cap. 1. de teſtib. cogen. cum alijs, quos citat iudic. inquiſit. in verb. periurium; Tamen quia peccat negando veritatem, vt dicit Abb. & Fely. in cap. cum P. de teſtib. cog. S. Thom. 2. 2. q. 69. Ideo ſi detegatur hoc periurium, licet ob hoc non puniri debeat, Tamen quia incurrit infamiam facti, eſt à promotione repellendus, tenetur enim prodere ſua delicta iudici interroganti, quando ex delicto de
3 quo interrogatur poteſt venire pœna ſpiritualis impeditiua ordinis, vel beneficij, Silu. in verb. confeſſio. 1. q. 1. imò ſi quis dixerit neminem teneri ſua iudici interroganti prodere delicta, non careret ſuſpicione hęreſis Priſcillianiſtarum, contra quos Aug. de hæreſib. c. 70.

Propterea mea ſententia eſt, ita dęmũ periuria Reorum interrogatorũ impunita eſſe, ſcilicet pro primo periurio, & proceſſu, vel delicto, tantum ob quàm rem mitius agendum eſt cũ eis: at quando iterum delinquunt, vel accuſantur, aut contra eos inquiritur, cum aſſueſcãt periurijs, propter ſpẽ impunitatis, vtiliꝰ puto impunitũ eſſe non debere tale periurium, videntur. n. criminoſi, & incorrigibiles, nam ſicut relapſi in hæreſim; quibus vita donata ſemel eſt, damnãtur ad mortem. cap. accuſatus, de hæret. lib. 6. ita ſaltem extra ordinem iſti puniendi ſunt: quod autem prima vice quis excuſetur, & ſecunda vice pœna ſit ei irrogãda, probatur optimo text. in cap. deſertorem §. ſed plures ff. de re milit. & l. 3. ante fin. C. de Epiſcop. aud. ibi, remiſſionem veniæ crimina niſi ſemel commiſſa non habeant, vbi Bald. notat, qui geminauit delictum non debet ſperare veniã, cum





cum alijs locis, quos citat Tiraq; de pęn. remit. cauſ. 10. num. 4. ꝙ & alio optimo probatur exemplo; Nam ſi quis metu cruciatus idolis coactus ſit ſacrificare, ꝓ prima vice poſt peractam pœnitentiam, eſt ab irregularitate diſpenſandus: ꝙ ſi bis, vel tertio id ei contigerit, erit caſus penitus indiſpenſabilis, vt dicemꝰ infra titulo prox. de apoſtat. habetur in Cõc. Ancyr. cap. 8. arg. de ijs latius hoc libro tit. de relapſis, c. 27. Sunt igitur eiuſmodi rei peierantes puniendi ſaltem, vt diximus, extraordinaria pœna: plerumq; etenim hi ſic impuniti in proprijs, aſſueſcunt poſtea peierare in alienis delictis atteſtandis, ꝙ ſi nos illos non punimus, puniet eos tanto ſeuerius omnium Dominus, vt contigiſſe ſuo tempore narrat Greg. Turon. his verbis: Quidam ꝗ plerumque in furtis, diuerſiſque ſceleribus cõmixtus peierare conſueuerat, cum aliquando à quibuſdam pro furto argueretur, ait, ibo ad Baſilicam Beati Martini, & ſacramẽtis me purgans Innocens reddar; quo ingrediente elapſa ſecure de manu eius, ad hoſtium ruit, graui cordis dolore percuſſus. Alius ſimili modo cũ de incendijs domus vicini ſui argueretur, ait, vadam ad templum S. Martini, & fide data inſons redibo ab hoc crimine: cum igitur ad Eccleſiam veniſſet ille, qui ſacramenta dabat, conuerſus ad eum dixit ei; quantum vicinorum dictat aſſertio, non eris innocens ab hoc ſcelere; ſed tamen Deus, vbique eſt, & virtus eius ipſa eſt forinſecus, quæ habetur intrinſecus, tamen ſi ita te vana fiducia cœpit, quòd Deus, vel ſancti eius periura non vlciſcantur, ecce templum ſanctũ ẽ contra; iura verum: at ille eleuatis manibus, ait, Per omnipotentem Deum, & virtutem B. Martini antiſtitis eius iuro, quòd hoc incendium non admiſi: datis itaq; ſacramentis, cùm recederet, viſum eſt ei, quaſi ab igne circumdari, & ſtatim ruens in terram, clamare cœpit ſe vehementer exuri, & hæc dicens ſpiritũ exhalauit: narrat Greg. pęrfatus lib. 8. c. 16. & in lib. in glo. conf. c. 93.

Nec mihi placet illa ratio, quòd non deberet in tali periurio puniri vnquam quis in foro iudiciali, ſed ſufficeret, ꝙ in foro conſcientiæ ſeuerius puniretur, & quod ſæpius parcendũ ex verbis Domini; Non dico ſepties, ſed ſeptuagies ſepties. Mat. cap. 18. Nam hic Matthæi locus bene procedit in foro conſcientię; at in foro iudiciali diſciplina etiam prima vice danda eſt, vt docet Auguſt. de verb. dom. ſecund. Mat. ſerm. 15. in fin. Peccaſti, ait, petis ignoſci tibi, ecce ignoui. iterum peccas, ignoui. peccas tertio, tertio ignoui, iam quarto ignoui; Nunquid ſeptuagies ſepties fatigaſti me? ſubdit ille hæc verba; ſi hac præſcriptione ſeueritas diſciplinæ dormiat, repreſſa diſciplina, ſęquit impunita nequitia; vnde patet aliqua puniendos eſſe diſciplina huiuſmodi periuros.

### De Apoſtatis à fide.

### CAP. XXXIIII.

*1 Apoſtata à fide eſt pluſquàm hæreticus, ideo penitus irregularis.*
*Apoſtata à monachatu ſolo, eſt irregularis.*
*Iulianus apoſtatarum Imperator, & Princeps.*
*Iudæus factus Chriſtianus, ſi præuaricetur eſt penitus irregularis, etiam peracta pœnitentia.*
*2 Apoſtatans vi coactus, eſt irregularis.*
*Helcheſitæ hæretici ſunt dicentes non eſſe crimẽ negare Chriſtum ore, ſi corde cordas.*
*Apoſtata laicus peracta pœnitentia diſpenſari poſſet, vt promoueatur, clericus verò nequaquam.*
*3 Apoſtatans per vim bis, vel ter, irregularis eſt omnino indiſpenſabilis.*

*Circuncidens ſe ipſum apoſtata, & irregularis eſt.*
*Meſopotamenus monachus ſe circunciderat.*
*Hæreticis in oratione communicans; deponitur etſi per vim etiam ſit irregularis.*
*Ordinato ab hæreticis per contemptum, nunquã conceditur diſpenſatio.*
4 *Apoſtata dicitur clericus deponens habitum, & tonſuram, & fit irregularis, præſertim habens beneficium.*
*Ordo ſacer ſpecies eſt religionis.*
5 *Matrimoniũ contrahens exiſtens in ſacris, apoſtata eſt, & irregularis, & ſuſpectus de hæreſi.*

APoſtata, qui lubens à fide retro recedit, pluſquam hæreticus eſt, imò penitus eſt infidelis,
1 iccirco ab ordinibus, etiam minimis arcetur, & à cõmunione Eccleſiæ, & omni irregularitate notatur: Silu. in verb. irregularitas quæſt. 5. Tabien. in verb. irregularitas 4. nu. 7. nam ſi apoſtaſia à ſolo Monachatu reddit irregularem, vt diximus quando de monachis agebamus, & eſt tex. in cap. vlt. de apoſt. & diſt. 50. cap. vlt. quanto magis ſi quis à tota fide apoſtatet, quemadmodum Iulianus Imperator cognomẽto Apoſtata, de quo Caſiod. hiſt. tripart. lib. 6. cap. 2. & text. 11. q. 3. c. Iulianus. Et cum iſtis nemo alius quàm Papa diſpenſare poteſt. Silu. d. q. 5. & Tabien. d. nu 7. Innoc. in cap. 1. de apoſt. Propterea quiſquis hebræus, vel paganus ad fidem Chriſti conuertatur, poſtea vero ad vomitum reddeat, ideſt ad hebraiſmum, vel paganiſmum, propter eam præuaricationem apoſtata factus, promoueri non poſſet; nec promotus exercere: Conc. Toletan. IIII. cap. 63. habetur 2. q. 7. cap. non poteſt, vbi Hug. & Archidiac. pœnitentia etenim, quoad hoc nil ei prodeſſe poteſt, quia etiam ſi peragat quantumuis magnã, non deſinit eſſe irregularis, vt ipſi ibidem ſcribunt.

Quæ etiam vera ſunt in ijs, qui per
2 vim, aut metum apoſtatarunt; forſan ad idololatrandũ, aut ſacrificãdum idolis, aut dæmonibus; nam omnes ex eo ſolo redduntur irregulares, & deponuntur, canon. apoſt. 62. & Conc. Ancy. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. & diſt. 50. cap. presbyteros, alioqui ſi hos irregulares q̃s audeat negare, mihi videbitur ſubolere hereſim Heicheſitarum, qui dicebant nullã contrahi culpam negando Chriſti fidem ſolo ore, ſi corde non negatur, contra quã Fabianus Papa Cõciliũ coegit LX. Epiſcoporum, & totidem presbyterorũ, vbi ea hæreſis damnata eſt: Platin. in Fabiano: ſicut etiam diſputando damnauit Gregor. Turon. hiſt. lib. 5. cap. 43 propterea iure efficiuntur iſti irregulares, & ſi Deum, aut fidem negent ſolo ore, non corde: alioqui non erraſſet Petrus Apoſtolus, nec Marcellinus Papa I. nec eorũ ſeueriſſima pœnitentia fuiſſet neceſſaria: Ideoque canon Apoſt. 61. iubet deponi clericum, qui per vim, vel metum Chriſti nomen, vel etiam clerici nomen abnegauerit, & nec poſt pœnitentiam reſtitui, niſi forte tanta eſſet pœnitentia, vt diſpẽſaretur, vt Petrus, & Marcellinus per diuinam diſpenſationem.

Debet verò durior eſſe diſpenſatio in iam promotis, quàm in promouendis; nam laici poterunt poſt pœnitentiã cõdignam diſpenſari, vt ordinẽtur, & exerceant: at iam promoti rurſum ſuſceptos ordines exercere nõ permittuntur. dict. Conc. cap. 1. & 2. & d. cap. presbyteros, in princ. diſt. 50. quinimmo ex d. canon. Apoſt. 61. poſt pœnitentiam ſolam communionẽ recipere poſſunt inter laicos, vt ibi patet: rurſum poſſet tanta eſſe vis, & coactio, quam iuriſtæ dicunt præciſam, vt quis ſacrificaret, thurificaret, non ipſe; ſed per manum attractus, quo caſu non delinquit, & ideò non efficitur irregularis, debet tamẽ benedictionẽ accipere ab Epiſcopo ſuo d. c. 3. Conc. Ancyr. & d. c. presbyteros: ſed ſi vis illa, & coactio nõ fuerit præciſa, ſed malueritimolare, aut abnegare, quàm mori, vel pati, tunc vſque adeo fiet irregularis, quòd vt iam diximus, per ſolum Papam diſpenſari poſſit, ſi ſit ſacerdos; ſi vero diaconus, vel inferior, etiam Epiſcopus id poterit. d. cap. presbyteros, Silue. d. quæſt. 5.



5 Quòd ſi bis, vel tertio, hæc ſcelera commiſerit quis, etiam per vim, quatuor annis in aſpera manere debet pœnitentia, duobus alijs communicare, non tamen eius oblatio recipiatur, ſeptimo cõmunicabit, & oblatio eius recipietur ab Eccleſia. d. Concil. Ancyr. cap. 8. ex quo loco poſſumus elijcere hanc concluſionẽ, quod quiſquis ſæpe abnegauit Chriſti fidem, vel ſacrificauit idolis per vim coactus: & ſolo ore non corde ſi ſæpius hoc ei contigit fieri, eum irregularem indiſpenſabilem, quoad ordines, tam ſuſcipiendos quàm ſuſceptos exercendos, quod patet ex hoc, quod per ſeptennalem pœnitentiam aliud recuperare non poteſt, quàm ſolam communionem; Ex quibus illud deciditur, quòd ſi quis clericus, vel monachus, aut etiam laicus, circuncidere ſe ſe permiſſerit, apoſtata præſumeretur, etiam ſi aliunde non appareret eum abnegaſſe Chriſti fidem: eſſet enim iudaizare, quin putandus eſſet hæreticus Nazarenus, quorum eſt obligare velle adhuc ad obſeruantiam Circunciſionis. Epiphan. hæreſ. 26. Idemque erit ſi per ſe ſolum nemine perſuadente ſe ſe circunciderit putans ob eam rem aliquem fructum, aut gratiam accipere: exẽplo eſt Meſopotamenus monachus, qui cum putaret ſe Abrahæ, & Moyſis gratiæ participem fieri per Circunciſionem, ſe ſe ipſum circunciderat, vt ſcribit Caſſia. lib. 1. collat. 2. cap. 8. Lippom. Tom. 8. hi igitur nunquam eſſent promouendi abſque Papæ diſpenſatione.

Hæc eadem procedent in illis, qui inter hæreticos verſantes ipſorum orationibus communicarunt; nam ſi ſponte hoc fecerint, deponuntur, canon. apoſt. cap. ſexageſimo tertio: ſed ſi per vim, vel metum, eadem omnia dicenda ſunt, quæ diximus in iſtis abnegantibus, & apoſtatis, præſertim in eo, qui in contemptum ab hæreticis ſe ſe ordinari fecerit; nam eo caſu diſpenſari non conſueuit, & vix per ſolum Papam: Silue. d. q. 5. & eſt tex. in cap. conuenientibus, 1. q. 7. propè fin.

Inter apoſtatas adnumerantur etiam hi clerici, qui in ſacris ſunt, ſi habitum,
4 & tonſuram, ac clericalem diſciplinam deponant, fiunt etenim irregulares, cum apoſtatæ ſint: gloſ. in capit. penult. diſt. quinquageſima. Ordo enim ſacer eſt ſpecies religionis, ideo ſicut religioſi apoſtatant, non ſeruantes monachatum. d. capit. vlt. diſt. quinquageſima, ita & clerici, quòd probat Abb. in capit. Tua, de apoſtat. quem ſequitur Silu. in verb. apoſtaſia q. 2. facit text. in cap. nõ obſeruetis. 26. q. 7.

Quinimmo ſi clericus in minoribus, aut prima tonſura conſtitutus beneficiũ poſſideat, & omnem diſciplinam, atque habitum Eccleſiaſticum deponat, retento beneficio, verè apoſtata eſt, & conſequenter irregularis: Silue. in verb. apoſtaſia quæſt. 3. in fin. citat cap. Ioannes, de cler. coniug. arg. cap. vlt. diſt. 50. ſicut & ſi quis conſtitutus in ſacris matrimonium contrahat efficitur irregularis, tex. & ibi not. Abb. in c. 1. qui cler. vel vou. vbi hoc probat Card. Zabar. in poſtremis ſcriptis, dicit enim eum eſſe irregularem,

larem, ea ratione quòd ſit bigamus, & ideo eum egere diſpenſatione; & eundem eſſe irregularē dicit Silu. in verb. irregularitas: verſ. 16. & in verb. bigamus in principio: ſed & propterea ſit de fide ſuſpectus, vt aliàs diximus ſupra lib. 3. capit. decimo ſeptimo Iudic. Inquiſi. in verb. matrimonium, & in verb. ſuſpicio.

### *De Falſarijs:*

## CAP. XXXV.

1 *Falſans litteras eſt irregularis ſiue ſint litteræ Papæ, ſiue delegati ſiue Regis, ſiue cuiuſque iudicis.*

2 *Falſans vnam litteram vel punctum in litteris Domini Papæ, eſt excommunicatus.*

*Falſarius occultus poſt condignam pænitentiā poſſet promoueri.*

3 *Bellerophontis litteras an licuiſſet falſare.*

*Litteras Vriæ an licuiſſet falſare.*

*Henricus II. adoleſcens Bellerophontis litteras tulit, & falſatis illis Conrado, factus eſt gener, & ſucceſſor.*

*Falſans litteras vt vitam alterius tueatur, non effugit crimen falſi.*

4 *Marchio Marianianen. Bellerophontis litteras tulit, quibus falſatis omnia illi poſtea euenerunt.*

5 *Litteras familiares priuatorum aperiens, & aduerſarijs oſtendens, falſator eſt, ideo deponitur, ſi ſit clericus.*

CRimen falſantis litteras publicas, aut quod libet aliud monumentum, tam immane eſt; vt degradatione ſit dignum in clerico cap. ad falſariorum, de crim. falſ. ſiue
1 etenim ſint litteræ domini Papæ, ſiue delegati apoſtolici, ſiue quorumcumq; iudicum inferiorum, depoſitionis pœna infligitur: Abb. in cap. olim not. 2. de Reſcrip. Sed & ſi ſint litteræ Regiæ infligitur degradatio cap. ad audientiā, de crim. falſ. Ideo iſta committentes delicta omnes fiunt irregulares, nec promoueri poſſunt ex Conc. Agathen. cap. 34. habetur diſt. 50. cap. ſi Epiſcopus: Habet autem locum hæc pœna ſiue falſatio ſit in integra clauſula addita, vel ſublata cap. Inter dilectos, de exceſſ. prælat. ſiue in immutatione vnius litteræ, vel puncti; nam hoc faciens in litteris Papalibus nō habens officium Curiæ ſic faciendi ipſo facto excommunicationem incurrit in Cœna domini. tradit Hoſt. in Sum. de crim. falſ. §. porro, verſ. ſed hodie, probat Felin. in cap. 2. §. ſtyllus, de reſcrip. & Diaz in praxi Canon. cap. 108. Illud tamen annotandū eſt, quòd ſi hic falſarius occultus fuerit poſt dignam pænitentiam promoueri non prohibebitur, cum non ſit effectus infamis, Innoc. in cap. niſi cum pridē, de renunt. quem ſequitur Specul. in tit. de diſpen. §. Iuxta. verſ. 5. quod hodie præcipue verum eſt, cum omnes occultæ irregularitates præter uoluntarium homicidium per Epiſcopum diſpenſari poſſint ex Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de Reform.

Dubium eſſet ſi quis Bellerophontis, ſeu Vriæ litteras falſarit ad alterius, vel propriam vitam tuendam, cuiuſmodi referunt Annales de Germano quodā
3 clerico, qui Henrici vitam, ac fortunam hac falſatione tutatus eſt: cum etenim Henricus, qui ſecundus eius nominis fuit adoleſcentulus in Corradi Imperatoris odium incidiſſet, ferunt Corradū ſtuduiſſe, vt occulta morte necaretur, atque ob eam rem litteras ſcripſiſſe, eique deferendas dediſſe, quibus mandabatur ipſum ſecreto occidi: Cumque apud clericum in ipſo itinere Henricus hoſpitaretur, per ſuſpicionem clerici cōſilio, & auxilio, litterarum argumentū immuta-



tauit, primoq; abraſo ſcripſit aliud, ita vt per eas litteras ſic immutatas, ipſe Henricus factus ſit Conrado, & gener, & imperij ſucceſſor, vt narrāt Annales de antiquitatibus, & initijs regnorum fol. 129. Naucler. generat. 35. vbi conteſtes hiſtoricos recenſet. Modo quęritur num, hic ſacerdos fuerit irregularis; dico eum non euitare crimen falſi in regijs litteris, & propterea non ſunt facienda mala, vt eueniant bona: alioqui liceret peierare, falſum teſtimoniū dicere ad tuendam vitam alterius, quod omnino impium eſt, & ideo non effugit
4 irregularitatem: Minor forte eſſet culpa, ſi quis in tuenda propria vita huiuſmodi litteras deferens, eas immutarit, cuiuſmodi fertur de Marchione Melenianenſi, qui deferens has Beleeroſontis litteras, quibus mandabatur eum necari, hoc ſuſpicans aperuit, atque argumentū litterarum ita immutauit, quaſi mandarent ipſum præfici cuidam Caſtro, & militibus: vnde illi arx & Caſtrum commiſſa ſunt per eas falſatas litteras, atque armata manu poſtea propugnauit; & ob eam rem habitus ſtrenuus miles, ſæpiſſime exercitibus præfect⁹ eſt. Iſtius igitur culpa longe minor eſt in falſatione litterarum, ſed non effugit nomen, & crimen falſitatis, & ideo nulla ratione iſtæ falſationes excuſari poſſunt.

Ad hoc irregularitatis genus pertinet, ſi clericus priuatę perſonæ litteras
5 aperiat, & aduerſarijs indicet, nam proditor eſt, & falſator, & ideo deponitur: Rom. conſ. 365. Incip. quæritur primo qua pœna, circa fin. Silu. in verb. falſarius. §. 1. ſed ſi non oſtenderit aduerſarijs, extra ordinem punitur, Diaz in praxi Canon. cap. 96. Iuditial. Inquiſ. in verb. litteræ.

### *De falſo Teſtimonio.*

## CAP. XXXVI.

1 *Falſi teſtimonij clericus Reus deponitur, & ſicut periurij Reus irregularis eſt.*

2 *Falſi damnatus per viam exceptionis, an dicatur irregularis.*

3 *Acta in vno iudicio per viam confeſſionis, faciunt fidem in alio magis plenario.*

*Acta in vno iudicio per modum exceptionis, faciunt fidem in alio ad præparationem.*

*Falſum teſtimonium dicens extra iudicium ad liberationem alicuius, peccat, ſed non tenetur falſi.*

CApitale crimen eſt falſum adferre teſtimoninm, ideo clericus ob id deponitur ex Conc. Agathen. cap. 34. habetur diſt. 50. capit. ſi
1 Epiſcopus; quod etiam iure ciuili conſtitutum eſt C. de Epiſc. & cler. auth. presbyteri, & in corpore vnde ſumitur; nec diſtinguitur an cauſa ciuilis ſit, an criminalis cap. quia iuxta §. presbyteri, diaconi. 5. quæſt. 6. vbi hoc expreſſim annotat Hug. & inde confirmatur, quòd numquam poteſt falſum teſtimonium ferri; quod non ſit mixtum periurio; vnde ſicut periurium tam in iudicio criminali, quàm ciuili indiſtincte eadem pœna punitur, & irregularitatem inducit, vt hoc ipſo libro ſuperius diximus, ita & hoc caſu teſtimonij lati.

Et tametſi Præpoſ. in d. cap. ſi Epiſcopus diſtinguat teſtimoniū falſum in iudicio directim intentatū, ab eo quod probatur per viā exceptionis; quia in iſto nō
2 venit pœna depoſitionis; tamē eius ſententia in noſtro caſu nil obſtat: nam & ſi quis conuincatur per modum exceptionis de falſo teſtimonio, ex eo tamquam infamis de facto à teſtimonio repellitur, vt ibi ipſe ſcribit, vnde quicqd excludit à teſtimonio propter infamiā, illud idem excludit ab ordinibus. Pro-

 batur

batur aperte in cap.infames,in fin.6.q.1. & cap. ſeq. Ideo quiſquis conuictus per modum exceptionis, ſi à teſtimonio repellitur,per hoc quoq; ab ordinibus eijcietur,non quia deponatur,ſed quia nec promoueri,nec promotus exercere permittitur: Quinimmo ex actis illis p modum exceptionis, poteſt præparari directum iudicium aduerſus eum,vt puniatur; nam acta facta in vno iudicio, licet regulariter non faciant fidē in alio, quo ad deciſionem; Tamen faciunt fidem, quoad præparationem alterius iudicij, Alex. in l.2.col.5.concl.6.C.de Edend. quem probat, & ſequitur Capicci.deciſ. 107.vnde ſi ex illis actis per modum exceptionis,poteſt directum præparari iudicium, ſequitur quòd ex hoc fiat irregularis; nam accuſatione, & inquiſitione pendente quis eſt irregularis, etiam ſi poſtea abſoluatur, vt diximus quando de pendente inquiſitione agebamus; De
3 inde ſi hic fuiſſet conuictus in exceptione per ſuam confeſſionem, etiam fieret irregularis: q̃a facta facta in vno iudicio ſummario, licet regulariter non noceāt, in plenario tamen fallit in confeſſione, quia ipſa nocet etiam in iudicio plenario. Innoc.in cap.de ordin.cognit.Imol. in Clem. conſtitutionem,col.5.de elect. Marſ. ſing.257. incip.Nemo, & in ſing. 580.incip.Acta facta; vnde ex iſtis duabus rationibus poterit ſeruato iudicio deponi, & licet ante ſententiam ſecundi iudicij non poſſit dici infamis de iure, eſt tamen infamis de facto,quod ſufficit ad irregularitatem,vt probatum eſt ſuperioribus libris; Hæc vera ſunt in falſo teſtimonio iudiciali, alioqui ſi ad liberationem alterius,quis mēdacium dixerit extra iudicium licet peccet,tex.& glo. in c. ne quis arbitretur, 22.q.2.non tamen erit irregularis.argum.d.glo.

## *De Fornicatoribus, & Concubinarijs.*

## CAP. XXXVII.

*1 Fornicator quantumuis occultus, celebrare nō poteſt ante pœnitentiam.*

*Fornicator notorius eſt ex confeſſione, vel qui iudicio eſt conuictus, vel euidentia facti, & hic vere eſt irregularis, & adminiſtrare non poteſt minores.*

*2 Concubinarius occultus adminiſtrans, non fit irregularis, ſecus in notorio.*

*3 Miſſæ fornicatoris notorij nemo intereſſe debet.*

*Sacerdotio indignus eſt, qui tranſit per lupanar.*

*Athenienſium ſacerdotes ſeorſum habitabant, ad tuendam caſtitatem.*

*Clericus frequentans domos puellarum deponitur.*

*4 Mulierum familiaritas periculoſa, & ſæpe aufert dona Dei.*

*M. Craſſus qua ratione ſuſpectus ſacrilegij.*

*5 Epiſcopi, qui in perſecutione Ariana abſciſſis linguis loquebantur, mulierum conſortio hoc donum amiſerunt.*

*Epiſcopus, vel monachus domi Mulierem etiā non ſuſpectam, retinere non poteſt.*

*Caſtitati ſuæ nemo confidere debet, niſi miraculis confirmetur.*

*6 Fornicator Chriſtianus eum muliere infideli, aut cum bellua fit irregularis.*

*Boue & Aſino non eſt arandum.*

FOrnicator quantumuis occultus mortale peccatum incur-
1 rit. 27.q.1. cap. nubendi, & 32.q.4.cap. meretrices; propterea ante pœnitentiam,& contritionem celebrare non poteſt, ſine graui ſacrilegio, propter illud impedimentum canonicum,quod pendet ex peccato mortali, de quo ſuo loco diximus: propterea commendatur Diaconus quidam aulicus Henrici III. Imperatoris, qui maluit exilio mulctari, quàm Diaconi officium ad altare exercere pollutus nocturna fornicatione: quamobrem quia contempto humano metu, diuinam præ oculis habuit maieſtatem, per Dei gratiam à fornicatione po-



poſtea liber extitit; & Epiſcopatu dignus eſt habitus,vt narrat Naucler. gener.36. quando vero fornicator notorius eſt,forſan ex proprij oris confeſſione, aut conuictus in iudicio,aut tanta facti euidentia, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, tunc vere irregularis eſt.cap. ſacerdotes, diſt. 50. quæ res non ſolum procedit in ſacerdotibus,ſed etiam in eo,qui conſtitutus eſt in minoribus; nam in ſuſceptis ordinibus miniſtrare prohibetur,& conſequenter ad altiores aſcendere non poteſt: at ſi tales notorij fornicatores ante factam pœnitentiam adminiſtrauerint, fient denuo irregulares Papali diſpenſatione,vt ſcribit aperte Nauar.in Manual. cap.25.num.77.& ita intelligitur Arch. diſt.32.§.hæc de malis.Silu.in uerb.clericus 2.q.8. verſ. quæritur ſecundo.Io. Andr. & Hoſt. in cap. veſtra, de cohab. cleric. & mul. & videtur text. cap. ſi qui ſunt.diſt.81.& in c.præter.§. verum diſ. 32.in fin. Sil.in verb.concubinarius, nu. 4.vbi hæc late probat,non ſolum in concubinario, ſed & in quolibet fornicatore notorio, poſt Abb.in cap. ſi celebret, de cler. excom.miniſt.

Et licet Gul.Duran. dixerit concubinarium adminiſtrantem in ſuo ordine non effici irregularem, vt ipſe ſcribit in Specul. in tit.de diſpenſ.§.iuxta.verſ. quod autē dixi de excommunicato; Tamen poſſet intelligi, quando fornicator non poteſt dici notorius. exemplum eſt ſi concubina eſt pediſſequa matris, aut
2 ipſe eſt capellanus dominæ ſuæ, qua vtitur loco concubinę; nam quia iſto prætextu excuſatur à notorio,cōſequens eſt, quòd non fiat irregularis.Sil.d.verſ.quęritur ſecundo: at ſi ſit notorius, & ante pœnitentiam factam adminiſtret,erit irregularis à ſolo Papa diſpenſandus.Tabien.in verb.irregularitas 4. col.2.verſ.ſi Tertio eſt ſuſpenſus, ex ſententia Innoc. & verſ. ſeptima.cōcluſio.arg.c.veſtra,de cohab. cleric. vbi Abb.& cap. 2. de re iudic.lib.6.& Nauar. loco ſupra citato, etiam ſi nulla pręceſſerit monitio: Anto. & Abb.in cap.Tua,de cohab.cleric.Tabien.d.verſ.ſeptima.Sil.d.verſ.quærit ſecūdo:Nam cū nemo intereſſe debeat of-
3 ficio, & adminiſtrationi clerici notorij fornicatoris d.cap.veſtra,& diſt.32.cap. nullus.& S.Tho.4.q.15.ſequitur ꝙ irregularis fiat, & ita eſt communis ſententia,ſecundum quam fuiſſe iudicatum in curia Delfinatus atteſtatur Guid. Pap. Decis. 558. pro qua ſententia comprobanda facit quòd ex traditione apoſtolica, olim qui clericus in fornicationem incidiſſet à ſacra communione aliquot annis ſeparabatur.Io. Clim. grad. 15.c. 1.quin & deponendum eum eſſe conſtitutum videtur per canones apoſtolorū, vt habetur in cap. presbyter.diſt.82.Sed & Palladium Cappadocem in vita duorum Macariorum tradit ſacerdoti fornicatori ob celebrationem miſſarum tam ingenti cancro caput emacuiſſe,vt penè moreretur: at vbi iuſſu Macarij Alexandrini iureiur. ſe ſe adſtrinxit, nō vlterius celebraturum, ſanatus eſt: ſeſeq; deponens,quaſi laicus vixit.

Quàm rem etiam ipſi ethnici obſeruauerant, Seneca etenim declam. cap. 1.Indignum,inquit, te ſacerdotio dicerē,ſi tranſires per lupanar, vt refert Speculum ſummorum Pontificum cap.81. Nam & Athenienſes ſacerdotes ſeparatim à reliquo populo diſtinguebātur; ne aliqua profana contagione eorū caſtitas pollueretur. Plato in Timęo, & Speculū d.cap.81.

Nec ſolum hæc vera ſunt in iſtis fornicatoribus,ſed etiam in clericis,qui nimium frequentant domos puellarū, vel

patronarum; nam propter rumores, ſuſpitiones, & diffamationes, quę inde oriri ſolent, deponuntur ab ordinibus ſuis, ob quam rem dici poterunt irregulares illo modo quo alij, qui deponuntur, diſt. 81. cap. clericus ſolus. Eſt enim mulierũ
4 conſuetudo maximè periculoſa famæ; nam ob hanc vnam cauſam M. Craſſus ſacrilegij ſuſpitionem incurrerat, quòd nimis frequens ad virginem quandã Veſtalem accederet, empturus ab ea prædium ſibi commodum: vt ſcribit Pluth. lib. quam vtilit. ab inimic. Eſt aũt longè magis periculoſa animæ: ſæpe etenim Dona Dei amittuntur ob mulierum familiaritatem; nam in perſecutione Ariana, quæ in Africa à Vandalis facta eſt, cum pluribus Catholicis lingua exciſa fuiſſet, nihilominus diſertè omnes loquebantur, cum ingenti miraculo, & publicè prædicabant, vt narrat Procopius;
5 at quia ipſorum quidam mulierum colloquijs ſe ſe commiſcuerat, hoc grande miraculum in illo ceſſauit, vt ſcribit Euagrius hiſt. Eccleſ. lib. 4. cap. 14. & S. Greg. dialog. lib. 3. cap. 32. Hinc fit vt nec Epiſcopi poſſint intra familiam domi retinere mulierem, etiam nõ ſuſpectam, ob ſummum ſpecimen ſanctitatis, quod in illis requiritur C. de Epiſcop. & cleric. auth. Epiſcopo, & in auth. quom. oport. Epiſcop. §. hoc autem; verſ. neq; autem, quod ob eandem rationem procedit ẽt in monachis, vt ibid. Salic. & glo.

Nec quiſquam ſibi blandiri debet, quòd ſe nouerit caſtum, quoniã hos fallit facilius dæmon, etiam ſi ſenuerint, vt patet in S. Andrea Epiſcopo Fundẽſi, qui fretus ſua, & mulieris caſtitate, cohabitando lapſus eſt; vt ſcribit Gregor. dialog. lib. 3. cap. 7. nec aliorum qui conſtantes fuerunt veſtigia imitanda ſunt, in frequentandis mulieribus: Nam etſi multi charitate feruentes mulierum domos frequentarint ſine peccato, vt de Equitio ſcribit Greg. dialog. lib. 1. cap. 4. qui infra ſepta monaſterij mulierum liberè ingrediebatur, & de Vitali monacho Alexandrino ſcribit Marul. lib. 3. qui meretricum noctes conducebat, & in proſtibulis noctes perſæpe integras conſumpſit, abſque vlla contagione, vt illas conuerteret: Tamen illi pudicitiam miraculis confirmarunt; nam Equitio nocte viſum eſt ſibi ab Angelo virilia abſcindi, vnde ex eo tempore carnis motꝰ in eo penitus defecerunt, teſte Greg. ibi, Et Vitali Deus caſtitatis prębuit teſtimonium; nam cum quidam miles eum à proſtibulo exeuntem alapa percuſſiſſet, ſubito à dæmonibus vexari cępit; ſed & multæ meretrices ab eo conuerſæ perhibentur, vt Marul. ibi, & Sabellic. lib. 10. ſi quis igitur, his ſignis ſe munitum oſtenderit, nil penitus ei oberit hæc irregularitas.

Quòd autem diximus fornicationem non notoriam carere irregularitate, intelligendum eſt, de fornicante cũ muliere Chriſtiana ſoluta; ſed ſi Chriſtianus laicus, vel clericus fornicetur ſciens cũ muliere fideli hebræa, gentili, aut quomodolibet extra baptiſmum, poſſumus defendere ob eam copulam rectè repellendum eſſe, ne ordinetur, & ne ordinatus exerceat; primo quia hoc genus fornicationis inducit crimen capitale l. ne quis C. de Iude. Fely. in cap. in nonnullis, de Iudęis: Corn. cõſ. 114. vol. 1. Grill. in tract. de pęn. omnif. coit. q. 12. vnde ſicut cætera capitalia crimina inducunt irregularitatem c. ſi Epiſcopus, aut preſbyter, diſt. 50. ita iſtud quoque: deinde ij incurrunt excommunicationem Cõc. Elibert. cap. 78. & ſicut quilibet excommunicatus eſt Infamis cap. illi, cum ſeq.

6.q.



6. q. 1. ideo non debent promoueri. Deinde alia ratione videtur eſſe irregularis hic fornicator, nam qui adhæret meretrici, fit vna caro cum illa 1. Corinth. c. 6. vnde ſicut carens baptiſmate reijcitur ab omni ordine, Ita qui mixtus eſt carni carenti baptiſmate indignus eſſe debet; illa enim inhabilitas carnis mulieris redundat in virum ei commixtum, exẽplo eius, qui trahit ad ſe bigamiam dum ducit viduam in vxorem, vnde fit irregularis etiam poſt peractam pęnitentiam, qa diuiſa caro videtur in plures: ergo multo magis diuiſa videtur caro huius fornicatoris cũ infideli. vnde ſaltem Epiſcopi diſpenſatio requiri videretur, vt promoueri permittatur.

Qua ratione idem putauerim ſi quis fornicetur cum muliere Chriſtiana, quę ipſo ſciente cõmixta eſt infidelibus, hebræis, aut gentilibus; nam fornicator atrahit ad ſe eam commixtionem, & carnis diuiſionem baptiſmi, & non baptiſmi, quam habet illa mulier. Idem quoque putarem in eo, qui cõmiſcetur belluis; nam cũ tale crimen ſit vltimo ſupplicio dignum: Exod. cap. 22. Leuit. cap. 20. iure inducit irregularitatem: præſertim conſiderata mixtura ſeminis, cum diuerſitate ſpecierum, quòd comparari videtur ad naturam monſtri, & ideo ab altari reijciendus quiſquis eſt particeps huius ſceleris. Idem quoque puto in eo, qui fornicatus eſt ſcienter cum muliere, quæ admiſit belluas; eſt enim par ratio in fornicatore cum ipſa, quia trahit ab illa tam variam, & horrendam ſeminis commixtionem.

Sed & omnes prædicti caſus habent annexam infamiam, & turpitudinem, ideo rectè inter irregulares adſcribũtur, etiam ſi notoria delicta nõ ſint, ſed paucis nota; ſi vero ſint occultiſſima id pendebit ex conſilio confeſſarij, ad quẽ ſpectabit conſulere pęnitenti, ne ſe dignum putet altaris miniſterio; niſi poſt longã, & aſperrimam pœnitentiam; & nec tũc quidem niſi de conſilio, & arbitrio ſuperioris, qui cõſiderabit pœnitentis diſpoſitum animum, quem ſi perfectum non nouerit, eijciet ab altari: alioqui ſi tales facile admittentur ad altaris miniſteriũ, agetur contra id quod iubetur ne liceat arare in Boue, & Aſino, & veſtem habere lana linoque contextam cap. cũ cauſam, de elect. Leuit. c. 19. & Deuteron. cap. 22. & contra id quod inhibetur, ne iumẽta faciamus coire cum alterius generis animantibus, & contra illud ne agrum ſerere videamur diuerſo ſemine d. cap. 19. aut vineam ſerere altero ſemine, contra d. cap. 22.

## *De Adulteris.*

## CAP. XXXVIII.

1 *Adulterij damnatus promoueri non poteſt.*
*Adulter notorius irregularis eſt.*
2 *Clericus adulter deponendus eſt.*
*Clericus extra iudicium confitens ſe adulterũ, ſuſpendi debet ab officio, & beneficio.*
3 *Adulterium committitur cum meretrice cõiugata.*
*Adulterij etiam punitur, qui acceſſit ad ſolutam, credens eam coniugatam.*
4 *Intentio, an factum ſit inſpiciendum in delictis.*
*Adulter eſt irregularis, ex homicidio perpetrato in perſonam mulieris.*
5 *Adulterium varijs modis punitum, vt hic.*
*Adulterium abhorrent etiam bruta.*

ADulterij conuictus, aut dãnatus promoueri non põt; efficitur enim infamis, tã de iure quã de facto: Abb. in cap. at ſi clerici. §. de adulterijs, col. 5. de iudic. tex. in cap. infames 6. q. 1. Vnde cum alijs infamibus excludi debet, à ſuſcipiendis

dis

dis ordinibus; quinimmo, & ſi damna-
tus in iudicio non fuerit, ſi notorium ſit
adulterium, eodem iute cenſetur; nam
irregularis eſt, ob infamiam cap.illi.6.q.
1.cum alijs criminoſis ex capitali,& no-
torio crimine, diſt. 50. cap. ſi Epiſcopus
aut presbyter: clerici vero iam promoti,
qui adulterij crimen commiſerint, ſiue
2 manifeſtum illud ſit, ſiue occultum, de-
ponendi ſunt, diſt.50.cap. ſi quis diaco-
nus,& diſt.81.c.ſi quis clericus; differt
tamen occultus adulter à manifeſto, qđ
manifeſtus reſtitui non debet, occultus
vero peracta condigna pœnitentia, reſti-
tui poteſt.capit.ſacerdotes, diſt, 50. cum
gloſ.

Præterea ſi clericus nec cõuictus, nec
damnatus in iudicio fuerit, nec notoriũ
ſit adulterium, ſed ipſe extra iudicium
hoc cõfiteatur, ſuſpẽdi debet ab officio,
& beneficio, de exceſſ. prælat.cap.quàm
ſit graue, Ray.in tit.de lapſis; & diſpẽſ.
verſ.Hoc tamen nota: Quinimmo ſi ex
hac confeſſione ſit nata infamia facti cõ-
tra eum, pro vero adultero puniri poteſt
& deponi,& conſequenter erit irregula-
ris: Rot.deciſ. 180. in nouiſ. in additio-
ne; facit ad hoc quod ſcribit Diaz in pra
xi canon.cap.111.

Ad hæc adulter intelligitur clericus
3 ſi cum meretrice coierit cõiugata. Paul.
Grillan. in tract. de pęn. omniſ.coit.col.
3.etiam ſi ignoraret coniugatam, ſicut ſi
acceſſiſſet ad honeſte viuentem ignorãs
nuptam, vtroq; enim caſu adulterij pu-
niretur, quia in iſtis malefactis nil excu-
ſat ignorantia; Econtrario etiam ſi ad-
mulierem acceſſerit putans eam coniu-
gatam, cum non eſſet, adulterij quoque
punitur, vt ſcribit Io. de Anan. in cap.
in nonnullis, col. fin. de Iudę; quod ap-
probat Diaz in praxi canon.cap.79.nec
valet ratio, quòd in iſtis delictis magis
debet damnari quod fit, quàm quod in
tẽditur, vt dicebat Io.de Lignano, vt re-
4 fert Silu.in verb.excõmunicatio 6.col.7.
verſ.ſecundo quando: quia illud proce-
dit, vt qnis incurrat excommunicatio-
nem, quia tunc non intentio, ſed factum
inſpicitur; at in alijs pœnis quæ conſide-
rantur reſpectu ad grauitatem culpæ, vel
malitiæ, inſpicitur intentio, pro qua re vi-
detur glo. in cap.ſi vero, de ſent. excom.

Quinimmo adulter poſſet incidere
in irregularitatem ex alieno homicidio;
vnde & ſi occultiſſimus ſit adulter, &
quantumuis pœnitens adhuc tamen eſ-
ſet irregularis, vtputa ſi maritus, pater,
vel quilibet conſanguineus mulierẽ ob-
ſuſpicionem eius adulterij interfecerit;
nam hic operam dando rei illicitæ inci-
dit in culpam eius homicidij, quod de-
claratum fuit per fel. Rec. Pium V. in
vltima ſignatura menſis Septẽb. 1571.
ſed de hoc latius dicemus quãdo de ho-
micidio agendum erit. Dubius ille ca-
ſus eſt, ſi maritus ſe ipſum zelotypia du-
ctus occiderit, forſan qa exhorret adul-
teri potentiam, in quem vlciſci non au-
det, nunquid clericus vel laicus adulter
ſit ex huiuſmodi homicidio irregularis?
& ſane eadem eſt ratio, propterea quod
mortuus in tanta ignominia noluit viue
re, in quam deſperationem coniecit illũ
adulter: Exemplo huic rei eſt Chriſto-
phorus Bomgartnerus Baſileæ ciuis, qui
occiſa vxore adulterij ſuſpecta, ſe ſe ſpõ-
te ex alto præcipitauit ob huiuſmodi de
ſperationem, vt refert Surius in cõment.
ſub Anno Domini 1528. Nam ob id
adultèr eſſet irregularis, etiam ſi vxorem
non occidiſſet, ſed ſe ipſum tantum.

Vnde concluditur omnia iura clama
re contra adulteros; nullum enim fere
genus hominum fuit, quòd non ſeuere
in adulteros animaduerterit, præter In-
dos



dos Garamantides, quorum concubitus
promiſcui ſunt: lege etenim Hebræorũ
vltimo ſupplicio, & lapidibus obruebã-
tur; Leuit.c.20.& Euang.Ioan.c.8.lege
5 quoque Romanorum capitis pœna pri-
mũ irrogata eſt ab Auguſto C. ad l. Iul.
de adult. & ff. eo tit. Apud Aegyptios
mulier adulterij damnata naſo mutila-
batur; Apud Arabes minus delictũ fuit
matre couti, quàm adulterari, huic .n.
vltimum ſupplicium imminebat; Ger-
mani adulteram nudam abſciſſis crini-
bus domo expellebãt publicè per vicos
eam verberantes: Lepræi populi adulte-
ros vinctos toto triduo per vicos circũ-
ducebant, omni genere conuitij eos diſ-
famantes; Mulieres verò in foro ſtare co
gebantur diebus vndecim, tectæ vna ſo-
la pellucida veſte, qua carnes inferne ſpe
ctari poſſent: Laciadæ, ſeu Placiadæ po-
puli attici raphanos in adulterarum pu-
denda immittebãt: Apud Gortinã adul
ter adducebat ad ſubſellia magiſtratuũ
coronabatur lana in opprobriũ effemi-
natæ,& mollis naturæ perpetuo ignomi-
nioſus, nullumq; ad Reip. magiſtratum
admittendus; Solonis quoq; lege depre-
henſum adulterum impune occidi poſ-
ſe cautum eſt, quod & legibus ciuilibus
continetur: Zaleuci lege ſtatutum eſt Lo
cris vtrumq; adulterum oculis priuari,
quam legem cum filius violaſſet, alterũ
ſibi, alterum filio occulũ eruit; ſed qđ ꝓ-
ſequor humanas leges? Bruta ipſa fędũ
putant adulterium; leo etenim ſi pardi
coitum ſenſerit, in Leæna ſupplicium de
ea ſumit vſq; ad necem: propterea Leæ-
na fętorẽ in flumine abluit, aut adultero
comite procul fugit. Plin. lib.8.c.16.De
ijs plura Rauiſ.in Epith. de adult. ſic ex
ijs diſce quantum degenerauit humanũ
genus, in quo adulterij facinus prope-
modum inter crimina non habetur.

## De Inceſtuoſis:

## CAP. XXXIX.

1 *Inceſtum committens infamis eſt, & deponitur.*
*Inceſtus committitur, etiam ob affinitatẽ con-*
*tractam ex copula fornicaria, quibuſdam*
*gradibus.*
2 *Inceſtus committitur cum commatre ex baptiſ*
*mo, vel confirmatione,*
*Inceſtus committitur cum filia leuata de ba-*
*ptiſmo.*
3 *Diſpenſatio nunquàm conceditur ſuper cogna-*
*tione ſpirituali.*
*Inceſtus committitur cum ea, cuius peccata in*
*confeſſione audita ſunt.*
4 *Filia dicitur mulier; qua eſt de parrochia cle-*
*rici.*

QViſquis conſanguineis, cogna-
tis, aut affinibus infra quartũ
gradum commiſcetur, com-
mittit inceſtum, ob quod crimen, quia
capitale eſt, efficitur infamis, Ideoq; pro
moueri non poteſt, & promotus depo-
nitur Abb.in cap.at ſi clerici, col. 12. de
iudic. Diaz ĩ praxi canone.78.inter hos
affines etiam adnumerãtur ij qui affines
ſunt ex fornicaria copula; iure enim ca-
nonico,& Theolog. ẽt ſola fornicatio af-
finitatem inducit, cap.nec eam, 35.q.3.
olim quidem etiam vſque ad quartum
gradum c. non debet, de conſang. & af-
fin. ſed ex Conc.Trident. huiuſmodi af-
nitas ex fornicatione contracta protẽdi-
tur ſolum ad primum,& ſecundum gra-
dum; ſeſſ.24.cap.4.de reform.matr.

Clericus igitur, qui in hoc genus in-
ceſtus inciderit, perinde deponitur, atq;
vera affinitate, vt cõcludit atteſtando de
communi ſententia, Dec.conſ.158.vol.
1.refert, ac probat Diaz d.cap.78.

Inceſtuoſus præterea eſt, qui comma
2 tri ex baptiſmo, vel chriſmate cõmiſce-
tur, vt videtur tenere Feli. in d.cap.at ſi
clerici, col. vlt. refert Diaz cap.76.in fin.
& vi-

& videtur idem ſentire Abb. in c. vlt. de
purg. canon. Ad hoc quoque ſpectat ſi
quis cum ea cōmiſceatur, quam de fon-
te leuauit: nam cum inde ſit orta cogna-
tio ſpiritualis, tanto grauior pœna infli-
genda eſt, quāto maior eſt ſpiritualis co-
gnatio carnali, Abb. in d.c. vlt. de purg.
canon. nunquam enim Eccleſia conſue-
3 uit diſpenſare in conſanguinitate ſpiri-
tuali; vt ibi Abb. dicit.

Ideo hoc genus hominum inceſtuo-
ſorum; nec promoueri, nec exercere per
mitti debet; quinimmo deponitur, cap.
ſi quis ſacerdos, & cap. non debet, 30. q.
1. quòd etiam verum eſt in ea, quam le-
uauit de ſacramento confirmationis; nā
in vtroque illorum ſacramentorum ea,
quæ leuata eſt efficitur filia, cap. 1. §. vlt.
de cognat. ſpir. in 6. Diaz in d.c. 76. Qui
nimmo idem eſt in ea, quæ facta eſt filia
clerici ex peccatorum confeſſione: nam
eadem pœna incurritur: cap. omnes. 30.
q. 1. & d.c. non debet, & alios locos citat
Diaz d. cap. 76. filiam quoque accipere
4 debemus eam, quæ de parochia clerici
exiſtit, Dec. in d. cap. at ſi clerici, col. 21.
verſ. ſecundo limitatur, citat Abb. in d.
cap. vlt. de purg. canon.

*De ſtupro.*

## CAP. XL.

*1 Stuprans virginem, ſiue per vim, ſiue per ſeductionem, ſiue prouocatus, ſemper eſt deponēdus, & infamis.*
*2 Stuprans virginem interueniente pactione cum parentibus, non excuſatur.*

VIrginum defloratio (quod di
citur ſtrupum) 36. q. 1. cap.
ſex illa, tam graue crimē iu-
dicatur, vt quiſquis de eo cō
1 uictus, aut dānatus eſt, reddatur infamis,
& tanquam ex capitali crimine, promo-
ueri non poteſt; quin & ſi promotus ſit,
deponitur. Abb. in cap. at ſi clerici, col.
12. de iudit. Abb. in c. 2. de adult. & ita
eſt communis ſentētia, de qua atteſtatur
Paul. Grill. in tract. de pęn. omnif. coit. §.
7. videndum; qua in re quoad irregula-
ritatem, & depoſitionē hęc tria pari paſ-
ſu ambulant per vim ſtuprare, per ſe-
ductionem, & per virginis voluntarium
motum, licet quoad alias pœnas longè
hęc inter ſe differant: Diaz praxi canon.
c. 77. Et eſt ratio quare virginis conſen-
ſus non excuſet clericum ſtuprum com-
mittentem, quia conſenſus ſocij delicti
non excuſat à delicto; nam vterque in
iuditio punietur; quinimmo nec pactio-
2 ne excuſabitur, ſi de ſtupro commiten-
do cum parentibus conuenerit; omnes
enim tanto magis plectuntur, quaſi ob
lænocinium; Diaz d cap. 77.

*De Lænonibus.*

## CAP. XLI.

*1 Lænones à ciuitatibus expellendi.*
*Lænones ſunt infames, & irregulares.*
*Lænocinium eſt multiplex.*
*2 Vxorem adulteram tenens, ſtultus & inſipiens eſt.*
*Paulus cognomento ſimplex noluit vxori adulteranti reconciliari.*
*Cyppius impijſſimus lęno vxorem propriam exponens.*
*Clericus eſſe non poteſt, cuius vxor adulterium commiſit, etiam ipſo ignorante.*
*3 Vxorem vt adulteratam retinens, eſt irregularis,*
*Adulteriū vxoris ſæpe imputatur ignauiæ viri.*
*Clerici vxor ſi adulterium fecerit, facit Clericum irregularem, etiam id ignorantem.*
*4 Clerici poſſunt vxores in cōpedibus tenere, quod non licet laicis.*
*Cathalonienſes puniunt maritum ob adulteriū vxoris, etiam ſi ignorarit.*
*5 Negligentia in adulterio vxoris, inducit irregularitatem.*





*6 Vxorem permittere amicis familiariter loqui, ſtulti hominis eſt.*
*Candaules Saudiorum Rex à Gige iuſſu vxoris interfectus.*
*7 Adulteria virorum non infamant vxores.*
*8 Læna non eſt vxor mariti adulteranti, & ideo mortuo uiro poſſet eſſe prælata.*

VRrbium pniciem lænones eſſe
quis dubitet? propterea ciui-
tatibus expellendos lex ſtatuit
1 auth. de lænon. §. ſancimus igitur; refert
Specul. in cap. vſurarum, in gloſ. expel-
lant, de vſur. lib. 6. eorum enim arte in
honeſtis domibus lupanaria exercētur.
ff. de petit. hęred. l. ancillarum, Specul. in
eod. cap. in glo. in verb. conductas; & in
ſumma ſunt peiores diabolo. Io. Neuiz.
in ſilua nupt. num. 42. Foler. in praxi in
verb. ſuffocauit vxorem, §. licet, nu. 41. &
multorum homicidiorum cauſa ſunt,
tum inter corriuales, tum etiā quod ſæ-
pe numero mulieres ab ipſis ſeductæ à
propinquis occiduntur, vnde ex culpa-
bili homicidio irregulares fiunt, ex ijs,
quę dicturi ſumus infra tit. de homic. §.
ex culpa; & ipſa communione etiam in
articulo mortis priuantur. Conc. Eliber.
cap. 12.

Quia igitur hoc genus hominum in-
fame eſt, ab ordinibus quibuſcumq; ex-
cluditur, glo. in cap. ſi cuius, diſt. 34. per
tex. in cap. ſicut. 32. q. 1.

Sciendum autem eſt multiplex læno-
cinium iniurie reperiri: Primum de quo
ſcribit Archid. in c. apud §. crimen, 32.
q. 1. Lęno eſt, qui eſt præpoſitus meretri-
cum, & ſeductor, qui miſerarum men-
tium blanditor eſt, dictus quaſi quod lę-
niendo ſeducat, ita ille, quem probat Al-
beric. in verb. lęno: At glo. in d. §. crimē,
dicit lęnonem eſſe, qui quęſtualia manci
pia habet, & hoc non minus eſt, quàm
proprio corpore quæſtum facere. ff. de
rit. nupt. l. 1. §. lęnocinium: lęno etiam
eſt, qui ſcienter ducit adulterij damna-
tam, vel reconciliat ſibi adulteram. C. de
adult. l. caſtitati: quin dicit Aug. lib. Re-
tract. 1. c. 19. ſub fin. ex lib. prouerb. 18.
2 Qui tenet adulteram ſtultus, & inſipiēs
eſt; Ideo Paulus cognomento ſimplex
deprehenſis adultero & vxore in crimi-
ne, maluit impunitatem concedere, &
clauſtrum ſubire, quàm vxori reconcilia
re, aut cohabitare, eaq; occaſione factus
eſt Magni Antonij diſcipulus, multiſq;
miraculis claruit. Marul. lib. 5. Andr.
Eborens. tit. de patientia. Eſt autē om-
nium lęnonum nefandiſſimus, qui vxo-
rem adulterio exponit, mercede condu-
ctus, cuiuſmodi infamiſſimus olim Cip-
pius Lænocinij damnatus, quod eodem
lecto cum adulteris profundum dormi
ret, vt refert Rauiſ. text. in Epith. in verb.
Læno: Hinc illa legum ſeueritas, qua
quiſquis deprehenſam in adulterio vxo
rem retineat, lęnocinij puniatur, quaſi &
ipſe pretio corruptus putetur. C. ad l. Iul.
de adult. l. crimen. habetur 32. q. 1. cap.
apud. §. crimen.

Qua propter Neocæſarienſi Conc. c.
8. clericus fieri nō permittitur ille, cuius
vxor adulterium cōmiſerit, habetur diſt.
34. cap. ſi cuius; quam rem extendere li-
cet, etiam ſi vxor vim paſſa ſit; nam & ſi
ob id lęno vir non putetur tamen corru-
3 ptam agnoſcens ex capite bigamię ab or
dinibus deijceret, vt ſuo loco diximus;
Sed ſi ſine vi vxor adulterata ſit, ſemper
vir notatur, aut conſenſus, aut ignauiæ;
cum etenim vir ſit caput mulieris, eam-
que ad omne malum flexibilem debeat
totis viribus cuſtodire, imputandum eſt
ei adulterium, maxime ſi vir occaſionē
præbeat, ob nimiam forſan nuptialis co
pulæ continentiam; qua ratione ſi cleri-
cus vxoratus ſit, eius autem vxor adulte-
rium;

P:ocedit autẽ hæc irregularitas ob ſimoniam non ſolum in ſcientibus, verum ẽt in ignorantibus, & ideò ſi inſcio beneficiato, vel ordinato parentes, vel conſanguinei eius ſimoniam commiſerint, ipſe nihilominus efficitur irregularis ſtatim cum id ſciuerit, & ideò debet abſtinere, & beneficium dimittere 1.q.5.cap.1. & cap.vlt.& ibi glo.Hug.in cap.qui bis, de conſecr. diſt.4.nec ad illud idem beneficium redire poterit, niſi diſpenſatus, ſaltim ab Epiſcopo. Abb. in c. poſt tranſlationem, col.penult.de renunt.

Ideò ſanctus Dominicus Loricatus, cum parentes in eius ordinatione cum Epiſcopo ſe inſcio ſimoniã cõmiſiſſent; vbi id reſciuit monachiſmum ſubijt, & altaris miniſterio perpetuo quoad vixit, abſtinuit, vt ſcribit Petr.Damian. in vita eius ad Alex. II.Pap.Lippom.tomo.8.

Procedit etiam hęc irregularitas non ſolum ſi commiſſa ſimonia ſit in ordine vel beneficio conſequendo, verum etiam
3 ſi circa aliqua impedimenta auferenda, exemplo eſt, ſi duo electi, alter alterũ pretio corrumpat, vt ſuę electioni cedat, vel ſi duo, cõcurrentes ad eandem parochialem iuxta Conc.Trident.ſeſſ.24.cap.18. alter pretium alteri det, vt deſiſtat à concurſu, vt ſic tunc exiſtens ſolus obtineat in concurſu; nam iſti caſus olent ſimoniã c.Matthæus de ſimon. licet ſit arg. in contrarium gl.in cap.ad audientiam, 2.de reſcript.

Hac eadem ratione eſt ſimoniacus q̃ accuſationem aduerſus Epm̃ deſerit, vt ipſum ad ordines ꝓmoueat c. Euphemiũ 2.q.3.& ideò ob id fieret irregularis, vt ibi: aliquando tñ ſi quis ẽt per pecuniã auferat impedimenta ſibi obſtãtia ad beneficiũ, vel ordinẽ liberius conſequendũ nihilominus caret hoc criminę ſimonię; exẽplo eſt ſi quis iam conſecutus beneficium moleſtiam patiatur, põt redimere vexationẽ, ſine ſcrupulo ſimoniæ.S.Tho. 2.2.q.100.art.2.ad 5.Piſan.in verb.ſimo
4 nia 1.verſ.vtrum temporalia; Ideoq; ſi ſeruus ſemetipſum redemerit pecunia à domino, vt promoueri poſſit, vel monachari, nõ cõmittit ſimoniã gl.optima in c.generalis; diſt.54.& ante eam Hug.ibi.

Quo argumento ſi maritus intendens monachari, & non valens inducere vxorem ad conſentiendũ, precibus eam induxerit, non videtur ſimonię crimen incurrere. d.gl.in d.c.generalis: Cuius rei exemplum eſt Abbas Theon vir ſanctiſ. qui pluribus iteratis precibus rogauerat vxorẽ, vt ſibi monachaturo conſentiret, vt refert Caſſia. lib.2.collat.31.c.8.& 9. ſed arg.contra gl.in c.ſignificãte, in verb. repellentes, qui matr. accuſ. poſſ. ſed &
5 ſi vir in contrahendo matrimonio paciſcatur ſibi aliquid dari, vel fieri, vel aliq̃d ipſe promittat ad hoc, vt obtineat talem vxorem nõ incurrit ſimoniam c.de illis, de cond. appoſ. intelligendo, vt declarat Abb.ibi, quem ſequitur Silu.in verb.Matrimoniũ 2.q.5.ſecus eſſet ſi ſacerdoti ꝓmitteret ꝓ officio ſacerdotali, in actu cõtrahendi, quia vterq; eſſet ſimoniacus.

Ad hunc tractatum pertinet ſi quis in confidentiam beneficium, fructus, aut penſiones acceperit: eſt .n. hoc turpiſſimum genus depoſiti.ſ.vt quis beneficiũ aut penſiones alieno nomine accipiat, quòd genus criminis, cum ad ſimoniam ſpectet Pius IIII. & Pius V. ſeueriſſimè per Bullas ſuper ea re promulgatas puniendum curarunt; nimis.n.in Romana Curia hæc labes irrepſerat; Ideoque omnes etiam Epi, patriarchæ, vel Cardinales hoc crimen cõmittentes ab ingreſſu Eccleſię arcentur: quã ſi ingrediantur fiunt irregulares iuxta cap.is cui, de ſent. excom. in 6. inferiores verò excõicationis





Papalis ſententiã ipſo facto incurrũt, vt patet ex Bulla Pij IIII.1564.& Pij V. 1569.Cal.Iunij; nam præterea fiunt inhabiles ad oĩa alia beneficia, & per ſolas præſumptiones, & per ſingulares teſtes hoc crimen probari poteſt, vt ibi patet.

Committitur autem ipſum confidentiæ crimen pluribus modis, quos ſubijcere neceſſarium putamus.

Si quis reſignet beneficium alicui paciſcẽdo de aliqua penſione ſine Apoſtolico conſenſu.

Si quis nolens promoueri ad ſacros ordines, vt requirit beneficium, vel nolens adſtringi ad reſidentiam, vel nolens adſtringi ad habitum, & tonſuram, beneficiũ reſignet alicui reſeruando fructus. vel penſiones ſine prædicto aſſenſu.

Si quis ſtatuens ire ad bellum, aut vlciſci de hoſtibus ſuis, & ne ex delicto ꝑpetrando vacare contingat beneficium, alteri reſignet, paciſcendo de fructibus, vel ſuper penſione ſibi, vel alij reſeruanda, ſine prædicto aſſenſu.

Si quis criminoſus, alioque modo irregularis, beneficium reſignet, vt obtenta poſtea diſpenſatione ab irregularitate, idem beneficium repetat.

Si quis beneficium quomodolibet reſignauerit, vt ſibi poſtea reſtituatur, vel ei, quem ipſe nominauerit.

Si quis beneficium vacans impetrauerit, eo pacto, vt poſtea ad mandatum alicuius dimiſſurus ſit, vt alij conferatur.

Si quis beneficium acceptauerit, vt cũ infans, vel puer adoleuerit illi poſtea reſignet.

Si quis poteſtatẽ habens conferendi, pręſentandi, aut inſtituendi in beneficio, contulerit, pręſentauerit, inſtituerit, vt de fructib⁹ aliquid ſibi, vel alij reſpondeat.

Si quis ex priuilegio nõ obligatus ad ſoluendam expeditionem Bullarum cameræ, vel cancellarię, faciat expediri Bullas ſub nomine ſuo, vt euitet dictas expẽſas pro alio, qui in veritate eſt futurus poſſeſſor dicti beneficij.

Si quis ad effectum litis defendendæ ſuper beneficio, alicui potenti reſignauerit illud, vt obtenta victoria litis, alteri cõferatur, & reſignetur, aut ſibi reſtituatur.

Sed & ſi nulla pactio nulla cõuentio de fructibus, vel penſione interceſſerit ꝑ reſignãtem, conferentem, inſtituentem, aut præſentantem cum ipſo recipiente, ſi tamen poſt perfectam reſignationem, vel prouiſionem, ipſe reſignator, vel prouiſor aut familia eius, aut propinqui, ſeu hæredes de facto colligãt fruct⁹, aut partem dicti beneficij, probatur cõfidentia.

Idem eſt ſi prouiſus de beneficio conſtituat procuratorem ipſum reſignantẽ: vel prouiſorem ad percipiendum, vel locandum fructus beneficij; idem ſi conſtituat procuratorem aliquem propinquum dicti reſignantis, vel prouiſoris, aut præſentantis.

In ſumma quomodolibet tertia perſona ſuppoſita ſit ad titulum beneficij, vel ad fructus, dicitur beneficium eſſe in depoſito, & confidentia.

Supradictis.n.omnibus caſibus committitur ſimonia ex titulo confidentiæ, non ſolum ex parte conferentis, reſignãtis, & præſentãtis, ſed etiam mediatoris, & recipientis eo modo beneficiũ, vt patet in d.Bulla, & cõſtitutione Pij V. Cal. Iunij 1569. ad quam quiſq; confugere debet pro pleniore huius rei cognitione.

Ex quibus patet q̃ erronea ſit hodie illa cautela, quã docet Fely.in c.inquiſitionis de accuſat.q.ſ.ante priuationẽ homicida renuntiet beneficio ſuo, vt ſibi poſtea retrocedat; nam tali caſu cõmitteret hoc crimen confidentiæ, quod pp cenſuras prædictus omnino euitandum eſt.

*De hæreticis, & ſchiſmaticis.*

## CAP. XLVI.

1 *Hæreticus ipſo iure eſt excommunicatus.*
*Hæreticus eſt irregularis etiã poſt peractam pœnitentiam, & ab omnibus ordinibus, & dignitatibus deponitur.*
2 *Relapſus in hæreſim degradatur.*
3 *Abiurans hæreſim poſt peractam pœnitentiam, diſpenſari poſſet, vt adminiſtraret, ſed non vt aſcendat.*
*Abiurans reſtitutus, tamen nunquàm reſtituitur, vt poſſit confeſſiones ſæcularium audire.*
*Hæreticus abſolutus in foro conſcientiæ, adhuc poteſt in foro iudiciali puniri.*
4 *Schiſmatici, etiam poſt pœnitentiam ſunt irregulares.*
*Schiſma vix eſſe poteſt ſine hæreſi.*
*Hæreſis contemplatione, ſunt irregulares fautores, conſultores, receptores, & ſimiles.*
*Hæreticis exhibens ſacramenta, eſt irregularis, etiam poſt pœnitentiam.*
*Hæreticorum proles; vſq; in 2. generationem eſt irregularis, ad ordines, & beneficia.*
*Hæreticus difficile diſpenſatur ad dignitates.*
6 *Diſpenſare cum hæretico, vt ad ordines, & beneficia, ſolus Papa poteſt, ſecus in foro conſciẽtia.*
7 *Inquiſitionis officium, ſi quis offenderit, vel notarios teſtes, vel ſi eos minatus ſit, aut perter refecerit, aut ſcripturas corruperit, læſæ maieſtatis tenetur, & tam laici, quã clerici ſunt irregulares*
8 *Veniam petens pro offenſoribus officialium ſanctæ Inquiſitionis, efficitur irregularis.*

QVoniam hęreticus ipſo iure ex-
communicatus eſt, cap. excõ-
municatus, de ſent. excom. &
quot annis publicatur in Cœna Domi-
1 ni; Ideò cum non ſit membrũ Eccleſiæ,
nec pars cleri; nec ſacramentorum par-
ticeps, ita nec ordinum cõionem, habere
põt; propterea quiſquis eſt, vel fuit hære-
ricus irregularis eſt, ẽt ſi pęnitentiam pe-
regerit, videtur tex. in c. nos conſuetudi-
nem, d. 12. expreſſim tradit Spec. in tit.
de diſpenſ. §. Iuxta. verſ. 6. & videt̃ proba
ri in c. cõuenientibus 1. q. 7. & de purg.
canon. c. Inter ſolicitudines; nam clerici
hæretici ab omnibus ordinibus deponũ-
tur, ſicut & alij ab omnibus dignitati-
bus, c. ad abolendam, de hæretic.
Si quis verò ſuã abiurauerit hęreſim,
& poſtea relapſum cõmiſerit, ẽt degra-
datur. c. 1. de hæret. lib. 6. de qua re plu-
ra Diaz in praxi canon. c. 16. & tradit
Spec. in ſuo Aureo Repertorio, in tit. de
irregul. quæ deijciunt promotum circa
princ. At abiurans ſi rectè reſipuerit, &
impoſitam peregerit pœnitentiã, diſpen-
ſari poteſt ad ſuſceptos ordines admini-
2 ſtrandos, ſed non vt ad ſuperiores aſcen-
dat; quòd ſi nullum ordinem habeat, vl-
terius ordinari nõ poterit, nec ad primã
quidem tonſuram 1. q. 7. c. ſaluberrimũ,
Ant. Flor. lib. de conſecr. cap. 110. Silu.
in verb. irregularitas q. 5. & ante hos ſcri
pſit Raym. in tit. de hæret. verſ. Item nun-
quid tales, in fin. quinimmo, & ſi perfe-
ctè reſipuerit, & Eccleſiæ fuerit reconci-
liatus, tamen gratia reſtitutionis non ex-
tenditur, vt poſſit confeſſiones ſæcularium
perſonarum audire, vt paulò inferius di-
cemus, ſed & ſi in foro conſcientiæ fue-
rit abſolutus, & condignam pœnitentiã,
& ſatisfactionem egerit; tamen adhuc
poteſt in foro iudiciali puniri, & irregu-
laris declarari, ſecundum ea, quæ abun-
de tradit Iudic. Inquiſit. in verb. abſolu-
tio.
Hæc autem omnia fere dicenda ſunt
4 in ſchiſmaticis; nam nec poſt peractam
pœnitentiã poſſunt promoueri, aut exe-
qui, de ſchiſm. cap. 1. Specul. in tit. de di-
ſpenſ. §. Iuxta. verſ. 14 vbi eos expreſſim
dicit irregulares, & videtur text. in cap.
qui contra, 24. quæſt. 1. ſchiſma etenim
vix eſſe poteſt, ſine hæreſi; nam in eis re-
conciliandis requiritur abiuratio, & ſa-
tisfactio, & recipiuntur quaſi extra Ec-
cleſiam ſint, vt Ray. de ſchiſm. verſ. fin.
Hæc



Hæc etiam locum habent in fautori-
bus, conſultoribus, participibus, auxiliũ
præſtantibus, aut quouis modo defen-
ſoribus, ut habetur in primo capite Bul-
læ in Cœna Domini; nam ij omnes pro
hæreticis habentur, vt apud ſummiſtas,
vide Silu. in verb. hæreſis q. 7. quinim-
mo ſi quis exhibeat ſacramenta Eccle-
ſiaſtica hęreticis irregularis efficitur, etiã
poſt peractã pęnitentia, Spec. in d. §. Iux-
tã. verſ. ſeptimo; inſuper & omni Eccle-
3 ſiaſtico gradu priuatur, nec reſtitui po-
teſt niſi à ſede Apoſtolica, text. in d. cap.
excommunicamus. §. ſi vero clericus, &
§. ſane clerici; de hęret. Diaz cap. 107. De
receptatoribus hæreticorum: expreſſim
habetur in Concilij Sardicen. epiſt. poſt
med. quæ habetur in tripart. hiſt. lib. 4.
cap. 24.
Eccleſia igitur vſque adeò deteſtatur
impium hoc genus hominum, vt nec ip
ſorum prolem vſque in ſecundam gene
rationem, ad vllum beneficium, vel of-
ficium admitti concedat: filij etenim, &
nepotes ex paterna linea promoueri nõ
poterunt tex. in cap. quicumque §. hære-
tici, de hæret. in 6. quod intelligendum
eſt ſi eorũ pater, vel auus in hæreſi mor-
tuus eſt; alioqui ſi fuerit Eccleſiæ recon-
ciliatus, nec filij, nec nepotes ordinari ꝓ-
hibentur, cap. ſtatutum fœlicis, de hæret.
lib. 6. Piſanell. in verb. hæreticus 2. verſ.
ſecundo. Et tametſi capitula præallega-
ta de ſolis beneficijs, & officijs loquan-
tur, tñ longè maior ratio eſt in prohiben-
dis ordinibus, q̃ officijs; & beneficijs il-
la etenim verba large accipienda ſunt, vt
ſcribit glo. in d. §. hæretici: ad dignitates
verò difficilis eſt diſpenſatio ſine cauſa.
S. Thom. quodl. 10. artic. 16.
Huc quoq; ſpectat ille caſus, ſi quis
vnum in familia habeat non Catholicũ
nunquàm ipſe paterfam. promoueri po-
terit, donec illum, & totam familiam
Catholicam reddiderit: Conc. Carth.
III. cap. 18.
Diſpenſationem autem huius irregu-
5 laritatis aliqui permittebant Epiſcopo,
vt glo. in cap. presbyteros, diſt. 50. ſed id
non eſt verum; nam olim vel à Conci-
lio, vel à Papa diſpenſatio hæc emanare
debebat, cap. de eo. diſt. 50. ita quòd cau-
ſa bene cognita, poſſet tam grandis eſſe
diſpenſatio, vt promoueri quis poſſet,
etiam ad Epiſcopatum, & ſuperiores di-
gnitates, glo. in d. c. nos conſuetudinem,
diſt. 12. text. in cap. ipſa pietas, 23. quæſt.
4. Silue. in verb. irregularitas. verſ. 24.
Nam & hæreticos ab Arianis ad Eccle-
ſiam redeuntes, Athanaſius non negaue-
rat recipi poſſe, vt ſcribit Baſil. ad Neo-
cæſarien. epiſt. 75. Propterea hodie, ex
Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. de re-
form. Epiſcopus per ſe ipſum non per
alium ſubſtitutum abſoluere poteſt eũ,
qui occultè in hæreſim lapſus fuerit, ſed
non elijcio ex illo capite Epiſcopum di-
ſpenſare poſſe, & habilitare ad ordines,
& dignitates; quia verba Concilij ad cõ-
ſcientiæ forum illud Epiſcopis conce-
dunt, vt ibi patet; præſertim, quia quę-
cumque gratia facta hęretico nunquam
includit, vt poſſit audire cõfeſſiones per-
ſonarum ſæcularium, vt decretum eſt in
ſacro officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis
die 2. Septemb. 1562. & die 15. Nouẽb.
1565. vt refert Iudic. Inquiſi. decreto 8.
per D. Paulum Pap. IIII. quod proce-
dit in omnibus, qui vel publicè, vel ſe-
cretè, vel quomodocumq; abiurarunt,
vt ſupra diximus.
Caueãt in huiuſmodi re Epiſcopi, ne
contra S. Officij præcepta aliquid agant:
quandoquidem ſæpe ab ipſo S. Officio
pronunciatum eſt, etiam poſt ipſum Tri
dentinum Concilium, non licere eis, nec

 vlli

vlli ordinario abſoluere occultos hæreti
cos in foro conſcientiæ : tum ex proceſ-
ſu Bullæ in Cœna Domini,tum quòd ita
Pius V. ac Gregor. XIII. frequenter ex-
preſſe declararũt,vt teſtatur eximiæ eru-
ditionis vir Fráciſcus Pegña ad Directo
riũ Inquiſitorum p.3.q.92.

Quandoque vero etiam , qui non eſt
7 de hæreſi conuictus, vel damnatus ma-
iores pœnas , & irregularitates incurrit,
vtputa ſi offenderit Iudices,notarios,ac-
cuſatores, teſtes in cauſa hæreſis , vel ſi
eis minatus ſit, aut perterrefecerit, vel ſi
ſcripturas abſtulerit,corruperit,aut reos
eripuerit,aut vt effugerent facultaté præ-
ſtiterit,vel ad id ſolum conſuluerit,auxi-
lium, vel fauorem dederit,etiam effectu
non ſecuto, ſola attentatio facit omnib⁹
iſtis caſibus reum læſę maieſtatis ex pri-
mo capite:& dignitatibus,ſi quas habet
ipſo iure priuatus exiſtit, & ipſo iure ex-
communicatus, eiuſque filij infames, &
omnis hæreditatis incapaces . hęc quo
ad laicos. At clerici ſiue ſęculares, ſiue
regulares , ſiue Epiſcopi , ſiue in maiore
dignitate conſtituti,omnibus beneficijs
& officijs Eccleſiaſticis ipſo iure priuati
ſunt, & degradantur more hæreticorũ:
Ex quo conſtat omnes ſupradictos eſſe
irregulares : imò ſi quis pro prædictis
8 delinquentibus veniam petierit, & pro
eis intercedat, quaſi fautor hæreticorũ
ipſo facto declaratur . hæc apparent ex
Bulla fel. rec. Pij V. contra offendentes
perſonas officij inquiſitionis,edita nono
Cal. Aprilis 1569.anno eius quarto,vbi
latius de hac re : ex qua etiam aliæ mul-
tæ colligi poſſunt irregularitates, quoad
laicos, clericos, regulares, Epiſcopos, &
maiores.

## *De Læſa Maieſtatis Reis.*

## CAP. XLVII.

*1 Læſa Maieſtatis Reus , eſt irregularis.*
*Læſa Maieſtas dicitur etiam ſi clericus Regiam Maieſtatem offenderit, vel aſſiſtentes Regi.*
*2 Cardinalem offendens, fit Reus læſæ maieſtatis & irregularis, vſque in ſecundam generationem.*
*3 Epiſcopum propriũ offendentes,vſq; in ſecundã generationẽ, ſunt irregulares, ob læſam Maieſtatem.*
*Maieſtatem ſæcularem lædens fit etiam infamis in foro Eccleſiæ.*
*Maieſtatis rei ſunt fautores,conſultores,& ratum habentes, & eorum proles.*
*4 Parochum proprium offendentes,quadam ratione tenentur læſæ Maieſtatis.*
*5 Irregularitas ex alieno delicto ſæpe cauſatur.*
*Læſæ Maieſtatis rei poſſunt monachari, ſed non fiunt prælati.*
*6 Clericus filius eius , qui tenetur læſæ Maieſtatis ordinatus ante patris delictum,non eſt irregularis,niſi quoad beneficia, & vt nõ aſcendat.*
*Læſæ Maieſtatis Reus reſtitutus à Principe non tamen videtur quoque reſtitutus in foro Eccleſiæ.*
*Filij Reorum læſæ Maieſtatis ſi à Principe reſtituantur, videntur quoque reſtituti ab Eccleſia.*

ALIO quodam loco de prodi-
toribus per nos tractatum eſt
hoc ipſo libro : ſed quia illud
ſpeciale, quoddam crimen eſt proprio
quoque capite tractauimus ; Nunc au-
tem generalius omne crimen , quo Ma-
ieſtas læſa dici poteſt, hoc capite proſe-
1 cuturi ſumus ; Quiſquis igitur læſę Ma-
ieſtatis Reus eſt, irregularis efficitur, eſt
enim infamis. C. ad l. Iul. Maieſtat. l.
quiſquis : Ideo promoueri non debet,
quinimmo promotus deponi, ac degra-
dari, 22. quæſt. 5. capit. ſi quis laicus :
Abb. in cap. at ſi clerici, de iudic. quod
pro-



procedit etiam ſi is , qui lædit maieſtatẽ
non ſit ſubditus illius, vtputa ſi clericus
vel Epiſcopus Cæſaream , aut Regiam
poteſtatem, vel quemcumque tempora-
lem Dominum hoc genere læſionis of-
fenderit, Diaz in praxi canon. cap. 110.
nec refert an ipſa perſona principis ſit
læſa,an uero ij,qui principi aſſiſtunt d.l.
quiſquis, habetur 6.quæſt. 1.cap.ſi quiſ-
cum militibus .

Propterea offendentes Cardinales læ-
2 ſæ maieſtatis Rei ſunt perpetuo infa-
mes, ipſi ac eorum directa linea deſcen-
dentium, vſque in ſecundum gradum ,
promoueri non poteſt,& ſi quis iam ꝓ-
motus eſt aſcendere non poteſt,imò be-
neficijs omnibus priuari debet, etiam ſi
innocens ſit, odio ſceleris progenitorũ,
text. in cap.fœlicis, de pœn. lib. 6. Idem
eſt in offendentibus proprios Epiſco-
pos, etiam non dum conſecratos , nam
3 quaſi ob læſam maieſtatẽ infames fiunt,
& vſque in ſecundam generationem de-
ſcendentes promoueri non poſſunt , &
promoti non aſcendunt : ſuntq; ad ob-
tinẽda beneficia inhabiles.Cle. 1.de pęn.

Quinimmo tanta poſſet eſſe læſio in
perſonam proprij prælati , puta ſi occi-
datur, vel mutiletur,quòd offenſores hu
iuſmodi non ſolum ipſi , & deſcenden-
tes primi , vel ſecundi gradus , ſed nec
in quarto quidem gradu promoueri ,
aut promoti aſcendere poſſent. capit. In
quibuſdam , de pœn. iſtis enim termi-
nis occiſionis,vel mutilationis hoc capi-
tulum intelligitur,vt dicit gl.in d. Clem.
1. in verb. ſecundum, de pœn.
Per quæ iura poſſumus dicere, quid lex
illa quiſquis.C. ad l. Iul. maieſtat. fuerit
correcta in ea parte , qua dicit,filios Rei
læſæ maieſtatis excludi ab omnibus ho-
noribus ; nam dicendum videretur etiã
deſcendentes inferioris gradus: niſi for-
te,& verius dicamus illam legem proce-
dere in læſa maieſtate temporali , vt ſo-
nant verba eius , & habetur in d. cap. ſi
quis cum militibus. 6.q. 1.at in læſa ma-
ieſtate Eccleſiaſtica , habent locum cap.
in quibuſdam,& d.Clem. 1.& d.cap.fę-
licis,quoad gradus puniendos ; At quo
ad ipſos reos lęſæ maieſtatis , vt fiant ir-
regulares,nil differt ꝙ quis ſit Reus lęſæ
maieſtatis ſæcularis , vel Eccleſiaſticæ ;
nam lædens maieſtatem ſæcularem fit ẽt
infamis in foro Eccleſiæ,licet,n.in d.c.ſi
quis cum militibus, nihil dicatur de pri
uatione ordinum, tamen Hug. & Arch.
ibi dicunt illos non poſſe promoueri,q̃a
infames de iure ciuili, ſunt etiã infames
in foro Eccleſiæ, & ideo ad honores Ec-
cleſiaſticos aſpirare non poſſunt,vt aliàs
diximus qñ de infamibus agendũ fuit.

Inter hos Reos læſæ maieſtatis annu-
merantur, & ij,qui dederint,conſilium ,
fauorem, auxilium, mandatum, vel etiã
ſi ratum habuerint; nam & ipſi, & eorũ
proles eadem irregularitate notatur. d.
cap.fœlicis,& d.Cle. 1.facit quod ſcribit
Dec. in Reg.conſilio: nu. 5.ff.de reg. iur.

Inter hos quoq; Reos adſcribuntur ,
4 & ij,qui ſimplicem clericum,vel Recto-
rem Eccleſiæ occidunt vel mutilant, vel
fieri hæc faciunt vt Domini temporales
beneficia vſurpent,vel iuriſdictionẽ Ec-
cleſiaſticam opprimant,ita expreſſim ꝓ-
batur in d. c.in quibuſdam : Intelligun-
tur autem Domini temporales in hoc
caſu ſiue nuncupentur feudatarij , ſiue
beneficiati, ſiue patroni, ſiue aduocati ,
ſiue vicedomini, ſiue alio quocumq; no
mine, vt d.cap. In quibuſdam, quos om-
nes, & eorum prolem in quartam gene-
rationem irregulares eſſe aperte tradit
Specul. in tit.de diſpenſ. §.Iuxta. verſ. Eſt
etiã irregularis, propè fin. Ex quibus ca-
ſibus illud notatu dignum conſequitur

5 quod aliquis ſit irregularis ex alieno delicto, quam rem notat. Specul. in cap. & ſi pignorationes, de Iniur. & damni 6.

Eſt autem hoc loco etiam declarandum, quod hæc irregularitas, qua prędicti omnes promoueri prohibentur, non impedit quin fieri poſſint religioſi: ſed in religione non poterunt fungi prælatura; tex. in d. cap. In quibuſdam, in fin. ubi gloſ. Hoſt. & Abb. col. 2. in princ. ſimile habetur in gloſ. in cap. 2. in fin. de Apoſtat.

Alia quoque declaratio addi debet, quo ad eos qui promoti ſunt; nam filij, vel deſcendentes eorum, qui Rei læſe
6 maieſtatis ſunt, ſi promoti erant, ante commiſſum delictum progenitoris, nec ſuſcepto ordine priuantur, nec eum exercere prohibentur, gloſ. in cap. ſatis peruerſum, vbi etiam Archid. diſt. 56. at beneficijs etiam ante poſſeſſis priuantur, & ad ſuperiores ordines aſcendere non poſſunt d. cap. felicis.

Eſt & alia declaratio ſubijcienda; Nã licet (vt diximus) Reus læſæ maieſtatis ſecularis fiat infamis, & irregularis etiã in foro Eccleſiæ. Tamen econtra ſi princeps infamiæ notam abſterſerit, & eum famæ reſtituerit, non per hoc ſublata eſt infamia & irregularitas in foro Eccleſiæ, Archid. in cap. lege, diſt. 10. ex ſententia Hug. & Lau. ibi; Eſt enim hæc iuris regula, quòd reſtitutio principis ſecularis, non ſuffragatur in foro Eccleſiæ, vt ibi per eos: quod procedit quoad ipſos Reos reſtitutos; at quoad filios, & prolem, quæ punitur, & diſfamatur ex delicto progenitorum, ſi princeps eos reſtituat ad famam, & honores, videntur etiam reſtituti famę & honori-
7 bus in Eccleſia; & ideo promoueri poterunt, vt piè ſcribit Archid. in cap. 1 diſt. 101. idem Archid. 6. quęſt. 1. in dict. cap. ſi quis cum militibus; & eſt ratio, quia delictum non egreditur perſonam delinquentis, & ideo ob tale delictum, quod infamauit delinquentem de iure, & de facto per principis reſtitutionem non poteſt effici, quin ſaltem de facto infamia permaneat, quæ ſufficit in Eccleſia ad irregularitatem; at proles quæ non deliquit, eſt infamis per ſolam infamiam iuris; vnde ſi princeps auferat infamiam illam, quę a iure venit, nulla in ipſis manet infamia facti, quę inſidet cum ipſo ſolo delinquente, & ideo ille delinquens reſtitutus a principe non poteſt in Eccleſia ordinari; at proles ex reſtitutione paterna poterit; quia quoad ſe nullas habet reliquias infamię facti, vel iuris propter reſtitutionem.

### *De Homicidio.*

## CAP. XLVIII.

1 *Homicida irregularis ſemper fuit, etiam antiquis.*
2 *Princeps occidens proprijs manibus aliquem fieret irregularis.*
*Homicida eſt irregularis, etiam occultus, occidendo Turcam, Iudaum, Bannitum, vel excommunicatum.*
*Homicida, nec poſt peractam pœnitentiam, poteſt vel promoueri, vel exercere.*
*Ioannes Papa obiurgauit Epiſcopum Vticenſem, quia petierat diſpenſari cũ homicida.*
3 *Diſpenſatio nunquam conceditur voluntario homicida, & difficile in caſuali.*
*Occidendi animum habens, & percutiens, & vulnerans, an ſit irregularis, ſi ille non moriatur.*
4 *Delicta atrociſſima inducunt eandem pœnam attentata, ſicut conſummata.*
*Delicta, qua habent pœnas ipſo iure, ita puniuntur attentata, ſicut conſummata.*
*Vxor, qua optauit mortem mariti, ſed non eſt machinata, poteſt nubere occidenti eum.*
*Occidere ſe volens, eſt irregularis, ſi ſe percuſſerit;*

*cuſſerit;*



*cuſſerit; etiam ſi fecerit ad euitandum peccatum.*
*Phalereus ſe morti expoſuit, ideo fuit irregularis, etiam ſi ob id fuerit factus magis incolumis.*
6 *Occidens per ineuitabilem neceſſitatem, olim non effugiebat irregularitatem.*
*Occidens, qui potuit effugere etiam turpiter, efficitur irregularis.*
7 *Occidens defendendo, qui poterat euitare mortem patiendo ſibi abſcindi membrũ aliquod, non effugit irregularitatem.*
*Occidere non licet pro defenſione rerum.*
*Occidens ſe defendendo per neceſſitatem, effugit irregularitatem, ſi dabat operam rei licita.*
8 *Adulter ſi occidit maritum, dum ſe defendit, an fiat irregularis.*
*Occidens ſe defendendo, non effugit irregularitatem, ſi ſe induxerit in eam neceſſitatẽ.*
9 *Matrimonij conſenſus debet eſſe liber, & ideo metus vitiat illud.*
*Irregularitas cauſatur etiam ex homicidio non voluntario.*
10 *Occidens defendendo alterius vitam, eſt irregularis.*
*Occidens ante periculum propria vita, non effugit irregularitatem.*
11 *Occidens per neceſſitatem, non eſt ipſo iure tutus, ſed per declarationem.*
*Furioſus occidendo, non fit irregularis.*
*Dormiens occidendo, non fit irregularis.*
*Infans occidendo, non fit irregularis.*
*Puer maior ſeptennio, occidens fit irregularis.*
*Ebrius occidendo, fit irregularis.*
*Diſpenſatio ſuper homicidio nunquam conceditur hodie, licet olim quoad beneficia aliquando concederetur.*

NVlla vetuſtior irregularitas a iure propoſita fuiſſe reperitur, quam ea quę ſurgit ex ho-
1 micidio voluntario; Nam lib. exodi: c. 21. ea proponitur his verbis; Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias ab altari meo euelles eũ, vt moriatur, intelligendo illa verba ab altari euelles, non ſolum vt nullam tutelam immunitatis habeat confugiendo ad altare, verum etiam, vt repellatur ab altaris miniſterio, ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. de Refor. Ad idem quoque habetur longe apertius 1. Paralip. cap. 22. & cap. 28. Non edificabis domum nomini meo, quod ſanguinem fuderis; idem 2. Reg. cap. 7. quinimmo ethnici ipſi a ſacerdotio expellebãt homicidas, Senec. enim declamat. lib. cap. 1. dixit homicidas, vt reliquos impuros homines ſacerdotium petere non poſſe, vt refert Speculum Summor. Pontificũ tit. de contin. ſacerd. cap. 81. & hodie ex Conc. Trid. dict. ſeſſ. 14. cap. 7. de Reform. homicidas voluntarios excludit ab omni beneficio, etiam ſimplici ab omni ordine, & officio Eccleſiaſtico. Et per hęc declaratur illa communis olim opinio doctorum in cap. Inquiſitionis de accuſ. quam recenſet Franc. Turzanus conciuis meus in ſuis communibus opinionibus cõcl. 102. quę habet quod homicidium ſine aſſaſſinio non inducit vacationem ipſo iure: nam non procedit hodie illa opinio neque in foro interno, neque in foro externo ob verba dicti cap. 7. ſeſſ. 14. in quo indiſtincte agitur de homicidio, quod etſi eſſet occultiſſimũ eandem habet pœnam eod. Conc. Trid. ſeſs. 24. cap. 6. de Ref. Et ideo Felini opinio in cap. de quarta col. 10. de pręſcript. quę habet, quod homicida irregularis poteſt retinere ſuas dignitates & beneficia, nullo modo poteſt defendi propter dicta capitula Concilij Tridentini.

Quę irregularitas latius patet, quàm reliquę omnes de quibus ſuperioribus libris dictum eſt; nam non ſolum qui occidit irregularis eſt, ſed qui conſulit, qui mandat, qui adiuuat, qui ratum habet, qui cauſam dat, qui in culpa, vel negligentia eſt; quinimmo & is qui ex homicidio laudabilis eſt, irregularitate hac notatur, vt Iudex, & executor iu-

ſtitię;

ſtitiæ. Quamobrem ne hic tam multiplex tractat⁹ vno hoc capite promiſcue, & confuſe diſcutiatur, diſtinctim atque ordine ſeruato ſigillatim has omnes homicidij quæſtiones percurremus:& primo de illis agemus, qui re ipſa, factoq; homicidium perpetrarunt, quos eſſe irregulares probant iura iam citata, non ſolum in qualibet priuata perſona, verum etiam in ipſo Principe: nam ſi pro-
2 prijs manibus quempiam occiderit irregularem effici dicunt Bald. & Innoc. in cap. 2. de maior. & obed. refert Diaz in praxi canon. cap. 56. & parum intereſt an publicum, an occultum homicidiũ, quantumuis etenim ſit occultum ſemper impedit ne promoueri poſſit, gloſ. & Doct. in c. ex tenore, & cap. vlt. de temp. ordin. & glo. in cap. Inquiſitionis, de accuſat. Silu. in verb. homicidium 3. quæſt. 8. verſ. Quartum, in fin. & Conc. Trident. d. cap. 7.

Quinimmo & ſi quis Paganum, Iudæum, excommunicatum, bannitumue occiderit, ſemper efficitur irregularis: expreſſus caſus de pagano in cap. clericum, diſt. 50. etiã ſi ad defenſionem occiderit, ſi tutela fuerit immoderata, cap. de ijs clericis, pro quibus diſt. ead. & de excommunicatis occiſis eſt tex. in c. excommunicatorum. 13. q. 5. laici etenim in bello occidentes paganum, Iudęum, Saracenum, vel excommunicatum, licet à peccato excuſentur, ſi id faciant zelo Catholicæ fidei, vt dictis locis, Tamen ab irregularitate non excuſantur, qa homicidium eſt, niſi ſuper id aliquid ſedes Apoſtolica diſpẽſando decreuerit: nam ſicut iuſtus iudex non effugit hanc notã, ita nec iſti bellantes, etiam iuſto bello. Spec. in tit. de diſpenſat. §. Iuxta. verſ. facto autem ſi quis: Banniti quoq; & diffidati, qui lege, vel edicto impune occidi permittũtur, ſi zelo iuſtitię ab aliquo occidantur; nullum peccatum cõmittitur, Silu. in verb. homicidium 1. q. 3. Armil. in verb. Bannum, & in verb. homicidiũ q. 8. facit tex. in c. cum homo, 23. q. 5. At quoad irregularitatem dicendum eſt tã laicos, quàm clericos occidentes Bannitum effici irregulares, quia videntur facere officium executoris, qui pręcipuè eſt irregularis, vt ſuo loco diximus.

Habet præterea tam magnum vincu-
3 lum hęc irregularitas, vt nec poſt peractam quamlibet pœnitentiam ad ſuſcipiendos ordines admitti poſſet, nec ad ſuos exercendos. c. vlt. de temp. ordin. Nam Vticenſis Epiſcopus olim à Ioanne Pontifice ſeueriſſimę obiurgatus eſt, quod eſſagitaret diſpenſari cum homicida condigne pęnitente, & ſatisfaciente c. miror, diſt. 50. & propterea cum volũtario homicida nunquã diſpenſat. Spec. in tit. de diſpenſ. §. Iuxta. verſ. Quanto autem: imò curia Rom. difficile diſpenſat. in caſuali, Specul. ibid. verſ. curia, pręſertim ſi prouidere potuit, aut debuit; nam hic ẽt poſt peractam pœnitentiam prohibetur ſuſceptos ordines adminiſtrare, & ad altiores aſcendere, niſi magna cauſa interueniat, ob quam diſpenſetur. cap. continebatur, & c. lator. cum gl. de hom. Spec. in d. §. Iuxta. verſ. ſunt quoq; irregulares; quod procedit etiam ſi per leuẽ percuſſionem, & ſine animo occidendi mortis cauſam dederit; nam tantum irregularis eſt, vt ꝑpetuo prohibeatur exercere. c. ſtudeat, diſt. 50.

Eſt præterea hęc irregularitas tam efficax, vt etſi homicidium ipſum non ſortiatur effectum, ſed ſola vulnera fuerint illata à clerico animo occidendi, nihilominus efficitur irregularis, cum per eũ non ſteterit, quin occiderit. Spec. in d. tit. de diſpenſ. §. Iuxta. verſ. ſed quid de iudi

ce:&



ce, & verſ. quando autem, & per quem: Illa enim voluntas homicidium perpetrandi adhibitis pręparatorijs opportunis, cum actu proximo ad mortem, id eſt cum vulneribus, inducunt irregularitatem, & neceſſaria eſt diſpẽſatio. Hæc fuit originalis doctrina Hug. in c. ſi quis poſt. per illum text. diſt. 51. quem refert, ac probat Specul. in d. §. Iuxta. in d. verſ. ſed quid de iudice, & probat glo. in c. periculoſe, de pęn. diſt. 1. quę dicit, quòd clericus tentans facere homicidium, ſi non fecit quia non potuit, irregularis eſt, & ante eã fuit doctrina Ioannis gloſſa toris ibi: Eadem fuit ſententia Veruec. & ſum conf. lib. 2. tit. primo q. 23. & idem ſcripſit Nicolaus de Auximo auctor ſupplementi in verb. irregularitas primo, in princ. & ita fuit deciſum per dominos de Rota, vt conſtat in deciſ. cauſarum per d. Thom. Faſtol. cauſa 14. quod procedit etiam ſi non ipſe certo percuſſerit, ſed alij conſocij, vt ibi patet, quod poteſt cõprobari ratione; nam in atrociſſimis delictis attentatio, etiam non ſequto ef-
4 fectu, inducit eandem pęnam, ſicut delictum conſummatum, Bald. in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fug. maximè, quia in homicidio pœna irregularitatis incurritur ipſo iure, vnde ſequitur, quòd attentare, & conſummare ſint paris pœnę. Io. And. in cap. perpetuè. de elect. in 6. & in Reg. in pœnis in mercur. Abb. in c. 1. de eo qui mitt. in poſſ. in verſ. ex prædictis, Afflict. in deciſ. 276.

Sed quia hæc opinio non placet Archid. ideò ſic declara, quòd ſi quis deſiderium animo geſter occidẽdi etiam ſe ſe præparando, & deliberate perpetrare delictum intendat, ex iſtis ſolis non efficitur irregularis. glo. in cap. ſi quis viduã, diſt. 50. eſt enim mentale homicidium, quod non inducit irregularitatem; Silu. in verb. Homicidium 3. q. 1. verſ. Tertia, & q. 2. verſ. Primo; Et ita intelligit Ant. Flor. lib. de cenſur. cap. 97. in princ. Et hoc verum eſt etiam ſi illud deſiderium fuerit completum inopinate per alium, vtputa ſi hunc quem intendis occidere, alius ſine tua participatione occiderit, &
5 de occiſione tu gaudeas: nam nondum es irregularis, vt glo. in d. cap. ſi quis viduam; & comprobatur exemplo, nam ſi mulier adultera toto corde optet mortẽ mariti, eoq; per euentum occiſo ratam habeat occiſionem, ſed nihil machinata ſit in necem eius, non prohibetur nubere adultero occidenti, vt ſcribit Gemin. in capit. cum quis, de ſent. excom. lib. 6. refert Armil. in verb. rati habitio, verſ. 6. & facit tex. & Doct. in l. cogitationis ff. de pœn. ſed ſi vltra præparatoria veniat quis ad actus proximos homicidij vulnerando, certe verius eſt ſentire, quòd ſit irregularis cum gl. & Doct. ſupra citatis.

Nam & ſi quis ſemetipſum conetur interficere, & vulnera in ſe coniecerit ſi cura affinium, aut alia quauis cauſa conualeſcat, ſi clericus eſt, irregularis efficitur, eſt enim ipſo iure excommunicatus, Archid. 23. q. 5. ſi non licet, Silu. in verb. excõicatio 6. col. antepen. verſ. hanc etiã ſententiã: at ſi laicus eſt, priuatur ſepultura, & oratio pro eo fieri non põt, vt aliàs latius ſuo loco diximus; quod verum eſt ẽt ſi quis in ſe manus inijciat, vt peccatũ euitet, nam efficitur irregularis ſecundũ ea quę tradit S. Tho. 2. 2. q. 64. artic. 5. Et videtur ſenſiſſe. S. Auguſt. vt habetur d. cap. cum homo, 23. quęſt. 5. & d. c. ſi non licet: ſed de his in ſe manus incijcientibus ad euitandum peccatum, vide eundem S. Aug. profuſiſſimè in lib. de Ciuit. Dei, c. 17. cum ſeq. Sil. homic. 1. q. 1.

Quinimo, & ſi illa vulnera in ſe illata animo occidendi profuerint, ta-

men

men adhuc irregularis eſt; exemplum
ſumitur a Phalereo, de quo Plin. lib.7.
cap. 50. qui impatiens vitę ob perpetuũ
fluxum ſanguinis, morti ſe ſe expoſuit
inermem occidendum; cumque inpe-
ctore vulnus accepiſset diuerſione ſan-
guinis facta, ſanatus eſt & a vulnere, &
a fluxu, certe non deſinit eſse irregularis
propter impium animum, & perpetra-
tum in ſe ſcelus, vt alias etiam diximus.
Ideoque ſi & hic animam habens aliũ
occidendi vulnera talia intulerit, quę
vulnerato aliqua ratione etiam profue-
rit; non deſinit eſse irregularis, vt apud
Plutar. de vtil. capien. ab inimic. Prome-
theus enim ab hoſte vulneratus eſt in
quodam apoſtemate iudicio medicorũ
mortem allaturo, at ob id vulnus apoſte
ma ſanatũ eſt: At ideo non deſinit vul-
nerator, qui occidere ſtatuerat eſse ir-
regularis, etiam ſi profuerit vulnerato.

Eſt igitur tam odioſa hęc ex homici-
dio irregularitas, vt nec neceſſitas occi-
dendi excuſare eum poſſit, quin incur-
ratur hęc nota, ſed quia hęc regula mul-
tas habet diſtinctiones & declarationes,
ęquum eſt vt fuſius eam perueſtigemus.
Nam olim magna erat quęſtio, & pleri-
que ſentiebant fieri irregularem etiam
6 eum, qui adhibito moderamine incul-
patę tutelę per ineuitabilem neceſſita-
tem occidiſset, vt tradit Specul. in dict.
tit. de diſpenſ. §. Iuxta verſ. circa homi
cidium, & videtur S. Thom. 2.2.q.64
art. 7. ad 3. verum tamen poſt horum
tempora promulgata eſt Conſtitutio in
Conc. Vienen. quę habetur in Clem. 1.
de homic. qua declaratur hunc ſic occi
dentem, non eſse irregularem, per quã
legem tamquam poſteriorem excuſan-
tur præfati Doctores, qui aliter ſenſerãt
ante eam, vt ſcribit Silueſt. in verb. ho-
micidium 3. q. 2. verſ. 3. Concluden-
dum eſt igitur, quòd ſi quis per ineuita-
bilem neceſſitatem cum moderamine
inculpatę tutelę aliquem occiderit, non
eſt irregularis d. Clem. 1. de homicid.
ſed quia res hęc magni momenti eſt, &
ſano modo intelligenda, propterea mul
tę ſunt declarationes in hoc articulo de
fenſionis, quas ſigillatim proſequemur.

Quarum prima eſt, quod effugere nõ
potuerit, alioqui ſi potuerit, etiam cum
magno dedecore erit irregularis, ſi ma-
luit occidere, quam fugere, ex ſententia
Tabien. in verb. Irregularitas 2. §. vlt.
citat. Anch. & Archiep. Flor. & licet ali
qui dicant eum qui fugere poteſt, ſed ob
dedecus ſe ſe defendit, & occidit, non
peccare mortaliter, vt dicit Armill. in
verb. homicidium, num.7. Tamen hoc
verum eſt, quoad peccatum, non quoad
irregularitatem, quę poteſt incurri etiã
ſine peccato, & hanc veram eſse diſtin-
ctionem apertiſſimè collige ab eod. Ar-
mill. in verb. Irregularitas num. 43. &
probat dictam ſententiam Anchar. &
Archiep. Flor. & eſt tutior ſententia vt
ſcribit Silu. in verb. homicidium 1. q.
2. in fin. & q. 9. verſ. 3.

Secunda declaratio eſt vt conſidere-
tur an potuerit per debilitationem, vel
mutilationem alicuius membri pertur-
bare aggreſſorem, & non eum occidere:
nam ſi hoc caſu maluit occidere, quàm
debilitare, vel mutilare, fieret irregula-
ris, quia excedit moderamen tutelæ
Silu. in verb. homicidium 3. quęſt. 4. in
princ. & tametſi mutilando alium quis
efficiatur irregularis (vt de mutilãtibus
alias dicemus) tamen illud non eſt verũ
in eo, qui mutilat, ſe defendendo dict.
Clem. 1. de homic. & in hoc errauit
Armill. in verb. Irregularitas num. 41.
dum dixit non effici irregularem hunc
qui occidit, etiam ſi poſset euadere peri-
culum



culum mutilando, quia clarum eſt, quòd
non occidit per neceſſitatem ineuitabi-
lem, cum fuiſſet euitabilis mutilando.

Idem eſt è contra quando ipſe defen
dens poterat euitare mortẽ, ſi paſſus fuiſ-
7 ſet ſe in aliquo membro debilitari, vel
mutilari; nam ſi maluerit occidere, quã
mutilari fit irregularis: eſt enim inæqua-
lis, & iniuſta defenſio malle aduerſariũ
occidere, quàm debilitari, fuit ſententia
Lapi in d. Clem. 1. cui conſonant verba
ipſius textus, & ideò videtur verior, quã
ſententia Card. qui putabat non eſſe ir-
regularem, ea forſan ratione, quòd de-
fendendo res occidere liceat, quę ſenten-
tia non eſt tuta: nam d. Clem. 1. non per-
mittit occidere niſi ad euitandam mor-
tem, Ideò in euitanda mutilatione erit
ſecus; nõ enim verum eſt, quòd pro de-
fenſione rerum liceat occidere ſine irre-
gularitate, tex. clarus in cap. ſuſcepimus,
& c. ſignificaſti 2. de homicid. niſi quan-
do illę res eſſent neceſſariæ actu, ad ſub-
ſtentationem vitę, ideſt quòd illis ſubla-
tis immineret periculum vitę, tũc enim
verũ eſſet, quod defendendo eas, & oc-
cidendo non ſurgeret irregularitas, quia
non res ipſas eo caſu videtur defendere,
ſed vitam ipſam; vnde propria vita eſt
præferenda in ordine charitatis vitę pro
ximi, alioqui extra tale periculum vitæ
res defendi nõ poſſunt, cum interitu ad-
uerſarij: quia vita proximi eſt præponẽ-
da rebus noſtris, & ita ſentit Abb. in d.c.
ſuſcepimus, & communiter alij canoni-
ſtæ, & Theologi, vt probat Silu. in verb.
homicidium 1. q. 4. vnde rectè conclu-
ditur, quòd qui poteſt pati mutilatio-
nem, & euitare mortem ſi malit occide-
re quàm mutilari, non effugit irregula-
ritatem.

Tertia declaratio eſt, quòd occidens
per ineuitabilem neceſſitatẽ effugiat irre
gularitatem; intellige ſi dabat operã rei
licitæ: alioqui ſi ſe defendens, & occidẽs
dabat operam rei illicitæ, illi imputatur
homicidium, ſi non vt ordinaria pœna
puniatur, tamen vt extraordinaria mitio
re. Angel. in l. ſi cum ſeruo .ff. de iniur.
Flor. in l. ſcientiam. §. qui cum aliter .ff.
ad l. Aquil. Tiraq. tract. de pœn. remit.
cauſ. 1. nu. 11. Ideoque ſi extraordinaria
pœna locum habet, habebit & irregula-
ritas, propter annexam culpam. Qua-
mobrem ſi adulter deprehenſus virum,
vel conſanguineos mulieris ſe ſe defen-
8 dendo interfecerit irregularis eſt, nec ex-
cuſatur illo ineuitabili caſu. Silu. in verb.
homicidium 3. q. 4. verſ. Tertium, ex ſen
tentia Aſtenſ. Theologi eximij lib. 1. tit.
35. & licet contrarium ſenſerit Tabien.
in verb. irregularitas 2. q. penul. & Armil.
in verb. irregularitas nu. 42. Tamen ego
magis hæreo Aſten. ea ratione quòd hic
adulter ſe ſe iniecit in eam neceſſitatem,
Ideò cum iuſtè inuadatur, iniuſta eſt de-
fenſio: Silu. d. verſ. Tertium, quo loco cõ
cludit eum, qui iuſtè à miniſtris iuſtitiæ
capiendus eſt, ſi ſe opponat, ne capiatur,
& ſe defendendo occidat, eſt irregularis,
quia eſt iniuſta defenſio, vt ibi per eum,
& hæc eſt tutior ſententia, & in facto di-
ſpenſationem oportuiſſe obtineri cõſtat
in Curia Roman. & multo magis hodie
egebit diſpenſatione per id quòd habe-
tur Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. de
reform.

Quarta declaratio eſt, vt conſidere-
mus vna cum proximè dictis, an is qui
ſe defendit ſe ſe induxerit in eam neceſ-
ſitatem: exemplo eſt, ſi quis prouocauit
rixam, aut alienam domum ſit ingreſſus
furandi, vel adulterandi cauſa; nam illis
ac ſimilibus caſibus, ſi occidat ad ſui ne-
ceſſariam defenſionẽ fit irregularis, non
ſolum quia daret operam rei illicitæ, ſed
quia

quia culpa eius eſt,quòd ſe ſubiecerit ta-
li neceſſitati; nam lex non ſuffragat̃ ſu-
bijcienti ſe in neceſſitatem .ff. qui ſatiſd.
cog.l.ſed ſi plures §. ſi fideiuſſor, hæc ꝓ-
bat Ray.tit.de homicid. verſ.pro homi-
cidio neceſſitatis: & confirmo ratione,
dicit enim Cardin. Zab. in nouiſſimis
ſcriptis ſuper c.veniens,de ſponſal.quòd
contrahens matrimonium per vim,quã-
do deprehenſus cum puella, poteſt alle-
gare per vim ſe contraxiſſe, & ibi notat
illud ſpeciale ius eſſe, vt qui ſe ſubiecit
neceſſitati excuſetur; ſi ergo illud eſt ſpe
ciale, ergo in contrarium eſt ius cõmu-
9 ne; & eſt ratio illius ſpecialitatis,quia in
contractu matrimonij conſenſus debet
eſſe omnino liber,vnde cum metus cau-
ſet inuoluntarium,non poteſt eſſe matri-
monium,cum non ſit voluntarium;at in
homicidio, etiam ſi neceſſitas cauſet in-
uoluntarium,non tamen aufert culpam,
quæ ſufficit ad irregularitatem: ideò ſi
non eſt irregularis ex voluntario homi-
cidio, eſt ex culpabili, quòd ei imputa-
tur,& ſufficit ad irregularitatem.

Quinta declaratio eſt, vt defenſio ſit
circa propriam vitam,non autẽ alterius;
nam eo caſu occidere non licet,quia pri-
uilegium iſtius defenſionis in d.Clem.1.
de homic. ad ſe tantum reſtringitur, &
ita ſentit glo.ibi,nam nec patrẽ,nec alios
quoſcumque propinquos, nec vxorem
defendendo euitare poſſet irregularita-
tem, ſi interficiat inuaſorem,gloſ. in d.
Clem.1.in vlt. glo. per illum text.quam
probat Silu.in verb.homicidium 1.q.9.
verſ. Quartum,& in verb. excommuni-
catio 6.verſ.9.in princ.

Sexta declaratio eſt, vt perpendamus
de qua irregularitate loquamur, nam ſi
loquamur de impediendis ordinibus ſu
ſceptis, nec exerceantur, & tunc verum
eſt, quòd occidens ſe defendendo non
impeditur in adminiſtratione eorum,at
tamen neceſſaria eſt prius declaratoria,
vt plenè cõſtet fuiſſe homicidiũ factum
per neceſſitatem ſeruandæ vitę: At ſi lo-
quamur, vt aſcendere poſſit ad altiores
tunc dico, quòd non poteſt ſine diſpen-
ſatione,tex.planus in cap.de his clericis,
d.diſt. 50.& ibi aperte glo. quæ in cleri-
co hanc diſtinctionẽ facit,& videtur de-
cerni Concil.Trident. ſeſſ. 14. cap.7.de
reform.licet ante dictum Conc. contra-
rium videretur ſentire Tabien. in verb.
irregularitas 2.q. antepen. In laicis ve-
rò talis diſtinctio fieri non poteſt,& ideò
ſe ſe defendens,& occidens in neceſſita-
te ineuitabili promoueri poteſt obtenta
tamen prius declaratoria, ex verbis d.
Clem.1.de homicid. & ibi gl. ex quibus
colligitur, ꝙ irregularitates multæ ſunt
in clericis,quæ non ſunt in laicis, vt dixi-
mus in regulis generalibus, Reg. 17.ſed
hæc declaratio pendent ab octaua decla
ratione hic poſita,igitur uide ibi.

Septima eſt declaratio, defenſio de-
bet ſequi periculum, non autem præue-
nire,ideſt non prius occidat, qui ſe de-
fendit, quàm ſit in euidẽti periculo vitę
conſtitutus per actus,& nixus aduerſarij
inuaſoris; alioqui ſola ſuſpicio, vel me-
tus etiam veriſimilis,etiam qui cadat in
conſtantem virum, non ſufficit, vt liceat
occidere,quia tunc non eſſet defendere,
ſed cauere ſibi; cum forſan aduerſarius
nõ erat vim illaturus, exemplo eſt caſus
cap.ſuſcepimus, de homicid. Nam duo
fratres ligarunt duos latrones alter fra-
trum acceſſit ad iudicem manente alte-
ro ſolo, latrones conabantur vincula di-
ſoluere, ille metuens occidi ab illis ſi ſol
uerentur, præuenit eos occidendo, cer-
te hoc caſu,& ipſe, & alter eiuſdem fra-
ter irregulares ſunt: vt ibi text. & gloſ.
Specul.in tit. de diſpenſ.§.Iuxta verſ. cle-
ricus



ricus quoq; Silu.in verb.homicidium 3.
q.7.verſ.ſeptimum; Tabien. in verb. ir-
regularitas 3.nu.9.

Octaua declaratio eſt;hic qui ſe ſe de-
fendẽdo occidit per ineuitabilem neceſ-
ſitatem nõ debet ſe putare ipſo iure eui-
11 taſſe irregularitatem, ita vt ſponte præ-
termiſſa Pontificis licentia poſſit ad or-
dines promoueri; nam & ſi diſpenſatio
illi debita ſit tam ad ordines, quàm ad
beneficia quæcumque, ac dignitates,
Conc.Trident.d.ſeſſ.14.cap.7.de refor.
Tamen ad id accedere debet cauſæ co-
gnitio,quæ coram,vel ordinario, vel vici-
niore Epiſcopo, vel Metropolitano fieri
debet per cõmiſſionem Papæ præceden-
tem: alioqui ſi quis poſt tale homicidiũ
ſe ingereret,vel in adminiſtrando, vel or
dines ſuſcipiendo,non habita declarato
ria,& diſpenſatoria prædicta, eſſet ſeue-
riſſimè puniẽdus:ex quibus patet, quòd
d.cap.7.addit aliquid ad d. Clem. 1.de
homicid.

Ex ijs infertur ad caſum, quem Car-
neades orator cõfinxerat,ſi in naufragio
de tabula eijcias inſidentem, vt te in ea
ſalues, aut hoſtes fugiens, alij equũ adi-
mas,vt tu euadas; an ipſorum mors tibi
inducat irregularitatem? Reſpoſi. Hæc
non eſt tutela inculpata, ſed aperta vis,
dum obſis ei, qui tibi nihil obſit: quin
hoc eſt peccatum contra naturæ pietatẽ,
vt defendit Lactant. diuin. inſtit.lib.5 c.
17.18.& S. Ambroſ.offic.lib.3.c.4.idẽ
fuerit in ingenti fame, qualis illa Hiero
ſolymitana, & altera ſub Maxentio, de
qua Ruffinus hiſtor.lib.11.quando ſcili
cet quiſq; fratri bolum de ore rapiebat:
nam licet in neceſſitate omnia ſint com-
munia.l.1.ff.ad.l.Rhodiam de iactu: ta-
men rapere in alterius necem,naturæ in
iuria fit, faciendo proprium, quod ſuffi-
cit eſſe commune, & quanquam cõmu-
ne fiat vt participes,non eſt tamen com-
mune, vt occidas; itaque fit, vt quiſq; ſibi
ſit proximior quàm alteri in re ſua, non
autem in aliena; alioqui etiam furta li-
cerent, ſi hęc proximitas conſideraretur
in iure: hunc caſum diſputat Tabien.
excõmunicatione.5.caſu primo, nu.40.

Inter homicidas ad effectum irregula
ritatis nõ connumerantur ij, qui mentis
alienationem patientes homicidiũ per-
petrarunt, cuiuſmodi furioſi, nam ob
ſolum furorem ſunt irregulares,non ob
homicidium,ex Conc.Vien. habetur in
d. Clem.1.de homic.& ideò reſipiſcen-
tes ordinari poſſunt, vel adminiſtrare;ex
quo textu corrigi videtur alius text.in c.
ſi quis inſaniens,& cap.ſequ.15.q.1.vbi
dicit clericum in furore occidentem nõ
peccare, ſed officium exercere non poſ-
ſe, cuius rei cõtrarium euidenter appa-
ret in d.Clem.1.quod procedit etiam ſi
ſua culpa in furorẽ inciderit.Gab. Biel.
lib. 2. ſent. diſt. 22. quęſt. 2. conſ. 3. &
Marian. in Repetit.cap.ad audientiam,
de homic. qui putant eo etiam caſu ex-
cuſari ab omni peccato, & licet nonnul-
li contrarium ſentiant,quòd non omni-
no excuſentur,inter quos eſt Alexan.de
Aleſ. & S.Bonauentura; Tamen quia d.
Clem. quæ eſt poſterior illis indiſtincte
loquitur, eſt etiam indiſtincte intelligen
da in omni furioſo, ex quauis cauſa; ad
hęc vide Tiraq. tract.de pęn.remit.cauſ.
2.& cauſ.3.

Quæ omnia locum habent etiam in
dormiẽte, vt aperte habetur in d. Clem.
nam furioſo comparatur, & ideo etiam
ſi quis nouerit in ſe hoc vitiũ percutien-
di dormiendo, tamẽ occidendo nõ inci-
dit in irregularitatem, Marian.in d.c.ad
audientiã, 5. q. principali in q.12.vt re-
fert Tiraq.in d.tract.de pęn.remit.cauſ.
5.num.10.

In-

Infans quoq; occidendo non incidit
in irregularitatem d. Clem. 1.& licet il
lud verbum infans nonnulli extendant
etiam vltra ſeptennium, ſi puer non ſit
doli capax, vt ſentit Anch. quē refert Sil.
in verb. homicidium 3. q. 2. verſ. Tertiū
ſimiliter, tamen verius, ac tutius eſt dice-
re maiorem ſeptennio ob homicidiū fie
ri irregularem, glo.& Hoſt. in capit. 2. de
delict. puer.& glo. in d. Clem. 1. erit autē
longè facilior diſpēſatio propter imper-
fectionem conſilij; in ebrio verò occidē
te nulla poteſt conſiderari legitima excu
ſatio quin fiat irregularis, quoniam in vi
tio eſt, & dat operam rei illicitæ: Dein-
de tex hunc non expreſſit, ſicut alios prę-
dictos, ita tradit Silu. in verb. homicid. 3.
q. 4. verſ. quintum, Cardin. in d. Clem. 1.
Nam qui ſcit ſe hoc vitium pati in cul-
pa eſt, quia prouidere debet ne hoc con-
tingat illi: Bart. in l. pęnas. ff. de parricid.
Tabien. in verb. irregularitas primo nu.
5. S. Thom. 2.2. q. 150.

Supereſt, vt non nihil dicamus de di-
ſpenſatione ſuper prædictis homicidijs
facto cōmiſſis, in qua re ſciendum eſt, ꝙ
etſi Papa hanc irregularitatem diſpen-
ſando auferre poſſit Abb. in cap. ſicut di
gnum, & ibi cōmuniter Doct. de homic.
Silu. in verb. homicidium 3. q. 8. verſ. ſe-
cundum: tamen cum uoluntario homi-
cida Papa nunquàm diſpenſat. Specul.
in tit. de diſpenſ. §. Iuxta. verſ. quanto au-
tem: imò Curia Rom. difficile diſpenſat
in caſuali, vel dubio an fuerit volunta-
rium, Specul. d. §. Iuxta. verſ. Curia.

Et licet cum merè uoluntario nun-
quam diſpenſetur, præſertim ad ordinē
ſacerdotij. cap. minor, diſ. 50. Tamen ad
beneficium olim quandoq; diſpenſaba-
tur cap. vlt. de cler. pugn. in duell. & Silu.
d. q. 8. verſ. Tertium, ſubiecta diſtinctio-
ne: Si beneficiū erat curatum Papę erat
diſpenſatio, arg. c. vlt. de fil. presby. ſi au-
tem ſimplex beneficiū erat, poterat Epi-
ſcopus; Silu. d. q. 8. verſ. Sextum Abb. in
d. cap. vlt. de cler. pugn. in duell. ſed hæc
vera erant vetuſtioribus ſęculis; Hodie
verò ex Conc. Trident. d. ſeſſ. 14. cap. 7.
de refor. nec beneficia ſimplicia confer-
ri poſſunt homicidis voluntarijs, nec or-
dines, nec officia Eccleſiaſtica: non ſolū
in manifeſto homicidio, ſed nec in oc-
cultiſſimo; ſemper enim Papæ reſerua-
tur hæc diſpenſatio eod. Conc. Trid. ſeſſ.
24. cap. 6. de reform.

### §. I. *Dans cauſam mortis:*

1 *Mortis cauſam, qui dat fit irregularis.*
*Vulnerans aliquem, qui ob id ab alijs poſtea oc-*
*ciditur, ipſe efficitur irregularis.*
2 *Infirmum conuertens in alterum latus, vt cele-*
*rius moriatur, irregularis eſt.*
*Infirmum prouocans ad iram, vt celerius mo-*
*riatur, fit irregularis.*
3 *Veneni datio inducit irregularitatem, idem in*
*omni potione ſortilega, vel ſuperſtitioſa.*
4 *Sterilitatis potio inducit irregularitatem Pa-*
*palem occiſo partu animato, at ſi nondū ani*
*matus erat, fiet Epiſcopalis.*

HAec autem omnia non ſolum
in eo homicidio vera ſunt, qđ
vi extrinſeca percutiendo, prę
cipitando, ſuffocando, vel vulnerando
1 cōmittitur, verum etiam ſi alia quauis
ratione mortis cauſam prębuerit, exem-
plo eſt, ſi quis volēs infirmitatis cauſam
dederit, quæ mortem attulerit, homici-
da eſt uoluntarius, ſi data opera id fecit
cap. de cætero, & cap. presbyterum, & c.
ad audientiam, de homicid. & diſt. 50. c.
ſtudeat, & de cler. percuſſ. c. 2. Specul de
diſpenſ. §. Iuxta. verſ. Quid ſi aliquis te-
net: ideò vulnerans furem, vel latronem
vt non valeat fugere, & ob id ſuperuene-
rint alij, qui eum occiderint homicidij





cauſam dedit, & ideo irregularis eſt, ſi
cogitare potuit, quod ab alijs occidi
poſſet cap. ſignificaſti 2. de homicid. Sil-
ueſt. in verb. homicid. 2. verſ. 16.
2 Eadem ratione ſi quis pietatis cauſa
vertat in alterū latus infirmum languen
tem, vt celerius moriatur, voluntarius
homicida eſt, & irregularis, etiam ſi om-
nino ille moriturus erat, Silu. ī verb. ho-
mic. 3. q. 2. verſ. Tertiū. ſimiliter Tabien.
in ver. irregularitas 3. nu. 3. Ideo ſi dubiū
ſit an ex uerſione illa mortuus ſit, nō de
bet hic promoueri, antequā depoſuerit
ſinderesim, vel conſcientiam arbitrio, &
conſilio boni viri, & interim quoque nō
debet adminiſtrare, Specul. in d. tit. de
diſpenſ. §. Iuxta. verſ. quid ſi aliquis in-
firmum: idem de verberante, vel con-
ſulente, aut mandante verberari infir-
mum, Alberic. in verb. homicidium 2.
verſ. quid ſi aliquis conſulit, idem puto.
in prouocante ad iram, vel indignatio-
nem, vel etiam in afferente aliquod ma-
lum nuntium infirmo, ea intentione vt
celerius moriatur; nam morte ſequuta
efficitur irregularis ex voluntario homi-
cidio, Sum. Conf. de homic. q. 11. An-
ton. Flor. 3. tit. 29. cap. 2. Tabien. in
verb. irregularitas 3. nu. 12. in iſtis ta-
men caſibus ſi per pietatē horū aliquod
factum ſit bona intentione, nō eſt facile
quis iudicandus irregularis, niſi culpa
poſſit conſiderari, tanta quāta ſufficit ad
irregularitatē: vt infra de culpa agemus.

Ad hoc homicidij genus ſpectat om-
nis veneni, vel potionis, aut cibi datio,
vt inde vel ægritudo, & mors ſequere-
tur, nam incurritur irregularitas cap. ſi
aliquis, de homicid. Specul. in dict. §.
Iuxta. verſ. facto autem ſi quis, & verſ.
Item qui homini. idem in oī potione,
vel cibo, vel arte aut ſortilegio ad indu
cendam ſterilitatem in muliere, nam vi-
detur homicida eſſe, & irregularis, etiā
ſi fœtus occiſus nondum formatus, nec
animatus eſſet, Abb. in d. cap. ſi aliquis,
4 ex ſententia Io. in tit. de pæn. diſt. 1. c.
periculoſe. ex S. Tho. 2.2. q. 64. art. 8. &
ſent. 4. diſt. 31. Idem Abb. in cap. ſicut
dignum, de homic. Tabien. in uerb. irre
gularitas 3. nu. 14. In eo tamen differt
hæc irregularitas ſi formatus, & anima-
tus partus necetur, quòd diſpenſatio Pa
pæ requirenda eſt, not. in d. cap. ſi ali-
quis, & d. cap. ſicut ex litterarum, eo
tit. Specul. in d. verſ. Item qui homini:
& 2. q. 5. cap. conſuluiſti, ſed ſi animatus
non erat Epiſcopus eſt diſpenſator; ſi au
tem dubiū ſit an animatus eſſet, vel nō,
in hoc dubio abſtinere debet, & non ꝓ-
moueri donec à Papa diſpēſetur, Spec.
d. verſ. Item qui homini, Alber. in ver.
homicidiū 4. verſ. quid ſi dubitatur. ad
hanc materiā de eo, qui dat mortis cau-
ſam plurima habentur infra §. homic. ex
omiſſione, quæ ideo illo loco poſuim⁹,
quia occaſio illius articuli magis ſugeſ-
ſit nobis occaſionē illud pertractandi.

### §. 2. *Mandans, Conſulens, Inſtigans, Ani-*
### *mans, Perſuadens, Inſtruens, ad*
### *hortans ad homicidium.*

1 *Homicidij irregularitas afficit conſulentem,*
*mandantem, hortantem, & ſimiles, etiam*
*ſi mors non ſequatur, vel ſola vulnera*
*Homicidium iuſtum mandans, & conſulens*
*fit irregularis.*
2 *Conſilium circa imponendam pœnam mortis,*
*in lege, vel edicto, non cauſat irregulari-*
*tatem*
3 *Mandans eſt irregularis, etiam ſi mandata-*
*rius diu poſt exequatur homicidium, etiam*
*ſi renuerit mandatum tale.*
*Mandans non excuſatur ab irregularitate ho*
*micidij, eo pretextu, quod reuocauerit mā-*
*datum.*
4 *Mandans fieri homicidium, eſt irregularis, ſi*
*mandatarius occidatur.*

*Mandans aliquem verberari incurrit irregularitatem, ſi mandatarius illum occidat, niſi fortè ex cauſa diſciplinæ.*

5 *Mandare homicidium, vel id per quod facile ad homicidium peruenitur paria ſunt.*

6 *Delatores, & detractores difficile exitant irregularitatem, quando ex delatis homicidia ſequuntur.*

7 *Maritus quando occidit vxorem adulterã, fit irregularis etiam ille, qui detulit marito adulterium.*

*Conſulens alicui, vt ſe occidat eſt irregularis.*

8 *Mandari homicidium dicitur, etiam nutibus, & verbis ambiguis.*

*Præmium promittentes pro reuelatione alicuius delinquentis, ſunt irregulares, ſi occidatur, vel mutiletur in iudicio, vel extra.*

9 *Conſilium pium excuſat ab irregularitate, & culpa, multo magis conſilium religioſum.*

*Inquiſitor tradendo curiæ ſeculari damnatos, vt comburantur, non fit irregularis: nec vllus alius inquiſitionis conſultor.*

PArum mihi videntur differre
hi omnes, quoad homicidij
reatum, irregularitatemque
1 contrahendam, mandans etenim, conſultor, adhortator, & conſimiles idem ſcelus committunt, omniumque prædictorum peruerſa intentio, paremque portionem habent in homicidio; vnde ſub vno hoc capite de omnibus agendum videtur: Sunt igitur omnes prædicti pari modo irregulares, tex. & gl. in cap. periculoſe, de pænitent. d. 1. tex. & gl. in cap. ſicut §. clericus, de homicid. quod pluribus modis ampliatur; Primo etenim id verum eſt, etiam ſi is qui facto attentauit homicidium per actus proximos morti non perfecit, quia non potuit; nam ſicut vulnerans, & attentator ille eſt irregularis, quia quantum potuit fecit, vt paulo ante dicebamus circa princ. iſtius tituli, ita Mandans, conſulens, & ſimiles incurrunt eandem irregularitatem cum illo, qui attentauit occidere, arg. tex. & gl. in d. c. periculoſe; ſi enim attentator eſt irregularis, vt ibi recte probauimus, ſequitur vt conſulens, & adhortator etiam irregularitate notentur.

Amplia 2. vt procedat etiam in mãdante, vel conſulente iuſtum homicidium; nã Efficiuntur irregulares, ne cler. vel mon. c. ſententiam, Specul. in d. tit. de diſpenſat. §. Iuxta, verſ. ſed quæritur quando, & abunde tractauimus quando de Iudicio ſanguinis agebamus, lib. 2. Sed hæc res ſano modo intelligenda eſt, vt procedat quando conſulens, vel mandans, aut inſtigans intendit ad homicidium ſuper caſu aliquo pendente
2 in iudicio, tunc enim efficitur irregularis; at ſi conſilium, vel mandatum, aut inſtigatio ſit per modum legis, vel edicti, aut ſtatuti, vt puta quiſquis detulerit annonam extra patriam morte puniatur, tunc nec qui conſulit, nec qui mandat hoc edictum vllam irregularitatem incurrit. cap. eos, ne cler. vel mon. & diximus ſupra lib. 2. tit. de aduocatis.

Amplia Tertio, vt mandans, vel inſtigans homicidium fiat irregularis, non ſolum ſi ſtatim mandatarius homicidũ committat, verũ etiam ſi diu poſt, Specul. in d. §. Iuxta. verſ. ſed quęritur quando, Silueſt. in verb homicidium primo quæſt. 8. verſ. 6. Tabien. in verbo Irregularitas 2. num. 13.

Quarto amplia: quòd & ſi mandatarius repudiet mandatum & poſtea mutata ſententia exequatur mandatum, qđ prius repudiauerat, ipſe mandator ſeu adhortator efficitur irregularis, quia primum crimen quod fecerat mandando adhuc in ſe perſeuerat, Bald. in l. 1. C. de ſeru. fugit col. 2. ad fin. Innoc. in cap. ad audientiam, de homic.

Amplia quinto quod fit irregularis mandans, vel adhortans, etiã ſi mandatũ reuocauerit, antequã ſequeretur homicidij





micidij effectus: perpetrato enim homicidio a mandatario ipſe mandans fit irregularis; nam pręter id quod mandati reuocatio debet fieri opportune ante delictũ, & ipſi mandatario intimari Barr. in l. non ſolum §. ſi mandato. ff. de Iniur. debet etiam perſuadere contrarium c. Petrus, de homic. & de ſent. excommu. cap. mulieres: tenetur etiam monere occidendum, vt ſibi caueat, alioqui ſi hæc omnia non fecerit mandator, vel inſtigator irregularis erit, ſequuto homicidio, Tabien. in verb. irregularitas 2. nu. 14. Specul. in d. §. Iuxta verſ. ſed quęritur quando; prope fin. Silu. in d. q. 8. verſ. 6. vno tamen caſu excuſaretur hic mandans, vel adhortans, qui reuocauit mandatum, & non monuit occiſum, ſi videlicet putauit veriſimiliter, quod mandatarius propter reuocationem deſiſteret ab homicidio, ita Alberic. in verb. homicidium 2. in princ. Tabien. in verb. Irregularitas 2. nu. 1. & 13. Anton. Flor. lib. de cenſur. cap. 97. §. 3. quæ ſententia eſt periculoſa; quia cum adhuc maneat mentis corruptio mandatarij non videtur ſufficere reuocatio, niſi etiam moneatur occidendus, de qua materia vide apoſtillam ad Abb. in cap. ex litteris, de exceſſ. prælat. quando autem inter mandantem & eum, qui occidendus eſt fit pax, vel contrahitur affinitas ſciente eo, qui mãdatũ de occidẽdo ſuſcipit, hoc vnum ſufficit ad auferẽdam culpã, & irregularitatem à mandante c. 2. de deſponſ. Impub. & 22. q. 1. cap. omne, Specul. in dict. verſ. ſed quæritur quãdo, ad fin. Tabien. dict. num. 1.

Amplia ſexto, quòd inſtigator, vel adhortator fit irregularis, non ſolum ſi occidatur is quem mandauit occidi, ve
4 rum etiam ſi ille non occidatur, ſed occidatur mandatarius, tex. in cap. vlt. de homic. lib. 6. Abb. in c. ad audientiam, de homicid. Silu. in verb. homicidium 1. q. 8. verſ. 5. Ioan. And. in addit. ad Specul. in d. §. Iuxta ad verſ. quid ſi aliquis conſuluit: & licet ibi Specul. contrarium ſentiat; Tamen periculoſa eſt opinio, debuit enim cogitare homicidium hinc inde contingere poſſe tam inter rixantes, quàm in iudicio per iudicem, & hoc verius eſſe probat, Abb. in d. cap. ad audientiam, de homicid. Tabien. in verb. irregularitas 2. num. 12. Silu. d. q. 8. verſ. 5. vbi reijcit ſententiã Hoſt. qui ſenſerat idem quod Specul.

Amplia ſeptimo, hoc procedere ẽt ſi mandans, vel inſtigans mandaſſet de ſola verberatione, vel rixa, & expreſſim inhibuiſſet homicidium: nam ſequuta morte erit hic mandans irregularis, nec excuſatur ob illam prohibitionem ne occideret, caſus clarus in d. c. vlt. de homic. lib. 6. Alberic. in verb. homicidiũ 2. verſ. quid ſi mandauit, Abb. poſt Innoc. in cap. ad audientiam, de homic. nam hic hortator, & inſtigator eſt in manifeſta culpa, Matteſil. ſing. 188. Bald. in l. non ideo, q. 18. C. de Accuſat. Bald. in l. cum mandati, circa fin. C. mandat. parum enim differt mandare homicidium, vel id per quod facile ad homicidium perueniri poteſt, vt ſi quis mandet lapidem mitti, baliſtæ, uel Bombardæ ictum, uel cum armis ingredi poſſeſſionem caſtri, uel fundi; nam ſequuto homicidio, qui hæc mandauit irregularis eſt, Spec. in tit. de diſpenſ. §. Iuxta. uerſ. ſed quęritur quando, Abb. in cap. ad audientiam de homicid.

Quod procedit in mandante, uel inſtigante ad uerberandum propter uindictam, & iniuriam faciendam; alioqui ſi mandaſſet, uel inſtigaſſet aliquod iuſtum, ſeu ad effectum diſciplinæ, ſi mã

datarius excedat terminos mandati,mã
dator non erit Reus homicidij, nec irre
gularis, niſi verba mandati aliter ſona-
rent, Abb. & Innoc. in d. cap. ad audiẽ-
tiam , Tabien. in verb. irregularitas 2.
nu. 2. Abb. in c. ex litteris, verſ. 3. nota,
de exceſſ. prælat. & ibi apoſtilla: & ideo
dico, ꝙ mandans alicui vt verberet Ti-
tium, vel cum eo rixetur prohibendo ne
occidat, ſi ipſe inſtigatus occidatur à Ti
tio mandans, fit irregularis, ex ratione
d. c. vlt. de homic. lib. 6. & ex ijs appa-
6 ret quòd difficile euadunt irregularita-
tem delatores, exploratores ſuſurrones,
ac detractores, qui data opera diſſemi-
nant diſcordias, vnde rixæ, & homici-
dia ſequuntur; nam vel inter inſtigato-
res, vel inter homicidij cooperatores
annumerantur.

Hinc fit vt is, qui defert marito vxo-
ris adulterium, ita quòd maritus ob id
7 deprehenſam, vel non deprehenſam oc
ciderit eam, vel adulterum, irregularis
efficitur hic delator; quia quaſi priua-
tus accuſator videtur: idem erit in eo
qui deferat amantium perfidiam, ideſt
amaſiam amarori fidem non ſeruare,
vel è cõtra; nã quæcunq; homicidia in-
de ſequuntur imputantur delatori, vt ſit
irregularis, & adhoc eſt tex. in c. ſicut 1.
§. qui vero, de homic. & ita eſt magis tu-
tũ ſentire; præſertim ſi ob odiũ, & mala
intẽtione fiat illa delatio, & præcogitare
poterat poſſe ſubſequi illa homicidia:
ſi vero hęc dicantur, ſeu deferantur per
leuitatẽ, & loquacitatẽ, & quaſi ex vulgi,
vel viciniæ rumore, & ob id motus ma
ritus vel amator ad homicidiũ proceſſe
rit, non tam facile habendi ſunt pro ir-
regularibus ij, qui de ea re loquuti ſunt,
ſed ij ſoli qui marito id dixerunt, vel di
ci iuſſerunt ea intentione, vt mors, vel
vulnus interueniret, dict. §. qui vero.

Amplia octauo quòd procedat iſta
irregularitas etiã in eo, qui mandat, vel
conſulit, vel inſtigat Titiũ, vt ſemetipsũ
præcipitet, immergat, mutilet, vel occi-
dat; nã irregularis efficitur, etiã ſi ille pa-
rẽdo faciat rẽ ſtultiſſimã ſeſe occidẽdo;
Spec. in d. tit. de diſpenſ. §. Iuxta, verſ. ſed
ſi aliquis, & ibi Ionn. And. in addit.

Ampliatio nona eſt, quòd ſit quis ir-
8 regularis etiam ſi ſolo nutu, & ſigno in-
ſtigauerit, exemplũ ducitur ſi quis dicat
ſeruo ſuo, non reuertaris domũ, niſi ali-
quid audiã de te, aut alio ſigno volunta-
tẽ expreſſerit; nã ex eis efficitur irregula-
ris dñs, quia ſigna hæc indicant vltionis
animũ, tradit Bart. in l. ſi quis mihi bo-
na §. Iuſſu. ff. d aquir. hęred. vbi Bal. Ang.
Imol. & moderni, & Ancar. in c. ex litte-
ris. de exceſſ. prælat. vbi etiã Abb. Tabiẽ.
in verb. irregularitas 2. nu. 5. & in ver.
excõicatio. 5. in caſu primo; nu. 36. Et
ex hoc contigit mihi caſus decidendus,
ſi prælatus vel iudex iuſſerit reũ aliquem
capi, & ad ſe adduci, additis his verbis,
adducite eum viuũ, vel mortuũ, cumq;
in capiendo Reo ipſe reſtiterit, & ob id
milites ſeu executores eũ interfecerint,
prælatus vel iudex an ſit irregularis? ego
reſpondi poſſe dici irregularẽ, qa illa ver
ba viuũ, vel mortuũ animũ adauxerunt
executoribus, vt eum interficerent, præ-
ſertim quia in caſu mihi propoſito reus
non reſtiterat armis, ſed tantum aufuge
rat: longe vero, magis fuerint illi irregu-
lares, qui propoſitis edictis præmium
promittunt ſi quis Reũ aliquẽ viuũ, vel
mortuũ attulerit, aut aliquod eius mem-
brũ; quod ſæpenumero fieri videmus,
& patet 2. Reg. cap. 18. Idem erit ſi pro-
ponatur præmium pro habẽda ſola no-
titia delinquentis occulti, vt puta quiſ-
quis reuelarit furantem, homicidam,
proditorem, libelli famoſi compoſi-
torem,



torem, centum habeat, ſi per eum mo-
dum ſequatur reuelatio, & delinquens
vel occidatur iudicio, vel extra, qui pro-
poſuit præmium irregularis eſt; nã pro-
poſito præmio indicat hoc ſigno animũ
ſuum ad mortem illius, & ideò manda-
re videtur.

Nonnullis tamen caſibus limitatur
hic rigor in hoc genere irregularitatis,
quæ prouenit ex mandato, conſilio, vel
adhortatione. Primus eſt in eo qui man-
dat, vel conſulit, aut hortatur pium ali-
9 quid fieri, ad euitandam mortem; nam
etiam ſi ex eo pio conſilio ſequatur con-
trarium, non tamen fit irregularis, exem
plum eſt in Titio, qui cum videret Petrũ
fugientem manus hoſtium, qui eum co-
nabãtur occidere, adhortatus eſt eum
ne fugeret, quaſi hoſtes eſſent affines, vel
amici ipſius Titij, vel quia ipſe Titius, vt
iudex, vel vt grauis vir multæ auctorita-
tis erat apud illos hoſtes Petri, ſi Petrus
ob id ſubſtiterit, & ob id fuerit occiſus,
non erit irregularis Titius hortator, qa
veroſimilius ſperabat per ſuam auctori-
tatem conſulere vitę Petri, quàm per fu-
gam, pręſertim ſi pacem ſperabat, Alber.
in verb. homicidium 2. Sum. conf. de
homic. q. 12. Tabien. in verb. irregulari-
tas 2. num. 17. Armil. in verb. irregulari-
tas, nu. 32. ſed ſi Titius nec amicus, nec
affinis, nec vllius auctoritatis erat apud
illos hoſtes Petri, imputatur ipſi Titio,
quòd temere hortatus ſit Petrũ ad ſub-
ſiſtendum, ideò ipſo occiſo Titius eſt
irregularis, vt Doct. locis ſupradictis, &
Specul. in d. §. Iuxta. verſ. quid ſi aliquis
mori.

Eadem ratione ſi cum ſeruus flumen
tranſiret, aſinus autem, uel ęquus quo
inſidebat in ipſo medio fluminis ſubſti
terit, vnde ſit in euidenti periculo ſub-
merſionis; ſi clericus ob pietatem hor-
tetur, vt ſeruus equo uel aſino deſcen-
dat, putans illum tutius euaſurum, &
contra euenerit, quia ſcilicet ſeruus de-
ſcendens ui fluminis fuerit ſubmerſus,
nõ fiet irregularis clericus, qui hortatus
eſt, ut deſcenderet, Specul. in d. §. Iuxta.
uerſ. ſed pone ruſticus ſuper aſino. Ob
eandem cauſam ſi quis mandet, horte-
tur uel conſulat, ut quis ſe pro patria,
uel pro iure ſuo exponat omni periculo,
illeque animatus mortem ſubierit, non
efficitur irregularis adhortator, ſi tamẽ
non cogitarit eum ueriſimiliter moritu-
rum, cum fuerit pium conſilium Spec.
d. §. Iuxta. uerſ. Porro ſi quis alicui. Nam
cõſilium pium neminẽ facit culpoſum,
& ſi malus euentus ſequatur, abſit ut qđ
propter bonum facimus, ſi pręter noſtrã
uoluntatem quicquam mali accidat, no-
bis debeat imputari, 23. q. 5 cap. de oc-
cidendis; ſed ſi ueroſimiliter hortator
cogitauit ipſum eſſe moriturum, ipſe
hortator fit irregularis. Innoc. in c con-
tinebatur, & cap ad audientiam, de ho-
micid Hoſt. ibid. quos approbat Alber.
in uerb. homicidium 2. uerſ. quid ſi ali-
quis ſuadet.

Pro fide uero, ac pro CHRISTO,
& pro Eccleſia adhortator ad mortem
etiam ueriſimiliter imminentem, non
incurrit irregularitatem ob mortem,
quæ inde ſubſequitur. Alberic. d. uerſ.
quid ſi quis ſuadeat; Fel. in cap. ſicut di-
gnum, col. 3. circa fin. de homic. quem
probat Tabien. in uerb. irregularitas 2.
numero. 15. & ſicut pium eſt uitam pro
CHRISTO exponi, ita & pro mem-
bris 23. q. 5. c. pro membris & hinc illa
ratio, quod in materia hæreſis Inquiſi-
tor tradit Curiæ ſeculari damnatos ſine
metu irregularitatis c. ſi audieris, 23. q.
5 & q. 8. cap. legi, Specul. d. § Iuxta. uerſ.
Porro ſi quis alicui; & ideò etiam pro-

curare poteſt Inquiſitor apud Iudicem ſecularem, vt damnati de hæreſi comburantur, & ex illa procuratione non fit irregularis, Felin. in cap. ad abolendam; in fin. de hæret. & diximus lib. 2. quando de executore tractabamus.

## §. 3. *Homicidium ex culpa; aut caſu.*

1 *Caſualia non ſunt intenta, & voluntaria.*
*Caſus fortuitus dicitur inopinata rei euentus.*
*Caſus inopinatus excuſat ab irregularitate, & quomodo.*
2 *Culpa leuiſſima in committendo inducit irregularitatem, non ſic in omittendo*
*Ludus noxius ſemper habet culpam annexam, & conſequenter irregularitatem ex culpa.*
3 *Ludus pilæ honeſtus eſt, & excuſat ab irregularitate, quando occidenti nulla culpa imputari poteſt.*
4 *Homicidium hodie, ſi omni culpa careat, requirit diſpenſationem, vt quis promoueri, vel adminiſtrare poſſit.*
5 *Lapidem mittens in Petrum eſt irregularis, ſi non Petrus ſed alius fuerit percuſſus.*
*Lapidem mittens in laicum, & caſu percuſſit clericum, excommunicatus eſt.*
*Lapidem mittens in auem, & caſu homo fuerit percuſſus, non fit irregularis.*
6 *Impellens primus fit irregularis, quando ex illo impulſu alius læditur.*
7 *Compreſſus in multa frequentia, nemini cauſat irregularitatem.*
*C. Virginius ab Aquileianis militibus preſſus de ponte lapſus, & extinctus eſt.*
*Regis Samariæ dux preſſus à frequentia populi, in porta moritur.*
8 *Motus quem ſibi ſponte quis incutit, & moritur, non inducit irregularitatem ei, qui motus cauſa fuit.*
*Metum incutiens alicui, vnde mors aliqua ſequitur, eſt irregularis.*
*Clericus ludens cum muliere pregnante, eſt irregularis, ſi ea abortum fecerit, non ſic in laico ludente.*
9 *Incautus in rebus ſuis, ſi ſequatur mors, fit irregularis.*
*Parentes quorum filij per imprudentiam in lecto ſuffocantur, ſunt irregulares, & quando excuſentur.*
10 *Græcus ſacerdos debet perpetuo abſtinere ab ordinibus, ſi eius filius lecto ſuffocatus ſit.*
*Tecta reſarciens ſine ſigno eſt irregularis, ſi quis occidatur.*
11 *Arborem incidens eſt irregularis, ſi non acclamet, & aliquis occidatur.*
*Campanarum curam habens fit irregularis, ſi ex mala obſeruatione aliquis occidatur.*
*Caſtigans ſubditum nimis ſeuere ſi moriatur, fit irregularis.*
12 *Carcer durior inducit irregularitatem carceranti, ſi moriatur carceratus.*
*Pœnitentiæ aſperitas, quæ eſt ex canone, vel ex conſtitutione, non inducit irregularitatem imponenti eam alicui, qui moriatur.*
13 *Leonem diligenter vinculis aſſeruans, non eſt irregularis, ſi aliquem ille occiderit.*
*Equum habens effrænem fit irregularis, ſi aliquem occiderit.*
14 *Puerum ſuum permittens ad flumen ire, ſi moriatur ille, fit irregularis.*
*Nauis gubernator ſponte deſerens eam in fluctibus, aut committens imperito, an fiat irregularis, merſa naue cum hominibus.*
*Mulierem pragnantem ſi coeundo compreſſeris ad aborſum, fis irregularis.*
*Potio ad inducendum amorem, vel quid aliud ſuperſtitioſum: ſi mors ſequatur, inducit irregularitatem miniſtranti.*
*Iudex iniuſte inquirens de adulterio occulte, eſt irregularis, ſi ob id mulier occidatur, ſecus ſi iuſte procedat.*
15 *Mulier ſi occidatur per Zelotypiam ab Amaſio; an qui zelotypia cauſa fuit, fiat irregularis.*
16 *Occidens aliquem contemplatione alterius, non facit illum irregularem, cuius contemplatione fecit.*
17 *Homicidium perpetratum ab affinibus meis, vt meam iniuriam vlciſcerentur me neſciẽte, non me facit irregularem, & quomodo.*
*Homicidium factum cum armis clerici, quando imputetur clerico ad irregularitatem.*
18 *Diſpenſatio homicidij ex culpa, aut caſu ad quem ſpectet.*
*Diſpenſatio ſuper homicidio eſt triplex.*

QVoniam, vt ſcribit S. Thom. 2. 2. q. 64. caſualia ſimpliciter loquendo non ſunt intenta, & voluntaria, con-
1 ſequens eſt, vt qui caſu homicidium fecerit, quia nolens fecit, nil illi imputari poſſit, vt ibi per eum; caſus enim for-

tuitus



tuitus eſt inopinatæ rei euentus, qui præuideri non poteſt, ff. commod. l. In rebus, Pan. in cap. vnico, de commod. Propterea ſi nulla culpa caſum præceſſerit, nulla incurritur irregularitas, cum præcogitari talis euentus non potuerit; & ideo poſſet legitime promoueri. cap. ſignificaſti 1. & cap. dilectus, de homic. & gl. in cap. eos vero, diſt. 50. Specul. in tit. de diſpenſ. §. Iuxta verſ. facto autem ſi quis, vbi plene de hac re; facit tex. in d. cap. vnico, de cõmod. ſi vero aliqua culpa imputari poſſit, non excuſabitur ab irregularitate; nam ſi ſit leuiſſima culpa, ideſt ſi non cogitauerit id, quod acutiſſimus vir cogitare potuiſſet, excuſa-
1 tur quidem plerumque ab irregularitate, Silu. in verb. homicidium 2. circa princ. verſ. poteſt addi, per tex. & Abb. in cap. quæſitum, de pænit. & remiſſ. ſi videlicet ea leuiſſima culpa ſit in omittendo, vt in d. cap. queſitum; at ſi ſit in committendo etiam leuiſſima culpa inducit irregularitatem in homicidio, vel mutilatione. Silueſt. ibidem, Tabien. in verb. Irregularitas 1. num. 4. vnde ex maiori ratione patet, quòd leuis culpa, & lata, procul dubio inducunt irregularitatem; culpa etenim præcedens caſum reum facit ipſum, qui in culpa eſt; propterea nec ordinari, nec ordines ſuſceptos adminiſtrare poſſet, cap. Clerico iaciente, diſt. 50. ibi; permittimus, quod diſpenſationem ſignificat; nam pænitentia iniungitur ſalutaris, vt ibi patet, & in d. cap. eos vero, ead. diſt.

Dicitur autem culpa interuenire, ſi id contingat ludendo in ludo noxio, eſt enim ludus noxius ex vi verbi, qui periculum in ſe habet mutilandi, vel occidendi, vt in haſtiludio, iactu lapidum, & ſimilibus; nam dicti ludi noxij poſsũt carere culpa. l. nam ludus ff. ad. l. Aquil. vnde clericus eo ludo ludens ſi quid inde mutilationis, vel mortis contigerit, fiet irregularis. S. Thom. dict. quæſt. 64. Tabien. in verb. Irregularitas 3. nu. 1. & eſt clarus tex. in cap. continebatur, de homicid. & ibid. Panor.

Quinimmo etſi ludus noxius non ſit, vt pila, lucta ſine armis, ſaltatio, ſi nõ adhibuerit omnem diligentiam ad excludendum homicidium, vel mutilationem, imputabitur illi: exemplo eſt, ſi in prædicto ludo honeſto non amoueris a latere tuo enſem, vel gladium, tunc ſi quicquam contigerit, tibi imputabitur, & fies irregularis. Silueſt. in verb. homicidium 2. q. 3. & q. 20. tex. & ibi Abb. in d. c. continebatur; Tabien. in d. nu. 3. ſed ſi ludendo pila, & accurrendo ad eam percutiendam, puerum caſu impuleris quem mutilaueris, lege ciuili nulla actio datur, quia id caſu non culpa factum iudicat. l. ſi ex plagis §. vlt. ff. ad l. aquil. Ideo illo argumento, & ab irregularitate excuſari poſſet. Sed declaratoria fuerit opus iuxta Conc. Trid. Seſſ. 14. cap. 7. de reform.

Propterea in eo ludo, qui calcibus, aut pugnis exercetur, quia noxius putatur: ſi quis mutilat, vel occidat, efficitur irregularis propter immoderatũ ludendi modum, vt expreſſe tradit Archid. in c. cũ qui, diſt. 50. Hodie vero hic articulus paruã habet dubitationẽ; nam ſiue culpa præceſſerit, ſiue non; ſiue ludus ſit noxius, ſiue non; ſiue detur opera rei licitæ, ſiue non, ſemper qui homicidiũ cõ- 4
miſit, debet abſtinere, & non promoueri; donec cauſa plene cognita, diſpẽſatio cõcedat. Cõc. Trid. d. ſeſſ. 14. c. 7. de ref.

Sed vt varietas caſuum in quibus varia quoque diſpenſationum genera fieri conſueuerunt apertius innoteſcat, operæpretium duxi multos caſus enar-

 rare,

tare, quorum exemplo quiſque poterit,
cum res euenerit, prudentius ſibi conſu
lere: Si ieceris lapidem in Petrum, ille
verò declinare volens ictum tuum impe
gerit in alium lapidē, vel præcipitio mo-
riať, efficeris irregularis, Innoc. & Hoſt.
in cap. exhibita, de homic. Sum. conf. eo
tit. q. 19. Alberic. in verb. homicidiū 3.
Hug. diſt. 50. cap. ſæpe, quod intellige ſi
iactus lapidis fuit talis, vt declinādus eſ-
ſet, vel ſi dolus interueniſſet in eo ictu, ēt
leuiſſimo, vt Innoc. ibi, & Tabiē. in verb.
irregularitas 3. num. 4. at ſine dolo leuiſ-
ſimus ictus lapidis non imputaretur ia-
cienti, vt ibi. Inno. ſi verò eſſet ictus leuis,
ſed valde proximus etiam ſine animo læ-
dendi, quia proxima maxime perturbāt
iaciendo, efficeris irregularis ſi ille ceci-
derit, vel moriatur. Abb. in d. cap. exhibi-
ta, Silu. in verb. homicidium 2. q. 21.

Rurſum ſi in Petrū lapidem ieceris,
ipſe verò declinet, & alium ictus percuſ-
ſerit, tu efficeris irregularis. Hug. in d. c.
ſæpe. Eſt etiam caſus iuris ciuilis, qui le-
gē Aquilia teneri mandat in l. ſi eum ſer
5 uus. ff. de Iniur. iuncta l. ſcientiam § ſi
defendendi. ff. ad l. Aquil. Tabiē. in verb.
irregularitas 3. num. 2.

Ex hoc ſequitur ꝙ ſi uolens percute-
re laicum, & ictus ierit ad percutiendū
clericum, qui iecit excommunicatus eſt,
quia dabat operam rei illicitæ. Alan. &
Hoſt. quos probat Silu. in verb. excōica-
tio 6. verſ. ſciendum eſt 4. in verſ. ſecun-
do in fin. ſed ſi ictus lapidis directus fuiſ
ſet in Auem, vel quadrupedem, non aūt
in hominem, & fortuito hominem occi-
derit, vel mutilarit, nō incurritur irregu-
laritas. gl. in d. c. clerico iaciente, Silu. in
verb. homicidiū 2 q. 5. Tabien. in verb.
irregularitas 3. nu. 19. Ex ijs patet, ꝙ ſi tu
6 me impellas, vt impulſu meo Petrū of-
fenderem, ſi ego aliquid paſſus ſim, tibi
imputatur primo impellenti. Hug. in d.
cap. ſæpè. Ita quoque ſi dum tu me im-
pellis cecideris, & mutilatus ſis, non mi-
hi, ſed tibi imputatur. Hug. ibid. & Al-
beric. in ver. homicidiū 6 propè fin. vbi
probat ſententiam Hug & Sum. conf. de
homic. q. 27 pari ratione ſi quis me im-
pellat in alium, quem meo impulſu oc-
cidi, aut præcipitaui ſine dolo, ego irre-
gularis nō ſum, ſed qui me impulit Hug.
d. cap. ſe ſe: ext in l qua actione. §. proin-
de. ff. ad l. Aquil. Ideoq; ſi frequentia po-
puli in ingreſſu, vel egreſſu Eccleſiæ, aut
7 pontis tranſitu, quis opprimatur, nullus
(qui careat dolo) eſt irregularis, nec is
quidē cuius pes, vel manus, aut corpus
oppreſſionem fecit abſque dolo, cum ip
ſe vi quadam impulſus fuerit à frequen-
tia, quòd contigit olim Virginio Virgi-
nij legati filio, vt indicat marmoreū mo-
numentum, quod in Foroliuienſi regio-
ne apud Cęlinam his verbis inſculptum
adhuc viſitur.

C. VIRGINIO SVAVISS. FILIOLO RARAE
PVLCHRITVDINIS, ET LEPIDITATIS
ADOLESCENTVLO AB AQVILEIANIS MI-
LITIBVS PRESSO DE PONTE LAPSO COL-
LISO ATQVE MISERABILITER EXTIN-
CTO C. VIRGINIVS LEGATVS L. POST-
HVMI I DICTATORIS, ET LOLLIA L FILIA
DILECTISS. CONIVNX INFELICISS. PA-
RENTES POSVERE.

Refertur in inſcriptionibus antiquis,
quę ad Valerium Probum de Notis Ro-
manorum acceſſerunt.

Cui quoque rei congruit, quòd Dux
Regis Samariæ in illa prægrandi fame
cū in porta ciuitatis ſiſteret, à turba po-
pulari preſſus mortuus eſt 4 Reg. cap. 7.
certę nemo illorum irregularis eſſet.

Qua ratione fit, vt ſi quis lęui metu
ſponte perterreatur conſpecta forſan ar-
mata caterua, quos putarit eſſe hoſtes
8 ſuos, vel milites curiæ, atq; ob eum me-
tum fugiens ob nimiam celerationē ce-
ciderit, & vel mortuus, vel mutilatus illo
caſu fuerit; nemo illorum armatorū eſt
irregularis, ſi nullum metum incuſſerint;
ipſe enim ſibi cauſa ſuę ruinæ fuit: ſed ſi
ioci gratia, quis metum ſubitaneum ali-
cui incutiat, vnde vel ꝓcipitatio, aut ca-
ſus alius interuenerit, imputandum eſt
ei, qui metum incuſſit, Archiep. Flor. 3.
tit. 19 cap. 2. §. 3. Tabien. in verb. irregu-
laritas 3. num. 4. exemplum eſt in circu-
latore, aut alio deferente ſerpentes, aut
angues, quos ſubito motu oſtendat, vt
metum incutiat, & ob id mors, vel mu-
tilatio contigerit, iure ciuili extra ordi-
nem punitur, pro modo culpæ l. vlt. ff. de
extraord. crim. cuius culpæ ratione irre-
gularitas inducitur, Ideoque ſi laſciuiē-
tes iuuenes veſſicam turgidā ſubito rum
pant, aut aliquid aliud vnde ſubitus ille
fragor, & crepitus mulieri prægnanti de-
derit cauſam abortus, illi qui hoc fece-
rint cauſa perterre faciendi irregulares
ſunt, ſi ſcire potuerunt eam mulierē prę-
gnantem fuiſſe. Silu. in verb. homicidiū
2. verſ. 22. Abb. in c. de cętero, de homic.
in pueris tamen hæc ſeueritas locū non
habet, Tabien. in verb. irregularitas 3.
num. 14.

Quicquid igitur pèr leuitatem ani-
mi fit, ſi inde ſequatur mors, vel mutila-
tio inducit irregularitatem; propterea ſi
clericus cum muliere affini, vel conſan-
guinea prægnāte ludat, quantumuis mo-
deſte, ſi inde ſuccedat abortus, fit irregu-
laris; hæc enim ludendi leuitas clerico,
ac monacho indigna eſt, cum grauitate
vti debeant: Ideò in euidenti culpa ſunt
& conſequenter irregulares, Tabien. in
verb. irregularitas 3. num. 14. Abb. in c.
ſicut dignū, de homic. In laicis verò con-
ſanguineis, quia illis non eſt incongruus
ludus modeſtus, cum affinibus fęminis,
vt in choreis, & modeſtis ſaltationibus,
ſi mulier abortum fecerit, non imputa-
tur illis capit. ſicut litterarum, vbi Abb.
de homicid. Silu. in uerb. homicidium
2. q. 11.

Ad eandem ſimilitudinem ſicut per
leuitatem animi facta inducunt irregu-
laritatem, ita ſi quis incautus extiterit in
9 agendis rebus; vnde ſi ex eo animo ſupi-
no mors, vel mutilatio contigerit, irregu
laritas incurritur: Ideo parentes, qui in-
fantes ſuos eodem lecto detinent, ſi in-
fantes illi ſuffocentur, irregulares fiunt,
ſunt enim in culpa 2. q. 5. c. conſuluiſti,
tenentur enim huic periculo cauere. c.
vlt. de ijs, qui fil. occid. Et in dubio quiſ-
que debet iudicare ſe irregularem in ho
micidio c. ad audientiam, de homicid.
Alberic. in verb. homicidium 3. in fin.
Duobus tamen caſibus hi parentes ui-
dentur excuſandi, primus eſt ſi infans
eſt manſuetus, placidus, immobilis, le-
ctuſque late pateat; nam parentes excu-
ſantur ſi reperiatur mortuus, Tabien. in
uerb. irregularitas 3. nu. 6. Idem ſi paren
tes tam inopes ſint, vt ob frigus infantē
lecto foueant, quia tunc charitas exclu-
dit inobedientiam, vnde ob id excuſan-
tur, Tabien. ibid. num. 14. Silu. in uerb.
homicidium 2. q. 23. quòd etiam ego
probarim ſi non adeſſet cenſura excom-
municationis, ut communiter fulmina-
tur, tunc. n. omnino in excuſabiles ſunt,
Tabien. d. num. 14. Armil. in uerb. irre-
gularitas num. 51. quæ omnia procedūt
tam in parentibus promouendis, quàm
in iam promotis; nam ſi Gręcorum filij
ſacerdotum opprimantur in eorum le-
ctis perpetuò carent miniſterio ſacerdo-
tij ſi negligentia parentum interfuerit;
et ſi non fuerint negligentes; tamen pœ-
nitentiam temporalem peragent, & inte
rim

rim abſtinebunt. c. quæſitum, de pœnit. & remiſſ.

Incautus quoque ſe ſe facit irregularem, quando in reſarciendis tectis, ſignũ nõ exponit publicè: propterea ſi aliquis interficiatur, irregularis eſt, Tabien. in verb. irregularitas 3. nu. 1. ſicut, & quis arborem incidit ſecus viam publicam, ſi non acclamet tranſeunti, efficitur irregularis occidendo: cap. ſi duo, & c. hi qui arborem, & cap. ſeq. vbi Archid. diſt. 50. ſed etſi ſecus viam priuatã arbor incidatur, furandi cauſa, quia operam dat rei illicitæ, occidendo efficietur irregularis, Silu. in verb. homicidium 2. verſ. 18. Tabien. in verb. irregularitas 3. nu. 19. quæ procedunt in omni deiectione, vel effuſione cap. ex litteris primo, de homicid. Abb. in capit. ex litteris 2. eod. tit. Tabien. d. num. 19.

Quinimmo ſi quis de alto ſe ſe præcipitauerit, aut ſaltauerit, & ſubiectum hominem occiderit, aut mutilauerit, in culpa eſt, & ideò irregularis, caſus in l. in lege. ff. ad l. Corn. de ſicar. ſecus erit ſi rupto ſponte tecto, vel ſolario, homo ceciderit, & ſuo corpore inuitus aliquẽ occiderit, dando operam rei licitæ, vt caſus eſt apud Simon. Metaph. in vita Epiphanij 15. Maij de fabro murario detecto cadente, qui Iuſtinianũ occidit ipſe nil mali patiens, certe non videtur irregularis, ſi careat omni culpa; ſed ſi duo rixantes in alta porticu ſe ſe inuicem præcipitauerint, ſi ex caſu collidantur, & alter moriatur, q. ſuperſtes eſt, fit irregularis; quòd facto nuper Romæ contigit in Barenghis nobilibus fratribus rixantibus, qui complexi pariter de alto præcipitati ſunt, ita vt ſenior ſtatim expirauerit, certe ſuperſtes eſt irregularis ex prædictis iuribus; Idem fuiſſet ſi ſe ſe mutuo præcipitaſſent in flumen, nam qui natando ſuperuixiſſet fuiſſet irregularis propter rixam ex qua homicidij culpam incurriſſet.

Ille quoque qui campanis pulſandis præpoſitus eſt, ſi minus diligenter aſſeruet colligaturam campanæ, & ꝓpterea, vel ipſa, vel malleus ceciderit, & interfecerit aliquem, ipſe redditur irregularis, ad quem ſpectat cura eius colligationis aſſeruandæ, Pan. in c. Ioannes per illum tex. de homic. Silu. in verb. homicidium 2. verſ. 10. Tabien. d. nu. 19.

Sed et ille quaſi incautus, & imprudẽs fiet irregularis, qui ſubditũ ſeuerius coercet; nam ſi prælatus, Magiſter, vel progenitor in caſtigandis erratis carcere duriore cuſtodiant Reum, aut inedia affligant, & ob id carceratus mortuus fuerit, vel mutilatus, ipſi fiunt irregulares; nam qui diſciplinæ modum exceſſit, in culpa eſt, Zabar. in Clem. 1. de homicid. Spec. in tit. de diſpenſ. §. Iuxta. verſ. quid ſi aliquis tenet ceruum, Silu. in verb. homic. 3. q. 5. verſ. 10. & q. 7. verſ. 12. carcer. n. nõ debet eſſe nimium aſper, nec ſine debita ciborum ſuſtentatione ſaltẽ panis, & aquæ: cap. nouimus, de verb. ſignif. & Abb. in c. cum non ab homine, de iudic. qui cum modum excedat correctionis, ſibi imputare debet hominis mortẽ, arg. c. ad audientiam, de homicid. & c. cũ voluntate, de ſent. excõm. omnis. n. pœnitẽtia ita imponenda eſt, ne quis veroſimiliter breui moriatur, Abb. in c. cum nõ ab homine, de iudic. tam reſpectu carceris; quàm reſpectu ad neceſſaria vitæ, alioqui mors imputatur Iudici ad irregularitatem Deciſ. in c. cum nõ ab homine, vltimis verbis, vbi alios plures locos citat, Qua ratione ſi pater, Magiſter, vel dominus percutiendo, in diſciplina modũ excedant, & ſequatur mors, vel mutilatio fiunt irregulares c. preſbyterum, & d.

cap.



c. ad audientiam, vbi Abb. de homic. & c. ſi quis non iratus, 15. q. 1. Silu. in verb. homicidium 2. q. 2. debent. n. omnes pręſati habere rationem temporis, loci, perſonę, vno excepto caſu, videlicet ſi illa pęnitentia, aut diſciplina, quã imponũt canonica ſit, & à canone determinata, vel inter regu'ares præſcripta p ordinis ſui conſtitutiones, quibus certæ erratorum pœnæ imponuntur, ſi prælatus regulæ ſuæ obſeruator pœnam imponat, etiã ſi delinquens per illam pœnam moriatur, nõ efficitur irregularis, Tabien. in verb. irregularitas 2. num. 8. Nam obedientia omnem culpam excludit. cap. quid culpatur, 23. q. 1.

Inter incautos etiam ille adſcribitur, qui leones, vrſoſue alit, ſi per incuriam
13 damnum intulerint: propterea occidendo, vel mutilando reddunt irregularem dominum, etiam ex leuiſſima culpa, Sum. conf. lib. 2. tit. 1. q. 28. Silu. in verb. homicidium 2. verſ. 24. Tabien. in verb. irregularitas 3. nu 18. Specul. in d. §. Iuxta verſ. quid ſi aliquis tenet ceruum: ſed ſi diligẽter aſſeruet eos, & in uinculis cohibeat, cũ careat omni culpa, immunis eſt ab omni irregularitate, ſi caſu quempiam occiderint. cap. de occidendis, 23. queſt. 5. & diſt. 50. capit. quantum, vbi Archid.

Præterea ſi parum diligenter tu equi tui habenas cuſtodias, quia vel confractas, vel inutiles ad cohibendum effrenatum equum habeas, ſi equitando aliquis occidatur, tu efficeris irregularis. cap. ſignificaſti, primo de homicid. Bern. in c. dilectus, de homicid. Silu. in verb. homicidium 2. q. 7. verſ. octauum, Tabien. in verb. irregularitas 3. num. 10. ſed ſi tibi cum debitis habenis equitanti, aliquis incõſiderate, & imprudenter fregerit tui equi frenum, & ob id furens equus aliquem interfecerit, non tu es irregularis, ſed qui fregit habenas, Hug. in cap. ſępe, diſt. 50.

Eſt etiam imprudens quiſquis vtitur opera imperiti ſerui, vel miniſtri, exẽplo eſt ſi puer, vel fatuus tibi ſeruiat ad alendos equos, iſque eos adducens ad flumẽ tuo conſilio, vel patientia, etiã ſi monue-
14 ris eum ne intra flumen ingrediatur, tamen ſi immergatur, tibi imputatur ad irregularitatem. S. Augu. de verb. dom. ſuper Math. ſerm. 16. in princ. & eſt arg. c. continebatur, de homicid. Sum. conf. eo tit. q. 26. Alberic. in verb. homicidium 6. propè fin. ſi tamen veriſimile erat eo in flumine tale periculũ poſſe incurri, Silu. in verb. homicidium 2. verſ. 27. Tabien. in verb. irregularitas 3. nu. 1. & 7.

Ideò ex ijs deciditur quęſtio de nauis gubernatore, qui deſerit, vel negligit eius gubernationem, vel imperito cõmittit, ſi ob id naufragium fiat, mortes, quæ contingunt ipſi imputantur. S. Tho. primo 22. q. 6. & conſequenter erit irregularis, nec excuſaretur à periculo, quod ipſe paſſus eſt, vt puta quòd per natandi peritiam euaſerit mortem.

Huc quoque ſpectat, ſi mulierem pręgnantem ſolicitaueris ad te venire fornicationis cauſa, ipſa vero in acceſſu aliqd paſſa ſit, vnde abortum fecerit, irregularis es; debuiſti enim hoc præcogitare, ſenſit Gul. de Laud. quem citat. Silue. in verb. homicidiũ 2. q. 7. ad idem Tabien. in verb. irregularitas 3. num. 14. Idem poteſt dici de adultero, vel fornicatore, qui coeundo per compreſſionem aborſus cauſam dedit prægnanti, eadem ratione quod daret operam rei illicitæ; ſecus forrè in marito, nil immoderatè agẽte circa copulam; Ita quoque ſi potionem, aut cibum, vel pharmacum mulieri dederis, vt vel ſterileſceret; vel facilius

lius

lius grauida fieret, ſi ex eo cibo, vel pharmaco ipſa moriatur, ex culpa tu es irregularis l. 3. §. 1. ff. de ſicarijs; ſicut ſi cibũ dederis libidinis cauſa, vel ob turpẽ amorem, aut ad inducendũ odium, aut quam uis aliam ob ſuperſtitionẽ; ſemper mors culpabilis tibi imputatur ad irregularitatem, c. ſi aliquis, de homicid. Tabien. in verb. irregularitas 3. nu. 15. Silu. in verb. homicidium 2. verſ. 19.

Ex ijs conſequens eſt, quòd ſi Iudex Inquiſitionem fecerit de adulterio oc-
15 culto, & nõ præcedente infamia, vel alio modo contra ius, & ob eam cauſam mulier, vel ſuſpectus in iudicio illo factus adulter occidatur à conſanguineis mulieris, Iudex eſt irregularis, quia prodidit adulterium in caſu non licito, & dedit operam rei non licitę, vt probauimus ſupra hoc libro tit. de proditore: Idẽ erit ſi cognito adulterio, vel ſtupro extra iudicium maritus, vel pater aut conſanguineus ipſam mulierem interficiant, etiã ob ſimplicem fornicationem, homicidium imputatur adultero, ſtupranti, & fornicanti, ſi veriſimiliter id poſſe cõtingere cogitare debuerũt, etiam ſi illa publica meretrix eſſet; nam ſi verè, contemplatione fornicantium, & illo intuitu, ſcilicet ad vindicandam ignominiam agnationis, à cõſanguineis occidatur, omnes ſunt irregulares fornicatores ſaltem clerici quorũ intuitu occiſa eſt; qa cauſam præbuerũt, & participes ſunt illatæ ignominiæ, & cogitare debuerũt id poſſe cõtingere, & ideò eſſe irregulares prędictos adulteros, & fornicatores oẽs clericos ꝓbari poteſt arg. c. ſuſcepimus, cum ſeq. de homicid. & ita declaratũ fuiſſe in ſacerdote adultero reperto in flagranti ꝑ ſanctiſſimum fel. rec. Pium V. audiui à fide dignis, & Romanæ curię Iudicibus probatiſſimis.

Idem quoq; erit ſi maritus ob huiuſmodi ignominiam vitiatæ vxoris per deſperationem ſe ſe occiderit: Nam hmõi homicid. imputať adultero quoad irregularitatem ex præmiſſis propter ingentem illum dolorem ignominiæ, quem parit adulter adulterando; exemplo eſt Chriſtophorus Bongartnerus Baſilienſis ciuis, qui poſt occiſam vxorem adulterij ſuſpectam, ſeipſum quoque ex alto præcipitem dedit, vt ſcribit Surius in commentario ſub anno Domini 1528. propterea non ſine grandi periculo irregulares ex huiuſmodi culpa diſpenſantur: nam nec vitium deſerunt, & fiunt deteriores, & incorrigibiles, & quandoq; diſpenſatori inſidias ſtruunt, cuiuſmodi narratur à Grego. Turon. hiſt. lib. 6. cap. 36. nam cũ Ethericus Lixoenſis Epiſcopus clericum ex tali homicidio conſanguineorum in mulierem commiſſo irregularem diſpenſaſſet, & poſt interualla factus eſſet iniquior clericus, ad priſtina vitia redijt, beneficiorumque acceptorũ immemor coniurationẽ de occidendo Epiſcopo facto & in carcerem, & in exilium illum mitti obtinuit, vt ibid. narrat; An autem ſit idem ſi ipſa mulier occidatur ab Amaſio, vel corriuali? poſſet dubitari, quia affines naturali ratione ꝓuocãtur ad propriam defendendã ignominiam, quod non eſt in amatore riuali, Tamen mea ſententia cautius aget ſi ſe putet irregularem hic, qui riuali cauſam dedit; ita enim rixa oritur ex copula carnali, ſicut verbis: Ideò cauſam dedit, vt occideret dando operam rei illicitæ; ſecus erit, ſi cum vellet eam in vxorem ducere corriualis odio eam occiderit; nam cum omni culpa careat, quia opus pium exercet, qui dat operam nuptijs contrahendis, Ideò nihil obeſt ꝙ corriualis illa contemplatione eam oc-
cide-



ciderit, talis enim contemplatio non poteſt inducere irregularitatem in eo, qui dat operam rei licitæ: exemplo eſt ſi quis aduerſus me iniuſte rixetur, aut me iniuſte contumelijs afficiat, & propinqui in ipſo impetu aduerſarium hunc interficiant, non efficior irregularis, ſi nihil dolo egerim, & nil tale cogitauerim, text. in c. Petrus, & ib. Abb. de homic. ſed & ſi ſciui eos propinquos meos ſtudere occidere hunc meũ aduerſariũ, ſi quantum potui, monui eos, ne id cõmitterent, ſufficit ad effugiendam irregularitatem, vt ibi tex. & Abb. poſt Hoſt. in cap. ad audientiam, eo tit. ſed ſi rixa iniuſta erat, quo ad me, quia dabam operam rei illicitæ, ero irregularis, ſi mei propinqui, et me inſcio aduerſarium meũ occiderint:
17 iccirco clerici, vel monachi, quibus nunquam rixari licet ſine culpa, difficile effugere poſſunt irregularitatem prouenientem ex iſto caſu Rixæ, vt probari poteſt ex dictis Abb. in d. loco; vno caſu excepto, quando ſcilicet conſanguinei clerici, vel monachi puri hoſtes erant ipſius occiſi, ita quòd eum occidiſſent etiã ſine rixa habita cum clerico; nam tunc illud homicidium non imputaretur clerico, vel monacho rixanti, & homicidio non conſentienti; Silu. in verb. homicidium 2. q. 1. Tabien. in verb. irregularitas 3. nu. 5. Et ex hoc in caſu contingenti Reſpondi quòd cum mulier cum multis fornicaretur, & à propinquo de fornicatione reprehenſa eſſet, ipſa verò ſuperbe eum obiurgaret, & contumelijs afficeret, adeò quod ira motus propinquus calore iracundię in ipſo contumelioſorum verborum furore eam occiderit, clericus fornicator non videbať irregularis ex culpabili homicidio, qa nõ fornicatio clerici, ſed contumelia dederat cãm homicidio.

Huc ſpectat quæſtio, ſi quis cũ armis clerici aliquem occiderit, an clericus ſit irregularis; ad quod reſpondetur, multos caſus eſſe conſiderandos; nam ſi clericus domi arma habens amico bonæ opinionis, de quo nullum ſcelus excogitare poterat, ea commodauerit ſub ſpecie boni, non fiet irregularis ex homicidio ſic commiſſo; ſecus ſi commodauerit homini, de quo potuit cogitare, quòd aliquod maleficium, aut rixam committere uolebat, & tunc ex culpa, & forſan ex cooperatione clericus fit irregularis; aliquando ipſe clericus non commodat arma, ſed amicus ei clam dormienti ſurripit arma, & eo caſu clericus non eſt irregularis. Aliquando vero clericus eſt in culpa tenendo, aut ferendo arma de nocte, vel dando operam rei illicitæ, vel arma prohibita, & eo caſu etiam ſi inuito, clerico amic⁹ arma abſtulerit, vel inſcio ſurripuerit, fit irregularis clericus ex culpa. de iſta quæſtione vide Fely. in c. ſicut dignum, de homic. Nicol. Ploue. in tract. de irregul. nu. 13. & 14. Carrer. in Pract. crimin. tit. de homicid. §. circa. nu. 69. ex quibus abſolutus eſt articulus irregularitatis, qui ob culpam ſolet accidere.

Huius irregularitatis diſpẽſatio olim Epiſcopo erat conceſſa (ſi culpa leuis erat) quoad minores ordines, Abb. in
18 c. continebatur, & in cap. ad audientiã, de homicid. ſed ad ſacros Papæ erat diſpenſatio d. c. continebatur Silu. in verb. homicidium 3. q. 8. verſ. quintum: Et curia difficile in hoc genere diſpenſat ad ſacros Spec. in d. §. Iuxta. verſ. Curia, Hodie verò ſi homicidium inuoluntarium ſit, & occultũ poteſt omnino Epiſcopus diſpenſare Conc. Trid. ſeſſ. 24 c. 6. de reform. at in caſuali manifeſto quãtumuis culpa careat, ſemper egebit Declaratoria per commiſſionem Papæ cõmittendam Epiſcopo, vel alteri delega-
to,

to,cũ plena cauſæ cognitione eod. Conc. Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. de reform. triplex verò diſpenſationis genus his caſibus cõceditur magna diſpenſatio, vt qui promotus eſt ad ſacros, poſſit in ſolis minoribus deſeruire. d. cap. continebatur, & d. cap. ad audientiam, Maior vt etiam in ſacris admittatur capit. Tua nos, & eod. tit. & diſt. 50. c. clerico, Maxima vt promoueri, & aſcendere poſſit cap. lator, eo. tit. ſecundum Goff. in Sum. de homic. in fin. Specul. in d. §. Iuxta. verſ. circa homicidium.

## § 4 *Opem præſtans homicidio.*

1 *Arma præparans ad homicidium, ſecuta morte fit irregularis.*
*Homicida ſocius fit irregularis, etiam ſi nil penitus fecerit, ſed ſolum aſtiterit etiam ſi diſſuaſerit homicidium.*
*Homicidij ſimplex ſpectator, non eſt irregularis, niſi ſit tantæ auctoritatis, quòd potuiſſet impedire.*
2 *Epiſcopus habens iuriſdictionem temporalem, ſi homicidijs præſens ſit, fit irregularis.*
3 *Defendentem eum, qui ociditur, ſi quis reuocet, fit irregularis, ſi doloſe reuocauerit.*
*Sagittam de vulnere eripiens, fit irregularis, ſi vulneratus ob id moriatur.*
*Infirmo dans vinum, vel aliud vnde moriatur, fit irregularis, etiam ſi omnino erat moriturus: ſed hoc intelligendũ ſano modo, vt hic.*
4 *Infirmo frenetico cuſtos datus, ſi negligenter cuſtodiat eſt irregularis ex malis: quæ ille facit.*
*Infirmum conuertens in aliud latus, vt celerius moriatur, eſt irregularis.*
5 *Hæreticis cõburendis ligna dans, eſt irregularis, idem & in dando ignem.*
*Ligans aliquem, & ob id fuerit occiſus, vel ipſe, vt ſe ſolueret aliũ occidit, eſt irregularis.*
6 *Vulnus datum ei, qui propemodum erat mortuus, inducit irregularitatem vulneranti.*
*Vulnus dans non lethale efficitur irregularis ſi vulneratus ſua, vel medicorum incuria moriatur.*
*Vulnus leue, ob quod vulneratus inciderit in ſaxa, vel flumen, & moriatur, cauſat irregularitatem vulneranti.*
*Vulnus leue ob quod vulneratus ab alijs interceptus, & occiſus eſt, cauſat irregularitatẽ vulneranti.*
7 *Acclamãs ad latronem, ſi accurſu hominum ille occidatur; fit irregularis, non ſic ſi acclamauerit, ad proprium auxilium.*
*Vulnera multorum etiam non lethalia faciũt omnes irregulares ſecuta morte.*
8 *Occiſor, & ſi ignoretur, omnes tamen rixantes, ſunt irregulares, etiam ſi non percuſſerint etiam qui erant pro parte occiſi.*
9 *Occiſus à lapide miſſo a Domo vbi quatuor reperiuntur, ſi nemo eorum fateatur, qui lapidem miſerit, omnes ſunt ab irregularitate abſoluendi, & quomodo.*
10 *Malus potius tolerari debet, quàm puniri bonus.*
11 *Irregularitas ſæpe committitur conſcientia delinquentis.*

QVicquid adiumentum adfert morti ſubſecuturæ, ſiue accelerandæ, inducit irregularitatem; exemplo eſt, ſi iactum baſiliſtę quis præparet, tam ipſe quàm qui ictum fecit irregularis eſt; quia alter fecit, alter opem præſtitit homicidio, Specul in tit. de diſpenſ. §. Iuxta. verſ. ſed quęritur quãdo: Propterea ſi quis fiat comes, aut ſocius ei, qui pergit ad occidendum, & ſi cũ eo proficiſcatur cauſa defenſionis, ſi opus eſſet, irregularis efficitur commiſſo homicidio, etiam ſi hic comes, vel ſocius nihil operatus ſit, quoad actũ mortis, vel vulnerũ, ſola enim aſſociatio reddit audaciorem occiſorem cap. ſicut dignum. §. Illi etiam, de homicid. Specul. d. §. Iuxta. verſ. defenſione, & verſ. quid ſi aliquis vadit. Quinimmo, & ſi ſe ſociũ non fecerit, ſed ſolũ ibi in conflictu aſtiterit, ob quam aſſiſtẽtiam homicida animoſius crimen peregit, efficitur irregularis d. cap. ſicut. §. clerico: ſed & ſi hic aſſociator diſſuaſerit, quantũ potuit homicidium, vel rixam, fit irregularis ex eo ſolo, quòd cum armis factus eſt comes homicidæ. Hoſt. in d. §. Illi. & §. vlt. quem

ſequi-



ſequitur Specul. d. verſ. quid ſi aliquis vadit; Tabien. in verb. irregularitas, 2. num. 10.

Quæ omnia vera ſunt in aſſociante,
aut aſiſtente parato ad defenſionem ho-
micidæ, ſi opus fuerit; at ſi quis ibi præ-
ſens homicidio fuerit, etiam cũ armis,
non vt defenſor, vel fautor, ſed vt ſpecta-
tor, non fit particeps criminis, nec irre-
gularis, ob illam ſolam præſentiam cap.
vlt. 23. q. 8. vno caſu excepto, ſi videlicet
Dominus Caſtri in propriæ iuriſdictio-
nis loco cõſtitutus, cum poteſt per ſuam
auctoritatem impedire, ne illud homici-
dium fiat, ſola præſentia, & patientia fa-
cit ſe irregularem argu. Pſal. 81. eripite
pauperem, & egenum de manu pecca-
toris liberate, & probatur in cap. vlt. 23.
2 q. 3. nam & Epiſcopus habẽs iuriſdictio-
nem temporalẽ, & ſi nec verbo nec ſcri-
pto conſentiat executioni mortis dam-
natorum, ſi tamen præſens ſit executio-
ni, quaſi auctoritatem præſtando nego-
tijs ſuorum iudicum, efficitur irregula-
ris. capit. ex litteris, vbi Abb. de exceſſ.
prælat. Tabien. in verb. irregularitas 2.
num. 5.

Ille quoque opem præſtare videtur,
qui à defendendo reuocauit eum, q̃ vo-
3 lebat defendere occiſum, nam indirectè
fit homicida, Specul. d. §. Iuxta. verſ. quid
ſi cum velles: quod intelligendum eſt, ſi
corrupta mente id fecerit; alioqui ſi diſ-
ſuaſerit defenſionem pietate motus, ſi
forte is qui ſe ſe ad defenſionẽ parabat,
veriſimiliter maiori periculo ſe ſubijcie-
bat; nam tunc non fieret irregularis, qui
diſſuaſit. Alberic. in verb. homicidium
4. in princ. Archiep. Flor. 3. tit. 29. cap. 2.
num. 1. Tabien. in verb. irregularitas 2.
num. 16.

Morti etiã opem fert ille, qui de gutture lethaliter vulnerati ſagittam extraxerit, ſi ob id vulneratus celerius moriatur, arg. c. tua, & c. quamuis. de homicid. Spec. in d §. Iuxta. verſ. ſi autem aliquis ſagittam: ſed & is qui infirmo etiam morituro vinum, vel quicquid aliud etiam per pietatem cõceſſerit, citra conſilium medicorum, & ob id acceleratior fuerit mors, efficitur irregularis, Ray. vt refert ac probat Specul. in d. §. Iuxta. verſ. ſimiliter cuſtodiens: quo loco ſubdit nõ facile hos ægrotantium miniſtros affligendos in conſcientia, niſi certo medicorũ iudicio conſtiterit mortẽ ægroti ob cauſam, & culpam cuſtodis fuiſſe acceleratam. idem probat Alberic. in verb. homicidium 3. Sum. conf. eo. tit. q. 42. & q. 39. Idem Silu. in verb. homicidium 2. q. 15.
Tabien. in verb. irregularitas 3. num. 12.
4 Quòd verum eſt etiam in cuſtode frene-
tici, nam ſi egroto conceſſerit lecto, vel
domo egredi, & inde mors ſubſequatur
ipſius frenetici, vel freneticus aliquẽ oc-
ciderit, cuſtos erit irregularis; idem erit
ſi hic cuſtos dormierit per crapulam, vel
ignauiam, egrotus autem freneticus, vel
ſe præcipitauerit, vel aliũ occiderit cu-
ſtos eſt irregularis. Anton. Flor. 3. tit. 29.
cap. 2. Tabien. d. nu. 12. Silu. d. num. 15.
Idem quoq; iuris eſt in illo, qui per pie-
tatem vertit infirmum in aliud latus, vt
citius moriatur, vel ad indignationẽ ad-
duxit infirmum, vt moreretur celerius;
nam iſtis caſibus incurritur irregulari-
tas, vt diximus, etiam hoc tit. in §. dans
cauſam mortis.

Sed & ille qui ad comburendos hęre-
ticos ligna adfert, aut dat, fit irregularis,
ſi ligna actu ipſo ignẽm ſubminiſtraue-
5 rint ad mortem; ſed ſi iam erat mortuus
ligna, quę combuſſerunt iam mortuum,
non inducũt irregularitatem in domi-
no lignorum: Anton. Flor. d. tit. 29. cap.
2. §. 4. & ante eum Specul. in d. §. Iuxta.

verſ.

verſ.quid de ijs,qui propter. Tabien.in
verb.irregularitas 4.num.23.propterea
ij viri religioſi, qui luminaria, & ſacras
imagines poſt damnatos deferunt;vt in
mortis articulo eos ad ſalutem inſtruãt,
caute faciunt,ſi ex ſuis luminaribus non
concedant accendi ignem,vnde damna
tus comburatur.

Homicidio præterea opem tuliſſe vi-
detur,qui aliquem ligauit qui ab aliquo
poſtea ſit occiſus, & ideò ligans eſt irre-
gularis, ſicut ſi ligatus, vt ſe diſſolueret
aliquem occiderit, nam etiam ligans eo
caſu eſt irregularis,text.in c.ſuſcepimus,
de homicid.Ille quoque,qui vulnus ad-
6 didit ei qui propemodũ erat mortuus,
fit irregularis, Abb.in c.pręterea de cler.
percuſſ. Tabien.in verb.irregularitas 3.
nu.6.ſed & ille,qui lubens vulnerauit nõ
lethaliter, ſi per incuriam medicorum,
vel per ipſam intemperantiam, vulnera-
tus moriatur,irregularis eſt,quaſi homi-
cidij initium vulnerator attulerit.Anto.
Flor.3.tit.29.cap.2.Tabien. in uerb. ir-
regularitas 3.nu.6.Silu.in verb.homici-
dium 2.q.2. Quin etiam ſi vulneratus
conualuerit, poſteaque recidiuauerit,
adhuc eſt irregularis,q vulnerauit,Flor.
d.cap.2.argum.cap.Petrus,de homicid.
quod verum eſt in iſtis terminis irregu-
laritatis:at quoad pœnas legis nullo mo
do teneretur vulnerans in hoc caſu, glo.
in cap.preſbyterum,de homicid.

Si quis etiam leui vulnere percuſſerit,
& percuſſus vel equo ceciderit vel in ter-
ram caput alliſerit,vel in flumen immer
gatur,percutiens incurrit irregularitatẽ,
diſt.50.cap.ſtudeat, Idem eſt ſi hic leui-
ter vulneratus ab alijs poſtea occidatur,
ſcilicet ſi alij ob leue illud vulnus accur-
rerunt,& ſic facilius occiderunt; nam il-
le primo vulnerans fit etiam irregularis,
Silu.in verb.homicidium 3.q.7.verſ.ſe-
cundum. Propterea percutiens latronẽ
etiam non lethali vulnere,& accurſu ho-
minum occidatur, omnes ſunt irregula-
res.cap.ſignificaſti 2.de homicid.Silu.in
verb.homicid.2.q.16.Tabien.in verb.ir-
7 regularitas 3.nu.9.Idem ſi non vulnera
uerit latronem,ſed ſolum acclamauerit,
ſi ab accurrentibus fuerit interfectus,ac-
clamans eſt irregularis, etiam ſi non in-
tenderet illius mortem, argum.cap. Pe-
trus,de homicid. Ab iſto caſu eſt excipiẽ
dus, qui in periculo uitæ conſtitutus ac-
clamauit, nec poterat ſibi prouidere per
fugam eo caſu acclamando non fit irre-
gularis,& ſi latro ab accurrentibus occi
datur;acclamando etenim multo magis
excuſari debet, quàm is qui per ineuita-
bilem neceſſitatem aduerſariũ occidit,
de qua diximus in prima parte huius c.
ſed etſi ob periculum amiſſionis rerum
quis acclamaſſet ob fures, tunc ſi accur-
ſu hominũ fures occidantur,acclamans
eſt irregularis text.in cap.ſuſcepimus,de
homicid.Silu.in verb.homicidium 3.q.
7.verſ.quartum.Tabien. in uerb. irregu-
laritas 2. nu.19.& num.25.de ijs apud
Specul. in d. tit.de diſpenſ.§.Iuxta.verſ.
quid ſi cum velles. Ex ijs cõſequens eſt,
quòd ſi plures vulnerauerint, nemo ta-
men per ſe lethaliter,ſed ob multiplica-
tionem vulnerũ percuſſus mortuus ſit,
omnes irregulares ſunt paritate delicti,
Innoc.in d.cap.ſignificaſti 2.& 23.q.8.c.
vlt. facit Barth. in l.vlt.ff.de ſicar.Silu.in
verb.homic.3.q.6.verſ.tertium: & Ideò
tametſi neſciatur occiſor in rixa, omnes
tamen rixantes,& aſſiſtentes ſunt irregu
lares ſecundum veriorem opinionem,
Raym. de homicid. verſ.quid ſi plures,
Alber.in verb. homicidium 4.circa fin.
etiam illi qui nunquam percuſſerunt ob
illam aſiſtentiam, & comparticipationẽ
rixæ,etiam ſi ſponte abſtineant à percu-





tiendo,tenentur .n. defendere quantum
poſſunt eũ,qui occiditur c.non in inferẽ-
da,23.q.5.& c.vlt. Quin etiam non ſoli
ſunt irregulares ij,qui erant pro parte oc
ciſoris, ſed ẽt ij, qui aderant pro parte
occiſi,ſi erant clerici, vt ſingulariter do-
cet Ray.d.verſ.quid ſi plures, arg.c.peti-
tio,de homic. quæ omnia vera ſunt quo
ad irregularitatem, at quo ad alias legũ
pęnas in dubio omnes ab homicidio ab
ſoluuntur l.Item mela §.ſed ſi plures.ff.
ad l.Aquil.ſed extra ordinem puniunt.

Diuerſum autem eſt in eo caſu,quem
ſcribit Albertus Galeotti uetuſtiſſimus
iuriſta,& celebris apud Io.And.& Spec.
ſcripſit enim opus qđ inſcribitur, Mar-
garita,quæ totius quaſi iuris ſumma eſt,
ſcribit in tit. de accuſ. ſeu crimin.c.31.
verſ.pone quòd quatuor,quærens,ſi qua
tuor in vna domo exiſtant, & ex ea de-
9 miſſus lapis prætereuntem interfecerit,
an omnes, an nemo illorum de homici-
dio teneatur? ſi omnes conſenſerint res
eſt clara,omnes teneri, ſed ſi vnius tantũ
eſt delictum,& non conſtat, dicit omnes
abſoluendos per regulam l.abſentem,ff.
de pęn. modo dubium eſt,an idem ſit in
irregularitate? ſed eſt dicendum in foro
poli non eſſe dubium,quia in eo ſemper
conſtat veritas, & ideò eſt irregularis oĩ-
no qui ſcit ſe deliquiſſe,ſed in foro iudi-
ciali iudex declarare neminem illorum
poteſt,nec eſt æquum vt ad cautelam in-
terdicat omnibus,ne ſuſcipiant ordines,
vel ſuſceptos exerceant, quia maior eſſet
iniuſtitia tres iniuſte cõdemnare, quàm
unũ iniuſte abſoluere d.l.abſentẽ,Et ideò
licet delictum quoad perſonam occiſi
ſit manifeſtum, tamen in perſona occi-
dentis eſt occultiſſimum, ideò iudex de-
clarando neminem illorũ prohiberi or-
dines exercere, ſatisfaciet iuri,& iuſtitię:
10 potius enim debet tolerari malus, quàm
puniri bonus, Abb. in c. ſacri, de ſepul-
tur. ideò cõminari omnibus tenetur iu-
dex, vt qui crimen commiſit ſciat ſe ir-
regularem, & adminiſtrando ſibi perpe-
tuam damnationem parare, & dimitte-
re hominem delinquentem in ſua occul
tiſſima nequitia; nam ſæpe irregularitas
committitur conſcientiæ perſonæ delin
quentis, vt diximus primo lib.c.2.regu.
18. & patet ex Gregorio ad Epiſcopum
Fundenſem,quem quia concubinarium
ex actis declarare non poterat, cum ta-
men id verum eſſet, illius conſcientię rẽ
totam commiſit, vt ſcribit Ioannes Dia-
conus in vita Gregorij lib.3.cap.43.

## *§ 5. Homicidium ex omiſſione.*

*1 Defendere occiſum, qui poteſt, ſi non defendit, opem præſtare videtur ad mortem.*

*2 Defendere nolens eum qui occiditur, quibus caſibus incurrat irregularitatem, vide pleniſſimè hic.*

*Excommunicatio difficilius incurritur, quàm irregularitas.*

*3 Subtrahens aliquid, per quod ſequitur quòd impeditur defenſio occiſi, eſt irregularis.*

*Aduocatus, vel procurator quando fiant irregulares, non defendendo Reum ab vltimo ſupplicio.*

*Teſtis citatus ad defenſionem Rei, quomodo tacendo fiat irregularis.*

*Notarius tacens, uel occultans defenſiones Rei, quomodo fit irregularis.*

*Reuelare prætermittens homicidium perpetrãdum, quando fiat irregularis.*

*Medicus non curans ægrotum, quomodo fiat irregularis.*

*Nauis gubernator deſerens nauem, aut cõmittens imperio fit irregularis ex hominum naufragio.*

*Medicus debet curare, etiam ſi ægrotus non ſoluat pretium, nec confiteatur peccata, aut ſit inobediens.*

*Fame moriens quibus caſibus cauſet irregularitatem non paſcenti.*

*Maritus negligens vxorem ægrotantem, quãdo fiat irregularis.*

*Pater negligens filium ægrotãtem, quando fiat irregularis.*

*Dominus deferens ſeruum ægrotantem quando fiat irregularis.*

5 *Carceratus moriens, quando cauſet irregularitatem detinenti.*

*Domeſticorum curam negligens, dicitur infideli deterior.* 2

QVodammodo homicidio opē
præſtat quiſquis, cum defen-
1 dere debeat, & poſſit, non de-
fendit eũ, qui occiditur c. non in inferen
da, & cap. vlt. 23. q. 3. & cap. ſicut §. 2. de
homicid. & de ſent. excom. cap. quantæ,
& cap. periculoſe, de pœnit. diſt. 1. Super
qua quæſtione qm̃ doctorum variæ ſunt
ſententiæ, operæpretium eſt, vt de ea, &
fuſius, & diſtinctius pertractemus; fuit
enim ſententia quorundum, vt quiſquis
non defendit eum qui occiditur, qa pec-
catum omiſſionis eſt, non incurrat irre-
gularitatem, hoc ſcripſit S. Anto. lib. de
cenſur. cap. 97. Alberic. in verb. homi-
cidiũ primo, & nõnulli alij poſteriores.

Sed quia durum eſt hanc ſentētiam
ſic generaliter, & indiſtincte teneri pluri-
bus declarationibus tota aperietur: cer-
tum eſt enim quod homicidium etiã ta-
cendo committitur cap. Epheſijs, diſt.
43. & Iudices nõ reſiſtentes morti Chri
ſti homicidij rei facti ſunt d. c. non in in-
ferenda, & d. cap. vlt. & quicumque po-
teſt ſine ſuo periculo alium defendere,
nõ defendens peccat mortaliter: Armil.
in verb. homicidium nu. 6. nam nõ ſunt
immunes à culpa homicidij vt ſcripſit.
Aſten. lib. 6. tit. 14. vt citat. Silu. in verb.
homicidium 3. q. 5. verſ. Quintum; cum
igitur iſti omnes culpam circa homici-
dium incurrant, alijs viſum eſt eos etiã
fieri irregulares, Silu. d. verſ. quintum, &
Angel. in verb. homicidium 1. num. 17.
Spec. tit. de diſpenſ. §. Iuxta. verſ. quid ſi
potui: quorum ēt nimis rigoroſa eſt opi-
nio, quare cõſiderandi ſunt multi caſus.

Quandoque enim quis eſt priuata p-
ſona, & videt aliquem occidi, & per ne-
gligentiam, ſocordiam, ignauiam, vel
perplexitatem, aut quia nõ vult immiſe-
ceri alienis rebus, & factis, nõ defendit,
eo caſu certum eſt eum nõ incurrere ir-
regularitatem, etiam ſi tuto, & commo-
de potuiſſet: Abb. in c. quantæ de ſent.
excom. & iſto modo procedat prima
ſententia, etiã ſi gaudeat in morte illius,
qui occiditur: Ratio autē quare in hoc
caſu non incurratur irregularitas, eſt, qa
(vt iam diximus) delictum eſt in omit-
tendo, Vnde non poteſt dici ipſum con-
currere verbo, vel facto ad homicidium,
ſicut eſt neceſſe ad incurrendam irregu-
laritatem; nam tam de iure canonico,
quàm de iure ciuili ex communi ſenten
tia nemo tenetur alterum defendere, vt
late probat Deci. in l. culpa caret. ff. de
reg. iur. Hoc fallit in duobus caſibus, pri-
mo ſi non defendens, & gaudens proce-
deret vſque ad exteriora, ſcilicet riſum,
vel applauſum, quia tali caſu abſque du
bio fieret irregularis; nam ob id homici
da ſenſiſſet ſibi fauorabilem eſſe ipſum
præſentem. Vnde audacius deliquiſſet:
ſecundo fallit quando doloſe noluiſſet
adiuuare, vt occideretur; nam tali caſu
videretur irregularis, ſicut incurrit excõ-
municationem in d. cap. quantæ, & talis
dolus ſufficeret ſi probaretur ex coniec-
turis, Abb. in d. c. quantæ: vbi hoc aper-
tiſſimè dicit.

Quandoq; verò q defendere potuit,
eſt publica perſona, habens auctoritatē,
& iuriſdictionem, & iſto caſu videtur in-
currere irregularitatem, ſi non defendat
quantum poteſt, ea ratione, q eſt obliga-
tus ad defendēdum, & tunc eſt vera ſen-
tentia aliorũ ſupra nominatorũ, ita Silu.
in d. verſ. Quintum, & alij ſupra citati,
& ita Abb. in d. c. quantę d. verſ. extra gl.
vbi



vbi licet loquatur de incurrenda excõi-
catione, Tñ multo magis in incurrēda ir
regularitate, quia excõicatio eſt maius
vinculum quàm irregularitas, vt probat
Borgas de diſpēſ. 1. 2. q. 10. in princ. nũ.
5. & eſt tex. canonis apoſt. c. 24. & diffici-
lius incurritur quã irregularitas; nam nõ
niſi cum peccato mortali, & voluntariè
concurrit, at irregularitas ſæpe ſine pec-
cato, item excõicatio non incurritur per
ſolam culpam leuem, cum tñ culpa quã-
tumuis leuis ſufficiat ad irregularitatē:
& ideò ſi culpa illa ſufficit ad excõicatio
nem incurrendam, ergo & ad irregulari
tatem, quia in vtraq; iſtarum cenſurarũ
requiritur factum, vt habeant locũ: Et
quòd iſti ſuperiores obligati non defen-
dentes, cum poſſint incurrant irregulari
tatē ſentit Spec. aperte d. verſ. quid ſi po-
tui, Angel. d. nu. 17. Marian. Soci. ſcribit
expreſſim in repet. cap. ad audientiam q.
7. princ. q. 95. vbi multa allegat vt refert
Tiraq. in tract. de pœn. remit. cauſ. 44.
verſ. nono, & deniq; Nauar. in ſuo Man.
cap. 27. numero 232. verſ. 17. ibi niſi ſit
iudex, aut alius ſuo officio obligatus; qui
hanc rem planius quàm alij declarat in
cõmentario ad d. c. nõ inferenda, nu. 18.
vbi quatuor requirenda dicit, vt hic non
defendens incurrat pęnas iuris, ſ. primo
poſſe defendere, ſecundo obligatum eſſe
ad defendendum, tertio poſſe ſine dam-
no corporis, rerum, aut honoris: quarto
ſi ſit illi manifeſtum homicidium, vel de
lictum patrari; quæ quatuor ſi concur-
rant noſtro caſu dubitandum non vide-
tur induci irregularitatem.

Ex qua concluſione multa neceſſariò
conſequuntur, quòd ſi quis ex particula
ri promiſſione, ſe ſe obligauerit, ad de-
fendendum, iuxta l. metum §. ſed licet ff.
quod met. cauſ. ſi non præſtat talem de-
fenſionem quatenus poteſt ſine ſuo peri
culo, & defectu defenſionis ſequatur oc-
ciſio, incurritur irregularitas, quia q pro
miſit prohibere aliquod factum, nõ ſo-
lum prohibere debet, ne ille actus fiat,
ſed adhibere diligentiam, & cuſtodiam
ne fiat, caſus in l. locationis. ff. locat. &
ſentit glo. in verb. Intereſt; circa princ. l.
ſi quis ita promiſerit §. ea. ff. de verb.
oblig. quod intelligas de promiſſione, &
conuentione mercenaria, alias ſi promiſ
ſio ſit iactatoria, & liberalis quædam de-
fendendi oblatio, ſi in periculo cum poſ
ſet defendere ignauia ductus, vel perter-
ritus, aut perplexus non defenderit, non
eſſet irregularis, quia non eſſet contraue-
nire promiſſioni, ſi careret dolo; ſicut eſ-
ſet contrauenire mercede ſoluta, qa ad
maiorem diligentiam tenetur ex obliga-
tione locatæ operæ; & cõfirmantur prę-
dicta, quia qui tenetur facere, non faciē-
do dicitur propriè facere l. qui facit ff.
de reg. iur. & ibi Doct. & non faciens id
ad quod tenetur, dicitur propriè contra-
facere, Alex. in l. vbi autem §. qui id qd
ff. de verb. oblig. vnde talis ſubtracta de-
fenſio eſt potius factum quàm omiſſio;
nam non agere eſt quoddam agere, & re
ducitur ad genus actus, & opponitur iu-
ſtitiæ S. Th. 2. 2. q. 79. vnde concluditur
quòd qui occiſus eſt dicitur occiſus cul-
pa, & aliquo facto ipſius non defenden-
tis, vnde per factum, & culpam dicitur
irregularis.

Idē eſt in omnibus alijs perſonis quæ
ex ſubiectione defendere tenentur ſupe-
riores ſuos, quales ſunt filij, ſerui & va-
ſalli: nam iure ciuili (quoad ſeruos) ſi
in præſenti periculo dominũ non defen-
dant, puniuntur capite, ſi potuerunt ſal-
tem acclamatione, & ſimilibus defenſio-
nibus. ff. ad Silleian. l. 1. §. occiſorum, &
§. ſed in eo, & §. potuiſſe: dicit enim Bart.
in d. §. ſed in eo, quòd licet ſi quis occi-

Gg 2 da-

datur in tua præſentia,& tu eũ non adiuues non es puniendus vlla pœna, tamen hoc limitaretur ſi eſſes ſubditus illius, qui occiditur, qualis eſt filius, ſeruus & vaſallus:nam eſſes puniendus,ita ibi per eum.

Idem erit in illis qui proprio iuramẽto aſſumpſerunt cuſtodiã viarum,vt viatores tute poſſint itinerari:nam illo caſu ſi non adiuuent in præſenti periculo,quatenus poſſent ſine ſuo damno, & defectu ſui auxilij occidatur viator, fiunt irregulares,quia erant obligati ex officio; Iſtis .n.caſibus,ſcilicet in obligatis iure,vel ex prouiſione ad defendẽdum,propriè qui non defendit dicitur eſſe in culpa,& cõcurrit ad homicidium, quaſi ex fauore d.c.quantæ,Ideò fiunt irregulares,Et eſt animaduertendum, quod hoc loco defenſio non intelligitur,vt penitus teneantur eripere à morte;ſed ſufficit agere quicquid in ipſis eſt adiuuando,verbo,vel facto,vt ſi fieri poſſit mors impediatˀ,tunc .n.careret omni culpa d.§.potuiſſe;eſt ẽt animaduertendũ, quod iſta omiſſio defenſionis non inducit irregularitatẽ in vllo genere ſupradictorum obligatorũ ex eo,quod non diligentes fuerint in cuſtodiendis vijs,vel in præueniendo periculo, & ſimilibus omiſſionibus; ſed alio modo punientur à ſtatutis,& conuentionibus: at caſus noſter intelligitur de inſtante delicto manifeſto, dum eſt in fieri vt ſcilicet adiuuetur,qui occiditur.

Et per hoc dico ſecundum doctrinã Clemen. Alexandrini Stromat.lib.1.ante med.libri,ſcilicet,quando omiſſio habet vlterius aliquam doloſam ſubtractionem defenſionis,vt aliquis moriatur,qđ illo caſu ſemper incurritur irregularitas
3 exemplo eſt,ſi cæcus pontem tranſeat tu clam auferas tabulã, vt cadat ille incautus, ſi ceciderit, tu eris irregularis ex ipſius morte, vel mutilatione propter illũ ſubtractionem: quæ eſt in faciendo; & ideò quiſquis faceret quod fecerit Samſon, ſcilicet ſubtrahendo columnas, & fundamenta domus: Iudic. c. 16. fieret irregularis non ſolum ex ſua,ſed & morte aliorum: ſic qui auuertit volentẽ defendere eum, qui occiditur ſi malitioſe fecit, fit irregularis ex communi ſententia,vt docuit S. Anton.& alij quos citauimus in §. proximè præcedenti: atq; etiã dico ꝙ quiſquis doloſe ligat arma eique ſurripit,ne ſe occiſus poſſet defendere irregularis eſt cooperatione; idem erit ſi non doloſe,ſed in loco ſuſpecto de hoſtibus ẽt per luſum arma colligauerit, vel ſurripuerit eſt irregularis ex culpa;idem ſi noctu quis incedat per loca periculoſa cum lumine, ſi illius lumen extinguas ſiue ioco, ſiue doloſe,illeq; præceps ruat irregularis efficeris.

Ex prædictis etiã deciditur illa quæſtio,ſi ante fores domus tuæ fiat rixa ſanguinolenta, tu verò occludas hoſtium tuum, vnde occiſus eſt, qui abſq; dubio fuiſſet ſaluus ingrediendo Domum tuã, an fias irregularis;diſtinguendum eſt,an occluſeris,vt euitares rixam, & ne in domũ tuam irrueret totus impetus,eo caſu nõ videris irregularis cauendo tibi, arg. Abb.in d.c.quantæ aut occluſiſti doloſe, ne ille in domum tuã ingreſſus ſaluaretˀ, ſed facilius ꝓ aduerſarios in via occideretur,tunc es irregularis ex illo dolo, q̃a obicem poſuiſti ſaluti illius, probatˀ arg. nam quando quis ducitur ad mortem, ſed ab amicis, & fautoribus clamando poſſet eripi,ſi tu dixeris obtura os eius ne clamet,efficeris irregularis,vt diximˀ lib.2.tit.de execut.ex Silu.in verb.homicidium 3.q.7.verſ. Quintum,& probatˀ alio argu. eius, quod proximè diximus, de auertente eum, qui volebat defendere



dere occiſum: Iuxta prædicta etiam deciditur alius caſus, aliquis immergitur in flumine, & facile poteſt ſaluari apprehendendo remum tuum,vel funem tuũ, aut ipſam ſcapham,ſi tu remũ auferas, aut funem,aut ſcapham, vt ille nõ poſſit ſaluari irregularis es, quia poſt omiſſionem auxilij eſt ſubtractio illarum rerũ per quas ſaluari poterat: ſecus eſſet,ſi cũ poſſes ſcapha,remo,fune illum adiuuare non feceris, nam licet pecces mortaliter omittendo debitum auxiliũ,tamen non es irregularis, niſi pro patre, domino & ſuperiore tuo, vel niſi obligatus eſſes iuxta prædicta.

Et in caſu contingenti cum quidã ab impetu fluminis mergeretur, manuque apprehendiſſet arboris ramum, vnde ſaluari potuiſſet;alius quidam eius æmulus ramum abſcidit, ne illo auxilio ſaluaretur,& ita ille extinctus ab aquis fuit, certe qui ramum abſcidit, homicida fuit,& irregularis,& ita ego rogatus reſpondi.

Poſſunt etiam prædicta inferri ad defenſionẽ iudicialem; nam ſi aduocatus, vel procurator aſſumptum patrociniũ Rei doloſe deſerant, & ob deſertionem Reus damnetur,& puniatur morte,irregulares ſunt; nam ſi per meram negligentiam ignauiam, & imperitiam ipſorum damnaretur, fierent irregulares, vt ſcribit Hoſt. in c.1.de poſtul.& diximus ſupra lib.2.c.9.multo ergo magis ſi doloſe; ob quem dolum damnari poteſt infamiæ,& alijs pœnis,vt per Specul.tit.de aduoc.§.vlt.Idem erit in teſte producto, vel citato,nam ſiue examinare ſe permittens verum dicat, ſi tamen reticeat doloſe, quæ ſunt dicenda pro veritate facti ad defenſionem Rei, per illam doloſam omiſſionem eſt puniendus de falſo, cap. 1.Et ibi Innoc. Abb. & alij de crim.falſ. cum multis locis, quos congerit Tiraq. de pœn. remitt. cauſ.44.verſ.10.& conſequenter erit irregularis ex hoc, & ex cauſa quam dedit in mortem Rei: & licet teſtis citatus factus contumax non poſſit puniri de falſo,ex eo quòd ſubterfugit, Bald.in l. Idem §.ſi tibi;poſt princ. ff.de Cond.ob turp.cauſ.Tiraq.vbi ſupˀ proxime; Tamen in caſu noſtro, q̃a periurum,& falſarium ſe facit doloſe, aperte dicitur fauere damnationi ipſius Rei, ideò nemo dubitabit ipſum eſſe irregularem; Idem quoque in notario,qui dicta Teſtium, ſcripturas, & alia facientia ad defenſionem Rei occultet,& omittat doloſe,& ob id ille occidatur,irregularis eſt,quia falſi tenetur.Bart.in l.ſi quis obreſperit,verſ.quero cum pars dictaret.ff. ad l.Corn. de falſ. Tiraq. vbi ſupra proxime.

Et conſequitur ex prædictis, ꝙ quiſquis punitur à iure,ſi nõ reuelauerit tractatum homicidij; quòd doloſe omittẽs talem reuelationem incurrat irregularitatem,vt in filijs ſeruis, vaſſalis & ſubditis.Iudic.Inquiſit.verb. ſcientia: nam illorum reuelatio omiſſa non poteſt dici ſimplex omiſſio, ſed eſt delictum in cõmittendo. Ideò concurrunt ad homicidium, & ideò fiunt irregulares ſicut diximus ſupra in ijſdem non defendentibus quantum poſſunt; ſecus eſſet ſi per meram ignauiam, timiditatem, vel animi perplexitatem,nam non fierent irregulares, vt ſcribit Tabien.in verb.irregularitas 2.nu.23.& ita intelligitur Armil. in verb.irregularitas num.38.Idem etiã erit ſi ego mittam te tanquam nuntium, cum litteris, quibus moneo Titium, vt ſibi caueat ne occidatur,ſi hoc ſciens doloſe litteras non dederis,tu efficeris irregularis. Idem quoque erit ſi non per litteras, ſed verbo ſolo ſuſceperit onus annunciandi ei hoc, vt ſibi caueat, nam ſi re-

reticueris illi doloſe agis, qui obicem poſuiſti meę diligentię in reuelando ipſius periculo, & eris irregularis, ſicut ille qui impedit ne occiſus defendatur.

Quicumque etiam ex officio tenentur accuſare iudici facinora perpetranda ſiue pacto, ſiue iuramento ſint obligati, ſi ad iudicē non detulerint doloſe tractatum homicidij, puniuntur ex delictis non delatis, cum potuiſſet iudex prouidere ne fierent; nam ſiue pecuniam tales accuſatores acceperint ne accuſarent, fauere dicuntur homicidio, ſiue nil acceperint, ſed ſolum tacuerint, vt effectus homicidij ſequeretur irregulares ſunt; nam eſt certum eos puniri Silu. in verb. pœna q. vlt. & apertius Armil. in verb. reſtitutio verſic. Decimus: Nec excuſabit eos ſi dixerint noluiſſe reuelare, quia metuebant ne iudex iuberet mori illos delinquentes, & ideò metu irregularitatis abſtinuerunt, à reuelando: quia ad hoc eſt reſponſio; quòd manifeſtās futura delicta animo, vt illis prouideatur, cū proteſtatione ne ſequatur pœna mortis, vel mutilationis, non fit irregularis ſecuta morte: Armil. in uerb. irregularitas nu. 39. Nauar. de irregul. num. 117. Quin eſſet hoc laudabile coniurationes reuelare, ut patet in coniuratione contra Dauid 2. Regum. cap. 17. Iſti igitur officiales non reuelantes ſuperiori ſunt in pari irregularitate, qua eſt ille qui reuocat eū, qui uult defendere occiſum, ut ſępius diximus; Propterea omnes, qui malitioſe diſſuadent diuiti uolenti paſcere egenū, ne paſcat, uel diſſuadent medico uolenti curare ægrotum, ne curet, uel diſſuadent uolenti reuelare homicidium perpetrādum ne reuelet, fiunt eo modo irregulares ſicut qui auertit uolentem defendere eum qui occiditur cap. periculoſe, de pœn. d. 1. Specul. d. §. Iuxta. uerſ. quid ſi cum uelles. Et ſupradicta de non reuelantibus procedunt in illis, q̃ ſciunt homicidium perpetrandū ſine aliqua participatione culpæ, alioqui ſi fuerunt conſcij ſed poſtea deſerunt tractatum, hoc non ſufficit; nam præter id quod nō reuelando fierent irregulares, tenentur .n. monere ipſum occidendum, Innoc. in cap. ad audientiam, de homicid. Nauar. d. cap. 27. nu. 234.

An autē medicus nolens curare ægrotum incurrat irregularitatem, ſi ęgrotus non curatus moriatur, uidetur communi ſententia non effici S. Anton. de cenſ. cap. 97. & cum eo etiam tranſit Nauar. cap. 27. uerſ. 17. ſed hoc eget magna declaratione; nam intelligi debet horum ſententia in pura omiſſione, & negatione curandi, quia per talem ſimplicē negationem, non concurrunt ad homicidium, licet concurrant quoad peccatū omiſſæ charitatis; ſed ſi conſideretur medicus publico, uel priuato ſtipendio cōductus, & aſſumptum officium non exequatur, quiſquis moritur ob deſertam, ſeu neglectam curam cauſat illi irregularitatem; nam ſi per ſolam negligentiam medici quis moriatur, ipſe efficitur irregularis, Silu. in uerb. medicus q. 1. uerſ. ſecūdo, cum alijs quos citauimus ſupra lib. 2. c. 12. multo ergo magis ſi lubens id faciat, quod eſt grauius delictum, quā negligentem eſſe, maxime quia tantum peccat medicus omittendo medicinas propitias ſicut dando non propitias Innoc. in c. Tua nos, col. 1. de homic. quem probat Tiraq. d. cau. 44. uerſ. 12.

Qua ratione cum medicus aſſumat onus, vt auferat contraria ſanitati, & inducat proſpera, ſi non ſtudeat auferre illa contraria, videtur committere homicidium voluntarium, ſi ille moriatur ex S. Thom. 2. 2. q 64. dum dicit, quòd qui





non remouet, quod remouere debet, ex quo ſequitur homicidium illud eſt quodammodo voluntarium, vt refert Silue. in verb. homicidium 2. in princ. Et ideò ſi medicus, qui iam curare cęperit, curā poſtea derelinquat, veroſimiliter conijciens eum moriturum, moriente illo fit irregularis ex prędictis; nec valebit ratio, quòd non adſtringitur ad perſeuerandū in cura, quia contractus ab initio ſunt voluntarij, ex poſt facto ſunt neceſſarij: Nam & quando fęudum ſui natura poteſt repudiari, ſi vaſallus illud repudiet importunè, puta domino in bello exiſtēte, quo tempore opera vaſalli indigeat, non ualet talis repudiatio l. filiæ meæ. ff. ſol. matr. Silu. in verb. fęudum. q. 28. Cū enim iſtæ obligationes medicorum, & ęgrotorum ſint gratia vtriuſque, conſequens eſt, vt in deſertione curæ requiratur conſenſus vtriuſque. glo. in cap. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. & videtur caſus optimus in d. l. filiæ meæ. ubi ſi maritus repudiet doloſe vxorem ęgrotantē, ius illi non ſuffragatur, quia importunè repudium mittit.

Sicut ergo iam concluſimus ſupra, ꝙ ſubtractio eſt aliquid, quod conſiſtit in faciēdo, & eſt pluſquam omiſſio, vel negatio, ideò ſequitur quòd medicus ſubtrahendo opus ſuum, ſecuta morte fiat irregularis: ſitq; loco exempli Nauis gubernator, qui ab initio non tenetur ſuſcipere curam nauis, ſed ſi poſt ſuſceptam gubernationem negligat, vel deſerat eā, vel cōmittat imperito, certe mortes ho-
4 minum in naufragio morientiū ipſi imputantur. S. Thom. 2. 2. q. 6. Quin addo, ſi vnus tantum medicus exercens artem ſit in caſtro, vel villa, & alius haberi non poſſit, fueritque requiſitus, & ad mandatum iudicis cogatur, (quòd de iure poteſt) Doct. in l. inuitus. ff. de regu. iur. ſi renuat hoc facere, & inde naſcatur cōtra eum ſcandalum in populo, ſit irregularis ex tali morte; & forte idem erit ſi non ſit illi iuſſum à iudice, ſed inhumane palam, & cum ſcādalo negauerit velle illum curare; Nec etiam ad excuſationem medici deſerentis ęgrotum, ſufficiet illa ratio, ꝙ non ſoluitur ſibi merces, quia talis cauſa non ſufficit, vt liceat ægrotum deſerere, vt probauimus ſupra d. lib. 2. cap. 12. Nec excuſabitur eo prætextu, ꝙ ęgrotus nolebat confiteri peccata ſua iuxta præceptum cap. cum infirmitas. de pœnit. & remiſſ. nam medicus ob id nō debet deſiſtere à charitate corporali, vt ſentit. S. Anton. Flor. & Silu. in verb. medicus, q. 3. Nec etiam excuſabitur, quòd ęger ſit inobediens, nam circa illa medicamenta, quæ inuito ęgrotanti dari poſſunt, ſi medicus inuito ipſi ea nō dederit, in culpa eſt, gl. diſt. 80. in princ. in verb. Inferas. & ſecundum prædicta intelligenda eſt medicorum irregularitas.

Ex præmiſſis quoque abſoluitur alia quæſtio, de eo qui fame perire permittit doloſe, eum quem paſcere ſine ſuo incōmodo poſſet; nam ſi ſit pura omiſſio, etiam cum peccato mortali, ideſt quando apparet extrema neceſſitas egentis alimonia, vel alio adminiculo vitæ ſine incommodo iſtius non dantis, cum eſſet diues eo caſu, & ſi mortaliter peccet omittens opus charitatis cap. paſce. diſt. 86. non tamen eſt irregularis, etiam ſi deſideret illius mortem S. Ant. de cenſur. cap. 97. Cardin. in Clem. 1. q. 14. de homicid. Silu. homicid. 3. q. 2. verſ. Tertiū. Et eſt ratio quia per talem omiſſionem non dicitur concurrere ad homicidium uerbo; vel facto, vt eſt neceſſe ad incurrendam irregularitatem; At ſi non ſit ſimplex omiſſio, ſed ſit aliquid vltra, vt

pu:a particularis obligatio de alendo,
vel ſimilia ſubminiſtrãdo, & doloſe ſub-
trahatur quodlibet eorum quę erant ne-
ceſſaria, & quorum defectu mors eſt in
ſecuta, qui ſubtraxit, eſt irregularis ſi do-
loſe ſubtraxit, & ille eſt mortuus; exem-
plum in eo, qui aſtat ęgroto, ſiue vt mini
ſter, ſiue vt medicus, & aſtute alimenta
ſubtrahat, vel dietam nimiam iubeat, vel
medicinalia aſtute occultet, aut omittat,
abſque dubio eſt irregularis. expreſſim
Raym. de homicid. verſ. quid ſi plures,
quia talis ſubtractio non eſt ſola omiſſio
ſed commiſſio: & ideò inducitur irregu
laritas, ſicut in eo qui ſubtrahit aliũ uo-
lentem defendere, qui occiditur, vt iam
ſupra diximus.

Propterea hoſpitalarij miniſtri, cum
ſint deputati alendis ęgrotis, ſi alicuius
vitam deſperent, & ob moleſtias longas
ipſius ęgroti, alimoniam, aut quicquid
aliud ſubtrahant, hoc intuitu moriatur,
irregulares ſunt, quia hoc eſt commiſſio
nis peccatum, non omiſſionis; Idem in
Eleemoſinarijs, qui fraudulenter quoti-
dianam eleemoſynam ideò ſubtrahunt
alicui, vt moriatur, irregulares ſunt, ijſ-
dem rationibus. Et ideò ſi pauperi, ve-
ſtem, lectum, aut quid ſimile vitæ neceſ-
ſarium accommodaueris, & in ipſa ne-
ceſſitate extrema repetas, cum eſſet ve-
riſimile ipſum frigore, vel alio ſimili de-
fectu moriturum, & tibi illa repetitio
non eſſet in pari neceſſitate, efficeris ir-
regularis, quia repetere eſt factum, non
autem eſt omiſſio, ſicut eſſet ſi nunquam
illi accommodaſſes; nam ex tali omiſſio-
ne non efficereris irregularis.

Prædictis addo, quòd ſi valde diues,
& prælatus requiſiti de alimento in in-
ſtanti extrema neceſſitate, id negent cũ
ſcandalo populi, & illo mortuo popu-
lus ſcandalum patiatur, poſſumus defen
dere, quòd ex illo ſcandalo quod cõſiſtit
in facto, talis omiſſio ſcandaloſa inducat
irregularitatem; pro qua re videtur tex.
in c. Florentinus. 85. diſt. vbi Papa iudi-
cat abijciendũ ab Epatu eum qui nemi-
ni charitate hoſpitalitatis vtatur, & ca-
ſus noſter eſt fortior illo, quia ibi ex illo
ſcandalo neglectæ charitatis eſt indign⁹,
hic vero adeſt effectus mortis: ſi. n. pecca
tis, quæ per ſe non ſufficiunt ad irregula-
ritatem, accedat ſcandalũ, inducitur ir-
regularitas, text. in c. ex litteris 1. de ho-
micid. Hoſt. & Abb. in c. cum de tua, de
corp. vit. & diximus ſupra tit. de ſcanda-
lo, & eſt ratio; quia impoſſibile eſt ſepa-
rare infamiã facti ab ea perſona, quæ eſt
cauſa talis ſcandali: ideò conſequens eſt
vt propter talem infamiam dicatur irre-
gularis, vt probauimus lib. 3. c. 1. Et ad
iſtos caſus faciunt etiam illæ regulæ, &
iura ſupradicta, quòd qui non facit face-
re videtur: Vnde ſi his generibus deli-
ctorum non imponatur irregularitas, re-
peritur optima occaſio cuicũque ſacer-
doti, vt deſideratam proximi mortẽ ob-
tineat quandocumque voluerit, ſine irre
gularitate, cui rei eſt obuiandum.

Iuxta prędicta etiam concludi poteſt,
quòd ſi maritus vxorem ægrotantẽ con-
temnat, & alimenta atque alia neceſſaria
non dederit doloſe, & in lata culpa, & ob
id ipſa moriatur, eadem pœna punitur,
quaſi occidiſſet. glo. in l. ſi ab hoſtibus §.
1. ff. ſolut. matr. vbi Bald. & Caſtr. & idẽ
Bald. in l. quod ſi vxori. C. de negot. geſt.
vnde pater, quòd eſt irregularis; videtur
ſententia Ray. de homicid. verſ. quid, ſi
plures? vbi loquitur de patre, & patrono.
Idemque erit in filio, vel ſeruo alendo, ſi
negligatur data opera, vt moriatur; nam
paria ſunt interficere, vel morbo laborã
tem deſerere, quando teneris ſuccurrere
tex. in l. ſi ſeruũ, in princ. ff. de verb. oblig.
ſicut



ſicut etiã, qui habet aliquem incluſum
in carcere tam aſpero, vt moriatur ſi eum
non liberet, necare videtur, Bald. in l. ſi
captiui, poſt princ. C. de Epiſcop. & cler.
Et eſt ratio in iſtis caſibus ꝓximè dictis,
5 quia domeſticorum curam quiſque ha-
bere debet, & eam pręter mittendo ex do
lo, eſt delictũ cõmiſſionis, non ſimplicis
omiſſionis, ex S. Paul. 1. Tim. c. 5. Qui (in
quit) domeſticorũ ſuorũ curã non habet
hic fidẽ abnegauit, & eſt ĩfideli deterior.

## § 6. *Ratum habens, & Acceptans homicidium.*

*1 Ratum habens homicidium nomine ſuo factũ,*
*quomodo fiat irregularis.*
*2 Clericus ſi percutiatur alieno nomine is, qui*
*ratum habet eſt excommunicatus.*
*3 Excõmunicatio non incurritur ex actibus inter*
*nis, & mere ſpiritualibus.*
*Ratum habens offenſionẽ factã iudicibus Eccle*
*ſiaſticis, vel Cardinalibus, vel Epĩs eſt irreg.*
*4 Furem exhibent iudici cum proteſtatione, ne*
*moriatur, ſi à Iudice occidatur, & hic ra-*
*tum habeat eſt irreg.*
*Præmium præbens afferenti aliquod membrum*
*hominis occiſi, aut afferenti nuntium mortis*
*efficitur irregularis.*
*Rati habitio, quibus caſibus inducat irregula-*
*ritatem.*
*5 Rata haberi poſſunt male facta ẽt facta nõ no-*
*ſtro nomine, ſed hoc ad præiudicium noſtrũ.*
*Conſenſus triplex ante factum, in facto, poſt fa-*
*ctum.*
*6 Rati habitio condemnat pari pœna eos, ad quos*
*ſpectat correctio, vt prælatos, Dominos, pa-*
*rentes, Tutores.*
*Aſſaſſinos defendens, receptans, vel occultans,*
*eſt ipſo iure irregularis.*
*7 Heli ſacerdos punitus, quod filios leniter cor-*
*rexiſſet.*
*8 Mutilans cadauer quando efficiatur irregula-*
*ris, & excommunicatus.*
*9 Anatomiſtæ vix effugere poſſunt irregularita-*
*tem.*
*Mortuorum corpora exenterantes, & aromati-*
*bus condientes, vix effugiunt irregularitatẽ.*
*Clericus faciens Anatomiſtæ officium, ab or-*
*dinibus ſuſpendi debet.*
*Antropophagi irregulares ſunt, et nõ baptiZãdi.*

QVAE hactenus perſcrutati ſu-
mus, aut homicidium præue-
niunt, aut cõcomitantur. Nũc
ſupereſt, vt ea perquiramus, quæ iam cõ-
miſſo homicidio fiunt, an ea poſſint ir-
regularitatem inducere? Id totum duo-
bus modis contingere poteſt, verbis ſci-
licet, aut factis; verbis quidem dum ra-
tum habetur homicidium iam factum
expreſſim approbando, ſiue per conſen-
ſum, ſiue per adulationem, aut collauda-
tionem; factis vero ſi domi homicidam
excipiat, foueat, defendat, quæ omnia fa-
cile poſſent inducere irregularitatem:
Nam ſi nomine tuo, te ignorante homi-
cidium factum ſit, poſtea vero ſciens ra-
tum habueris, etiam ſola intima cordis
approbatione, & rati habitione, efficeris
homicidij Reus, & irregularis, quoad
Deum, & forum conſcientiæ, licet non
quoad forum contentioſum, Silu. aper-
te in verb. homicidium 1. q. 7. verſ. Quin
tum; quòd confirmatur ex ſimili; nam ſi
quis abſq; mandato tuo manus iniecerit
violentas in clericũ tuo nomine, poſtea-
que id ratum habueris, eo ipſo excõmu-
nicatus exiſtis, ſicut is, qui percuſſit cap.
cum quis, de ſent. excom. lib. 6. & ab Ec-
2 cleſiaſticis ordinibus Eccleſia te exclu-
det, ſicut reliquos omnes excõmunica-
tos: differt tamen iſte caſus à ſuperiore
in hoc, quòd vt excõmunicatio habeat
locũ, requiritur quòd illa ratificatio fue-
rit expræſſim facta; alioqui ſi ſolo cordis
conſenſu interiore ratum habueris, excõ
3 municatio non afficiet, quæ non afficit,
niſi ob ea quæ fiunt in actu exteriori: &
ideò licet ille conſenſus mere internus
inducat mortale, non tamen excommu-
nicationem, vt ſcribit Armil. in verb.
Ratihabitio, nu. 6. ſecus quoad irregula-
ritatem, vt per Silu. d. verſ. Quintum.

Ad eandem concluſionem firmandã
ad-

adduci poteſt, quòd ſcribit Specul. in
cap. quicumque, de ſent. excom. lib. 6.
num. 5. ſi quis tuo nomine grauamen
intulerit rebus, vel negotijs iudicis Ec-
cleſiaſtici, Si id tu ratum habueris; ex-
communicationem incurris, Ad idem
tex. in cap. felicis, de pœn. lib. 6. vbi of-
fenſiones factæ in perſonas Cardinaliũ,
ſi quis raras habeat, ipſe & proles vſque
in ſecundam generationem excluditur
ab ordinibus ſacris, beneficijs, dignitati
bus, ac per hęc irregulares ij omnes exi
ſtunt: Ad idem Clem. 1. de pœn. ſi offen
ſiones aduerſus perſonam Epiſcopi ra-
tas quis habeat, ipſe ac proles vſque in
ſecundam generationem irregulares fi-
unt ne promoueri, aut promoti exerce-
re poſſint; propterea non eſt inconueni
ens ſi homicidia tuo nomine facta ratifi
ces, vt & tu irregularis efficiaris, vt ſenſit
Aſten. lib. 6. tit. 14. poſt Hoſt. dum
dicit, quòd clericus qui furem detulit
4 Iudici pro ſolis recuperandis rebus, etiã
cum proteſtatione quòd nõ intendit de
ueniri ad vllam pœnam corporalem, ta-
men ſi fur ſuſpendatur, & clericus in dã
num, & odium perſonæ furis ratum
habeat, efficitur irregularis, vt probat cũ
prædictis Silueſt. in verb. homicidium
3. quæſt. 5. uer. 6.

Et hæc multo magis uera ſunt ſi ſe-
quatur ſcandalũ, & infamia facti, apud
graues uiros propter eam ratihabitio-
nem, quia & ſolum ſcandalum, & ſola
facti infamia inducunt irregularitatem,
vt ſępiſſime diximus, & cum iſtis con-
ſentire videtur Specul. in tit. de diſp. §.
Iuxta verſ. ſed quid ſi agenti. Et facit op-
time in arg. tex. in cap. ex litteris de ho
micid. & cap. Tua, de cler. ægrot. Eſſet
autem percipue ſcandaloſa, & turpis
ratihabitio ſi allato aliquo membro, vel
ſpolio occiſi ad te, tua contemplatione,
tu ſuſcipias, & longe erit ſcandaloſius
ſi pręmium dederis afferenti tale mem-
brum, uel afferenti nuntium mortis,
iuxta cap. 18. Reg. 2. etiam ſi ante ho-
micidium de præmio nil dixeris, uel an-
nueris. Et ideo iſtis caſibus naſcitur eui
dens irregularitas. Nam Dauid Nuntiũ
de morte Saul. ita ęgre tulit, ut potius
afferentem puniuerit, & ſpolia neglexe-
rit, 2. Reg. cap. 1. cum tamen Saul a-
cerrimus hoſtis eſſet contra Dauid, Ita
vt putaretur gratum Nuntium eſſe Da-
uid de morte Saul: quod etiam fecerat
idem Dauid Nuntio afferenti caput Is-
boſeth filij Saul, cui loco pręmij optati
mortis ſupplicium dedit. 2. Reg. cap. 4.
ſed quia hæc concluſio quòd ratihabi-
tio homicidij inducat irregularitatem,
multis Doctoribus dubia uiſa eſt, ut Spe
cul. in dict. uerſ. ſed quid ſi agenti, Abb.
& gloſ. in cap. 1. de conuerſ. infid. gl. in
cap. ſi qua uiuente 31. q. 1. gl. cap. ſi quis
viduam, diſt. 50. Tabien. in uerb. Irre-
gularitas 2. nu. 7. Iccirco per caſuum
diſtinctiones tota difficultas auferetur,
& veritas apparebit.

Primus caſus eſt, ſi cum audieris ho-
micidium commiſſum eſſe in perſonã
Sempronij, fueris lætatus, ratumque ha-
bueris, cum tuo nomine non fuerit per-
petratum, nec in rem, & utilitatem tuã,
iſto caſu ſolum peccatũ mortale incur-
ritur, ob conſenſum in malefactum; ſed
irregularitas non contrahitur, nec im-
pedimentũ canonicum circa matrimo-
nia, uel ordines. cap. 1. de conuerſ. infid.
& dict. cap. ſi qua uiuente.

Secundus caſus eſt, ſi corde optaue-
ris Sempronij mortem, ſed nihil egeris
in ea, ſeu circa eam, ſi occidatur ab ali-
quo te inſcio, & non tuo nomine, & tu lę
teris ob utilitatem tuam, & ratum ha-
beas, peccas quidem, ſed non incurris
irregu-



irregularitatem, & ita procedit gloſ. in
d. cap. ſi quis uiduam, diſt. 50. cum
alijs ſupra citatis; Et non eſt mirũ quòd
quis poſſit ratũ habere quod ſuo nomi-
ne non ſit geſtum, nam maleficia, quæ
5 tuo nomine non ſunt facta, rata haberi
poſſunt à te ad tuum præiudiciũ. Gram.
deciſ. 103.

Tertius caſus eſt, ſi nihil cogites de
morte Sempronij: ſed ille occiditur tuo
nomine, idque tu poſtea ratum habes,
eo caſu & peccas, & incurris irregulari-
tatem, & hoc probant iura ſuperius ad
ducta pro noſtra ſententia: & multo
magis (qui caſus eſt quartus in ordine)
ſi optaris mortem Sempronij, illeque
tuo nomine fuerit occiſus; tu ratum ha-
bens efficeris irregularis ex prædictis lo-
cis, Et pro hoc ſunt etiam aliæ rationes,
videlicet, ob turpitudinem tuam, & in-
famiam facti, & ob ſcandalum, & quia
ratum habendo factum tuo nomine, fa-
cis tuum, & quia præſumitur, quòd do
lo feceris, ad tuum onus ſpectabit, vt
purges dolum pręſumptum, in quo pur
gando cum cognitio cauſæ requiratur,
apparet interim nec te poſſe promoueri,
nec promotum, exercere permittendũ:
licet etenim irregularitas iſta non inde
naſcatur, quòd in faciendo homicidio
partem habueris, tamen naſcitur, quia
per expreſſam ratihabitionem in homi-
cidiũ conſenſiſti, qui cõſenſus ad tuum
præiudicium ſubſequi poteſt. cap. cõſen-
tire, diſt. 83. & retro trahitur. c. ratiha-
bitionem de reg. iur. in 6. eſt enim tri-
plex conſenſus ante factum, in facto,
poſt factum, & ij omnes pari pœna puni
untur cap. notum 2. quęſt. 1. ubi bo-
na gloſ. quam in maleficijs eſſe veram
probat Silueſt. in uerb. conſenſus
quęſt. 5.

Quæ omnia multo magis vera eſſe
6 putanda ſunt in illis ratum habẽtibus,
ad quos ſpectat correctio, ut in præla-
tis, Dominis, parentibus, tutoribus, &
alijs ſimilibus, quos irregulares dicere
æquiſſimum eſt: nam Epiſcopus conni-
uendo fornicationibus clericorũ depo-
nitur, diſt. 83. cap. ſi quis Epiſcopus, &
ſuperior, qui non corrigit errata canis
impudicus appellatur, cap. nemo, ead.
diſt. & qui non corrigit, fouet, ac ſocius
criminis nuncupatur. c. error, ead. diſt.
& cap. quantæ de ſent. excom. multo
ergo magis delinquet ſi ratum habue-
rit, id quod punire debet, tum ob ſcan-
dalum, tum ob propriam turpitudinẽ,
& infamiam, etiam ſolius facti, uidem⁹
etenim, quòd Heli ſacerdos ſeueriſſime
a Domino punitus eſt, quòd filios errã-
tes ſeuere non correxiſſet, cum tamen
blande eos monuiſſet 1. Reg. c. 2. quid
feciſſet dominus in Heli ſi ratahabuiſ-
ſet illorum crimina? Cum igitur homi-
cidium etiam tacendo committatur. c.
Epheſijs, diſt. 43. & qui morti Chriſto
non reſtiterunt, Rei ipſius ſanguinis fa-
cti ſunt. cap. nõ in inferenda, & cap. vlt.
23. quęſt. 3. ita longe magis reus eſſe
debet, & irregularis, ſi quod corrigere
debuit, ratum habuerit.

Ad hoc genus delicti pertinet quan-
documque homicidæ defenduntur, &
7 receptantur; quiſquis enim aſſaſſinos
defendit uel occultat, irregularis eſt, nec
poſt pænitentiam admittitur ad exequẽ
dos ordines ſuſceptos. cap. pro humani,
de homic. lib. 6. Specul. in tit. de diſp.
§. Iuxta. verſ. 12. quod procedit etiam
in eo, qui receptauerit ſolos aſſaſſinos il
los, qui eo tempore neminem interfece
rint, ſi tamen interficere tentauerint, vt
probatur in dict. cap. pro humani: ſi
quis tamen pietate ductus homicidas
occultet, ne ab aduerſarijs occidantur,
aut

aut ne à ſatellitibus intercipiantur, quia
fouere delictum non videtur, irregularis
non eſt, quia talis pietas nulli debet eſſe
damnoſa: præſertim quo ad vinculum
animarum, excepto caſu aſſaſſinij, in
quo ſola occultatio eſt in culpa: præſer-
tim quia aſſaſſini ſunt diffidati, & ideo
interdicta eſt omnis pietas cũ illis dict.
cap. pro humani.

Huc quoque ſpectat ſiquis viſo cada-
uere inimici ſui, per iracundiam caput
8 vel membra illi amputet, an ob id effi-
ciatur irregularis: aliqui putarunt non
eſſe, quia nec homicidium, nec muti-
latio eſt hominis: Archid. in cap. ſi quis
15. quęſt. 1. eiuſque ſententiam com-
muniter ſequuntur Doct. vt tradit Silu.
in verb. homicidium 3. quæſt. 7. verſ. 11
Archiep. Flo. 3. tit. 29. cap. 2. Tabien.
in verb. Irregularitas 3. nu. 27.

Quæ res in vno caſu limitari poteſt.
Nam ſi videlicet pietatis cauſa mortui
membra diſcindantur, vt vel conſeruen
tur, vel vt commodius transferantur ad
ſepulturam, impij & crudeles nuncu-
pantur, qui hæc faciunt, & excommu-
nicati declarãtur, Extrauag. Bonif. VIII.
de ſepult. Incip. deteſtandæ: nam hor-
ribile putat, & ſcandaloſum, corpus ho-
minis adhuc carne compactum diuide-
re. tex. & gloſ. ibi in verb. exenterant; &
propterea licet d. Extrauag. emenauerit
ſolum, vt ille abuſus auferretur: tamen
ex pręgnantia verborum illius tex. poſ-
ſumus concludere hunc qui ſæuit in de-
functi corpus, & detruncat non eſſe tu-
tum ab irregularitate, ſaltem quia hor-
rorem inducit, & ſcandalum ſic facien
do, vt dicit tex. ibi: quæ duo ſcilicet hor
ror, & ſcandalum ſufficiunt ad irregula-
ritatem, de cler. ægrot. cap. Tua nos,
& cap. ex litteris 1. de homicid. cum ſi-
mil. Et ideo ſunt notanda illa verba
dict. extrauag. ibi, deteſtãdæ feritatis, &
ibi mentes fidelium horrore commoue-
at; & ibi, impiæ pietatis affectus trucu-
lenter exenterant; & ibi, vehementius
abhorrendum; & ibi, crudeliter pertra-
ctando, vel faciendo pertractari, ex qui-
bꝰ verbis iunctis verbis illis; circa corpo
ra defunctorum huiuſmodi abuſus, vel
ſimilis, nullatenus obſeruetur; videtur
tutius dicendum, omnem ſcandaloſam
dimembrationem mortui corporis in
ducere impedimentum, ne promoueri
permittatur: non quia ſit vera mutila-
tio hominis, ſed (vt diximus) ob hor-
ribilitatem ferinam, & ob ſcandalum,
non debet permitti ordinari.

Ex quibus ſoleo concludere Anato-
9 miſtas ſine diſpenſatione non eſſe ad-
mittendos ad ordines, ſi manu ſua in-
ciderint: ſicut nec eos, qui mortuorum
corpora ſuis manibus exenterant, vt bal
ſamo, vel alio aromate condiant; eſt
enim horribilis manus eorum, qui hæc
fecerint. gloſ. in d. Extrauag. Sãctus. n.
Aug. anatomiſtas dicit occupari dili-
gentia crudeli, & in carnibus humanis,
inhumane arcana ſectari, vnde recte cõ-
ijcimus in Eccleſia Dei eos exoſos eſſe;
Sed ſi clerici hæc cõmiſſerint perpetuo
ab executione ſui ordinis ſuſpendi de-
bent. Eſt enim officium illis inconueni
ens, cap. Tua, de homicid. nec reſtituen
tur niſi poſt condignam pænitentiam,
vt ibi colligitur, & diximus aliàs quan-
do de Chirurgis agendum fuit. Eſt au-
tem offitium tale laicorum, qui & ſi non
incurrant excommunicationem de ex-
traug. vt concludit Caietan. in ſumma
cap. 70. tamen horribile exercitium eſt
d. gloſ. & arcendum ab ordinibus Ec-
cleſiaſticis: qua ratione approbo illorũ
ſententiam, qui putant antropophagos,
ideſt humanis carnibus veſcentes bapti
zari



zari non debere: niſi ſtatuant ulterius il-
lis non veſci, vt ſcripſit Nauar. in Manu.
cap. 23. nu. 130. arg. cap. firmiſſimè, 15.
q. 1. vnde multo magis erunt irregula-
res, ob horrendam illam eſcam feris cõ-
munem, non tamen negandam illis cen-
ſeo diſpenſationem poſt condignam pę-
nitentiam.

*De bello iuſto, vel iniuſto.*

## CAP. XLVIIII.

*1 Epiſcopi inuocantes auxilium militare, pro de*
*fenſione, non incurrunt irregularitatem ex*
*mortibus, quæ contingunt præter intentio-*
*nem.*
*Clericis licitè conceditur licentia utẽdi armis*
*defenſiuis.*
*2 Bello iuſto ſi quis dixerit percute, iace, ex ijs ſit*
*irregularis.*
*Bello iuſto ſi quis præficiatur annonæ, iudicijs,*
*& ſimilibus officijs, non ſit irregularis.*
*Gulielmus Duranti maximis ornatus fuit di-*
*gnitatibus Eccleſiaſticis, cum bello iuſto in-*
*terfuiſſet.*
*3 Clericus nauem bello iuſto gubernare poteſt.*
*Clericus qui fecit delectum militum, pro tuen-*
*dis iuribus Eccleſiæ, quando fiat irregula-*
*ris.*
*Clerici defendentes caſtrum, vel domum, quo-*
*modo excuſentur ab irregularitate, ſi quis*
*moriatur.*
*4 Bellum iuſtum neminem excuſat ab irregulari-*
*tate, qui manu ſua occiderit, uel occidenti*
*arma miniſtrauerit.*
*Bello iuſto ſi quis occiderit forte per ſummam*
*neceſſitatem ſe defendendi non excuſatur ab*
*irregularitate.*
*5 Papæ conſenſus quòd clericus bello iuſto adſcri-*
*batur, nõ ob id concedere uidetur, quòd alijs*
*armis vtatur quàm defenſiuis.*
*Bellum iniuſtum cauſat irregularitatem faciẽ*
*ti, conſentienti, auxilianti.*
*6 Nauem gubernans bello iniuſto, eſt irregula-*
*ris.*
*Arma præparantes bello iniuſto, ad futuram*
*pugnam ſunt irregulares,*
*7 Bellum iuſtum, vel iniuſtum quod dicatur.*
*8 Laici bello iniuſto ſi neminem occiderint, poſ-*
*ſunt diſpenſari, ſed bello iuſto, ſi non occi-*
*derint, non egent diſpenſatione.*

AD ſuperiorem tractatũ nil tã
proximè accedit quam illa ir-
regularitas, quę in bello iuſto,
aut iniuſto contrahitur, circa
1 quam licet Tabien. in verb. irregularitas
3. num. 21. conſtituat concluſiones qua-
tuordecim, & Silu. in verb. homicidium
3. q. 6. aliàs ſex diffuſe proſequatur; ego
nihilominus ſummatim, & paulò bre-
uius eorum, & aliorum dicta referen-
do, articulum hunc abſoluam: Et pri-
mo illud apertiſſimum eſt, in imploran-
do auxilium principum ſecularium, ad
tuendas res Eccleſię nullam contrahi ir-
regularitatem, ſiue clerici, monachi, aut
Epiſcopi impetrent, etiam ſi inde mor-
tes ſequantur præter ipſorum intentio-
nem; Ray. in tit. de homicid. uerſ. Item
quòd ſi clericus deferat quærimoniam,
& ita æquum, eſt ea ratione, quòd cleri-
cis licite conceditur à Papa licentia vten
di armis defenſiuis: Abb. in cap. ego. de
iureiur. Silue. in verb. homicidium 3. q.
8. verſ. ſecundum, & idem concludit
Specul. in tit. de diſpenſ. §. Iuxta. verſic.
ſed nunq̃d clerici. & verſ. clericus ergo.

Quando igitur clerici huiuſmodi au
xilium militare impetrauerint, non ob-
erit eis, quoad irregularitatẽ contrahen-
dam, ſi ante conflictum dixerint viriliter
pugnate, captiuos facite, expellite; nam
ſi præter eorum intentionem in confli-
ctu ſequantur militum homicidia, ob il-
la verba non fiunt irregulares, uidetur tex.
in cap. Maximianus 23. q. 3. & q. 8. cap.
hortatu; & diſt. 63. c. Hadrianus; ſed ſi
dixiſſent occidite, aut præſentes in ipſo
conflictu dicerent iacite, percutite: ex ijs
verbis fierent irregulares, vt ibid. Spec.
& Silueſt. in uerb. Bellum 3. q. 2. & ſic
etiam

etiam ſi bellum iuſtum ſit, fiunt irregu-
lares ex verbis ſolis, ſi alij occiderint
multo ergo magis ſi ipſi percuſſerint, vel
ictus emiſerint.

Propterea ſi clericus aliquis prudens
& in agendis rebus ſolers, deputetur cõ-
miſſarius alicuius exercitus, in aliquo iu
ſto bello, videlicet vt munere fungatur
circa cauſas militares de iure tractãdas;
ad ſumptus, & annonas miniſtrãdas, ad
conſulenda bellica negotia, & alia quæ-
libet ſimilia diſponenda, nullam cõtra-
hit irregularitatem ex homicidijs, quæ
fiunt: hoc enim contigit Gulielmo Du-
ranti, qui Speculator dictus eſt: nam eo
bello, quod Martinus IIII. geſſerat ad-
uerſus ciuitates Romandiolæ, quæ ab
Eccleſiæ ditione defecerant, ipſe prædi-
ctis muneribus functus eſt, ſe ſeque nul-
lam ob id contraxiſſe irregularitatẽ cer-
to affirmat, vt ipſe ſcribit in d. §. Iuxta, &
nos idem retulimus in eius vitæ narra-
tione, quam adiecimus ſuo ipſius Com-
mentario ad Conc. Lugdun. ſeu mauis
ad conſtitutiones Gregor. X. Qua de re
nil obfuit illi, quin obtinuerit cum ſacer
dotio plures dignitates Eccleſiaſticas;
quin & Epiſcopatum Mimaten. & (ſi ille
conſenſiſſet) ẽt Archiepãtum Rauennat.

Qua ratione ſi clericus nauali pugna
iuſta nauem gubernet, nulla alia inten-
tione, quam ad reſiſtendum hoſtibus,
3 ad fatigandos, aut fugandos aduerſa-
rios, non erit irregularis ex homicidijs,
quæ hinc inde per pugnantes commit-
tuntur; Specul. in d. §. Iuxta. verſ. Cleri-
cus ergo, in fin. & bona glo. in cap. quod
in dubijs, de pœn. ſecus erit ſi ea inten-
tione nauem regat, vt hoſtis occidatur,
& extinguatur, vt ex eod. loco colligitur.

Præterea ſi quis ad mandatum Epi-
ſcopi fecerit delectum militum, & eos
adducat ad Epiſcopum tuendæ liberta-
tis Eccleſiaſticæ cauſa, ſi redeundo hoſti-
bus obuiam fiat, & in conflictu mortes
contingant, hic qui adducit ad Epiſco-
pum hos milites, effugit irregularitatem
duobus copulatiue concurrentibus, pri-
mo, ſcilicet, quòd ipſe non ſit pręfectus,
aut capitaneus ipſorum militum, ſed ſo-
lum commeator, & ductator, ſeu merus
nuntius, Deinde ꝙ abſtineat & à verbis
hortatorijs ad percutiendum, & ab ipſis
percuſſionibus, ſcribit Cardin. conſ. 19.
Incip. quidam preſbyter, quem citat, &
ſequitur Fely. in cap. petitio, in fin. de ho-
micid. ſed ſi hæc ſimul non concurrant
tunc fieret irregularis, rationibus ſupra-
dictis, & ex dictis S. Thom. 2. 2. q. 40. Ita
quoque ſi clerici propugnantes domũ,
vel Eccleſiam ea ſola intẽtione, vt aduer-
ſarij oppugnãtes deſiſtant, vel aufugiant,
nulla incurritur irregularitas, ſi aliqui
caſu occidantur milites: ſicut econtra ſi
pro recuperandis bonis Eccleſiæ, tur-
rim, aut muros impetant, vel ſuffodiãt,
etiam machinis, vel bombardis, nullam
incurrunt irregularitatem: Silu. in verb.
homicidium 3. q. 5. verſ. Octauum. Sed
dux, aut capitaneus regulariter cenſen-
tur irregulares, ex epiſtola Concilij Illy-
rici, de qua apud Theodoretum hiſt. lib.
4. cap. 8.

Hæc de ijs vera ſunt, qui ſua manu,
aut ictu non occidunt in bello iuſto; at ſi
occiderint, vel mutilauerint nullo quan-
tumuis iuſto bello excuſantur ab irre-
gularitate cap. petitio, de homicid. Ioan.
4 And. Fely. Cald. & Card. ibid. Quinim-
mo, & ſi manu, vel armis non occidant,
ſed occidentibus, & percutientibus ar-
ma miniſtrent, ad iaciendum adiuuent,
aut hortentur ad percutiendum, fiunt
irregulares ex ipſis homicidijs per alios
commiſſis, Spec. in d. §. Iuxta. d. verſ. cle-
ricus ergo S. Tho. d. q. 40. & facit, quod
ſcri-



ſcribit idem S. Tho. 2. 2. q. 64. art. 4. Iſtis
enim caſibus etiam iuſto bello homici-
dium imputatur ad culpam ẽt auxilian-
ti, vel ſubminiſtranti arma, vel adhortã-
ti, etiam vſque ad impedimentum exe-
quendi ordines c. penult. & vlt. de cler.
percuſſ.

Quinimmo ſi in tali cõflictu clericus
aliquem ictum emiſerit, aut percuſſerit
ad ſolam ſuæ vitæ defenſionem, nihilo-
minus in culpa eſt, & fit irregularis, quia
non excuſatur ab illa neceſſitate, in quã
ſe ſe coniecit, l. ſed & ſi §. ſi fideiuſſor. ff.
qui ſatiſd. cog. ideò tenetur abſtinere
ab altaris miniſterio cap. pręſentium; de
cler. percuſſ. & quòd ſubijciens, ſe ſe ne-
ceſſitati non excuſetur probat Silueſt. in
verb. homic. 3. q. 4. verſ. Tertiũ, Tabien.
5 in verb. irregularitas 2. nu. 28. Quin etiã
ſi Papa pmiſerit clericos iuſto bello in-
tereſſe, ſeu adſcribi, non tamen conceſ-
ſiſſe videtur eos poſſe alijs armis vti, quã
defenſiuis, & ad defenſionem: Silueſt. in
verb. homicidium 3. q. 6. verſ. ſextum.

Hæc de bello iuſto dicta ſufficiant; at
bello iniuſto, mandatum, conſilium, mi-
niſtratio armorum; adhortatio, & quęli-
bet incitatio, vel aſſiſtentia, fauor & ap-
probatio inducit irregularitatem, ſi ſe-
quãtur homicidia, ſeu mutilationes tex.
clarus in d. cap. quod in dubijs, de pœn.
Silu. in verb. homic. 3. q. 6. verſ. Quartũ.
Specul. d. §. Iuxta. verſ. ſed nunquid cle-
rici. Quinimmo ex eo ſolo, quod quis
eſt præfectus militum, ſeu capitaneus in
bello iniuſto, etiã ſi homicidia nulla cõ-
tigerint, ſola aſſumptio eius muneris, vel
officij eſt cauſa irregularitatis, ne cler.
vel mon. cap. ſententia, d. 51. cap. ſi quis
poſt; at ſi quis bello iniuſto ſe præſentẽ
exhibuerit ad fauendum, vel aſſiſtendũ
non cauſat irregularitatem, niſi effectua-
liter homicidia, vel mutilationes contin-
gant, d. cap. ſi quis poſt, & Specul. in d.
verſ. nunquid clerici; Abb. & Fely. in d.
cap. petitio: quod procedit etiam ſi ſine
armis ſuam præſentiam, vel aſſiſtentiam
exhibeat, Specul. d. §. Iuxta. verſ. poteſt ẽt
dici. Quin addo, quod ſi ex bello iniu-
ſto homicidia fiant, neſciantur autẽ ho-
micidæ, abſque dubio omnes ſunt irre-
gulares. S. Thom. quodlib. 4. artic. 14.
exemploque eſt S. Romualdus, qui licet
nollet eſſe particeps rixæ, tamen quia p̃-
ſens fuit, pœnitens ſubijt religionem,
multum ſe affligens. Petrus Damian. in
eius vita.

Ideò gubernans nauem bello iniuſto
6 fit irregularis d. cap. quod in dubijs: ſed
& ij, qui præparant arma ad opportuni-
tatem futuræ pugnæ etiam ante confli-
ctum, fiunt irregulares; quia fauent bello
iniuſto, glo. in cap. ita quorundam, de Iu-
dæ. quam approbat Fely. in d. cap. peti-
tio, de homic. cõtra ſententiam Io. And.
Ant. & Anan. qui videntur ſentire con-
trarium, & male; quia iſti præparantes
arma ſunt cooperatores, & participes, ſi
præſciuerint ob quam cauſam prępara-
tio illa fieret; clerici etenim quocumque
bello iniuſto, & factioſo ſponte arma ſu-
mentes amittunt ordinis ſui gradum, &
perpetuo in monaſterium detruduntur.
Conc. Toletan. IIII. cap. 44. nec ibi requi
ritur quòd ſecuta ſint homicidia. ſed ſuf
ficit ſola illa armorum aſſumptio, vt ibi
patet.

Sed ne maneat in ſuſpenſo, ꝙ bellum
dicatur iuſtum, vel iniuſtum, ſciendum
7 eſt quòd dicitur iuſtum, quodcunq; Pa-
pa decernit, Fely. in d. cap. petitio, ex ſen-
tentia Gaſp. Cald. Tabien. in verb. irre-
gularitas 5. nu. 20. ſed ad hoc multa de-
bent concurrere, primum quòd ſit no-
torie pro ſtatu Eccleſiæ, aut pro fide Ca-
tholica; ſecundo quòd per laicos exer-
ecea-

ceatur, at ſi per laicos non poſſit expediri, etiam clerici accedere poſſunt modis, & formis, quibus ſupradictum eſt. Tertium, ꝙ Papa de conſilio Cardinalium hoc decernat iuxta ſententiam Cardin. & Anan. in d. cap petitio; At S. Thom. 2.2.q. 40. dicit tria eſſe neceſſaria ad iuſtū bellum, ſcilicet primū eſt auctoritas principis, alterum cauſa iuſta, Tertium recta intentio, quæ omnia fuſius pertractat Silu. in verb. bellum 1.q.1.

Poſſet verò aliquando ſubitaneus caſus contingere de fide, & Eccleſiæ ſtatu, ita quòd Papa facile conſuli non poſſet, eo caſu præparatio armorum, adhortationes, & alia quæ ſupra diximus ſunt eiuſdem effectus, ut diximus in bello iuſto, & poſſet eſſe talis, & tanta occaſio belli, ut ſufficeret ipſius Epiſcopi auctoritas ſola ad indicendum bellum iuſtum, puta pro extirpandis peccatis, pro defendēda libertate Eccleſiaſtica, & cōtra obſtinatos excommunicatos, & pro iniuſtitia facta ſubditis ſuis, Innoc. in cap. dilectus de appell. & in cap. ſicut, de iureiur. Silu. in verb. bellum 3.q.1.

Illud verò nō eſt hoc loco prætermittendum, ꝙ quæcunque hoc capite diximus ad clericos pertinent, ut cognoſcāt quando illis hæc interdicta ſint, vel quādo ſuſceptorum ordinū adminiſtratio per hæc illis impediatur; ſed laici quādocunque bello iniuſto interfuerint auxilium fauorem, exhortationem, armorum miniſtrationem prębuerint, ſemper ſunt irregulares, ſicut & de clericis dictū eſt; in vno tamen differunt laici à clericis, quando bellum iniuſtum eſt, ſcilicet, ꝙ laici, qui nec occiderunt, nec mutilauerunt proprijs manibus poſſent p Epiſcopum diſpenſari ad ordines, vt fuit ſententia Raym. quàm probat Silu. in verb. bellum 3.q.3. ſed accedentes ad bellum iuſtum, ſi non occiderint, vel mutilauerint, ſine vlla diſpenſatione poſſent promoueri ex ſententia eiuſdem Raym. & Hoſt. Silu. d.q.3.

### *De Mutilationibus.*

## CAP. L

*1 Mutilans ſemetipſum eſt irregularis:*
*Mutilatio, & homicidium iudicantur paria quoad peccatum, irregularitatem, & diſpenſationem.*
*Mutilans alium, ipſe fit irregularis.*
*2 Digitum mutilans alteri quando fit irregularis.*
*3 Barbam euellens alteri, an fiat irregularis.*
*Barba, & pili ſunt hominis ornamentum.*
*4 Faciem alicui dehoneſtans, vel deformans, eſt irregularis.*
*Irregularem faciens alterum, ipſe quoque efficitur irregularis.*
*5 Oculum eruens, vel lædens alteri, ipſe efficitur irregularis.*
*Mutilationi alicuius conſentiens, eſt irregularis.*
*6 Medicus imperitus mutilans ægrotum, quia eſt in culpa, eſt irregularis.*
*Petrus Apoſtolus non fuit irregularis mutilando Malchum.*
*Paulus Apoſtolus baptiſmo diluit irregularitatem ex homicidio Stephani contractam.*
*7 Mutilare videtur, qui membra debilitauit, & reddidit inutilia.*
*Membra debilitata, an ſint membra.*
*8 Mortuum mutilans, quando fit irregularis.*
*9 Mortuorum corpora exenterantes, quando ſint excommunicati, & irregulares.*
*10 Mutilatio, mortificatio & debilitatio, quomodo differant quoad irregularitatem.*

NE mutilatum, ſed integrum de irregularitatibus tractatū abſoluamus, illa una ſupereſt, q̄ ad mutilationem pertinet, nam quiſquis ſeipſum mutilarit, quacunque corporis parte irregularis eſt, non ea ſola ratione, quòd mutilatus eſt, ſed qa ſeipſum mutilauit, uidetur enim ſui homicida, maxi-





mè ſi per indignationem id fecerit: ijſdē etenim regulis, quoad irregularitatē procedit mutilatio, quibus ipſum homicidium: nam in vtroque diſtinguendum eſt, an caſu fiat, an culpa, an dando operā rei illicitæ; Silu. in verb. homicidium 3. q.3. verſ. ſecundum; nam ipſa mutilatio (excepta infirmitatis cauſa) æquiparatur homicidio, quoad peccatum, irregularitatem, & diſpenſationem, glo. in Cle. 1. de homicid. Silue. vbi ſupra Dec. in l. nemo poteſt gladij. ff. de reg. iur.

Qui verò mutilat alterum irregularis fit, & promoueri non poteſt, diſt. 51.
cap. vlt. verum tamen non omnis mutilatio, quam quis in alterius membra committit inducit irregularitatem, ſed ea ſola, quæ fit circa principalia membra hominis, Cardin. poſt Lau. in d. Clem. 1. de homicid. Abb. in cap. 1. qui cler. vel vou.
propterea mutilans digitum alterius nō
2 eſt irregularis, quia digitus non eſt mēbrum. Abb. in d. cap. 1. niſi quis mutilauerit illos digitos, quibus Euchariſtia cō trectatur, nam eo caſu mutilator redditur irregularis, Sil. in verb. homicidium 3.q.3. verſ. Quartum.

Rurſum ſi quis actu, pharmaco, vel vi
alicui vniuerſam barbam euulſerit, etiā
3 ob contumeliam non fit irregularis, barba etenim non eſt membrum, ſed hominis ſolum ornamentum, vt ſcribit Baſil. in examer. homil. 12. Propria (inquit) & peculiaris quędam munitio circa nos ſita eſt per pilos, ſimulque per lineamenta circunſcriptionem, & decorem præbens, ſimul vuilitatem exhibens, de quare etiam S. Auguſt. de ciuitat. Dei lib. 22. cap. 24. vnde apparet nec barbam, nec capillos membra dici poſſè, vt per Soci. in repet. capit. ſententiam, ne cler. vel mon. ſecul. neg.

Et quia facies nobiliſſimum hominis
4 membrum eſt, iccirco ſi vulneribus, aut alio genere deturpationis alterius, faciē quis dehoneſtauerit, ita quòd ob ſcandalum, turpitudinem, aut horrorem promoueri ille non poſſit, is qui deturpauit irregularis eſt, & promoueri non debet, quia qui alium reddit irregularem ſuo facto, ipſe quoque irregularis exiſtit, vt ſingulari doctrina docuit Gul. de Lau. in ſuo ſacramentali; quem in hoc probat Silu. in verb. homicidium 3. q. 3. verſ. Tertium, ad fin. Tabien. in verb. irregularitas 3. num. 26. Angelic. in verb. homicidium 5. num. 5. & Bonif. Rotę auditor, vt tradit aperte Nauar. de irregul. nu. 224. licet aliter alibi ipſe loquatur, vt ibid. nu. 207.

Ideò qui oculum alterius ita lædit, vt
5 inducta albugine, vel macula promoueri non poſſit, ipſe quoque qui ita commaculauit irregularis eſt, & non poterit promoueri, Gul. d. loco. Silu. d. verſ. Tertium, Tabien. & Angelic. vbi ſupra: vnde longè magis erit irregularis, qui alteri oculum eruerit, aut eluſcauerit: nam cum oculus præcipuum membrum ſit, eluſcator mutilator eſt, & promoueri nō poterit, & non ſolū qui eruit, ſed & qui conſentit eruenti, tex. clarus, in cap. quia præſulatus 1.q.4. ſicut quicumque conſentiens mutilationi, fit irregularis, quātum qui mutilat, Specul. in d. §. Iuxta.
6 verſ. Item percuſſor, & ideò medicus, chirurgus, & quilibet alius, qui per imperitiam, aut culpam mutilauerit, aut mutilationis cauſam dederit, ſiue in oculo, ſiue ſurdum fecerit, ſiue in alijs quibuſcumque membris mutilationem, vel omnimodam debilitationem induxerit, iure irregularis exiſtit, vt aliàs de medicis diximus.

Ille etiam qui alterius auriculam mutilauerit, quia auris eſt membrum, gloſ.

diſt.89.c.ſingula, fiet irregularis, at non
ob id S. Petrus, quòd Malcho auriculã
abſciderit, factus eſt irregularis, quia cũ
nondum de hac irregularitate, ius poſi-
tiuum extaret, nõ potuit hac cenſura no-
tari, præſertim id faciendo ad defenſio-
nem Dei, & Domini ſui; Quin ſi forte
aliqua irregularitas in eo fuit, à Domino
diſpenſatus fuit. c. ſi Petrus, 24.q.1. Pro-
pterea Spec. in d. tit. de diſpenſ. §. Iuxta.
verſ. Item percuſſor, iure merito excuſat
ab irregularitate tam S. Petrũ, quàm S.
Paulum, qui conſenſerat homicidio per
petrato in Stephanum, ſed melius dicẽ-
dum, quòd in S. Paulo per baptiſmum
ſublata fuerat, vt dicemus infra quib.
mod. toll. irregul. & in Petro (ſi fuit)
ſublata eſt per reintegrationem ipſius
Malchi; nam ceſſante cauſa irregularita
tis, ceſſauit irregularitas.

Ad mutilationem quoque pertinet ſi
quis alterius membrum non abſcindat,
7 vel detruncet, aut auferat, ſed tantum de
bilitet, & illud penitus reddat inutile,
Tabien. in verb. irregularitas 3. nu. 26.
Angelic. in verb. homicid. 5. nu. 5. ſed &
ſi non ſit factum penitus inutile mem-
brum, ſed debilitatum, ita vt non ſit cõ-
moda ſacramentorum adminiſtratio,
idẽ iuris eſt, vt qui cauſam dedit illi de-
bilitationi, fiat irregularis, Card. Zab. in
d. c. 1. qui cler. vel voue. in nouiſſi. ſcri-
ptis: & propterea ſentit, vt omnino ille
cogatur petere diſpenſationem; Regu-
lariter tamen debilitans alterius mẽbra
non redditur irregularis, Abb. in c. cleri-
cis, ne cler. vel mon. & in cap. 1. ne cler.
vel vou. vbi etiam Gaſp. Cald. quos pro-
bat Fely. in d. c. petitio, ea ratione, quod
membrum debilitatum non deſinit eſſe
membrum. 1. q. 1. cap. ſicut vrgeri; niſi
forte videatur tutius, quòd licet non de-
ſinat eſſe membrum, deſinit tamen fun-
gi officio tuo, vnde quia in adminiſtra-
tione ordinum requiritur non nudum
membrum, ſed officioſum membrum,
videtur quòd qui fecit alium irregularẽ
per debilitationem membri, ipſe quoq;
dicatur irregularis, ex rationibus ſupra-
dictis circa princ. huius c. iuxta ſenten-
tiam prędicti Bonifacij Rotæ auditoris,
in Clem. 1. de homic. col. 6. ſecus ſi ipſe
debilitatus ob id non eſſet factus irregu-
laris, quia tunc procederet ſententia prę-
dicta, vt ẽt debilitans non ſit irregularis.

Ad eandem irregularitatem pertinet
8 ſi quis mortuum mutilauerit per indi-
gnationem, & mortui ignominiam, nã
tunc non ob ipſam mutilationem fit ir-
regularis, ſed ob ſcandalum, & horribi-
litatem, vt probauimus ſupra quãdo de
ratihabitatione homicidij tractauimus:
Quin etiam ſi quis detruncet, vel muti-
let mortui corpus pietatis affectu, quam
impietatem canon. appellat, quando ſci-
licet cadauera in membra diſcindũtur,
9 quo facilius tranſportari, ſeu tranſuehi
poſſint ſepulturæ cauſa; nam ij, qui di-
ſcindunt, vel diſcindi faciunt, vel exente
rant, ipſo iure incurrunt excommunica-
tionis Papæ reſeruatę ſententiam, extra-
uag. Bonif. VIII. de ſepult.

Concludendo igitur in hac materia
mutilationis, triplex caſus cõſiderari põt
.ſ. detruncatio ſeu amputatio, Deinde to
talis debilitatio, & mortificatio, Tertio
debilitatio imperfecta; Duobus primis
caſibus dubio procul q facit mutilatio-
nem, vel debilitationem irregularis eſt,
tam apud legiſtas, quàm canoniſtas Cin.
in auth. ſed nouo iure C. de ſeru. fugit:
tex. in l. Idem Offilius in princ. ff. de edil.
edic. Abb. in c. cum illo, de ſent. excõ. In
tertio verò caſu non niſi quãdo impedi-
retur cõmoda ſacramentorũ adminiſtra
tio, iuxta ea quæ paulò ante diximus.





## *Quibus modis tollitur irregularitas.*

## CAP. LI.

1 *Irregularitas indiſpenſabilis ab impoſſibili eſt illa, quæ ſurgit à defectu membrorum neceſſariorum.*

*Irregularitas non purgatur ſacramento pœnitentiæ.*

*Irregularitas quæ venit ab homicidio voluntario ortum habuit à iure diuino.*

2 *Papa diſpenſare poteſt ſuper irregularitate ex homicidio, ſed fere nunquam diſpenſat.*

*Verbum irrecuperabiliter nõ impedit quin Papa poſſit diſpenſare.*

*Irregularitas ex illegitimitate ortum habuit à veteri teſtamento.*

*Diſpenſatio optimum remedium contra irregularitatem.*

3 *Legitimis deficientibus admitti poſſunt illegitimi.*

*Ioannes Andreæ illegitimus diſpenſatus fuit ad omnes dignitates, ſed non ad Epiſcopatum.*

*Diſpenſatio dicitur eſſe debita, ſi ſubſit cauſa.*

*Diſpenſatio non eſt neganda, etiam ſi tertius ſe opponat.*

*Diſpenſationes Papales quæ ſint præcipuè.*

4 *Diſpenſationes Epiſcopo cõceduntur in quibuſcumque irregularitatibus occultis, excepto homicidio, & in quibuſcumque illis non reperitur prohibitum.*

*Occultum quid dicatur.*

*Epiſcopus diſpenſat ſuper irregularitate contracta adminiſtrando ordines minores.*

5 *Inquiſitor hæreticæ prauitatis diſpenſat cum ijs qui redeunt ab hæreſi ſuper quibuſcumq; irregularitatibus contractis in violandis cenſuris.*

*Diſpenſationes hodie non expediuntur penitus in curia, ſed committuntur à Papa ordinarijs.*

6 *Diſpenſationes, quæ cõmittuntur ordinarijs nõ expirant etiã ſi Papa moriatur re integra.*

7 *Irregularitas quandoque per ſacramentum pœnitentiæ deſinit obeſſe*

*Irregularitas an pertineat ad forũ conſcientiæ.*

*Abſoluendi poteſtas non includit poteſtatem diſpenſandi.*

*Epiſcopi, & Archiepiſcopi quomodo diſpenſentur ab irregularitatibus.*

*Confeſſor debet probe ſcire oẽs irregularitates.*

*Diſpenſatio quandoque tacita reperitur.*

*Naupaten. Archiep. per errorem promotus depoſitus fuit.*

*Clericus quomodo capax feudi.*

*Diſpenſare tacite videtur non ſolum qui ſciẽs defectum ordinat irregularem, ſed etiã qui ei dimiſſorias concedit.*

*Diſpenſatus ab omnibus irregularitatibus, ſi aliqua per obliuionem fuerit prætermiſſa nõ tenetur poſtea petere ſe ab ea abſolui.*

8 *Diſpenſatio tacita nõ fingitur, ſi ordinator poſt ordinẽ iam collatum, tacuerit & tolerauerit ordinatum in irregularitate celebrare.*

*Papa ſciens totam vnam prouinciam, vel ciuitatem eſſe irregularem, ſi ſciens tolerauerit eos ordinari, & ordinatos exercere, diſpenſare videtur*

9 *Vſurariæ prauitatis ſi tota vna ciuitas ſit delinquens, omnes ſunt irregulares.*

*Princeps ſæcularis, & ſi auferat irregularitatis cauſam vel infamiam alicuius, non tamen ea diſpenſatio prodeſt in foro Eccleſiæ, vt promoueri poſſit*

*Princeps auferendo infamiam ab ijs, qui puniũtur ex facto alieno, ſuffragatur etiam in foro Eccleſiæ.*

10 *Diſpenſatio eſt difficilior cum promouendis, quàm cum promotis, tam ad obtinenda beneficia quàm obtenta.*

*Diſpenſationis materia admittit argumentum à maiori ad minus, vt intelligatur quomodo, et quando concedenda ſit*

*Irregularis nemo in iudicio damnatur, niſi et factum, & ius plene probentur.*

*Irregularis quiſque ſe ſe præſumit in foro conſcientiæ.*

*Delicta præſumuntur in foro conſcientiæ.*

*Epiſcopus quomodo procedat contra eos, quos dubitat eſſe irregulares.*

11 *Baptiſmus aufert omnes irregularitates etiã ex homicidio voluntario.*

*Baptiſmus non aufert illegitimitatem, bigamiam, nec defectum membrorum.*

*Irregularitates fere omnes tolluntur religionis ingreſſu, aut ſaltim facilius diſpenſantur.*

12 *Regulares prælati plerumque facultatem habent diſpenſandi ſuper irregularitatibus cũ ſuis religioſis.*

*Regulares diſpenſati ab omnibus irregularitatibus non ſunt admittendi ad prælaturas niſi ex Papæ diſpenſatione.*

13 *Regulares prælati qui incurrunt pœnas cap. 1. de ſent. excõ. in 6. poſſunt abſolui à proprijs confeſſoribus.*

*Regulares abſoluti ab irregularitatibus à proprijs confeſſoribus ſi omiſſa fuerit aliqua per obliuionem non tenetur petere abſolutionem à tali irregularitate.*

*Ordo clericalis an reddat de illegitimo legitimum.*

14 *Ordo ſuſceptus non aufert irregularitatē, ſed auget.*

*Tempus quandoque aufert irregularitatem.*

*Tempus aufert omnes irregularitates, quæ pendent à tempore.*

*Iudæus recens conuerſus nō eſt admittendus ad vllum publicum officium.*

*Peregrinus poſt tempus triennij ordinari poſſet.*

15 *Tēpus aufert oēs irregularitates præſumptas.*

*Tempus quandoque auget irregularitatem.*

*Titulus non præſumitur in beneficialibus, temporis diuturnitate.*

*Beneficia tempore præſcribi non poſſunt.*

*Præſcriptio non tolit crimina iure canonico.*

*Multiplicitas beneficiorum, per conſuetudinem poteſt aliquando ſuſtineri, ſicut per diſpenſationem.*

*Ceſſante cauſa irregularitatis ipſa ceſſat.*

*Irregularitas ex infamia ceſſat, ſi reſtituatur fama.*

*Illiteratus factus doctior, deſinit eſſe irregularis.*

15 *Vxoratus mortua vxore poteſt promoueri.*

1 MAgna quidem cenſura eſt irregularitas, q̄ hominem Eccleſiaſticis miniſterijs reddat indignum: nulli tamen hominum adimitur ſpes, quin quacumque ex cauſa ꝓueniat, aliquo opportuno remedio ſanari poſſit, excepta vna, quæ inſanabilis eſt, illa ſcilicet, quæ ſurgit ex impoſſibilitate, vt in cæco, muto, ſurdo, amputatis manibus, vel pedibus, in qua nō eſt ſperanda Eccleſiaſtica medela, ad defectum huiuſmodi tollendum, ex S. Thom. 3. q. 82. artic. vlt. ad 3. vbi his verbis vtitur: Debilitas vel ægritudo ſuperueniens ordini ſacerdotali ordinem nō tollit, executionem tamen ordinis tollit, quantum ad conſecrationem Euchariſtiæ, quandoq; quidem propter impoſſibilitatem executionis ſicut ſi priuetur oculis, aut digitis, aut vſu linguæ. Hæc ille, qui idem differit 4. diſt. 25. quæſt. 2. in fin.

Propterea in huiuſmodi irregularitatibus, q̄ ſunt ab impoſſibili fruſtra quærendum eſt remedium, quod reperiri nō poteſt; At in cæteris irregularitatibus, quæ nō ex impoſſibili, ſed ex aliquo defectu pendent, vtputa circa claritatem perſonæ, vel ex aliquo accidenti, aut crimine; poſſet aliquod reperiri canonicū remedium, quo ipſe defectus ſanaretur; Nam licet pœnitentia ſit purgatiua omnium criminum, atque defectuum; tamen quoad veram irregularitatem delendam ſola non valet, glo. in capit. ventum, in verb. cicatrix 1. q. 1. Iccirco in iure alia quamplura remedia comperta ſunt, quorum potiſſimum eſt diſpenſatio; quamuis enim aliqua irregularitas à iure diuino inuenta fuerit, qualis eſt ea quæ ex homicidio voluntario naſcitur 1. Paralipom. cap. 28. & de conſecr. d. 1. cap. 1. Tamen ſuper ea diſpenſare poteſt
2 Papa. Specul. in tit. de diſpenſat. §. Iuxta. verſ. Papa autem in omnibus, & gloſ. in d. cap. 1. Silueſt. in verb. homicidium 3.
3 q. 8. verſ. ſecundum: Nunquam tamen, aut perquam raro Apoſtolica ſedes ſup eo diſpenſat, vt dicit glo. in cap. ſicut dignum, & ibi Abb. de homicid. & eſt cōmunis opinio de qua atteſtatur Silueſt. d. verſ. ſecundum. Et licet nunquam diſpenſet, non tamen per hoc dicitur non poſſe ſedes Apoſtolica diſpenſare; quia cum omnes irregularitates ſint redactæ ſub iure poſitiuo, vt dicit Anch. in Cle. 1. de homicid. vbi Cardin. colum. 6. & Abb. in cap. ego, de iureiur. Silu. in verb. irregularitas, verſic. fin. merito conſequens eſt, vt Papa ſuper omnibus diſpenſare poſſit: habet enim plenariam poteſtatem ſuper omne ius poſitiuum cap. propoſuit, de conceſſ. præben. Specul. in d. verſ. Papa autem in omnibus Silu. in d. verſ. vlt. vbi etiam ponit formam

mam



mam diſpenſationis. Quinimmo etiam ſi alicui irregularitati canon adpoſuiſſet verbum irrecuperabiliter, tamē tale verbum non excludet, quin Papa poſſit diſpenſare ſecundum omnes, ut per Abb. in cap. ſuper eo, de ſchiſm. Borgas de diſpenſ. p. 2. tit. de different. nu. 13.

Præterea poſſet defendi, quòd irregularitas ex homicidio ſit iuris poſitiui; nā quoad irregularitatem ipſius irregularitatis, vbi omnes afficeret, non reperitur in diuino iure, ſed bene reperitur ſpecialiter fuiſſe fulminata talis cenſura in perſonam Dauid d. cap. 28. & ita expreſſim ſcribit Tabien. in uerb. irregularitas, in princ. Ideoque eius exemplo poſtea per generalem legem iuris poſitiui hæc irregularitas promulgata eſt, Tabien. ibid. vnde conſequens eſt, vt quaſi ſit ex iure poſitiuo, etiam ſi ſit ſub poteſtate, & diſpenſatione Papæ, ſicut alię omnes quæ à iure teſtamento veteri originem traxerunt, vt in illegitimis, Deuteron. cap. 23. & alijs quæ habentur Leuit. cap. 21. atq; alijs Apoſtolicis irregularitatibus 1. ad Tim. cap. 3. & ad Titum c. 1. ſuper quibus Papa diſpenſare non prohibetur.

Diſpenſationis igitur remedium neceſſario adinuentum eſt, Nam idoneis Dei miniſtris deficientibus tolerari debent patientes defectum non multū grauem glo. in cap. priſcis, diſt. 55. & diſt. 57. cap. 1. in fin. exemplum trahi poteſt ab illegitimis, qui deficientibus legitimis
3 idoneis, ac probis admitti debent, ſicut ad honores ſeculares ff. de decur. l. ſpurius, & generaliter §. ſpurios: ita ad honores Eccleſiaſticos. Alberic. in verb. illegitime, in princ. Quinimmo illa diſpenſatio eſt debita, tex. & glo. notabilis in c. Dominus, diſt. 56. & text. in cap. litteras, de fil. preſb. propterea Ioannes Andreæ illegitimus ob probos mores, & ſummā vtriuſque iuris peritiam à Ioanne 22. diſpenſatus eſt ad omnes ordines ſacros, & dignitates, excepto Epiſcopatu, vt ipſemet ſcribit in addit. ad Specul. in tit. de fil. preſb.

Quinimmo in quacumque irregularitate, ſi iuſta cauſa adſit, diſpenſatio debita videtur, & negari non debet, glo. in cap. ſi quis diaconus, diſt. 50. per text. in cap. conſtitueretur, ead. diſt. & 11. q. 3. c. plerumque: & glo. in d. cap. dominus, expreſſius in Conc. Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. de refor. Quinimmo etiam ſi tertius ſe oppoſuerit, non eſt neganda diſpenſatio. Borgas. de diſpenſ. par. 6. tit. de adult. num. 15. diximus ſupra lib. 3. cap. 17. videlicet quando ipſe irregularis ſponte petit diſpenſationem, ſecus ſi petat poſt accuſationem, vel exceptionem, vt ibi diximus.

Et quamquam ſuper omnibus Papa diſpenſare poſſit, Tamen certę quædam ipſi ſoli reſeruantur, quæ Epiſcopis non conceduntur: nam irregularitas illegitimitatis, bigamiæ publicæ, ſeu ſolemnis pœnitentiæ, infamiæ, illiteraturæ, ætatis, obligationis ad ratiocinia, adſtrictorum Curiæ, Neophytorum: & notorij, ſeu capitalis criminis, Papæ reſeruātur, vt ſuis locis magis opportunè ſuperioribus libris diximus, & videtur glo. diſt. 50. cap miror, & ita obſeruari in Curia Romana ſcribit Archid. in cap. non confidat, diſt. 50. vbi bonus text. & alius text. in c. cū ęterni de re Iud. lib. 6. vbi not. Inno. ſed & Tabien. in verb. diſpenſatio, num. 13. verſ. 17. addit quod Papæ reſeruatur diſpenſatio ſuper omnibus defectibus corporalibus, vt etiam apertius conſtare poteſt ex ipſis locis in quibus irregularitates ſingulas proſequentes, & de earum quoque diſpenſationibus locuti ſumus.

Ad Epiſcopos verò pertinet diſpen-

4 ſandi facultas ſuper quibuſuis irregularitatibus ab occulto delicto, & non deducto ad forũ contentioſum prouenientibus, excepto homicidio voluntario, & occultiſs. Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. de refor. Quòd ſi quæratur, quid ſit occultum in ſimili materia de iure cómuni, Reſp. occultum opponitur notorio, & manifeſto, adeo quòd delicta non notoria, nec in iudicium deducta, etiam ſi ſint nota multis poſſunt dici occulta, vt aperte tradit Silu. in verb. lex. q 13. verſ. 13. in fin. quin niſi actus ſit eccidens, nõ poteſt dici manifeſtus, quia manifeſtum & euidens ſunt ſynonyma. Specul. cap. ſi fortè, in verb. euidenter. de elect. in 6. Sed & factum coram quinque dicitur factum ſecretum, vt probatur per tex. & glo. in ver. ſecreta, de pœnit. diſt 1. c. quis aliquando. §. fin. & tradit Specul. in tit. de notor. crim. §. penè; & eſt arg. textus Euãgelij; Nam actus factus coram paucis, ſi diuulgetur, non deſinit eſſe occultus, vt Marc. 5. in fin.

Eſt etiam eorundem Epiſcoporũ facultas diſpenſandi, in quibuſcumque caſibus expreſſe illis non fuerit prohibitũ, vt probat glo. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs, in verb. diſpenſare, de Iud. Hug. diſ. 50. cap. ſi quis preſbyter: Et quia minora delicta Epiſcopo non reperiuntur ꝓhibita, ideò ſemper poterit diſpenſare d. cap. at ſi. Nauar. in Manual. cap. 25. nu. 74. Eiſdem quoque conceditur diſpenſatio ſuper quacumque irregularitate, quoad ſolos minores ordines obtinendos; nam & ſi cuiuſlibet ordinis executio indebita propter ſuſpenſionem, vel excommunicationem inducat irregularitatem per ſolum Papam diſpenſandã, tamen ſi fuerit ex adminiſtratione indebita ordinum minorum ab Epiſcopo diſpenſari poſſet, Specul. in tit. de diſpenſ. §. Iuxta verſ. quid ſi diaconus, & ſequ. & per totum illum titulum, vbi hæc diſpẽſatio pertractatur: Et ſanè in diſpenſationibus certę regulę præſcribi non poſſunt, quando, & in quibus irregularitatibus Epiſcopus diſpenſare ualeat, Ideò ex locis ſingularum irregularitatũ apertius ſuperioribus libris lector intelligere poteſt.

5 Aliquando tamen Papa certis iudicibus delegat generalem diſpenſandi facultatem; nam Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis conceſſum eſt, ſuper quibuſcũque irregularitatibus diſpenſare cũ illis, qui redeunt ab hæreſi ad gremium Eccleſiæ, etiam ſi illę irregularitates ſint ex apoſtaſia, ſiue ex violatione quarumcũque cenſurarũ, vel interdicti, dum tamẽ non in cõtemptum clauium, vt patet ex bulla Clem. VII. Incip. Cum ſicut, cuius verba refert iudiciale Inquiſitorum in verb. irregularitas.

Verumtamen eſt animaduertendum, quòd d. Bulla Clementis VII. per poſteriorum Pontificũ extrauagantes non parũ correcta eſt: Nam Pius V. anno 1567. 6. Septembris anno 2. Didaco de Spinoſa Generali Hiſpaniarum Inquiſitori inhibuit, decernens ne poſſet huiuſmodi redeũtes habilitare ad aliqua beneficia, nec ſi forent Clerici, vt ad ſuperiores ordines aſcenderent, imò nec cum preſbyteris diſpenſare, ut in altari deſeruirent. teſtatur id vir prędoctus Pegña in Directorio Inquiſitorum, par. 3. q. 126.

Hodie verò pleræque diſpenſationes, quæ à ſede Apoſtolica emanant cõmittuntur in partibus Ordinarijs, vt de veritate narratorum cognoſcatur, & an cauſa ob quam diſpenſatio conceditur, ſit vera. Conc. Trident. ſeſſ. 19. c. 7. quo caſu etiam ſi Papa moriatur re integra, cõmiſſio non expirat, Silu. in verb. diſpen-





ſatio q. 6. Armil. in verb. gratia nu. 4. & 5. citat. Fed. de Sen. conſ. 78. quibus caſibus quando, ſcilicet Papa diſpenſat per ſe, vel committit, vt alius diſpenſet cum aliquo ſuper omnibus ſuis irregularitatibus, vel cenſuris, ſi per obliuionem aliquæ omittantur vna diſpenſatio ſufficit, & de oblitis non tenetur vlterius petere diſpenſationẽ, quia per conſequentiam videtur diſpenſatus ſuper omnibꝰ, & ita eſt communis ſententia, de qua atteſtatur Nauar. Manual. cap. 26. nu. 13. bene, verum eſt, quod ſi eſſet irregularitas nata ex peccato mortali, eſſet facienda confeſſio de ipſo peccato; ſed nõ eſſet neceſſe facere de irregularitate, vt ibi ipſe notat, propterea conſulit, vt cum ab irregularitate diſpenſari quis petit addat clauſulam, & de omni alia irregularitate oblita, vel incognita.

7 Sed & aliquibus caſibus ſimplici ſacramento pœnitentiæ per confeſſionem abſoluuntur quędam delicta, quia occulta ſunt, quæ ſi eſſent manifeſta inducerent irregularitatem, & non eſſent in facultate ſimplicis ſacerdotis, ſed ſolum ſunt in ſua poteſtate ꝗa occulta, & ꝑ ſuã abſolutionem delentur, 6. q. 1. c. Illi, de apoſt. cap. 2. Alberic. in verb. crimen, ad fin. Vnde peracta pœnitentia non vidẽtur poſtea debere cenſurari de irregularitate in tali genere criminum, vt puta quando non ſunt grauia, & ſunt occulta, vt diximus ſupra hoc lib. cap. 12. ſecus eſſet ſi fuerint talia crimina, quæ etiam poſt peractam pœnitentiã deijciunt promotum, vt ibi diximus.

Propterea hoc loco animaduertendũ eſt, quòd irregularitas nil pertinet ad forum conſcientiæ, quia longè differunt abſoluere, & diſpenſare; cum irregularitas plerumque pœna ſit, non culpa, Caietan. in ſumma in verb. irregularitas in princ. propterea Iubileum quantumuis amplũ ſuper facultate abſoluendi à quibuſcumque cenſuris etiam reſeruatis, non includit facultatem diſpenſandi, niſi hoc aperte dicat; quia & ideò poteſtas abſoluendi non includit poteſtatem diſpenſandi Domin. & Cardin. Alex. in c. maior, per illum tex. diſ. 50. Nauar. Man. cap. 27. nu. 194. quod limitatur in optimo caſu: nam prælati ſi ſibi eligant confeſſorem (vt poſſunt) ex priuilegio iuris, ille confeſſor nõ ſolum abſoluere poteſt eos à peccatis, ſed etiam diſpenſare ab irregularitatibus nõ reſeruatis, vnde quomodo diſpenſentur talibus caſibus Epiſcopi, Archiepiſcopi, & alij prælati diximus late ſupra lib. 2. cap. 2. in fin. eò lectorem reijcimus.

Debet igitur confeſſor plenè nouiſſe omnes irregularitates, non tantum ratione ſui, ne incurrat ipſe irregularitates aliquid faciẽdo contra officium ſuum, aut contra ſuſpenſionem, aut interdictum, aut aliter adminiſtrando, verum etiam, vt probe conſulere, & præcipere poſſit confitentibus, quando abſtinere debeat, quale genus irregularitatis incurrerint ex crimine, ſcandalo, cenſura, vel indebita executione ordinum, & ſimilibus: debet enim hęc omnia noſſe potius ut ligatum demonſtret confitentem, quàm vt ſoluat. Eſt enim vtilis talis cognitio confeſſori, vt dicit Franc. Pollanc. in Directorio conf. tit. de irregular. ad calcem operis.

Et quoniã hęc omnia ſupradicta pertinent ad expreſſam diſpenſationẽ; ſciendum eſt, tacitam quoque diſpenſationẽ reperiri, quæ eſt ſi Papa ordinet, vel ordinari committat eum, quem ſcit irregularem eſſe; nam ob id videtur eũ diſpenſare, gl. in cap. qui in aliquo, diſt. 51. ſecus tamen eſſet ſi id neſciſſet Papa, ꝗa

non videretur diſpenſaſſe,vt ibi gl.ſuper qua quæſtione eſt videnda gl. & text. in c.ſi ſine, diſt.8 1.& Raym.in tit.de lap.& diſpenſ. §. vlt. & vt latius diximus ſupra lib.4.cap.3.tit.quand.ſubd.ſuum ordin. nõ poſſ.Ideò ſi poſt promotionem ignoranter factã detegatur irregularitas promoti,deponi poteſt,vt contigit Archiep. Naupacten.quem Papa promouerat neſciens eum eſſe mimum, & cum poſtea id ſciuit illum depoſuit,nec paſſus eſt vt conſecraretur,ſcribit Borgaſ.de diſpenſ. p.1.q.5.nu. 23. Et ex ijs deciditur quæſtio, Nam diſputatur an clericus primæ tonſuræ ſit capax feudi laici. Bald.& cõmuniter Doct. in cap. qui clericus; ſi de feud.fuer.contr.& Not. Præpoſ. in cap. 1.§.Et quia, qui feud.dar.poſſ.Tamen ſi clericus fuerit infeudatus à laico, & in illo ſeudo toleratus,ceſſat dubitatio, & quodammodo diſpenſatus videtur cap. 1.§.1.de feud.fœm.Alber.Brun.conſ.38. col.3.verſ.& aduertatur.

In Epiſcopo autem ſi per ſe diſpenſare cum aliquo poteſt,diſpenſatio ab illo non eſt facienda ſupine,aut negligenter, ideſt ſine conſideratione, & iuſta cauſa; nam puniri debet,vt ſcribit aperte Silu. in verb.diſpenſatio.q.vlt.Naua.in Man. tit.25.nu.74.& idem Nauar. in cap.vlt. de Simon.nu.4. Et ideò cum ſcit irregularitatẽ ipſius ordinandi, & ea ſit in ipſius poteſtate,ſi ordinet,vel ordinari cõcedat intendens diſpenſare ex cauſa ſibi cognita,& nil exprimat, tamen tacite diſpenſare videtur,ſaltem quoad forũ conſcientiæ:Nauar.Manual.cap.25.nu.74. & etiam in foro Iudiciali,ſecundum Sil. in verb. irregularitas q. vlt. ex ſententia Ant.Flor.& videtur glo.in d.c.qui in aliquo,quibus ego cõſentio; nam ſi ſcierit talem irregularitatem, vel impedimentum æquius eſt, vt præſumatur voluiſſe diſpenſare,quàm ſibi & ordinando iniicere laqueum,cũ per diſpenſationem ſanare potuiſſet. Vnde eſt habenda quaſi expreſſe facta;nec obſtat ratio Nauar.qđ Epiſcopi diſpenſatio debet eſſe cum cauſa,quia fateor tantum valere,quantũ ipſam expreſſam,& vtramque cum peccato eſſe, ſi ſine cauſa; attamen eſt præſumenda voluntas ipſius Epiſcopi in diſpenſando: Vnde ſequitur quòd ſi ſupino animo Epiſcopus nil de diſpenſatione cogitarit, non uidetur diſpenſatus ille, qui ab eo in irregularitate ordinatus eſt; Ideò ſuſceptũ ordinem exercere non poterit,niſi obtenta diſpenſatione; quæ diſtinctio rectè cõuenire poteſt etiã Legatis à ſede Apoſtolica; nam ſi ordinẽt, vel ordinari concedant ex ſua facultate ad ſacros ordines eum, quem ſciunt irregularem,intendentes diſpenſare,in veritate talis tacita diſpenſatio quia nullã certam formã requiſitam à iure habet, ſufficere videbitur,ſi ſit cum cauſa, ſicut expreſſa diſpenſatio; ſecus ſi per incogitantiam permiſſerint ordinari,quia tacita diſpenſatio non intelligeretur ex præmiſſis; ſuper quo articulo videndus eſt Abb.in cap.veniens,de fil.preſb.vbi tractat fuſius quãdo ſciens,& tacens diſpenſare videatur,& optime per Spec.de diſpenſ.§.qualiter circa princ.num.4.& in hac materia tacitę diſpenſationis à pari procedunt ordines per ſe cõferre,vel dimiſſorias concedere,cum eadẽ ſcientia, & intentione, Silu.in verb. irregularitas q.vlt.in fin.& ideò in vtroque idem ius ſeruandum eſt,circa præſumendam, vel non præſumendam diſpenſationẽ,quod etiam tradit Nauar.d.nu.74.

Hæc igitur quæ diximus vera ſunt in ſciente,& intendente diſpenſare ante factum.i.ante ordinis collationem; at poſt ordines iam collatos talis ſcientia, & to-

lerantia



lerantia non inducit effectum tacitæ diſpenſationis,exẽplo ſit, ſi aliquis minus legitime promotus, ſiue ob natalia, ſiue ob alios quoſcumq; defectus,qui ſint in poteſtate Epiſcopi, ſi ipſe patiatur hunc ita promotum non canonicè, coram ſe celebrare,ex hac pręſentia, & tolerantia non inducitur tacita diſpenſatio,vt ſcribit Fel.in c.præterea ſub.nu.8.de teſtib. cog. propè fin. vbi latiſſimè nu.6.7.8.& 9.& in ſpecie hoc ſcripſit glo.in Clem.ſi ſummus,de ſent. excom. in verb.approbare.citat Innoc.& Hoſt.in cap.fin.de fil. preſbyt.

Alius caſus eſt tacitæ, & præſumptæ diſpenſationis,ſ.ſi tota vna ciuitas,vel ꝓuincia ſit irregularis, ita qđ ſi rigor ſeruaretur in impedienda promotione, vel in deijciendis promotis, ſcandala orirẽtur,eo caſu Papa ſciens, & tolerans illos ciues,vel prouinciales promoueri,vel ꝓ-
9 motos exercere,diſpenſare videtur.text. & bona gl.in c.aliquantos,diſ.51.Ideoq; ſi tota vna ciuitas ſit vſuraria, vel ſimoniaca forſan ex facto conſiliariorũ,& ꝓpterea ſit tota irregularis, ſi Papa ſciens toleret eorũ promotiones, videbitur diſpenſare,quia in hmõi multitudinũ irregularitatibus facilior eſt diſpẽſatio, arg. cap. Lugdunenſis 9.q.2.aperte habetur in Epiſt.Innoc.1.quæ eſt 24.ad Synodũ Toletan. c.1.& 2. Et ideò quãdo totum vnum monaſteriũ eſt in aliqua culpa,diſpenſatio facile cõceditur pro omnibus monachis in eo exiſtentibus,& inter monachos comprehẽdetur ẽt Abb.vel ſuus ꝓlatus c.vlt.de ſim.& ibid.Nauar.& alij.

Hæc omnia,quæ de diſpenſatione diximus procedunt in Papa, vel in Epiſcopis,aut legatis, qui Eccleſiaſtica iuriſdictione vtentes diſpenſare putantur; at in principe ſęculari licet ipſa canonica impedimenta aliquando auferre poſſit; ideſt,abolere aliquas maculas,quæ cauſant irregularitatem, Tamen ea habilitatio principis nõ proderit, quoad forum Eccleſiæ; ideoque & ſi Imperator reſtituat ad Natalia hominem illegitimum, ſiue reſtituat ad famã eum, qui infamis eſt, tamen ipſa reſtitutio,legitimatio, vel diſpenſatio, non proderit vt ille promoueri poſſit, Archid. in cap.lege.diſt.10. vt latius diximus quãdo de legitimatis agebamus; quod procedit etiam in criminibus mere ſęcularibus,ex quibus infamia naſcitur,vel irregularitas;nam abſolutio principis, vel Imperatoris nõ extenditur vltra ſuum forum,Hug.& Lau. in d.cap.lege:quod procedit quando ipſe Reus criminis ab Imperatore reſtituitur,vel diſpenſatur,quia ipſa perſona labefactata,in Eccleſia eſt adhuc ſaltem de facto infamis,& inhabilis: ſed ſi quis ſit inhabilis, vel irregularis,non ſuo, ſed ex alieno delicto, cuiuſmodi ſunt filij primi, & ſecundi gradus eorum, qui Rei ſunt leſæ maieſtatis, eo caſu ſi princeps reſtituat ad famã, & honores ipſam prolem, etiam Eccleſia illã pro reſtituta habet, & admittet ad ordines, & beneficia. Archid.in c.1.diſt.101.Idem Archid.6. q.1.cap.ſi quis cum militibus.ad idem Iud.Inquiſi.in verb.reſtitutio,citat Abb. in cap.cuncti,de ſent.& re iud.

Eſt etiam notandum in hac materia diſpenſationis,vt ſuperior diſpenſaturus
10 conſideret,an agatur de diſpenſando cũ promouendis, an cum promotis, quia difficilius diſpenſatur cum promouendis,quàm cum promotis, vel ad beneficia obtinenda, quàm ad retinenda iam obtenta, glo.per illum tex.in cap.quicũque pœnitentes, diſt. 50. arg.cap.quemadmodum, de iureiur. & per regulam vulg.l.patre furioſo: quod ita uerum eſt ſi in eo, qui vult diſpenſari ad obtenta

nul-

nulla alia culpa præponderet; exemplo eſt, ſi ille qui promotus eſt, vel beneficiatus adminiſtrauerit ordinẽ ſuum in excommunicatione, ſuſpenſione, vel interdicto; nam ob id fit fortius irregularis, & cum excommunicatio eſſet Epiſcopalis, ob illam adminiſtrationem irregularitas fit Papalis; vnde difficilius hic promotus diſpenſaretur habita conſideratione illius culpæ male adminiſtrationis.

In hac etiam materia diſpenſator animaduertere debet, quòd ſi quando in iure caſus expreſſus ad diſpenſationẽ non reperitur, debet confugere ad ſimiles caſus, quia in materia diſpenſationis, valet argumentum à maiori ad minus, tex. & ibi Abb. in cap. per uenerabilem, col. 2. uerſ. nota ibi quòd, qui fil. ſint legit. cum ſua apoſtilla. & Videtur tex. in cap. cum illis, de præben. lib. 6. Rot. deciſ. 45. in antiq. nam diſpenſatus in maioribus beneficijs, etiam diſpenſatus videtur in minoribus; Quæ regula declarãda eſt iuxta ea quæ tradit Io. And. in cap. poſtulaſti, de reſcrip. & in addit. ad Specul. de legat. §. 2. videlicet, quòd procedat tale argumentum in cauſis minoribus annexis, vel incluſis ſub maiori; ſecus in ſeparatis cauſis, vt probat Borgaſ. de diſpenſ. par. 2. tit. de interpret. diſpenſ. nu. 17. & 24. Et ideò irregularis ex pluribus diuerſis cauſis imparibus, ſi obtineat ſecũ diſpenſari ſuper maiori; non per hoc videbitur diſpenſatus ſuper minori cauſa: quia de ſingulis debet obtineri ſua diſpenſatio, vnde diſpenſatus ſuper homicidio, non eſt diſpenſatus ſuper falſitate niſi de vtraq; fiat expreſſio, & propterea diſpenſationes rediguntur in ſcriptis, tã ſi ſint ocultæ, q̃ ſi ſint manifeſtæ, vt de eis ſaltem extra Curiã fieri poſſit fides Borgaſ. de diſpenſ. par. 2. de probat. diſpenſ. num. 7. ſed de publicis fiet publica ſcriptura, de occultis ſecretum inſtrumentũ, vt per eum.

Impedimentum quoque hoc irregularitatis aufertur abſolutione, vel declaratione iudiciali; Nam ſi in iudiciũ deducta ſit irregularitas contra aliquẽ, vel per accuſationem, vel per exceptionem, debent duo probari, ſcilicet factum propter quod prætenditur irregularitas, & ius ſcilicet, quòd ex tali facto de iure ſurgat irregularitas; quòd ſi vnum iſtorum legitime non probetur, abſoluendus eſt ille contra quem opponitur; nam ex facto ius oritur. l. ſi ex plagis. §. In Cliuo ff. ad leg. Aquil. Ideò ſi factum non probetur pleniſſimè, abſolui debebit: Sed & ſi factum pleniſſimè probetur; dubitetur autem de iure, an ex tali facto naſcatur irregularitas, niſi probetur hoc expreſſo iure, abſolutio ſequi debet: quia in dubio iuris nemo iudicandus eſt irregularis, ſed abſoluendus iuxta id quod ſcripſimus abunde lib. 1. cap. 2. Reg. ſeptima; nam qui alium petit declarari irregularem, debet adducere caſum legis, vt ſcripſit Nic. Dionyſij de Peruſio in c. is qui, de ſent. excom.

Sed ſi factum probatũ ſit, & ex eo facto iure inducatur irregularitas, & cognitio ipſius irregularitatis pendeat ab intẽtione animi ipſius Rei, tunc Iudex non debet declarare illum irregularem, ſed ſtare debebit illius conſcientiæ. c. ex tenore, de tem. ordin. cap. ſignificaſti 2. de homic. & eo caſu ſufficiet iuramentum ipſius Rei: quod limitandum eſt dummodo talis abſolutio ab illa irregularitate non vergat ad præiudicium alterius, quia ſi tractetur de præiudicio tertij, forſan in obtinendo beneficio per concurſum, aut contra collitigantem, aut cõtra populum, vel plebem reſpuentem talem





Rectorem, tunc nõ ſtabitur cõſcientiæ, vel iuramento ipſius Rei, ſed aliter probare debebit ſuam defenſionẽ, not. Zen. in Clem. 1. de homicid. expreſſim refert Stepha. Troches vir iure canonico inter Antiquos pręſtantiſſ. ibi poſt gl. in verb. mortem, & diximus lib. 1. cap. 2. Regul. decima octaua.

Secundo limitantur prædicta, vt ſcilicet cum factum, vel ius non fuit probatum plene, in dubio abſolutio ſequi debeat, procedat in foro externo, & iudiciali, at ſecus erit in foro pœnitentiali, & cõſcientiæ; nam quia tunc eligenda eſt tutior via, debet ſe ſe vnuſquiſq; in dubio iudicare irregularem, vt plenè probauimus d. cap. 2. Reg. ſeptima ſupra citata; quia in foro conſcientiæ pręſumitur delictum, Deciſ. in cap. In præſentia, 12. notab. in fin. de probat. & propterea ad cautelã tutiorẽ debet petere ſe ſe diſpenſari, vel obtinere declaratoriam, an de iure irregularitatem incurrerit.

Et ex ijs cõſtat quomodo Epiſcopus, vel ſuperior procedere debeat, cum ſuis ſubditis, quando accuſantur pro irregularibus, vel ſimpliciter ad ipſius notitiã venit, quòd ſunt irregulares. Nam quos dubitat eſſe irregulares, ex officio debet illos monere, de tali dubio, tã facti, quàm iuris, poteritq; eos impedire, ne promoueantur, nec obtineant dimiſſorias c. accedens, de purgat. canon. & ſi ſibi videbitur, poterit eos à diuinis ſuſpendere, donec liqueat de cauſa, & tunc ex probatione actorum, vel condemnabit, vel abſoluet iuxta pręmiſſa; poteſt enim iudex in iſtis enormibus, & animæ periculoſis cauſis ab initio ſuſpendere à diuinis ipſum Reum, donec ſe ſe purgauerit, arg. cap. ex tuarum, de purg. can. tradit Iud. Inquiſitorum, in verb. purgatio §. 1.

Nec obſtabit quod S. Aug. Epiſt. 137. regiſtrata 2. q. 1. cap. Nomen, dicat quod ex Epiſcoporum conſilio conſtitutũ eſt; nullum clericum qui nondum cõuictus ſit ſuſpendi à cõmunione debere; quia illud videtur procedere in pęnali ſuſpẽſione: at proceditur aliter in ſuſpenſione, quæ infligitur ad euitandum peccati periculum: Sicut enim carcer aliquando datur in cuſtodiam rei nondum cõuicti, aliquando in pœnam ſi ſit conuictus, ita ſuſpenſio aliquando infligitur in pœnam, & illa non habet locum niſi finito iudicio, aliquando ad cautelam id eſt ne permittendo adminiſtrare ordinẽ fiat aliquod peccatum in adminiſtrãdo: & iſta habere locum poteſt in initio Iudicij ex locis ſupra citatis.

Præter diſpenſationis, & abſolutionis remedium irregularitates aboleri ſolẽt baptiſmo; nam ſicut omnem culpã euacuat, ita & omnia impedimenta Eccleſiaſtica, qualis eſt irregularitas; aufert
11 igitur etiam eam, quę ſurgit ex homicidio volũtario Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de diſpenſ. §. Iuxta. verſ. vlt. Silu. in verb. homicidium 3. q. 8. verſ. Primum, Archid. diſt. 26. cap. deinde, & Abb. in c. gaudemus, de diuort. Aliqui tamen in hoc homicidij articulo diſtinguunt homicidium voluntarium cũ peccato, ab homicidio, quod fit ſine peccato in iudiciali ſententia, vel executione: primo caſu, quia peccatum baptiſmo aufertur, & ſequela irregularitatis videtur auferri; at in alio iudiciali homicidio, in quo de peccato non agitur, cum baptiſmus non tendat ad id purgandum, in quo non eſt peccatum, irregularitas nõ aufertur, hoc ſcripſit gloſ. diſt. 50. cap. ſi quis Viduam, Io. And. in addit. ad Specul. d. verſ. vlt. & refert etiam Silu. in verb. baptiſmus 6. q. 1. Tamen vt ibi ipſe dicit verius eſt, vt hęc diſtinctio non ſubſiſtat, vt idem ſcri-

bit in verb. irregularitas q. 28. & Specul. in d. verſ. vlt. Multi verò caſus ſunt irregularitatum, quas baptiſmus auferre nõ poteſt; nam non aufert illegitimitatem, ac Bigamiam non tollit, Vnde etiam baptizati manent irregulares, tex. expreſſus in c. Acutius, diſt. 26. Silu. in d. verb. baptiſmus 6. q. 1. & idem Silu. in verb. irregularitas q. 28. & ideò bene cõcluditur, quòd in iſtis duabus irregularitatibus in quibus ſacramentum ordinis non cõgruenter poteſt collocari propter defectum ſacramenti, baptiſmus non aufert talia impedimenta; nam bigamiam non purgat quoad ſuſcipiendos ordines: Innoc. 1. in Epiſt. ad Synodum Toletan. c. 6. & S. Ambroſ. offic. lib. 1. cap. 50. ſicut nec aufert eas irregularitates, quę continent impoſſibilitatẽ miniſterij, vt in cæco, muto, ſurdo; at alias omnes irregularitates baptiſmus anihilat, Archid. diſt. 51. cap. 1. vbi dicit S. R. Eccleſiam ita tenere: Idem Archid. diſt. 57. c. 1. Spec. in d. verſ. vlt. & patet in S. Paulo, qui cũ fautor fuiſſet homicidij protomartyris Stephani per baptiſmum omnis eius irregularitas ſublata eſt.

Tollitur quoq; irregularitas Religionis ingreſſu, & profeſſione, expreſſum in auth. de monac. in princ. & glo. in c. cum deputati, de iudic. ſed glo. & Abb. in c. 2. de apoſtat. per illum tex. dicunt, quòd religio nil aliud aufert in irregularitate, niſi quod operatur diſpenſandi facultatẽ, quę ſententia fuit antiquorum, videlicet Bern. ad quod videtur etiam glo. in cap. in quibuſdam, de pœn. & idem tradit Silu. in verb. irregularitas, q. vlt. verſ. ſecundum. Vnde verius eſt, vt dicamus nõ ita abſolute religionis ingreſſum auferre irregularitatem, niſi certis quibuſdã caſibus in iure expreſſis, Abb. in d. cap. 2. de apoſtat. Silu. in d. verſ. ſecundum, ſed eſt permittenda facile ipſorum ſuperioribus.

Nam plerumque prælati Religioſorũ facultatem habent, ab apoſtolica ſede, vt
12 poſſint omnes ad ſuum ordinem accedẽtes profeſſionem emiſſuros recipere, non obſtantibus quibuſcumque irregularitatibus: quinimmo eos promoueri facere poſſunt ad omnes etiam ſacros ordines, non tamen ad prælaturam, quia in ea obtinenda eſt neceſſaria Papæ diſpenſatio. glo. in d. cap. 2. de apoſtat. vbi etiam Abb. & Silu. in d. verſ. ſecundum, text. in cap. 1. de fil. preſbyt. & gl. in cap. vlt. illo eod. tit. ideò Magiſtri ordinum, & ſinguli Priores, & Prouinciales conuẽtuales, & eorum Vicarij, in locis, & conuentibus ſibi cõmiſſis, fratribus ſibi ſubditis, nec non & alijs fratribus eiuſdẽ ordinis interdum ad eos declinantibus, Vndecumque poſſunt impartiri beneficium abſolutionis à ſuſpenſione excommunicatione, & interdicto, ſi eas ſententias incurriſſent in ipſo ordine, vel ante ingreſſum eius, ac etiã abſoluere laicos, qui in ordinem ipſum in gredi velint, & conſequenter à dictis irregularitatibus, vt patet ex bullis Bonif. & Alex. quas cõmemorat Ant. Flor. lib. de cenſur. c. 95. Inſuper ſi prælati Religioſorum tulerint
13 ſententias ſuſpenſionis, vel excommunicationis, ſine ſcriptis non ſeruata forma: & ob id incurriſſent pęnas, & cenſuras capituli primi de ſent. excom. lib. 6. quæ ſunt ſuſpenſio, & irregularitas, eo caſu poſſunt à proprijs confeſſoribus obtinere abſolutionem, & diſpenſationem, ex Bulla Clem. Incip. exigentibus, vt refert idem S. Anto. Flor. d. cap. 95. paulò ante fin. quibus caſibus, quando ſcilicet, tales religioſorum prælati ſuos ſubditos ab huiuſmodi irregularitatibus diſpenſant, ſi aliqua irregularitas fuerit per obliuio-



liuionem omiſſa, non tenetur diſpenſatus poſtea reminiſcens petere abſolutionem reſpectu irregularitatis oblitæ, ſed ſufficit ſolummodo confiteri tale peccatum. Vnde nata eſt irregularitas, ſi erat mortale, ex Nauar. d. cap. 26. nu. 13. ſupra citato.

